





CORPUS REFORMATORUM.

VOLUMEN XLVII.

IOANNIS CALVINI



OPERA QUAE SUPERSUNT OMNIA.

EDIDERUNT

GUILIELMUS BAUM EDUARDUS CUNITZ EDUARDUS REUSS
THEOLOGI ARGENTORATENSES.

VOLUMEN XIX.

BRUNSVIGAE
APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.
(M. BRUHN.)
1879.

IOANNIS CALVINI

OPEIA QUAE SUPERSUNT OMNIA.

AD FIDEM

EITIONUM PRINCIPUM ET AUTHENTICARUM

EX PARTE ETIAM

CODICUM MANU SCRIPTORUM

ADDITIS PROLEGOMENIS LITERARIIS


A'OTATIONIBUS CRITICIS, ANNALIBUS CALVINIANIS

INDICIBUSQUE NOVIS ET COPIOSISSIMIS

EDIDERUNT

GUILIEUS BAUM EDUARDUS CUNITZ EDUARDUS REUSS

THEOLOGI ARGENTORATENSES.



VOLUMEN XIX.

BRUNSVIGAE

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

(M. BRUHN.)

1879.

THESAURUS

EPISTOLICUS CALVINIANUS

SIVE

COLLECTIO AMPLISSIMA

EPISTOLARUM TAM AB IO. CALVINO QUAM AD EUM

SCRIPTARUM

QUAS MAXIMA EX PARTE E CODICIBUS MANUSCRIPTIS ERUTAS

ADDITISQUE PROLEGOMENIS LITERARIIS

ET ANNOTATIONIBUS CRITICIS ET HISTORICIS ILLUSTRATAS

EDIDERUNT

EDUARDUS CUNITZ ET EDUARDUS REUSS

THEOLOGI ARGENTORATENSES.

VOLUMEN X.

THESAURI

EPISTOLICI CALVINIANI

TOMUS X.

EPISTOLAE AD ANNOS 1561 (OCTOB.—DECEMB.)—1563 (IANUAR.—APRIL.) PERTINENTES.

MDLXI.

(OCTOB. — DECEMB.)

3542.

CALVINUS BEZAE.

Respondet ad plures eius literas, maxime id agens ut professor linguae hebraicae vel redeat vel successorem mittat. Ipse minime aegre fert se Lutetiam non vocatum fuisse.

(Ex authentico exemplari Cod. Genev. 107[a], fol. 245 cum inscriptione et subscriptione autographa, coll. cum exemplari Turretini Cod. 111[a], fol. 204, Bernensi VI. p. 908, et Simleri Vol. 102. Edidit Baum. II. App. p. 85. Anglice exstat. Tom. IV. 233.)

Binas simul literas heri abs te recepi.[1] Si episcopis libuerit atque etiam permissum fuerit vobiscum disceptare, iam penitus ingressi estis in colloquium: sed nisi me fallunt omnes coniecturae, diffluxit tota illa spes. Utinam primo quoque die[2]) salvum te et recte valentem complectamur. Sed si quid vides in festinatione periculi, cohibeamus ambo nostrum desiderium. Interea ne eorum importunitati nimium indulgeas quibus nec tua vita nec communis ecclesiae salus curae est. Audio te maciem contraxisse, nec miror in assiduo tot negotiorum concursu: etsi autem multa extorquet necessitas nisi tamen valetudini tuae parcas, male nobis et ecclesiae consulis. Caeterum si mihi obtemperas, ita prosequere quod coepisti ut saltem ad tempus valedicas larvis illis quarum mellitae blanditiae nihil praeter mortiferum venenum spirant. Nollem alios destitui, sed nisi me fallit tui videndi cupiditas utilis erit exigui temporis absentia. Tantum opportunitas expectanda erit ad quam sponte eris attentus.

De confessione Augustana scripsi diligenter ad Comitem *Erpachium*[3]) ut occurrat malis consiliis: fontem perfidiae ostendi et quantum diluvium inde erumperet. De fratribus nostris recipio quod scripsisti, non esse liberos, eorum nominibus in tabulas publicas relatis. Sed quia frater meus[4]) adventu suo vestras omnes contestationes delevit nihil est quod *Merlini* reditum impediat. De *Colongio* non audeo urgere, quia non potest impetrari a *Ducissa*, quod si hic esset tanta contentione eum postulant Burdegali ut eius retinendi nulla spes sit: et nudius tertius *Cevalerius*[5]) in eius aedes migravit: sustinueram hominis impetus, quos probe nosti. Tandem etsi aperte non cessi, continui me in silentio. Antequam hinc discederes scis de successore[6]) inter nos actum esse. Cur nondum res peracta fuerit aliquando cognosces. Sic quidem existimat senatus, obligatione solutum esse, quoniam de communi collegii nostri sententia petita fuit simplex missio. Sed facit mors *Antesignani* ut *Merlinum* retrahere cogamur.[7]) Causam hanc nuper subticui. Iniquissimum tamen esset *Vincentium*[8]) post tantos sumptus exhaustos a nobis deseri. Quid autem privatum unius hominis ius persequor ac non potius obiicio nefas

---

3542. 1) *N.* 3514. 3524. *Nam.* 3535. *vix iam afferri potuerat.*
2) *Haec spes eum mirum quantum fefellit.*

3) *N.* 3538.
4) *Antoniumne significat? Sed quid hic ad rem?*
5) *qui ergo ex Lugduno* (*N.* 3369) *redierat. Ex commentariis senatus ad* 28. *Aug. discimus eum maiorem domum postulasse.*
6) *In Galliam redire cupiebat, et accepta venia, primum ad tempus tantum,* (*Reg. du Conseil* 8. 11. *Dec.*) *ad Cadomenses se recepit ministerio functurus. Ipse Cadomensis erat.*
7) *Rediit* 23. *Oct.* (*Reg. du C.*)
8) *Vincentius typographus videtur Merlini quoddam opus sub prelo habuisse quod absente autore absolvere non poterat. Fortassis agitur de recognitione versionis gallicae V. T.* (*Cf. etiam Bezae responsum d. d.* 21. *Oct.*) *A.* 1561. *Merlinus edidit* Traduction et exposition des dix comandements (*Senebier.* II. 100, *qui tamen Riverium typographum nominat*) *et* Traduction franç. des Comm. d'Oecolampade sur Job et Daniel (*Haag qui typographi nomen non indicat*).

esse fraudari suo iure ecclesiam? Quin etiam hoc addo vestrarum partium esse vel adducere vel mittere hominem in ea lingua bene exercitatum. Si quem *Merlinus* secum adduxerit gratior nobis erit eius adventus. Sed obsecro satagite ut inter maximas curas non sit haec postrema. Tantum dispicite ut pius sit quisquis veniet, non ostentator sed ad ferendum laborem placide compositus.[9]) De linguae peritia *Merlinus* iudicabit. Qui *Viretum* tantopere expetunt, quominus pridem voto suo potiti fuerint per me non stetit. Nunc *Monspessulum*[10]) profectus est, quia hybernis huius regionis frigoribus se imparem fore credebat. Sub finem hyemis transibit in Vasconiam et toto Garumnae tractu lustrato ad Ligerim descendet unde in Normanniam usque penetrabit.

Ego autem moleste fero, me nulla causa et absque ullo colore quibusdam esse suspectum ac si qua aemulatione pungerer, quod non fuerim accitus. Perinde enim nuper mihi scripsit *Admiraldus* ac si excusatione ad me placandum opus esset. Tu autem optimus mihi es testis ut hanc provinciam semper defugerim. Mihi displicuit quum te serio obtestatus essem in discessu, ne de me verbum faceres, non satis officii, quod mihi deberi putabam, fuisse memorem. Sed vereor ne aliunde suggestum fuerit nescio quid, quia me ex suo ingenio multi aestimant: porro quum laeta simul et tristia ex omnibus provinciis istuc perferantur non dubito vos, ut par est, de sublevandis fratribus esse sollicitos. Arverni misericordia dignissimi sunt et causa eorum sua aequitate favorem conciliare debet.[11]) Lugdunensibus[12]) mature succurri totius ecclesiae magni interest. Nunc in tota vicina ditione conscientiae expergiscuntur e suo veterno. Diceres oestris pungi. Ego autem respondeo me a novitate metuere. Cur enim mala ad quae occalluerant incipiunt nunc demum sentire? donec redeas olfactum frictionis, ut iocose dicere solebas, sequentur. Quod si apud nos sis, frigebit eorum sagacitas. Vale, integerrime frater, una cum D. *Martyre* aliisque collegis quibus ego et fratres nostri multam salutem precamur. Dominus vobis adsit, vos gubernet suo spiritu et incolumes suo praesidio custodiat. Calend. Octobris 1561.

Carolus Passelius tuus.

Excuditur brevis ad *Balduinum* responsio, quam proxima hebdomade accipies.[13]) Solatium luctus mei parum suave hoc fuit, scelestam tamen nebulonis audaciam refelli necesse fuit et volui testudinis socordiam oblique ulcisci. Habeat sibi tales delitias, modo nobis liberum sit cum eius dedecore, quas alit pestes detegere atque hac de causa forte in linguam gallicam vertetur, quamquam nihildum constitui.[14])

9) *Vide omnino quae Beza respondet l. l.*
10) *imo Nemausum.*
11) *Peculiaria huc pertinentia non habemus.*
12) *N.* 3522.
13) *Vide Tom. IX. operum.*
14) *Versa non fuit. Vide ibid. Prolegg. p.* 45.

3543.

BORDAT A COLLADON.

Églises du Périgord et de l'Agenois. Suspension du ministre Villeroche.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 197, fol. 1.)

A Monsieur et frere Monsieur N. Colladon.
Ou il sera.

Salut par nostre Seigneur Iesus Christ.

Monsieur et treshonoré pere, je vous remercie bien grandement des bonnes et sainctes admonitions quil vous a pleu me faire, recognoissant en cela une affection vrayement paternelle envers moy. Au reste, Monsieur, je suis grandement marry de ce quon vous a raporté de moy choses qui vous ayent despleu, et possible telles qui jamais nont este dictes ne faictes par moy. Bien est vray que dernierement, quant nous estions assemblez a Villeneufve d'Agenois,[1]) laffaire de *Villeroche*[2]) fut mise en avant a loccasion de la letre qui avoit esté envoyee par Monsieur *de Beze*. Or suivant icelle presque tous les freres conclurent a sa deposition. Quant ce vint en mon rang de parler je commencé a remonstrer que puis que *Villeroche* nioit les choses qui estoient contenues en ladicte letre de Monsieur *de Beze*, il seroit bon de vous en escrire pour entendre le faict plus amplement, affin quil ne semblast que nous procedions a la suspension ou deposition des pasteurs trop legerement. Ce que toute la compagnie trouva bon, tellement que charge fust baillee a tous les jures de vous en escrire. Cependant conge et liberte de prescher fut laissee a *Ville-*

3543. 1) *Dépt. de Lot et Garonne. C'était sans doute un synode provincial.*
2) *N.* 2851. *Nous n'avons pas de renseignement précis sur cette affaire. La lettre de Bèze ne s'est pas conservée.*
3) *Elles n'existent plus.*

roche jusques au Synode suyvant. Si en disant mon advis je fus un peu trop aspre pour faire differer telle deposition, je ne scay si un autre Ministre ayant un compaignon et ne luy ayant veu commettre faulte auquune jndigne d'un pasteur, sil sy porteroit autrement. Et aussi je regardoys que toute nostre Eglise en seroit merveilleusement troublee. Cependant ce nestoit pas que je voulusse empescher que le mal ne fust puny, mais seulement affin questant mieux jnformez par vous nous eussions plus grand moyen pour le conveincre. Depuis sont venues les letres de Monsieur *Calvin* [3]) et quelques unes quil vous a pleu envoyer avant que les jures ayent eu le moyen de vous escrire. Par icelles son faict est plus amplement declaré: Si tout sur le champ nostre Eglise seule ou le colloque eust voulu deposer *Villeroche*, nous eussions esté reprins par le Synode, qui avoit (comme jay dict) baille congé audict *Villeroche* de prescher jusques au premier Synode. Parquoy, Monsieur, quant a ce quon vous peult avoir raporté que nous voulions estre comme schismatiques, et nous separer comme de lunion des Eglises, il me semble quon me faict tort et a toute mon Eglise. Car quant est de moy tant s'en fault que jaye et que je veille desunir et separer quen mon endroit comme les autres je tasche de rallier, et le seigneur ma faict tant de graces (ce que je neusse osé esperer pour le moins si tost) quen nostre ville et deux lieux tout a lentourt la parole y est tellement que toutes idolatries et superstitions en sont chassees. Quant est de mon Eglise tant sen fault aussi qu'aucun dicelle veille empescher ce qui est de faire touchant *Villeroche*, ny par ce moyen se separer d'avec les autres Eglises, qu'elle est preste de se submettre a ladvis qui en sera donné. Et ce que maintenant il est encores avec moy preschant en cest Eglise, cest daultant que nous attendons que le Synode s'assemble. Voila, Monsieur et pere, ce que maintenant je vous escrips a la haste, vous priant et ensemble tous les autres freres et peres ausquels il vous plaira presenter mes treshumbles recommandations ne m'avoir en mauvaise estime pourtant, priant le seigneur quil vous maintienne en sa garde et protection. Escript a Bragerac [4]) ce 1. d'Octob. 1561.

Le tout vostre tresobeissant filz et serviteur
Bordat.

---

4) *Bergerac.*

3544.

VERMILIUS BULLINGERO.

Relatio rerum ipso praesente Possiaci gestarum.

(Excerptum ex exemplari authentico in Archiv. Turic. Plut. VI. Vol. 177, olim Epp. Tom. 47, fol. 352. Simler. V. 102. Edita est in Appendice Loco. theol. ed. 1580, fol. 588. ed. 1587, p. 1139.)

— — — — — — — — — — — — — —

Die 24. Sept. Poysiacum venimus. [1]) Illic *Beza* concionem *Cardinalis* confutavit quoad multa. Egit de ecclesia, de autoritate scripturae et ecclesiae, de impositione manuum et iusta successione, de eucharistia. Ostensum ad haec est ex dictis Augustini, concilia errare posse. — — *Cardinalis* protestatus est nolle se ulterius progredi nobiscum, nisi de coena Domini consentiremus cum eo, nec desinebat obtrudere Augustanam confessionem, [2]) quum tamen abs ea cum suis abhorreat. Quare interrogatus est a nostris, an ipse vellet eam recipere? Ait, minime, sed tantum quoad articulum praesentiae corporis Domini illi adhaerere — — iubebatque ut ei vel assentiremus, vel non ulterius pergeremus conferre. Istam *Cardinalis* imperiosam loquutionem *Regina*, Princeps *Condensis* et *Admiralius* aegre tulerunt: videbant quippe illos detrectare colloquium, et causam quaerere ut abrumperetur. *Beza* item conquestus est. — — — — — —

Haec omnia gallice acta sunt. Quamobrem quum ego illa lingua nequeam loqui, licet eam intelligam, nihil dixi, neque ad dicendum sum invitatus. Verum ad finem petii a *Regina* ut in posterum facultas loquendi concederetur, quam clementer concessit. Quaesivi qua lingua me vellet agere? Respondit, italica. [3]) Die 26. Sept. rursus convenimus. [4]) Admoniti sumus ut detrectaremus agere primo loco de praesentia corporis Christi in coena, ut priusquam eo perveniremus de gravissimis abusibus et erroribus convincerentur. — — — — —
— — — — — — — — — — — — — —

3544. 1) *Hottinger* VII. 728. (*N.* 3535.)
2) *Imo Brentii Wirtembergicam. La Place* 192: Cependant vindrent nouvelles que la conf. de foy des ministres de Wittemberg (*sic*) avoit esté envoyee avec lettres missives par eux escriptes par Bauldouin prof. en droit et un nommé Rascalion, cuidans les arrester par ce moyen comme par un prejugé, et disoit on que iceluy Bauldouin devoit luy mesme venir avec les ministres de Hildeberg (*sic*) et Wittemberg (*sic*) quil menoit avec soy, esperant de les faire combattre avec de Beze, n'ayant promis peu de soy au roi de Navarre auquel il avoit persuadé qu'il avoit trouvé un bon moyen pour appaiser les differents de la religion. (*Cf. Langue Epp.* II. 144.)
3) *Hottinger p.* 733.
4) *ibid. Hist. eccl.* 591. (*N.* 3535.)

Ibi ergo sermonem arripui et primo loco ministerium defendi nostrarum ecclesiarum.[5]) Respondi etiam insimulationi qua nos ut seditiosos traduxerat. Obieci praeterea eum vehementer fuisse hallucinatum quod ausus fuerit affirmare in Dei praeceptis, in historiis, in testamentis et sacramentis non esse tropos aut figuratas loquutiones, et ex scripturis demonstravi tropos inveniri, unde non posse ab eo concludi verba Domini, quae dicunt consecrationis, simpliciter accipienda.

Hispanus ibi Iesuitarum princeps,[6]) qui cum legato pontificio venerat, sermonem excepit, et habuit orationem acerrimam qua reprehendit *Reginam* quod harum rerum cognitionem susceperit quum ad ipsam non pertineret, sed ad papam et episcopos, nec fas esse, dum haberetur concilium Tridentinum, tale colloquium privatum celebrare. Haec oratio *Reginam* valde offendit, et nisi respexisset cardinalem *Ferrariensem* Iesuitam docuisset modestiam. Cardinalis ad me sermonem convertit[7]) et coepit causari quod meam linguam non intelligeret, quum tamen illam optime calleat. Proinde coepit mihi gallice respondere, quod ei facere non licuisset, nisi quae dixeram percepisset. Quumque solutiones eius essem confutaturus, *Regina* me monuit ut latina lingua uterer[8]) quo omnes doctores et praelati intelligerent. Parui et dixi quae tempori conveniebant. *Beza* se interposuit et rabulae Hispano paucis respondit. Deinde cum Cardinale agere coepit de coena. Ibi ego narrationem evangelistae induxi, qui ait Dominum accepisse panem, benedixisse, fregisse, et dedisse discipulis, et demonstrabam haec verba non habere alium accusativum quam panem. Frustra se conabatur explicare. D. *Depensius* coepit aliqua interponere, sed quum a strepitu et clamore Sorbonico non abstineret, res abiit in tumultuosam actionem, ita ut nec ipse *Cardinalis* abstinuerit a clamorosa vehementia. Itaque *Regina* iubente solutus est conventus quum iam nox esset. Visa est actio illa indigna regia praesentia,[9]) ita ut *Regina* decreverit non amplius adesse, neque voluit rem agitari posthac inter tam multos, sed quinque designavit colloquutores ex parte adversariorum, quinque item ex nostra. Ex adversariis delectus est episcopus *Valentinus*, episcopus *Sagensis*, D. *Botillerus*, D. *Salignacus*, D. *Depensius*. Nostrorum vero haec sunt nomina: *Beza*, *Gallasius*, *Marloratus*, *Spina* et ego. Adhibiti sunt ex utraque parte notarii, sed absque iudicibus et aliis testibus colloquimur, amice satis et placide quoniam adversarios habemus satis mites et qui non multum a nobis dissentiunt. Iam ter cum illis fuimus, et in summa tantum actum est de praesentia corporis in coena.

Ego[10]) persto in sententia nostra. Collegae mei videntur aliquid remittere. Sed tamen retinent panem et vinum re ipsa non esse corpus et sanguinem Christi et perceptionem rerum significatarum spiritualem esse ac per fidem haberi. Vocabulum autem substantiae coguntur exprimere, quod illud in suo catechismo et in confessione quam obtulerunt *Regi* ante adventum meum usurparint. Nunc sumus in ista deliberatione et nihil concludi potuit. Videor esse durus ita ut dicant aliqui ex colloquutoribus, per me stare quominus conveniatur, nec dubito hanc causam me reddere minus gratum *Reginae* matri et caeteris proceribus, qui vellent omnibus modis consensum cito inter nos obtinere. Nam quo religionis compositio magis differtur, eo magis populi seditiones metuunt. Quum aliquid certi aut constituti habebimus, non patiar te ignorare. Vale, clarissime vir et frater in Christo plurimum observande. Tuis precibus nos iuvato. Salutes universam familiam tuam et omnes carissimos in Christo symmystas. Te omnes mei collegae salutant, neque non *Iulius* et *Stuckius*. Ad magistra-

---

5) *La Place* 197: La dessus P. Martyr excellent en doctrine et ayant singulierement traicté ceste matiere deduict en langage italien, ne sçachant parler françoys, plusieurs choses servantes à tout ce qui avoit esté allegué par le Cardinal et d'Espense, tant pour le regard du sacrement que pour ce qui avoit esté dict de l'authorité des conciles et emendation d'iceux.

6) *N.* 3535.

7) *Hic series orationum alia indicatur atque in ipsius Martyris relatione ap. Hottinger p.* 745. *Ibi enim Cardinalis ante Lainesium sermonem fecit, quod et Hist. eccl.* 599 *affirmat.*

8) *Hoc caeteri scriptores praetereunt.*

9) *Hist. eccl.* 603: Entre la 2e et la 3e harangue, les prelats faisant leur conte qu'ils avoient gagné leur cause sur le poinct de la vocation, et que les ministres seroient bien aises de faire ce que l'on diroit pourveu qu'on trouvast moyen de ne les degrader du tout, s'adviserent de bastir la proposition suivante pour la leur faire signer: *Credimus et confitemur in augustissimo eucharistiae sacramento esse et exsistere verum Christi corpus natum ex Maria virgine et de manibus sacerdotum, eorum ore consecratum exhiberi et sumi a communicantibus.* La Roine mere advertie de ceci par ceux qui prevoyoient que ce chemin tendoit à empirer les matieres, en print un autre non toutesfois du tout eslongné de cestuy-cy, commandant à l'Evesque de Valence et à Despense (dont elle savoit l'un tenir plus du costé des ministres, et l'autre estre comme entre deux fers) qu'ils eussent à conferer avec de Beze et des Galards pour essayer de faire une cotte mal taillee de ces differens si faire se pouvoit ou pour au moins entretenir les affaires iusques à ce qu'elle se fust servie des uns et des autres pour obtenir le subside par elle pretendu. — *La Place* 199: La maniere de conferer fut lors changee, estans cinq d'une part et d'autre deputés pour ce faire, savoir les év. de Valence (Montluc) et de Sees (du Val), Salignac, Bouteiller et Despence, avec P. Martyr, de Beze, Marlorat, des Gallards et de l'Espine. Ils entrerent en colloque le dernier de Septembre. *Comp. Baum.* 384 *ss.*, *Schmidt, Verm.* 262. *Languet l. c.*

10) *Sequentia absunt ab edd.*

tum scribam, sed paucis. Tu vero communicabis ei quae pro tua prudentia iudicabis expedire. Die 2. Octobris 1561, in aula regia apud S. Germanum.

Legato *Cognetio* curavi significari quae de Rhaeticis negotiis ad me scripsisti. Deinde nolo te celare nos hic ali non sumptu regio, sed ex collatione Gallicanarum ecclesiarum, quod ignorabam, sed ante duos vel tres dies cognovi.

Ad [11]) Reginam raro accersor, atque id clam. Quorum opera id fiat non est obscurum: sed tibi alias exponam. Iterum vale ac me ut facis ama.

Rex [12]) aegrotavit iis duobus diebus et satis periculose. Qua de re scripsi ad senatum. Sed iam convalescit. Verum est, ut praedicant, tenuis et infirmae valetudinis. Precor ut omnes tuos ad unum meo nomine salutes nec non omnes symmystas et carissimos fratres. Die 4. Octobris. Cures ut literae quas ad ampl. senatum dedi tibi tradantur legendae, nam ibi plura sunt quam in iis tuis consignarim. Te salutant rursus omnes mei collegae. [13])

3545.

BEAULIEU [1]) A FAREL.

Aperçu général des progrès de la réforme dans le Midi et dans l'Est de la France et disette regrettable de pasteurs.

(Autographe de la Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. — Baum Vol. II. App. p. 91.)

A mon trescher et honnore pere Maistre Guillaume Farel fidele serviteur de Iesuchrist
a Neufchatel.

Salut par Iesuchrist nostre sauveur.

Pour satisfaire a vostre bon desir, trescher et honnore pere, ie nay voulu faillir vous escrire de noz affaires depuis nostre departie davec vous, qui sont telles questans arrivez en ceste saincte cite [2]) en ioy et en santé le penultiesme de septembre, fusmes fort humainement receuz de noz amys, ce qui donna grande ioye et contentement a ma compagnie, laquelle entendit mesme de bouche le rapport que honnorablement firent de nous noz seigneurs et freres de Lyon, qui expressement sassemblerent pour cela en ceste maison de la teste noyre, [3]) chose, graces a Dieu, fort contraire aux oprobres et vilenies que mes ennemis par dela mont faictes, lesquelz ce bon Dieu vueille regarder en pitie. Au reste il nest besoing que vous escrive des graces inestimables que Dieu faict de iour en iour a ceste Eglise, dautant quen cela ientreprendroys chose plus grande que mon entendement pourroit porter. Ie veux bien seullement vous raconter que de plusieurs endroictz, nommement de Lyon, Nimes, Gap, [4]) Grace, [5]) du pais dOrleans, de poictiers et plusieurs autres endroictz, il y a gens icy qui demandent ouvriers pour ceste moisson nouvelle, sur tous ceulx de Tournon en Agennois font grande instance pour en avoir: car en ces pais la il y a encores plus de troys cens parroisses qui ont mis bas la messe et nont point encore de pasteurs: le pauvre peuple crie de tous costez a la faim et ne se trouve point qui leur couppe le pain celeste. Ie ne fus pas si tost arrivé que fus sollicité de plusieurs, lesquelz pour leur importunité me rendoyent tout honteux et aussi contristé que navois le moyen les secourir en leur extreme necessité: entre autres ceulx dudit Tournon ville du roy de *Navarre* ayant mesme charge de leur Evesque, [6]) employerent toutes leurs forces pour mavoir et ne sen a faillut guieres quilz ne soyent venu about de leur pretendit*: mais monsieur de *Pacy* [7]) a surmonte pour ceux de Seaut en Othe a quatre lieues de Troyes en Champagne. Cest merveilles des auditeurs des lecons de Monsieur *Calvin* iestime quilz sont iournellement plus de mille. [8]) Monsieur *Viret* tient la campagne du coste de Nimes. *Beraldus* a obtenu de Messieurs son congie gracieux et est en deliberation partir dicy environ Noel a cause des frequentes maladies de luy et de sa femme et enfans. Ie vous envoye la harangue de Monsieur *de Besze* prononcee dernierement devant le Roy, laquelle apres lavoir veue vous prie bailler a nostre bon amy Monsieur le Chastelain Claude *clerc*. *Bolotus* [9]) est envoyé a Mascon sur Saune. Iay en-

---

11) *Haec rursus in impressis.*
12) *Haec manu propria scripta absunt ab edd.*
13) *sine subscriptione.*
3545. 1) *Jean de Beaulieu* (*N.* 3428) *ne doit pas être confondu avec le poëte Hector de Beaulieu, lequel doit être venu à Genève vers la même époque.* (*Haag.* II. 93.) *Il se pourrait que la présènte lettre ait contribué à engager le vieux Farel à entreprendre le voyage dont il sera question plus bas.*
2) *Genève.*

3) *Hôtellerie sur la Rive souvent nommée à cette époque.* (*Galiffe, Genève hist. et arch.* 259.)
4) *patrie de Farel.*
5) *Grasse.*
6) *Jean Fregoso, d'origine italienne.*
7) *Jaque Spifame Sr. de Passy, ancien évêque de Nevers, maintenant à Genève.*
8) *Il faut supposer qu'il y eut un grand nombre d'auditeurs bénévoles et non immatriculés. Le chiffre reste bien au-dessous dans le Livre du Recteur.*
9) *Voyez N.* 3536. 3545 *vers l'époque de la guerre il était à Annonay.* (*Hist. eccl.* III. 187.)

tendu de gens dignes de foy que si pour le iourdhui se trouvoyent quatre voire six mille ministres du Seigneur ilz seroyent employez, louange en soit rendue a leternel, par le moyen duquel iespere partir dicy avec ung gentilhomme honnorable lundi ou mardy prochain pour aller en France, laissant icy ma femme, iusques au temps que Dieu me donnera lopportunité de la venir querir, qui ne sera, comme iespere sans vous aller encores voir une fois. Cependant nous estans recommandez a vostre bonne grace et des vostres aussi a voz sainctes prieres ie suppliray leternel vous avoir touiours en sa sainte garde. Saluez sil vous plaist nos chers peres et freres les pasteurs de Neufchatel. Ie vous recommande aussi la povre Eglise de La Bonneville. De Geneve ce 3 en Octobre 1561.

Vostre humble frere,
serviteur et amy perpetuel
I. de Beaulieu.

3546.

BEZA CALVINO.

Narrat quae in privatis colloquiis inter utriusque partis delegatis tractata sunt, et iam praevidet nihil sperandum esse ex tota actione.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 35; coll. c. Cod. 119, fol. 107, Epp. Bern. VI. p. 945, et Simleri Vol. 102. — Edidit Baum II. App. p. 93.)

Monsr. Monsr. d'espeville
a Villefranche.

S. Secundae tertiae et quartae actionis summam ad te misi. Ab eo tempore mutata est colloquii forma,[1]) ex *reginae* voluntate. Quid enim in tanta confusione obtineri potuisset? Delegit quinque ex adversariis quibuscum totidem ex nostra parte hoc ipso loco colloqueremur, adhibito utrinque notario. Ex adversa parte delecti sunt *Valentinus* episcopus, *Sagiensis* (de Saix)[2]) episcopus, *Salignacus, Spensa, Botellerius.* Ex nobis *Martyr, Acanthius, Marloratus, Galasius* et ego. Bis igitur[3]) colloquuti sumus de coena. Ita enim illis erat praescriptum. Placida et benigna fuit omnis colloquutio. Statim inter nos convenit de spirituali communicatione per fidem. De praesentia aliquid fuit controversiae. Sed huc tandem deventum est ut fidei praesens esse agnosceremus quod vere offerretur per fidem spiritualiter sumendum. Conscripta est formula[4]) quam utrique cum suis communicarent. Hinc exorta laetitia incredibilis, omnium animis in concordiae spem erectis. *Regina* ipsa coram me complecti et hortari ut pergeremus. Respondi duo a nobis summo studio quaeri, veritatem et pacem. Esse quidem haec recte inchoata sed adhuc plane imperfecta. Nam de industria nihil in illa formula expresseramus de locorum distantia, et caeteris eiusmodi quae in proximam colloquutionem reieceramus. Tum igitur ita discessum est. Postridie, id est, prima huius mensis octobris, renunciarunt colloquutores, noluisse suos nostrae formulae assentiri nisi certis quibusdam additis et quibusdam mutatis, ac se quidem indignissime ferre quorundam morositatem sed nos magnopere hortari ut paci consuleremus. Nos re collata comperimus quae addiderant magis pro nobis quam pro illis facere. Quod autem mutarant tolerabile non erat, quoniam verbo tribuebant quod fidei erat, id est, suo more volebant praesentiam inculcare, quae a verbis et syllabis penderet. Ac poterant quidem a se ipsis refelli, ut qui contraria simul ponerent. Sed placuit simpliciter respondere, nos de priore formula nihil hac in parte mutaturos. Addidit quoque Martyr explicationem pleniorem nostrae sententiae, qua tolleretur omnis μετουσία itemque συνουσία. Sed hanc explicationem placuit in proximum conventum differre, in quo videlicet his ipsis de rebus acturi essemus. Heri[5]) igitur nos et de transsubstantiatione et de adoratione acturos putabamus, quum ecce ad nos affertur quod semper expectaveramus futurum, conviciis nimirum exceptos colloquutores a reliquis, et magnum inter eos certamen exortum. Hic est

---

3546. 1) *Vide Martyris ep. proxime praecedentem et La Place* 199. *Hist. eccl.* I. 605.

2) de Saix (*lege:* Sees, *in Dept. Orne*) *ab ipso Beza superscriptum est. Simlerus legit:* sag de Saix ensis.

3) *Martyr ad senatum Turicensem d. d.* 6. *Oct. scribit ter eos congressos fuisse. Scil. a. d. III. Cal. de colloquii forma et methodo actum est, quo die Beza non adfuit. Ipsa disputatio habita est prid. Cal. et ipsis Cal. Oct.*

4) *Formulam tradunt Hist. eccl.* 608 *et La Place l. l.* (*latine Languet* II. 148)*:* Nous confessons que I. C. en sa saincte cene nous presente donne et exhibe veritablement la substance de son corps et de son sang par l'operation de son S. E. et que nous recevons et mangeons sacramentellement spirituellement et par foy ce propre corps qui est mort pour nous pour estre os de ses os et chair de sa chair à fin d'en estre vivifiés et en percevoir tout ce qui est requis à nostre salut. Et pource que la foy appuyee sur la parolle de Dieu nous fait et rend presentes les choses promises et que par ceste foy nous prenons vrayement et de faict le vray et naturel corps et sang de nostre S. par la vertu du S. E. en cest esgard nous confessons la presence du corps et du sang d'iceluy nostre Sauveur en la S. C.

5) *d.* 2. *Oct.*

igitur quintae et sextae actionis exitus. Nos vero exspectamus quid tandem sint inter se constituturi, ut et ipsi postea consilium capiamus. Quaeris autem quid speremus? nihil boni ab hominibus, sed omnia a Deo. Τῇ βασιλίσσῃ nihil mutabilius, et nihil hic fere animadverto praeter ἀναρχίαν. Acres, diligentes, imperterriti sunt hostes. In nostris nihil simile. Sed Deus plane quis sit ostendet in rebus deploratissimis. Si, quod futurum arbitror, mox solvatur colloquium, protinus me in viam dabo et ipse tibi coram nunciabo infinita quae scribere nec possum nec volo. Sin minus, perdurabo sub hac cruce quamdiu visum erit Domino. Mitto ad te duas alteras nostras orationes in tertia et quarta actione habitas. Quid illi ex adverso responderint et omnium ultro citroque dictorum summa ex ipsis actis cognosces, simulatque absolvere potuero.

Quum haec heri scripsissem nuncium exspectans, ecce nobis gratissimae tuae literae datae 24 Septembris. Redditae sunt reliquae iis omnibus quibus inscripsisti,[6] D. *Amiraldus* promisit se intra duos dies *Merlinum* nostrum absoluturum[7]) per quem etiam respondebit. *Galasius* noster de invisendis pictonibus deliberabit. *Acanthium* cuperem mecum abducere, sed est valde infirma valetudine. De nostro *Chandio* melius quiddam spero, quam quum ad te scriberem. Pater me valde sollicitat ut se in reditu invisam quod ei negare non possum. Sed omnino ad paucos dies me retinebit quia vestri desiderium ferre amplius non possum, quum praesertim vos opprimi videam et interea nihil hic agi. Legatus hic valde friget et supra quam possis credere. Tantum vereor ne clam aliquid.[8]) Uxorem meam rogo ut sicuti facis pergas habere commendatam. Vinum quandoquidem tuo consilio vendidit, tu, ut spero, culpam lues. *Normandium* nostrum et omnes collegas et amicos ego et nostri omnes cupimus plurimum salvere. Bene vale, mi plurimum observande pater. D. Iesus tibi magis ac magis benedicat et tuas preces exaudiat. Ex Sangermano quarto nonas Octobris.

Tuus Beza.

---

6) *N.* 3530 *et seqq.*
7) *vide N.* 3550.
8) *Aliter Languet* II. 145: Audio Card. Ferrariensem habuisse mandatum a Pontifice de multis concedendis, sed haec mandata episcopi nullo modo voluerunt admittere. *Contra Martyr infra N.* 3574.

3547.

VERMILIUS CALVINO.

De colloquio iam nihil boni exspectandum.

(Ex Petri Martyris Epp. impressis ad calcem Locc. theol. ed. 1580, fol. 581, ed. 1587, p. 1141.)

Verebar eas literas[1]) intercidisse quas ad te dedi quum primum huc appuli: sed video tibi redditas quum humanissime responderis.[2]) Quomodo res nostrae hic habeant, multis non arbitror tibi significandum, quod *Beza* suis ad te literis omnia comprehendat quae sunt scitu digna. De successu autem in posterum quid boni mihi pollicear non habeo,[3]) sed prorsus despero scholasticos et pseudo-ecclesiasticos nobiscum esse consensuros. Habuimus colloquutores admodum placidos et, ut prae se ferunt, a nobis minime abhorrentes. Verum cardinalibus, episcopis et doctoribus ingrati sunt et ut suspecti haereseos accusantur. Hodie in cornutorum consessu[4]) Poyssiaci se purgant et causam dicunt. Fratrum consilium est ut cum adversariis tam leniter et mansuete agamus ut nullam videamur causam abrumpendi colloquii dedisse.[5]) At verendum est ne patientia ex lenitate nostra impudenter abutantur. Qui rebus praesunt[6]) aliquod INTERIM videntur meditari, ac religionem quum ex papistica tum ex Lutherana velle conflare. Faex papistarum nollet illud subire onus: id enim unice student ne de suo pestifero instituto quidquam mutetur, sed nostras ecclesias eo vellent gravari, si eis aliqua libertas concedatur. At regina utramque partem, nos inquam et illos, iisdem et decretis et edictis involvet. Ego, quum sinceriter ac pure instaurandae religionis consilia dederim, amplius non accersor,[7]) nec illa vel consilium vel institutionem a me ullam postulat. In summa, Dei providentia una est ex qua multa speranda sunt: ex carne vero aut brachio potentum aut parum aut nihil exspecto.

3547. 1) *N.* 3516.
2) *Calvini ep. non exstat.*
3) *Neque Beza habebat.* (*Vide praecedentem.*)
4) *Vide sequentem.*
5) *Frustra ita sibi cavebant quum praelati consensum fieri nollent.*
6) *Regina mater et Navarrenus politicis rationibus permoti. Languet Epp.* II. 141: Quid de Regina vidua dicam vix scio, nisi quod non dubito, quocunque se fortuna inclinet hoc ei praecipue esse curae ut regnet, nec puto eam propter pontificios aut propter Lutheranos fortunas suas in discrimen coniecturam.
7) *Vide nuperam Martyris ad Bullingerum versus finem. Languet l. l.:* P. Martyr aliquoties cum Regina est colloquutus. Is quidem est prudentissimus, sed ipsa etiam est Florentina.

tendu de gens dignes de foy que si pour le iour-
dhui se trouvoyent quatre voire six mille ministre
du Seigneur ilz seroyent employez, louange en soit
rendue a leternel, par le moyen duquel iespere
partir dicy avec ung gentilhomme honnorable lun.
ou mardy prochain pour aller en France, laissan
icy ma femme, iusques au temps que Dieu m
donnera lopportunité de la venir querir, qui
sera, comme iespere sans vous aller encores
une fois. Cependant nous estans recommande
vostre bonne grace et des vostres aussi a voz s
tes prieres ie supplieray leternel vous avoir tou
en sa sainte garde. Saluez sil vous plaist nos
peres et freres les pasteurs de Neufchatel. Ie v
recommande aussi la povre Eglise de La Bonne.
De Geneve ce 3 en Octobre 1561.

Vostre humble frere,
serviteur et amy perpe
I. de Beaulieu.

3546.

BEZA CALVINO.

Narrat quae in privatis colloquiis inter partis delegatis tractata sunt, et iam prae sperandum esse ex tota actione.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 35, coll
fol. 107, Epp. Bern. VI. p. 945, et Simleri Vol. 1
Baum II. App. p. 93.)

Monsr. Monsr. d'espeville
a Villetr

S. Secundae tertiae et quartae ac
mam ad te misi. Ab eo tempore mutata
quii forma,[1]) ex *reginae* voluntate. Q
tanta confusione obtineri potuisset? D
que ex adversariis quibuscum totidem
parte hoc ipso loco colloqueremur, adhib
notario. Ex adversa parte delecti sunt
episcopus, *Sagiensis* (de Saix)[2]) episcop
cus, Spensa, Botellerius. Ex nobis *Martyr,*
Marloratus, Galasius et ego. Bis igitur

3546. 1) *Vide Martyris ep. proxime praecedentem.* 199. *Hist. eccl.* I. 605.

2) de Saix (*lege:* Sees, *in Dept. Orne*) a *superscriptum est. Simlerus legit:* sag de Saix

3) *Martyr ad senatum Turicensem d. d.* 6. *ter eos congressos fuisse. Scil. a. d. III. Cal.* d

probare illam et imperatorem non nisi Augustanae confessioni subsubscribunt et ipsi. Haec est integritatem. Necesse est autem ut hic in- *Vergerius* ille quasi de re confecta atque de sua diligentia industriaque stolide arbitratur.

occupatissimo alias negotia augere. Gallia inveniatur vir pius et doctus, modesto, in quo principes Germanos consiliosius, rationes proceribus Galliae conveniat abstinere a peregrinis conretinere patriam.[5]) Certissimum est coena, de confessione et absolutione Augustanam non esse integram. Et Lutherani conantur illam explicare in per Apologiam, sensumque urgent contendentes impios ore corporis voessentialiter substantialem Christi carsumunt ergo papistis et cum suo *Luthero* canonem de Consecr. dist. 2. *Ego Beren-* nunc quod iniquo tempore confessio scripta, et ab his qui tunc *Caroli* potentiam et satis serviliter se submittebant Nec desunt nunc principes qui quaemallent, si non aliorum multitudine Verum haec ipse melius novisti: non addam. Dominus benedicat te nobis diu incolumem. Salutato D. *Bonvillaeum* et symmystas omnes. Nos quoque salutant, inprimis *Gualtherus* et tres generi mei *Zvinglius*, *Lavaterus*. Tiguri 5. Octobris 1561.

Bullingerus tuus.

Romanum illum D. *Martinum*[6]) meas tibi tradidisse, unde exspecto quid ea de illus et ut *Crucigeri* epistolam remittas. tibi molestum esset, cuperem mihi per mitti libellum cui inscriptio: Imfiiii Gentilis detecta etc.[7]) Referet hic Franciscus *Ramboletius*[8]) de rebus omni- Diu vixit apud *Gualtherum*. Non ipsum tibi quem alias amari a te

…rium hoc omnino supervacaneum. Inter Gallos …cipienda Augustana cogitabat.
…(*N.* 3539).
… IX. 561 *seqq.*
… filius fuisse Iacobi de Rambouillet legati de

3550.

COLIGNY AU SÉNAT DE GENÈVE.

Il renvoie le ministre Merlin mais prie qu'on le lui laisse encore.

(Archives de Genève. Pièces historiques N. 1715.)

A Messieurs les scindiq et conseilz de Genefve.

Messieurs suyvant ce que monsieur *Despeville* ma escript [1]) ie vous renvoye Monsr. *de Montroy* [2]) present porteur lequel iay tousjours retenu au pres de moy et vous diray que iay receu aultant de contentement de luy en ses exhortations et bonnes moeurs que dhomme que jaye jamais ouy. Si esse que je vous prieray encores Messieurs que sil y avoit moyen que vous en peussiez passer, men voulloir accommoder. Jentendz que je essaye de recouvrer quelque ministre de par deca et ou je ne le pourrois fere que vous fussiez contens de me le renvoyer et pour resider au pres de moy. Car voullant fere la profession que je veulx faire je seroye bien marry de demeurer sans en avoir ung. Ce faisant vous mobligerez de tant plus a vous. Sur ce je me recommanderay bien affectionnement a voz bonnes graces et supplieray le Createur, Messieurs, vous donner bonne et longue vye.

De St. Germain en laye ce vi[me] doctobre 1561.

Vostre entierement bien bon amy [3])
Chastillon.

3551.

GALLASIUS CALVINO.

Colloquium Possiacense non eum habiturum est fructum qui exspectabatur, neque tamen omni carebit. Londinum ipse redibit, quanquam ab aliis ecclesiis sollicitatus.

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 203.)

3550. 1) *N.* 3530.
2) *Merlin. Reg. du Conseil* 23. *Oct.:* Merlin est de retour et presente les complimens de M. l'amiral, qui demande qu'on le luy laisse encore. Resolu de prendre lavis de M. Calvin. *Sur cet avis il est arrêté le* 27 *que Merlin resterait à Genève.*
3) *autographe.*

Id vero iucundum est auditu, quotidie ad veritatem permultos accedere, et adeo numerus augetur fidelium ut hostes mirum in modum ringantur. Episcopi, ut dicitur, proxima hebdomada Poyssiaco statuerunt discedere.[8] Cardinalis *Lotharingus* vellet civitatibus Gallicanis obtrudere suum catechismum, sed episcopi non recipiunt. Vale, clarissime vir et frater in Christo colendissime. Salutes omnes symmystas nec non D. *Ma..hionem* et *Balbanum*. 4. Octobris 1561. In aula apud Sanctum Germanum.

3548.

BEZA CALVINO.

Est quasi postscriptum ad suam praecedentem.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 87. Exstat quoque in Cod. 119, fol. 105, in Epp. Bern. VI. p. 943, et ap. Simler. Vol. 102. — Baum II. App. p. 95.)

A Monsr. Monsr. D'espeville
a Villefranche.

S. Heri ad te scripsi, nec potui fasciculo includere quae nunc mitto, tantisper dum acta integra aut saltem eorum summam conficio. Hac nocte febricitavit Rex noster, optimae spei, ut aiunt.[1] Nunc melius habet. Responsum a praelatis hodie exspectamus.[2] Quidquid agetur statim rescribam. Bene vale, mi pater, et fratres meo nomine saluta. Ex Sangermano 5. Octobris.

Tuus Beza.

Merlinum puto cras profecturum. *Cardinalis* orationem mittam simul atque potuerimus nancisci.

---

8) *Languet* II. 144 (9. *Oct.*): Nostri hactenus haerent in aula et fit eis adhuc spes disceptationis de reliquis articulis. Sed episcopi omnino nolunt cum ipsis disceptare, etiamsi hoc ab aula ipsis imperetur, et cupiunt discedere, sed hoc non permittitur ipsis.

3548. 1) *Languet* II. 150: Ante aliquot dies sparsa fuit fama regem esse mortuum. Consternatus ea fama statim cucurri in aulam et deprehendi eam esse falsam. Iam Dei beneficio convaluit. Faxit Deus ut diu sit superstes, nam indies meliorem spem de se praebet.

2) *Hist. eccl.* 609: Estant cest escrit proposé à Poissy le 4. d'Octobre, combien qu'une grande partie l'approuvast, si est-ce qu'apres avoir esté examiné par les docteurs il fut reietté comme captieux et plein d'heresies le 9.

3549.

BULLINGERUS CALVINO.

Iudicium suum profert de rebus gallicis, maxime de Augustana confessione ecclesiis illis commendata, et hac occasione Vergerium notat.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 451. Inscriptio desideratur. Simler. Vol. 102.)

S. D. Literas[1] humanitatis tuae una cum diligenti consignatione rerum gallicarum accepi per optimum et doctissimum virum D. Franciscum *Portum*,[2] et ago tuae humanitati maximas gratias. Oro autem Dominum ut is dirigat negotium sane exspectationis maximae. Nihil sane a te dissentio qui toto coelo eos errare arbitraris qui iam sibi securitatem pollicentur et veritatem vicisse in Gallia. Agnosco sane veritatem Christi nunquam non vincere, sed historia omnium temporum testatur quanta cum molestia, quantis cum difficultatibus mendacium loco depulsum sit sua. Nec obscurum est quam potentes sint cardinales et episcopi et quam his faveat eosque salvos velit mundus et principes huius saeculi. Consolatur illud me prae caeteris in hisce curis et sollicitudinibus quod video Deum magni aliquid moliri in Gallia. Alioqui enim non perdidisset admirando modo duos intra breve tempus reges. Oremus ergo Deum sedulo ut quod coepit perficiat. Adiungemus nos nostram diligentiam operamque, exspectantes uberem eius benedictionem.

Intelligo ex Germania quosdam ex principibus, et inprimis *Virtembergensem*,[3] qui totus est Augustoconfessionisticus,[4] in hoc esse totos quo suam illam Augustanam confessionem obtrudant principibus Galliae. Imo non desunt ex Lutheranis qui apud suos modo se iactitent effecturos ut Calvinismus per confessionem Augustanam eiiciatur brevi et proscribatur ex Gallia. Nunc mirum in modum laborant per Germaniam ut Augustanae confessioni et novae praefationi Naumburgi nuper conditae subscribant quasi de novo omnes. Sperant enim se multitudine et concordia plurimum effecturos apud proceres Galliae. Si nondum vidisti praefationem illam mitto eam, sed ut remittas etc. Certum est multos subscibere invite, nec probare eius omnia: nihilominus quum vident potiorem princi-

---

3549. 1) *deperditas.*

2) *iam prof. l. graec. Genevae.* (*N.* 3567. 3528.)

3) *imo solum, nam Palatinus suos theologos aliter instruxit.* (*N.* 3538.)

4) *De hac voce Simlerus sine causa dubitat.*

pum partem probare illam et imperatorem non concedere pacem nisi Augustanae confessioni subscribentibus, subscribunt et ipsi. Haec est integritas fidelium scilicet. Necesse est autem ut hic invigiles sedulo. *Vergerius* ille quasi de re confecta gloriatur, denique de sua diligentia industriaque haec confecta stolide arbitratur.

Sed desino occupatissimo alias negotia augere. Utinam in Gallia inveniatur vir pius et doctus, qui scripto modesto, in quo principes Germanos non attingat odiosius, rationes proceribus Galliae exponat cur conveniat abstinere a peregrinis confessionibus et retinere patriam.[5]) Certissimum est de missa, de coena, de confessione et absolutione confessionem Augustanam non esse integram. Et nunc omnes Lutherani conantur illam explicare in negotio coenae per Apologiam, sensumque urgent crassissimum, contendentes impios ore corporis vorare realiter et essentialiter substantialem Christi carnem. Consentiunt ergo papistis et cum suo *Luthero* recipiunt canonem de Consecr. dist. 2. *Ego Berengarius.* Taceo nunc quod iniquo tempore confessio illa est conscripta, et ab his qui tunc *Caroli* potentiam metuebant et satis serviliter se submittebant in pluribus. Nec desunt nunc principes qui quaedam correcta mallent, si non aliorum multitudine impedirentur. Verum haec ipse melius novisti: plura ergo nunc non addam. Dominus benedicat tibi et servet te nobis diu incolumem. Salutato D. *Budaeum* et *Ionvillaeum* et symmystas omnes. Nostri omnes te quoque salutant, inprimis *Gualtherus* frater et affinis et tres generi mei *Zvinglius*, *Lavaterus* et *Simlerus.* Tiguri 5. Octobris 1561.

Bullingerus tuus.

Puto Lituanum illum D. *Martinum*[6]) meas tibi literas iam tradidisse, unde exspecto quid ea de causa rescribas et ut *Crucigeri* epistolam remittas.

Nisi tibi molestum esset, cuperem mihi per tuorum aliquem mitti libellum cui inscriptio: Impietas Valentini Gentilis detecta etc.[7]) Referet hic noster D. Franciscus *Ramboletius*[8]) de rebus omnibus nostris. Diu vixit apud *Gualtherum.* Non commendo ipsum tibi quem alias amari a te arbitror.

---

5) *Desiderium hoc omnino supervacaneum. Inter Gallos enim nemo de recipienda Augustana cogitabat.*
6) *Czechovicium* (*N.* 3539).
7) *Opp.* IX. 361 *seqq.*
8) *videtur filius fuisse Iacobi de Rambouillet legati de quo v. N.* 3298.

3550.

COLIGNY AU SÉNAT DE GENÈVE.

Il renvoie le ministre Merlin mais prie qu'on le lui laisse encore.

(Archives de Genève. Pièces historiques N. 1715.)

A Messieurs les scindiq et conseilz de Genefve.

Messieurs suyvant ce que monsieur *Despeville* ma escript [1]) ie vous renvoye Monsr. *de Montroy* [2]) present porteur lequel iay tousjours retenu au pres de moy et vous diray que iay receu aultant de contentement de luy en ses exhortations et bonnes moeurs que dhomme que jaye jamais ouy. Si esse que je vous prieray encores Messieurs que sil y avoit moyen que vous en peussiez passer, men voulloir accommoder. Jentendz que je essaye de recouvrer quelque ministre de par deca et ou je ne le pourrois fere que vous fussiez contens de me le renvoyer et pour resider au pres de moy. Car voullant fere la profession que je veulx faire je seroye bien marry de demeurer sans en avoir ung. Ce faisant vous mobligerez de tant plus a vous. Sur ce je me recommanderay bien affectionnement a voz bonnes graces et supplieray le Createur, Messieurs, vous donner bonne et longue vye.

De St. Germain en laye ce vi[me] doctobre 1561.

Vostre entierement bien bon amy [3])
Chastillon.

3551.

GALLASIUS CALVINO.

Colloquium Possiacense non eum habiturum est fructum qui exspectabatur, neque tamen omni carebit. Londinum ipse redibit, quanquam ab aliis ecclesiis sollicitatus.

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 203.)

3550. 1) *N.* 3530.
2) *Merlin. Reg. du Conseil* 23. *Oct.:* Merlin est de retour et presente les complimens de M. l'amiral, qui demande qu'on le luy laisse encore. Resolu de prendre lavis de M. Calvin. *Sur cet avis il est arrêté le* 27 *que Merlin resterait à Genève.*
3) *autographe.*

A Monsr. Monsr. Despeville.

S. Redditae sunt mihi literae tuae, [1]) mi pater, quibus ostendis te statum rerum nostrarum iam satis animo praevidisse. Quid remoram iniiciat aut quae impedimenti causa sit cur non ultra progrediamur, satis, ut arbitror, ex literis *Bezae* nostri intelligis, ita ut pluribus ea me nunc perscribere necesse non sit. Ac profecto antequam Londino discederem in animum inducere non potui, tam confusis et tumultariis rationibus certi aliquid statui posse. Caecus tamen esse volui, ne consiliis humanis nimium tribuens occasionem ullam praetermitterem, mihique sapere, non aliis viderer. Spes vero mihi certissima fuit, quamvis res non omnino succederent ex animi sententia, fructum tamen ex his laboribus non levem exstiturum. Eludimur variis artibus, sed non ita astutis quin hactenus Dei beneficio nobis praecavere potuerimus. Nunc quum abrupturi sint colloquium adversarii, totis viribus conandum est ne re infecta discedatur. Qua in re nobis insigni Dei consilio, piorum hominum consilio et precibus opus erit.

Qualis fuerit ecclesiae meae [2]) status quum discessi, literis meis tibi aperte significavi. Post discessum meum permulti in Galliam se receperunt, non tantum gallicae nationis sed etiam teutonicae, quod dura illic adversus exteros edicta sanciantur. Hic mire sollicitor a multis. [3]) Si me diutius abesse sinit ecclesiola mea, consilio tuo uti statui. Sin minus, peractis hisce negotiis illuc redeo, meque ibi concludo, donec reiiciar aut operam meam nostris inutilem esse videam. Interea ut me amantissimis et fidelissimis consiliis tuis iuvare pergas atque etiam precibus subleves maiorem in modum, etiam atque etiam rogo. Collegas omnes ac fratres mihi in Domino carissimos quam plurimum salvere cupio. Dominus te incolumem ecclesiae suae conservet, tuisque laboribus perpetuo benedicat. Qui hic collecti sunt fratres te amantissime salutant. Apud S. Germ. 6. Octobr. 1561.

Tui observantissimus
N. Gallasius.

catus est ne quid accideret molestiae. Exorta est rursus nova querimonia Italicae ecclesiae, quod clandestinis artibus simplices e vulgo imbuerentur perversis illis deliriis. Vocati [7]) igitur sunt ad consistorium *Blandrata* et alii quidam. Satis habere debet, quod fuerit absque ignominia dimissus. *Calvinus* etiam ore suo iussit ipsum esse securum: ac promisit se daturum operam ne fraudi essent quaecunque antea peccasset. Aliquanto post tempore [8]) quum in auditorium *Calvini* ingressus esset unus ex quatuor praesidibus senatus (quos vocant syndicos) idque ut tum legentem *Calvinum* audiret, [9]) *Blandrata* qui lectioni intererat, mox sudario naribus opposito ac si sanguis flueret, se in fugam proripuit, nec postea in urbem reversus est. Haec est *Calvini* crudelitas, qui perversum hominem et turbulentum fovere tamen [10]) studuit. Haec est innocentia *Blandratae,* quem praecipitem egit mala conscientia: fuitque illi carnifex, quum nemo esset inimicus. Concessit Tigurum: an illic se rectius gesserit, testantur D. *Petri Martyris* literae. [11]) Ex Polonia multas faces ialulatus est ad renovandum incendium. Conatus est modis omnibus labefactare simplicium fidem. Et cuidam amico scripsit, vadum se reperisse in illis profundis aquis ubi ante dubius natabat.

En cur debuerit quisquam [12]) suscipere hominis patrocinium, et privatas meas monitiones procul reiicere, quibus malum placide sanari poterat. 9. Octobris 1561.

3564.

CALVINUS LISMANINO.

Acriter ei exprobrat patronatum quo Blandratam prosequitur, hominem pessimae notae, dum ipse Stancarum Lismanini adversarium severe reprimere non haesitaverit.

(Ex apographo manu H. Bullingeri iunioris scripto in Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Epp. Tom. 25, fol. 134. — Simler. Vol. 102.)

Literas abs te scriptas 15. Maii [1]) hic demum nuncius mihi reddidit, ex quibus intelligo meas [2]) tunc non fuisse tibi redditas. Posteriores vero quas simul accepi prima Septembris datae ostendunt intercidisse. Nam quum octavo demum mense nondum ad manus tuas pervenerint periisse facile coniicio.

Porro sicuti initio tibi testatum esse volui non video cur tam anxie de *Blandrata* mihi reconciliando labores. Magnum esse virum existimas. Fruere igitur tuo iudicio: modo vicissim mihi concedas sentire quod sentio. Sincerum esse praedicas: scio nihil magis versutum esse ac omni perfidia refertum. Nullam haereseos notam homini vis aspergi. Atqui apud nos manifestae impietatis satis superque fuit convictus. Denique si tibi obsequi velim puerorum quoque ludibrio me exponerem. Male me nosti, D. *Lismanine,* qui ingenio tam servili et adulatorio esse putasti. Unde porro haec fiducia ut in gratiam tuam non modo subeam levitatis et mendacii dedecus, sed ut turpiter mentiendo Satanae ianuam aperiam ad nocendum? Cupio amicitiam nostram perpetuo manere salvam, sed non hac mercede. Itaque si pergis, quaere tibi alios amicos, quibus et veritatis et ecclesiae prodendae leges praescribas. Georgius *Blandrata,* nullius existimationis homo, vulpina fraude et blanditiis nobis persuasit se venisse Genevam ut in schola Christi proficeret. Postea deprehensus est qualis erat. Et quum pravis suis erroribus involvere ac fascinare multos tentasset, increpatus fuit, et tamen ea moderatione ut integrum fuerit inter nos fraterne versari. Quia non desistebat, vocatus fuit ad consistorium: ubi iterum severe admonitus sic tamen discessit ut nostram humanitatem laudaret. Quum nemo crearet illi periculum, furore perterritus (sic eum vexabat mala conscientia) subito in fugam se proripuit. Quam pertinax esset haereticus ex testimonio D. *Petri Martyris* cognoscere licet. [3]) Venit in Poloniam. Favore D. Francisci *Lismanini* creatur archipresbyter. [4]) *Calvinus* pia sollicitudine occurrere volens periculo quod Polonicis ecclesiis instabat, occultum venenum detegit. D. *Lismaninus* se arbitrum interponit et denunciat extrema quaeque mala nisi *Blandratae* impietatem praeclaris elogiis mature sepeliat. Si te ad tempus excaecavit *Blandratae* amor, paulisper nunc te collige, ut pro tua prudentia agnoscere incipias, non modo te mihi fuisse iniquum, sed toti Christi ecclesiae non vul-

---

7) Rogati *cod.*
8) *Pro* tempore *Codex praebet:* ipse. *Caeterum cf. Colladon p.* 84, *N.* 2908. *Beza in Ep. supra laudata.*
9) idque ut ..... audiret, *om. Codex.*
10) tamen *om. Cod.*
11) *N.* 2916.
12) *Codex disertis verbis* D. Lismaninus *scribit quod authenticum videtur.*

3564. 1) *deperditas.*
2) *Nobis ultimae fuerunt illae quas sub N.* 2981 *legisti, d.* 19. *Nov.* 1558 *scriptae. Sane recentiores aliquae desiderantur.*
3) *De quo vide in Epp. ad Wilnenses et Radzivilium.*
4) *N.* 3245.

garem fecisse iniuriam. Et adhuc mecum expostulas ac si ingrato malignoque animo hoc tuum officium respuerim. Caeterum non est quod imagineris nos a Christophoro *Leopolita*, [5] *Stancari* discipulo, fuisse deceptos. Omnia quidem molitus est nec quidquam omisit quod ad vos damnandos faceret, non tamen persuasit. Imo cordate repuli eius calumnias. Scripsi etiam *Stancaro*, [6] minime aequum esse eius accusationem contra vos admitti, qui optimis quibusque atrociter conviciari solitus esset. Iam cur nobis tam infestus est *Stancarus*, ut tota intemperie contra nos feratur, nisi quod fraterne a nobis suscepta est causae vestrae defensio? Dum vobis studemus prodesse, provocare non dubitavimus rabiosum canem. Nunc quoque secure contemnimus latratus et morsus omnes quibus nos impetit. Fovetis interea pessimum et salutis vestrae et communis doctrinae nostrae hostem. Nec mihi liberum erit placide monere ut ab eo caveatis. Profecto simul ac redieris ad te ipsum, pietas tua et singularis humanitas errorem discutient. Ac per me quidem inviolabilis stabit nostra coniunctio, modo ne officii mei cursum impedias. Vale, ornatissime et observande frater. Dominus tibi semper adsit, te gubernet ac tueatur incolumem. Collegae mei tibi plurimam salutem adscribunt. Genevae 7. Idus Octobris 1561.

3565.

CALVINUS RADZIVILIO. [1]

Gratias agit de munere sibi oblato pro dedicatione commentarii in acta, simul vero suam sententiam ibi de Blandrata prolatam tuetur et vindicat.

(Describimus exemplar manu H. Bullingeri filii scriptum in Cod. Arch. Turic. VI. 168, olim Epp. Tom. 25, fol. 132 cum inscriptione: *Ep. D. Calvini ad principem Vilnensem.* Ex parte edidit Beza Gen. p. 256, Laus. p. 532, Hanov. p. 597, Chouet p. 350, Amst. p. 160. Cf. Simler. Vol. 102.)

Etsi mihi, illustrissime princeps, non potuit non gratum esse benevolentiae vestrae testimonium, quum ad me humaniter scribere dignati estis, multo tamen iucundiores fuissent literae, si illis palam mihi factum esset, simpliciter meum in praefatione dicanda studium vobis placuisse quamdum ex illis intelligo memoriam dedisse magnae offensionis. Expostulatis [2] mecum quod Georgium *Blandratam* singularem vestrum amicum, et compatrem carissimum, durius perstrinxerim: de hac privata offensione facilis et prompta est excusatio, me nihil tale fuisse suspicatum. Certe nunquam divinassem tanto in pretio apud vos fore hominem nihili. Et quoniam vos non minus praeclara apud omnes existimatione quam dignitate et potentia florere cupio, mihi non parum dolet obliquis suis artibus ita eum obrepsisse in vestram gratiam. Si mihi credibile fuisset, hominem, cuius mihi comperta erat impietas, vobis esse familiarem, certe privata admonitione fuissem contentus, idque nomini vestro dedissem. [3] Sed aliorum potius causa publice traducendum esse censui, ut sibi omnes a peste tam noxia caverent. Ergo praecipua indignationis causa evanuit: quia mihi nihil minus fuit propositum, quam famam vestram oblique laedere, quum verba me facere putarem de homine vobis incognito, vel saltem qui nullo amicitiae vel necessitudinis gradu vos attingeret. Sed vobis est amicus. An maiore in gradu quam Iudas apud Christum? Si non parcimus Christi discipulo, quin ob suam perfidiam omnibus fiat detestabilis, non plus indulgentiae merentur principum [4] amici. Sed ne taedio sit epistolae prolixitas, breve historiae compendium descripsi, [5] ex quo facile cognoscat vestra Celsitudo, [6] meritone an iniuste detexerim occultum venenum, ne diutius clam grassando multos in Polonia inficeret. Neque enim odio vel aemulatione vel invidia ad publicandum obscuri hominis dedecus impulsus sum: sed quia fratres mihi carissimos silentio et dissimulatione prodere nefas esse duxi. Quod si resipiscat, nulla in me erit mora quin praeteriti temporis memoria sepeliatur. Si autem pertinaciter contendit sibi factam esse iniuriam, quasnam mihi relinquit partes, nisi ut mihi sit pro obstinato haeretico? Sicuti mihi optabile est pro mea erga vos observantia studiose votis vestris obsequi, ita vestram excellentiam rogatam esse velim, ut inprimis caveatis ne sibi ianuam aperiat *Blandrata* ipse, vestra autoritate adductus. Aliud remedium non video. Sed fortasse ubi de re tota redditi fueritis certiores, mutare iudicium non pigebit. Quod si mihi nihil tribuitis, saltem fidem meretur testimonium Italicae ecclesiae quae apud nos est, [7] et D. Petri *Martyris*.

---

5) *N.* 3288.

6) *Cf. N.* 3273. 3288. 3332. 3347. *Vide etiam Resp. ad fr. Polonos de Stancaro, Opp.* IX. 333. 345.

3565. 1) *Beza nomen suppressit. Est responsio ad N.* 3443. *Cf. Heberle, aus dem Leben Blandr.* 171.

7) *N.* 3562.

2) *Hinc incipiunt edd., ubique tamen plurali numero in singularem mutato:* Quod mecum expostulas *caett. Item* Celsitudo *et* Excellentia *exsulant.*

3) *et non publice in dedicatione Actuum ap. cum notassem.*

4) *pro* principum, *edd. praebent:* cuiusquam.

5) *Vide N.* 3563.

6) *edd. simpliciter:* cognoscas.

Hac de re plus satis. Toti Poloniae, et privatim Lithuaniae gratulor, quod maiores subinde illic progressus faciat purior religio, et novis incrementis longe lateque dilatetur Christi regnum. Haec etiam non poenitenda gaudii accessio, quum audio disciplinam cum evangelii professione coniungi. Et certe non immerito vocare soleo disciplinam nervos ecclesiae: quia ut propensi sunt hominum mores ad lasciviam, delitias et licentiam quamlibet, nisi contineamur sub fraeno, maior pars libertatis praetextu luxuriabitur et insolescet. Unum desidero, ut in posterum tempus prospiciatur ecclesiis, ne pastoribus orbatae et nudatae brevi intereant. Scholae autem seminaria sunt pastorum: et apte censeri possunt tanquam coelestis doctrinae gazophylacia. Quo maior danda est opera, ut quam plurimi instituantur tam in pietate, quam bonis literis. Haec vero nobilissima erit vobis liberalitatis materia, ut vestro exemplo reliqui ad imitationem incitentur. De, [8]) munere oblato quam maximas habeo gratias: agerem pluribus verbis nisi confiderem vos animi affectu contentos. Ergo ut finem faciam, Deum suppliciter precabor, ut Celsitudinem vestram spiritu suo gubernet, incolumem tueatur, magisque ac magis suis donis illustret ac locupletet. Illustrissimae etiam Ducissae mea officia reverenter defero. Genevae, 9. Octobris 1561.

3566.

L'ÉGLISE D'ISSOUDUN A CALVIN.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 203.)

A Monsieur Monsieur despeville.

Monsieur, l'eglise d'yssoulduin [1]) na cesse d'impetrer et obtenir de vous et nossieurs de par dela toutes choses necessaires tant en conseil qu'en ce qui concerne le ministere dicelle, mesme lavez quant besoing a esté pourveue de gens doctes et de vie saincte desorte quelle a graces a Dieu et vous trouvé contentement provenant de vostre bonne liberalite. Toutesfois voiant lacroissement dhommes fidelles qui ordinairement se dedient et adjoignent a icelle et que Monsr. *de la croix* nostre ministre pour telle multitude et vigilance qui la regarde avec son estandue es lieux champestres et circonvoisins, ne peult ny ne scauroit desormais seul satisfaire, naiant aussi recours qua vous ne se peult lasser de tousiours vous emploier a sa necessite, a laquelle vous supplie au nom de Dieu entandre et subvenir. Ce faisant luy accorder et envoyer encores sil vous plaist, avec les porteurs des presentes qui satisferont a tous fraiz, ung aultre ministre tel que mieulx congnoistrez necessaire a reduire et mestriser ung peuple assez entier et difficile, non pour mespriser ledict sieur *de la croix* [2]) qui pour le Seigneur semploie vertueusement au deu de sa charge et duquel on espere a ladvenir quelque plus grand fruict et avancement: mais a fin de le supporter ce pendant et plus promptement reunir et remectre ce que la longue et frequente persecution dressee contre icelle assemblee de fidelles a espandu et dissipé.

Monsieur, vous aurez doncques, sil vous plaist, esgard a lindigence et necessite de ceste eglise famelique qui en ses membres vous presente humble salut en nostre Seigneur, le suppliant vous maintenir tousiours en sa saincte garde. d'yssoulduin ce xj[e] jour dOctobre 1561.

Voz humbles serviteurs ayant charge
de la compaignie
Claude delarube.
Hippolyte Salmon.
D. Chappuis.

3567.

L'ÉGLISE DE MACON AU MINISTRES DE GENÈVE.

Demande de pasteur. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Pièces détachées Portefeuille. 197[aa], N. 1. — Bulletin XIV. 326.)

A Messieurs Messieurs les ministres de l'Eglise de Geneve.

Messieurs il y a des papistes et autres sages de ce monde qui seroient tres contans aprocher de

---

8) *Quod de munere oblato habet, et infra de Ducissa, in edd. non legitur.*
3566. 1) *Dép. de l'Indre. Comp. N.* 3400.
2) *Chandieu. N.* 3452. 3546.
3567. 1) *cf. N.* 3536. 3545.

nostre Eglise sils pensoient y ouir precher personnage qui peust les resoudre et contanter dune infinité de doubtes coustumieres de voltiger en la papaute: dautres a demy edifiez qui sous umbre de je ne say quel savoir quils reputent en eux dedaignent dy entrer synon quon les asseure d'y trouver ministre aussy profond en savoir que familier aux langues. Il y en a dautres qui desia ont frequente nos assemblees semblent vouloir sen esloigner et refroidir parce quilz ne sont pas a leur advis vivement et dextrement admonestes, sans considerer, comme aussi tresbien le nous aves escript, que ceux sont bien dignes de mourir de faim qui naians que du pain bis laissent pour cela de manger. Voila la necessité en laquelle ces trois especes de gens sont constitues, qui au reste se rendroient assez faciles et aisez si nous avions ministre capable pour les redresser et pouvoir par effect respondre a ceux qui cuident le meriter.

Asseureement celuy que nous avez envoie [2]) est bien bonne personne, mais selon que ceste ville est composee dune telle diversite que lon vous vient de dire il est tres requis que en aions ung qui ait de quoy leur satisfaire et qui leur puisse representer au vif quelle est la maieste de la parole de Dieu. Ne trouvez s'il vous plait mauvais si presentement nous envoions ce personnage, lun de nostre compagnye, expressement pour vous suplier, comme nous faisons, ne le laisser retorner sans que soions proveu d'un personnage qui puisse bien executer ceste charge. Nous ne lairrons de donner occasion a Maistre *Pierre* de continuer la sienne, et avec alaigresse d'esprit et ou daventure ne pourriez pour ceste heure nous en fournir d'un qu'il vous plaise faire tant envers la classe de Neufchastel que puissions avoir pour deux ou trois mois ou autre temps que regarderez M. *Pharel*, [3]) et sçavons le bien heur et profit qu'apporteroit sa presence. Croiez quil est incroiable, car comme ceste ville est situee la doctrine d'un tel personnage voleroit a ung instant par toutes les villes du long de ceste riviere et es environs, ou il y a beaucoup d'hommes le cueur desquelz bondit desia de ioye louant Dieu de veoir et entendre l'avenement de nostre Eglise. En lhonneur de Dieu, Messieurs, quelle vous soit pour bien et singulierement recommandee. Nous le suplions, Messieurs, vous donner en parfaite sante longue et heureuse vie vous avoir presente noz humbles recommandations a vos bonnes graces. A Mascon ce 11. Octobre 1561.

Vos humbles et obeissans serviteurs.
Ceux de l'eglise de Mascon.

---

2) *Pierre Bolot* (*N.* 3545). *Hist. eccl.* III. 187. *C'est celui-là même qui est appelé plus bas Me Pierre. C'est par erreur que le Bulletin l. c. y voit Fornelet.*
3) *qui partait à cette époque même pour le midi.*

3568.

MERCURINS [1]) A CALVIN.

Compte-rendu sommaire de l'état des choses en Provence. Il s'est installé de sa personne à Marseille, sur un appel à lui adressé par les fidèles et demande un pasteur pour Lourmarin.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 196, fol. 204.)

Monsieur Monsr. Charles d'espeville
a Geneve.

La grace et paix de nostre Seigneur Jesus Christ vous soit multipliee par la communication du sainct esprit.

Monsieur et pere, Despuis mon partement de Geneve jusques a present j'ay esté empeché par Mr. *de Sault* [2]) de ne pouvoir exercer ma charge de sorte que despuis ce tems je n'ay rien faict que deça et della confirmé les freres destituez de pasteurs en provence l'hors que j'en ay esté requis: de sorte que comme me voyant ainsy presque inutille je deliberoye aveq mon eglise de Lurmarin [3]) de prendre son congé et m'en retourner vers vous pour estre employé ou Dieu eut volu. Il y a environ six semaines je fuz prie de l'Eglise de Marseille [4]) de volloir prendre charge de ministre en jcelle, cella me vint à gré pour estre natif du lieu, de sorte que me voyant leur estre a gré leur fis promesse, mais aveq condition que ladite eglise de Marseille porteroit les frais pour en fere venir un aultre a ma place audit Lurmarin, comme cessant la tyrannie du Sr. *de Sault* ilz se poroyent remettre, et moyennant que vostre conseil aprovast ma vocation audit Marseille. Or maintenant est advenu que Mr. *de Sault* est appellé pour estre governeur de Lyon, qui est la cause que la premiere liberté est remise sus. Parquoy, Monsieur, je vous prie affecteusement volloir tant faire a celle eglise que de la provoir d'homme, car jl n'y a eglise en Provence ou Dieu ayt plus mis de sa benediction selon l'apparence externe, et si voyes estre a bien d'approver aussi ma vocation en ce lieu. Qui sera lendroit ou me recommanderay humblement a voz saintes prieres et bonne grace

---

3568. 1) *N.* 3255. 3287.
2) *Le comte de Sault ou Saux, lieutenant général du roi dans le Lyonnais en Novembre, paraît avoir commandé auparavant dans le Dauphiné.* (*Mém. de Condé* II. 528. III. 339 *suiv.*).
3) *N.* 3413.
4) *N.* 3556.

prierai de rechef le Seigneur vous volloir otroyer, Monsieur, accroissement en ses graces. De Marseille ce 12. Octobre.

Vostre treshumble serviteur et disciple
De Mercurins.

Le present porteur desirant de s'advancer aux lettres sainctes pour aveq le temps servir a dieu en son eglise m'a prie d'estre recommandé et cognu en vostre endroit, ce que je fay tant comme je doy et ause.

3569.

SOREL [1]) A CALVIN.

Il demande que le ministre envoyé de Genève à Dijon, soit cédé à l'église de Châlons.

(Autographe de la Bibliothèque de Geneve MS. 196, fol. 205. — Recordon, le protestantisme en Champagne p. 247.)

A Monsieur et frere Monsieur Calvin
a Geneve.

Salut par nostre Seigneur Iesuchrist.

Monsieur et honoré frere, nous avons grande matiere de glorifier Dieu de laccroissement et prosperité quil donne de jour en jour a son eglise. Les assemblees sont fort grandes et en grande liberte tant de jour que de nuyt. Les dimenches et festes elles se font en plein jour le matin et les vespres et les aultres iours de nuyct. Car il y en a encor beaucoup de craintis comme sont aucuns riches qui nosent pas y aller ouvertement estans trop infirmes. Or dautant que la moisson est telle par la grace de Dieu nous avons bien besoin icy de bons ouvriers. Nous avons icy le ministre que vous avez envoyé à Digeon nommé *Le Roy* [2]) lequel, n'ayant peu consister ou il estoit envoye pour le trouble qui survint la du commencement et dautant que ceux de Digeon nont le moyen de le tenir avec eux, a este requis de leglise dicy de semployer en la necessite quils avoient de ministres, ou y sest fort employe et avec fruit et est bien ayme a cause des dons de Dieu. Il est puissant aux escriptures pour repoulser les heretiques. [3]) Pour ceste cause leglise ma donne charge de vous prier au nom de Dieu, et messieurs voz freres, de luy accorder ce ministre. Car aussi bien sil nestoit arresté icy seroit contraint de retourner vers vous ou il pourroit estre envoye quelque part ou il seroit demandé. Ceux de Challons [4]) l'ont desire d'avoir comme ceux de Digeon en ont escript en ceste ville le demandant pour l'envoyer là. Doncques nous vous prions d'adviser sur cecy et nous en declarer vostre bon vouloir. Surquoy, trescher frere, apres m'estre recommande a voz sainctes prieres, je prieray leternel vous avoir en sa protection et vous augmenter en toutes graces et benedictions. De Troyes ce 13. d'Octobre 1561.

Vostre humble frere
Jaq. Sorel.

3570.

SOREL AUX MINISTRES DE NEUCHATEL.

Nouvelles des églises de la Champagne.

(Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. Autographe. — Bulletin XII. 352. Baum. II. App. 108.)

Salut par nostre Seigneur Jesus Christ.

Treschers et honorez freres, la commodité ne s'est adonnee plus tost de vous mander de mes nouvelles a cause qu'apres avoir esté icy arrivé je fus envoyé sur les champs. Car il y a beaucoup de lieux circonvoisins qui sont destituez de ministres et n'ont aulcune predication que par le moyen des ministres de ceste ville. Nous avons beaucoup de peines et d'occupations et bien peu de loysir et repos. Mais aussi avons grande matiere de rendre graces a Dieu de l'accroissement et prosperité qu'il donne ici de jour en jour a son eglise. Les prestres qui sont en grand nombre et les papistes ne scavent quasi ou ilz en sont. Nous faisons assemblees et de jour et de nuyct et ny vient moins de 4 a 5 cents personnes. Il y en a de plus de mille personnes et si il ny a cloches pour les y appeler. Mais s'enquierent ou se doivent faire lesdictes assemblees pour ce qu'on change tous les jours de

---

3569. 1) *Comp. N.* 3519. 3552.
2) *Pierre le Roy figure sur une liste de ministres de l'an* 1567 *environ, dans le Bulletin* IX. 294 *et dans les Registres de l'église de Caen comme ministre en* 1570 (*ibid.* XI. 5).

3) *Quels hérétiques? les catholiques ou des sectaires?*
4) *Nous pensons qu'il s'agit de Châlons sur Saone, puisque c'est Dijon qui le réclame. Autrement, la lettre étant datée de Troyes on est tenté de songer de préférence à Châlons sur Marne en Champagne.*

lieu. Nous ne trouvons plus maison assez grande pour contenir le peuple qui accourt, pour oyr la parole de Dieu. Nous avons administré la cene du Seigneur depuis peu de temps ou se sont trouves gens qui sont venus de bien loing. Nous sommes trois ministres icy [1]) mais il fault que lun soyt toujours sur les champs, pour secourir les circonvoisins qui sont destitues. Il y a assez bonne police en ceste eglise. [2]) Il y en a douze eleuz qui ont toute charge de l'Eglise et sont appelles le Conseil et sassemblent souvent pour consulter des affaires de l'Eglise. Oultre cela il y a le Consistoire ou assistent tous les surveillans qui sont bien jusques au nombre de 15 avec les ministres et s'assemblent un iour chasque sepmaine. Chasquun surveillant a un advertisseur pour signifier a ceulx de sa compaignie les lieux et heures de l'assemblee. Les dimenches et festes nous faisons assemblees en plein jour le matin et le vespre a la veue des papistes, nonobstant que par le Roy ayent este defendues lesdictes assemblees et neantmoins n'avons eu jusqu'icy empeschement, par la grace de Dieu. Je ne doubte que Dieu ne tiene bridez les ennemys moyennant vos sainctes prieres et des aultres Eglises. Il vous plaira doncq de perseverer de prier le Seigneur pour nous et pour les Eglises de par deça au milieu de beaucoup de dangers et qui avons beaucop d'ennemys autour de nous. Je suis joyeux d'avoir entendu qu'avez ottroye Mre Pierre *Clement* [3]) a l'Eglise de Vitri. Si en pouviez laisser encores quelcun sans dommage de l'Eglise de par dela et nous le faire signifier on l'envoyroit querir, car il y a 4 ou 5 villes icy a lentour qui en desirent fort.

Nous navons encores des temples comme a Orleans et a Meaux ou les eglises se portent fort bien. Je n'ay eu la commodite de veoir M. Jeremie J. *Vallet* [4]) qui est à Loisir. Je luy ay escript et luy ay envoye les lettres de ses parens qui desirent de veoir leur filz. Il y a souvent icy des gens du dit lieu qui font bon rapport de luy et se porte fort bien et est en grande estime. Parquoy en telle necessité qui est par deça de ministres et que ledit frere est bien necessaire audit lieu taches de resjouyr lesdits parens et qu'ils soyent admonestez de prendre en bonne part si ledit *Jeremie* ne va par dela si tost qu'ilz vouldroient.

L'eglise de Challons ou est Monsieur P. *Fornelet* se porte bien. Il y avoit ces jours gens de ladicte Eglise envoyez icy qui mont dit que ledit frere se porte fort bien, Dieu mercy, et qu'ils vouloient envoyer bientost querir sa famille.

Quant a moy, freres, estant revenu des champs de faire quelque visitation, j'ay entendu que l'Eglise d'icy avoit escript de moy a Geneve et a vous pour demander mon congé entierement et m'ont prié de vous le demander d'autant que de 3 ministres que nous sommes, il n'y a que un qui soit a eux du tout. Car il y en a un qui a esté envoyé pour Digeon [5]) qui est bien scavant, mais a cause de trouble qui advint au commencement qu'il fut la pour un baptesme, il n'a peu despuis subsister la et cependant l'Eglise d'icy l'a prié de demourer icy en attendant qu'il soit redemandé. Combien que nous sommes apres de l'avoir du tout pour ceste ville puis que ceulx de Digeon sont si froitz et en avons escript a Geneve. [6]) Et moy vous scaves que n'ay congé que pour demy an, dont ils craignent qu'ils n'ayent grande peine d'en trouver s'ilz sont en bref destituez de deux de nous et combien que nous demourissions tous trois il leur en faudroit davantage bien tost a cause de la grandeur de la ville et du grand nombre des fideles. Je vous prie, freres, quant a ce point de mon congé, advisez y comme il vous semblera bon et aussi a l'Eglise a laquelle je me tiens encore obligé. Je n'ose vous presser de costé ou d'aultre, pour ce que je suis redebvable aussi bien au pais de dela ou j'ay esté une bonne partie de mon eage, comme je le suis a ces pays icy, de ma nativité. [7]) D'aultre part je veux avoir ma conscience libre a suivre non pas mon vouloir mais ou je seray appellé legitimement. Je ne doubte pas que ces commencemens qui sont en ces pays, mon labeur ne fructifie plus selon l'apparence exterieure que par dela et que l'affection a son propre pays est naturelle. Touttesfoys jay resolu en mon cueur de suyvre vostre advis et conseil ce pendant que je seray membre de vostre corps. et ne me chault ou je finisse ce peu qui me reste de ceste paovre vie, moyennant que ce soit en l'Eglise de Dieu. Si vous juges, que je demeure par deça et qu'ottroiez mon congé en pourvoyant en ma place, je pourrai retirer mon mesnage, au moins ma femme

---

3570. 1) *Voyez la lettre précédente.*

2) *Les articles de* 1559 *laissent aux différentes églises pleine liberté quant à leur organisation. Ce qui est mentionné ici se rapproche des règles tracées par les synodes subséquents.*

3) Clément avait succédé à Sorel comme pasteur d'Engollon et de Boudevilliers dès 1553, ensuite il remplaça Pichon à Dombresson. Vitry ayant demandé un pasteur à Neuchâtel [N. 3519] on y envoya Clément en Nov. 1561. Il n'y resta qu'une année. Plus tard il fut diacre à Neuchâtel. (*Note de M. Gagnebin, Bulletin* XII. 358.)

4) *Nous l'avons trouvé à Loysi* (*N.* 3553) *où il ne resta pas longtemps. Il fut plus tard maître d'école et pasteur à Neuchâtel, puis à Môtiers où il mourut en* 1567 (*ibid.*).

5) *Le Roy.*

6) *la précédente.*

7) *il était natif de Sedant en Brye* (*Hist. eccl.* I. 766).

par deca. Si aultrement est arresté je m'efforceray de suivre cela comme le conseil de Dieu. Quant il adviendroit que vous fussiez d'advis de ne me donner entierement mon congé et que l'Eglise de Pontareuze qui est grande ne puisse demourer si longtemps destituee de pasteur, je me consens bien qu'il luy soit pourveu d'un homme de bien qui en prene la charge entierement, et que vous faciez de ce qui luy competera et adviendra du bien comme si je y estoys. Et en ce cas je ne laisseray a tenir fidelité pour retourner par dela pour servir ou il plaira a Dieu. Chers freres, pour faire fin je vous recommande ce qui vous est ja assez recommandé, l'honneur de Dieu, le lien de paix et le soin dù trouppeau à vous commis et qui est rachepté d'un si grand pris. Sur quoy apres m'estre recommande a vous et a vos sainctes prieres, je prieray l'Eternel vous avoir en sa saincte protection et vous augmenter en toutes benedictions. Je desire a estre recommande a Monsieur le Gouverneur et a Messeigneurs nos chastelains ancien et nouveau et a Madame *de Colombier* qui na voulu mettre empeschement a ce mien voyage qui aura servy a quelques ungs par la grace de Dieu.

Je vous prie aussy, mes freres, me recommander à vos familles. De Troyes ce 13. October 1561.

Vostre frere et amy
Jaques Sorel.

Les principaux de ceste Eglise vous saluent affectueusement se recommandans à voz prieres.

3571.

ALBERTUS MARCHIO CALVINO.

Gratias agit de nunciata sibi morte ducis alicuius militaris quem multi fecerat petitque ut scripta eius militaria, si quae reperiantur, in suum usum Calvinus describenda curet.

(Exemplar authenticum cum subscriptione autographa exstat in Cod. Goth. 404, fol. 711.)

Reverendo ac sincere nobis dilecto Ioanni Calvino sacrae theologiae doctori, pastori Genevensi dentur.

Albertus Dei gratia senior marchio Brandeburgicus et in Borussia dux,[1]) etc.

Salutem et benevolentiam nostram, reverende, sincere nobis dilecte. Etsi nuncio de morte Claudii *Drohotii* a grandi valle[2]) accepto, vehementer perturbati sumus, quod eum virum et propter ipsius virtutem et summam multarum maximarum rerum, praesertim in re militari peritiam, mirifice diligebamus, ac bona et fideli eius opera usuros nos esse sperabamus: tamen quum non sine singulari Dei consilio ex his aerumnis in meliorem vitam sit evocatus, nec divinae voluntati repugnare, nec invidere ipsi *Claudio* adeptam quietem fas esse ducimus. Vobis vero quod nos hac de re, quoquo modo de ea se haberet, per literas certiores facere voluistis, magnas ut par est agimus gratias. Verum quum ex *Claudio* audivisse nos meminerimus, conscriptos a se esse libros aliquot de re militari, etiam atque etiam a vobis petimus, ut nisi ii intercepti sunt, nostro nomine ac sumptu quam accurate exscribi eos curetis. Pergratum id nobis erit, ac nos vicissim omnem vobis benevolentiam pollicemur. Hisque Reverentiam vestram feliciter valere cupimus. Datae Regiomonti, 14° Octobris Anno 1561.

manu propria sbsp Ah.[3])

3572.

SCHENCKIUS CALVINO.

Mittit Brentii libellum tanto theologo indignum. Affirmat Augustae Calvinum suos habere asseclas, quamvis Lutherani dominentur. Cupit de rebus Galliae certior fieri.

(Ex autographo Cod. Genev. 196, fol. 206.)

Ornatissimo viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis concionatori primario domino et amico suo in primis observando.

3571. 1) *Fuit is ultimus Ordinis equestris teutonici princeps* (*Hochmeister*) *et primus Borussiae dux qui suadentibus Luthero et Osiandro reformationem in sua ditione instituit, et a.* 1544 *Regiomonti universitatem literarum condidit. Obiit a.* 1568. *Vide Io. Voigt, Briefwechsel berühmter Gelehrten mit Hz. Albrecht. Kön.* 1541.

2) *Viri nobis ignoti. Nomen videtur gallicum: Drohot de Grandval.* (?)

3) *Sic nobis monogramma videmur legisse:* subscripsi Albert Herzog.

Matthias Schenckius D. Ioan. Calvino S. D.[1])

Quo rariores tuas accipio literas, D. *Calvine*, hoc mihi quae redduntur accidunt gratiores. Praeter eas autem quas 4. Cal. Septembr.[2]) una cum libellis duobus tuis mihi misisti, unas tantum abs te accepi ab eo quo per literas colloquium tecum coepi tempore, unde intelligere potes quae sit tabellariorum vel fides vel diligentia. *Ἀλλὰ τὰ μὲν προτέτυκτα ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ.*[3]) Tantum in posterum ne idem accidat caveamus. Pro libellis duobus quantas debeo et possum maximas gratias ago, et *Brentii* scriptum[4]) mitto tanto theologo quantus ipse sane, si controversiam coenae dominicae excipias, est profecto indignum, et cui respondêre difficile nequaquam fuerit. Nisi forte, quod nolim, D. *Bullingerus*, dum potiorem pacis et concordiae publicae quam famae suae rationem habet, ferre quam refutare calumniam malit eumque ad *Martyris* libellum reiicere.[5]) Nostri sane strenue ubiquitatem urgere et inculcare plebi pergunt, nosque de divisis in Christo naturis atque distractis falso accusare, magnis clamoribus et hoc quidem maioribus quo magis impugnari eam a doctis vident.

De rebus gallicis ad me scriptis te amo, mi D. *Calvine*, rogoque ut deinceps etiam, si quid erit literis dignum, ut certe non deerit, si per negotia potes, ad me perscribas. Quanquam enim hic plane regnant simiae Lutheranae et Calvino-Philippoque-*μάστιγες*, non desunt tamen viri boni qui et te magni faciant et, quod unum possunt, D. *Besae*, *Martyris* caeterorumque qui in Galliis doctrinam evangelicam hodie non sine vitae utique periculo profitentur, pios conatus votis saltem et piis precibus adiuvent: quo in numero non postremum locum tenet is de quo aliquoties tibi scripsi, Zimpertus *Hoserus*, civis primarius, cuius opera in transmittendis tibi literis uti semper soleo, quique salutem adscribere tibi nunc iubet. Gratum ergo nobis feceris si quid in Galliis geratur feceris ut sciamus: ita tamen si commode possis per valetudinem et occupationes quas tantum abest ut augere cupiam, nihil ut malim quam minuere aliqua ratione eas posse. Sed desino. Fortassis enim haec ipsa legere parum vacat. Vale igitur *ἐν Χριστῷ*, cui me meosque commendare perge. Ego vicissim tui meminero. D. *Gerson*[6]) salvere iubet. Augustae 15. Octob. anno 1561.

3573.

CALVINUS BEZAE.

Crudelissime morbo vexatus vix ad haec pauca dictanda valet. Colloquii abrupti vel proxime abrumpendi cura iam ipsum minime turbat.

(Manu scripta non exstat. Edidit Beza Genev. p. 259, Laus. p. 537, Hanov. p. 608, Chouet p. 355, Amst. p. 162.)

Postridie quam tibi nuper scripsi,[1]) correptus fui colicis doloribus, qui absque ulla remissione saevierunt toto biduo. Postea interdiu nonnihil fuerunt mitigati: tres tamen postea noctes adhuc infestae. Necdum audeo mihi multum promittere de levatione, quae a clysteribus pendet semperque unctionibus mixta est. Tanta autem ex vomitionibus, pervigiliis, et doloris vehementia, simulque inedia et siti, palati et gutturis ariditas, ut nunc etiam haec pauca dictare molestum sit. Mandassem alteri scribendi partes, nisi veritus essem ne plus inde metus et sollicitudinis conciperes.

Colloquium ab adversariis quovis modo abrumpi non aegre feram.[2]) Nondum enim res maturuit, ut eorum consensu vigeat pura religio. Partem vero aliquam concedi nihil aliud esset, quam veritatis cursum abrumpere. Velim igitur hac in parte vos esse faciles. Vale, integerrime frater, una cum D. *Martyre* et reliquis. Deus vos omnes tueatur, gubernet ac benedicat in omnibus. 15. Octobris 1561.

Calvinus tuus.

3574.

VERMILIUS BULLINGERO.

Novissima ex Possiaco et Lutetia.

3572. 1) *N.* 3364. 3424.

2) *Non exstant.*

3) *Homericum est, Iliad. σ.* 112. *Legendum vero: προτετύχθαι. Cf. ibid. π.* 60.

4) *Fortassis illud cuius titulus est:* De personali unione *etc. cf. N.* 3528.

5) *Imo respondit, v. eius Ep. modo laudatam. Martyris libelli titulus est:* Dialogus de utraque Christi natura. Tig. 1561. *dicatus fuit Jewelo ep. Sarisberiensi cf. N.* 3540 *et Schmidt, Verm.* 288.

6) *Seyler.*

3573. 1) *Cf. N.* 3555.

2) *Quod tamen magis praesagit quam iam rescivit* (*cf. N.* 3558).

(Excerpta quaedam ex ep. Locis theologicis P. Martyris subiecta ed. 1587. p. 1141. ed. 1580, fol. 588 v.)

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

Accepisti, quinque adversarios colloquutores apud cardinales et episcopos non tantum suspectos esse [1]) verum pro haereticis habitos, quod in causa sacramentaria visi sunt nonnihil nobis assentiri. Quare noluerunt illos amplius nobiscum colloqui. Qua de causa iam a quindecim diebus [2]) colloquium suspensum est, et multum vereor ne sit omnino abruptum. — — — — Verum contigit non sine admirando providentiae divinae artificio ut ipsi episcopi, qui suum conventum ad Poyssiacum habebant, decima huius mensis ita inter se dissenserint, ut parum abfuerit quin ad manus venerint. [3]) Nunc vero in eo toti sunt ut canones condant [4]) ex quibus aliquot vidi qui adeo sunt rudes et crassi, ut inde facile agnoscas papae mancipia nullam ecclesiae velle reformationem. Retinent missam, confessionem sacramentalem, autoritatem papae agnoscunt, volunt habere imagines, approbant peregrinationes. Hodie reversuri sunt ad aulam, quo procul dubio apportabunt non vulgaria monstra.

Si spes colloquii hac hebdomada praecidatur, proxima ineunte missionem petam. Interim a colloquio indicto usque ad hunc diem non potest dici quam sint auctae numero fidelium ecclesiae. Sed non absque turbis. Nam 12 huius mensis nostri Lutetiam egressi sunt ut concionem audirent in campo, quandoquidem in urbe templum non habent. [5]) Numero erant octies mille. Quum id papistae cognovissent, illos dum redirent ad urbem moenibus excluserunt, sed frustra, quoniam urbem vi sunt ingressi: quumque adversariis nostros invadentibus pugna utrinque inita fuerit, ex utraque parte multi sunt vulnerati et aliquot occisi. Nec secus fit per alias regni partes. Quare, ut existimatur, necessitas Reginam, proceres et consiliarios adiget ut nostris facultatem publice conveniendi et aliqua templa largiantur. Hodie in magno metu sumus, quia in variis Galliae regionibus fideles occuparunt templa non exspectata regia facultate. [6]) Id autem Reginae et proceribus gravissime displicuit. Cardinales et episcopi restitui petunt. [7]) Dum haec scribo iam sunt in consilio principes ut de hac re decernant. Sed quia in consiliariorum numero sunt etiam aliqui cardinales et episcopi, nostri libellum supplicem Reginae obtulerant precantes ne contra ius et fas concedatur suffragium in hac deliberatione iis qui sunt nobis ex professo iurati hostes. Quantum vero simus impetraturi me latet. Si edicto iubeantur populi templa restituere, seditiones et caedes timendae sunt. — — — — — — — — — — — — De confessione Augustana quaeso ne angaris, quia ecclesiastici eam non recipient. Nostrae item ecclesiae eam non admittent, quod suam gallicam sequi decreverint. Omnes nostri colloquutores eam nolunt. *Calvinus* quoque dehortatur maxime ne id fiat. Nullum ergo video inde periculum imminere.

Heri mutavimus hospitium. [8]) Cardinalis enim *Castilioneus* reversus est in aulam (dissolutus enim est praelatorum conventus) et repetiit domum suam in qua versabatur. Quare sumus iussu Reginae ablegati ad hospitium Ducissae *Ferrariensis*, [9]) quod norit, quemadmodum testata est, illi principi non

---

3574. 1) *Cf. Besam N.* 3546. 3548.

2) *Ultimus consessus fuerat a. d. VI. Cal. Oct.* (*Hist. eccl.* I. 605) *cf. etiam praecedentem.*

3) *Hist. eccl. p.* 609: Cest escrit (*formula de qua Besa N.* 3546) apres avoir esté examiné par les docteurs, qui n'avoient rien devant les yeux sinon la honte et le dommage esquels ils tumboient s'il apparaissoit tant soit peu qu'ils eussent erré, fut finalement reietté comme captieux et plein d'heresies, le 9 dudit mois, et ceux qui l'avoient apporté furent tenus pour suspects dont puis apres Despense mit grand peine à se purger.

4) *Ibid.* 616: Les prelats de Poissy, ayans le 13. d'Oct. remercié et renvoyé leurs docteurs, finalement se retirerent apres avoir dressé leurs canons qui ne touchent en rien à la doctrine chrestienne, ains seulement descouvrent quelques desordres de leur ordre de la reformation desquels ils s'en rapportoient tousiours au S. Pere et au concile de Trente. *Sequuntur ibid. p.* 616—644 77 *Canones, quos latine versos praebet Languet* II. 161 *ss.*

5) *Journal de Bruslart* (*Mém. de Condé* I.) *p.* 56: Le 12 se fist une assemblee pres S. Anthoine des champs (en un jardin appelé la Cerisaye, *Hist. eccl.* I. 166) qui estoit bien de 6000 personnes; là où fust faicte une Presche dont avint une grande sedition à Paris. Car voyant la multitude si grande les portes de la ville furent fermees. Toutesfois les Huguenots forcerent la porte du Temple de telle sorte qu'elle fust rompue. Sur ce faict la commune se ruast sur eux et y en eust d'en costé et d'autre plusieurs tués. (*Languet* 17. *Oct. Epp.* II. 149 *en parle comme témoin oculaire.*)

6) *Languet* 9. *Oct. Epp.* II. 144: Ubique fere templa ab evangelicis occupantur, ut Aureliae, Alesiae, Turonibus, Andegavi, Pictavii, Rupellae, Meldae, Lugduni, in Montepessulo et in tota Vasconia . . . Carcassonii etiam suum episcopum expulerunt.

7) *Id.* 26. *Oct. p.* 151: Edixerunt sub poena capitis ut occupata a nostris templa restituerentur . . . . Istius edicti causam esse dicunt, videl. episcopos ea conditione pecuniam promisisse si omnia sua sibi salva manerent, et templa restituerentur, hocque regem promisisse se curaturum. Quantum ad me attinet ego puto utramque causam concurrere, vid. contractum factum c. episcopis et metum regis Hispanici. *Idem* 9. *Oct. p.* 147. Episcopi promiserunt regi sedecim milliones francorum solvendos in decennio, singulis annis decies et sexies centena millia. Misere cupiunt discedere Possiaco sed non possunt impetrare dimissionem. *Cf. Bruslart l. l. p.* 53. *Soldan.* I. 512.

8) *Cf. Martyris relat. ap. Hottinger. H. E.* VII. 715. *Languet p.* 140. *Ipse Vermilius accepit salvum conductum d.* 25. *Oct.* (*Baum* 114. *Languet* 26. *Oct. p.* 152: Ante triduum fui c. Martyre. Is impetrarat dimissionem a Regina.

9) *N.* 3491.

fore ingratos tales hospites. — — — — — — — — — — 17. Octob. 1561. In aula apud S. Germanum.

3575.

HOLBRACUS CALVINO.

Commendat quendam Genevam proficiscentem ut studiis ibi operam navet. Apud Metenses laeti evangelii progressus, Francofurti autem foeda ecclesiae dissipatio.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 65.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori.

Genevae.

S. Quo res nostrae ecclesiae hic sint loco, non est necesse ut ad te scribam, vir clarissime. Hic namque vir honestus nec non bonarum literarum virtutisque studiosus David *Chaletus* coram tibi narrare potest. Quum autem ad vos proficiscatur ut sacris literis det operam, ut tandem ministerio ad quod vocatur maiore cum fructu inservire possit, spero ipsius adventum tibi fore gratissimum. Semper enim Deo propitio proficiet in melius, et ut hic pie et honeste versatus est istic quoque perget. Mea commendatione non indiget: virtus enim et pietas per se est commendata satis.

In ecclesia Metensi incredibilis est evangelii progressus.[1]) De misera ecclesiae Francfordianae dissipatione[2]) aliquid scribere piget, nec etiam est opus. Ex literis *Eustachii* et *Datheni* postremo ad me missis intellexi nonnihil spei superesse restitutionis ecclesiarum. Communibus votis a Domino id nobis obnixe petendum est. Vale, vir optime et pater mihi observande. Dominus te diu incolumem suae ecclesiae his turbulentis temporibus conservet et tandem concedat frui ingentium tuorum laborum ubere fructu in Gallia nostra: cui si absens tantum profuisti, etiam, (quando volet Dominus) praesens magis ac magis prodesse potes. Argentinae 19. Octobris 1561.

Tuus Gulielmus Holbrachus.

3575. 1) *Cf. N.* 3432.
2) *Frankf. Rel. Hndl. 1. Beil.* 31, *p.* 59. *Rathsconclusum v.* 22. *Apr.* 1561: Ist beschlossen dass man den Welschen Predicanten untersagen soll sie fürterhin des Predigens gentzlich zu enthalten biss sie sich zuvor mit den hiesigen Predicanten allerdings gentzlich verglichen und vereinigt haben.

3576.

VERMILIUS LAVATERO.

Pergit in sua relatione et pauca superioribus addit.

(Excerptum ex Appendice Tomi Locorum theol. ed. 1580, fol. 589. 1587, p. 1142.)

Una cum literis D. *Bullingeri* tuas quoque accepi. De nostris rebus fuse scripsi nudius tertius ad D. *Bullingerum*,[1]) quare ut nunc tibi illa repetam non arbitror esse necessarium. Sed postquam literas ad eum dedi haec gesta sunt. xvij huius mensis ad vesperam decretum factum est a regiis consiliariis, ut a fidelibus templa redderentur quae occupaverant, quod non exspectata regia facultate id ausi fuerint.[2]) Interea nostris fit spes ut libertas ipsis concedatur publice conveniendi, nec non ut certa loca iis assignentur. Sed an id futurum sit ignoro, quoniam incredibilis est ecclesiasticorum potentia. Hodie Cardinalis *Lotharingus* et Dux *Guisianus* ab aula discesserunt,[3]) et conventus praelatorum qui Poysiaci habebatur solutus est:[4]) unde cardinales et episcopi hinc discedunt. Sed antequam abirent confessionem gallicanarum ecclesiarum damnarunt.[5]) Inceptum vero colloquium prorsus est abruptum, quod praelati noluerint illud continuari, nostrum congressum et lucem fugientes. Nos vero, quando hic nihil agitur, missionem petimus, quam adhuc non impetravimus. — — — — 19. Octob. 1561. In aula apud S. Germanum.

3576. 1) *N.* 3574.
2) *Vide ibid. not.* 7.
3) *Languet* 26. *Oct. Ep.* 158: Cardinalis et Guisius ex aula discesserunt nescio quando revocandi. Guisius discedens facto ridiculo dolorem suum testatus est. Ad arcem in qua iam agit Rex Sequana traiicitur pontonibus. Est autem ab utraque ripa fluvii religatus cento non minor rudentibus quibus magnae naves in portibus alligantur. Eum centonem manibus apprehendunt qui praesunt traiectui quo pontones facilius agant . . . Postquam Guisius traiecit respectans ad arcem prae indignatione centonem bipenni dissecuit.
4) *Cf. N.* 3574, *not.* 4. *De die non sibi constant scriptores. Bruslart p.* 59: Samedy 19. Oct. fust terminé le colloque de MM. les Prelasts et Evesques assemblés à Poissy *etc. Languet de* 17. *Oct. p.* 149 *scribit:* Solutus est conventus nudius tertius.
5) *Hist. eccl.* I. 613: La dite assemblée s'est resolue qu'en cas que ledit de Beze et sa compagnie ne veulent presentement confesser et souscrire la confession du s. sacrement cy dessous escrite, qui est selon l'institution de N. S. et la doctrine de son Eglise catholique, ... de ne les plus ouir, en façon que ce soit ni avoir aucunement affaire à eux comme demeurans obstinés et séparés de l'union et obeissance de ladite eglise, et à telles peines que S. M. avisera pour le bien et repos de ses bons et fideles suiets, leur sera defendue la demeure en son Royaume, auquel depuis que la foy y a esté plantée n'y a eu qu'un Dieu, un Roy, une foy et une loy.

3577.

VIRETUS CALVINO.

Cupit aliquid audire de colloquio Possiacensi.

(Ex autographo Cod. Genev. 111a, fol. 118. coll. c. Cod. 116, fol. 125. Exstat quoque in Epp. Bern. VI. p. 914, ap. Simlerum Vol. 102. Edidit Baum II. App. p. 108.)

Clarissimo Viro D. Ioanni Calvino.
Genevae.

S. Ex quo nuper ad te scripsi, omnia hic pergunt, ut prius, nisi quod multus est rumor de praesidiariis militibus, qui in hanc mittuntur regionem: metuunt enim fratres, ne qui inter eos sint insolentiores qui aliquid ausint tentare contra ecclesiam, et ne eorum adventu hostes nostri maiores sumant animos insolentioresque reddantur. Quod si acciderit magnae inde orientur et seditiones et caedes. Sed Dominus, ut spero, sua providentia cuncta moderabitur. Quid fiat in aula, et in Colloquio Poissiaco non nisi raro audimus, et quae audimus pauca sunt, nec admodum certa. Tu igitur, si quid habes, quod nostra scire intersit, iube per aliquem collegarum ad nos perscribi. Non enim peto ut tu occupatissimus magis occuperis. Salutem multam dico fratribus et collegis omnibus, et fratri tuo, et *Normandio*, et D. Passelio, [1] si quando te rogent de me et rebus meis. Te nostri omnes plurimum salutant. Vale optime atque diutissime in Domino, qui te nobis diu servet incolumem, ac semper magis atque magis tuis sanctis laboribus benedicat. Nemausi 20. Octobris.

Tuus Cephas Tervius.

3578.

VERMILIUS BULLINGERO.

Haec ultima est iamiam abituri.

(Exceptum ex Opere supra saepius laudato Ed. 1580, fol. 589 v. Ed. 1587, p. 1142.)

3577. 1) *Simlerus quidem putat oblique ipsum Calvinum designari. Verum huius nomen supra diserte expressum erat, ψευδωνυμίᾳ ergo nullo modo opus erat. Tu cogita de Iacobo Spifamio domino de Passy.*

Ante quatuor dies scripsi [1]) satis fuse de nostris rebus, deinde respondens literis *Lavateri* adieci [2]) ea quae post duos tresve dies consequuta fuerant. Nunc illa scribam quae postea sunt consequuta. Primum Lutetiae publicatum est edictum [3]) quo prohibentur arma et λιθοβολίαι, interdicuntur hae voces: Papistae, Hugonothi (sic enim evangelicos appellant) cavetur item ne religionis ergo alter alteri maledicat, et ne aliqui audeant in domos irrumpere ut solebant, quando aliqui conventus a nostris habebantur.

Aquitanicae ecclesiae reddiderunt templa et eis loca sunt assignata ad quae fidelibus convenire liceat. — — Consiliarii videntur quasdam leges nostris ecclesiis imposituri. [4]) Primum, ut in unaquaque concione ultra numerum 300 aut 500 non conveniant. Deinde requirunt ut ne invehantur ministri acerbe in papam et missam. Non impediunt quominus descriptionibus haec taxent ita ut astantes intelligant, sed nominibus vellent parci, pro communi pace, ne gravius animi exacerbentur. Haec tamen a nostris non temere admittentur. Dabuntur item nomine regio ad ecclesias diplomata quibus commendabuntur magistratibus et praesidibus urbium ac provinciarum, auferentur arma nostris et adversariis ad pugnas et caedes impediendas.

Quum haec scriberem iam ex collegis tres discedebant. [5]) Regina cogitat me remittere in comitatu Dominae *Rotelin* matris principis de *Longavilla*, ad quem pertinet oppidum Neoburgi. [6]) Est mulier admodum pia, et intra paucos dies eo se vult conferre. — — — — — — 20. Octob. in aula apud S. Germanum.

3578. 1) *N.* 3574.
2) *N.* 3576.
3637. 1) *Mathurin de la Brosse était successeur de Carmel à Mostier, dans le Val de Travers. Il fut envoyé à Sens en Décembre* 1561. *Voyez N.* 3604. *suiv. Nous mettons dans l'adresse le nom de Libertet, à tout hasard, Farel étant absent en ce moment. Au fond l'auteur s'adresse à la Compagnie.*
2) *le duc de Longueville vint avec sa mère dans son comté de Neuchâtel* (*N.* 3625).

Aussi on fit election de nostre frere *Jaquetus* pour les Bernay en labsence de feu de bonne memoire Mr. *Helie.* Ie remetz le tout a la discretion de mes treschers freres quant a l'election de mon successeur. Car quant est de moy et de mon vouloir je lay declaire, que jay ja dit a mon compere le Doyen.[3]) Je prye le bon pere celeste vous conduire et nous tous par son S. Esprit a faire sa bonne volonte, me recommandant a vostre bonne grace et de la seur ma bonne commere, la remerciant des troys boytes quelle ma envoyees. De Mostier a haste ce 3 decembre 1561.

Vostre humble frere serviteur et amy perpetuel
M. de la brosse.

3638.

VIRETUS CALVINO.

Nemausensis ecclesia in diversas partes distracta quem habet pro tempore ministrum minus libenter audit et ipsum retinere vult, simul alibi expetitum. Iuvenes studiosi multi et boni, ad ministerium capessendum parati rariores.

(Ex authographo Cod. Genev. 111ᵃ, fol. 120. — Recentiora exemplaria reperies in Cod. 116, fol. 130; in Epp. Bern. VI. p. 916, et ap. Simlerum Vol. 102.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino.
Genevae.

S. Valde sum sollicitus quo pacto me ex hac urbe expediam, quum advenerit tempus quo mihi erit longius progrediendum, ad peragendam peregrinationem [1]) de qua inter nos deliberavimus. Magis auget sollicitudinem quod desint ministri quos discedens hic relinquam. Nam *Martinus* [2]) qui ad Merindolinos missus fuerat noluit se huic ecclesiae addicere, quod statuerit natale solum revisere ne ingratus in patriam esse videatur. Quamobrem exactis hybernis mensibus eo iter arripere decrevit, neque hic tam diu haesisset nisi illum meus retinuisset adventus. Itaque solus relinquetur *Maugetus,* [3]) vir certe doctus et pius et constans et incorruptus, in quo vix quidquam desiderare possim quam maiorem in dicendo promptitudinem et vehementiam. Nosti autem quam delicatis sint auribus qui primas hic in populo et in ecclesia tenere videntur. Huc accedit simultas nata ex contentione quae hanc distraxit ecclesiam in diversas partes, quarum alii *Mutonem* [4]) ministrum habere volebant, alii recusabant. Qui *Mutonis* partes sustinebant a *Maugeto* alienati sunt et suo exemplo alios quam plurimos ab eo abalienaverunt: quo fit ut rarum habeat auditorium, quando auditores concionaturum intelligunt. Quae animorum alienatio et aurium delitiae faciunt ut vir bonus magnopere animo crucietur, ac minus alacris suo fungatur officio, quando videt suos labores hac ingratitudinis mercede rependi. Quapropter ipse quoque missionem petere cogitat, nisi auditores mutent animos et fructus videat melius laboribus respondere quam hactenus. Ego illius causam saepe egi, et privatim et publice, taxans aurium delitias et ingratitudinem quae merito hominem excruciant.

Quod ad me attinet, vix sibi persuadere possunt me hinc abiturum, quamvis hoc ipsum saepius significarim et confirmarim. Arbitrantur enim se multas et firmas habere causas quibus nostris Genevatibus persuadere possint, ut me hic diutius haerere patiantur. Ego dissuasi ne hoc frustra tentarent, admonuique parum gratam fore Genevatibus legationem quam hanc ob causam se missuros affirmabant. Quid facturi sint nescio, nisi quod audio illos in hac persistere sententia, ac tantum exspectare donec novos consules crearint, qui proximo Saturni die creandi sunt. Interea urgeor vehementer a multis ecclesiis ut ipsas invisam, maxime a Monspessulana, Montaubana et Aureliana. Aureliani rogant ne cui me ecclesiae ita astringam quin generali synodo interesse possim [5]) quae ad Calendas Maias conventura est Aureliam. Et quoniam Synodus provincialis Oscitanorum habenda est ad Calendas Februarias, Oscitani ministri vehementer cupiunt ut et huic adsim. [6])

Haec sunt quae te in praesentia scire volui ut tuo me in omnibus consilio iuvares. Nam multo alacrius hinc discederem, si prius bene prospectum esset huic ecclesiae ac ministros haberet qui ei

---

3) *Voir plus haut.*

3638. 1) *Videtur cum Calvino egisse de itinere visitatorio per omnes aut plures ecclesias Galliae meridionalis ita ut Nemausenses tantum in transitu inviseret. M. Februario* 1562 *fuit in Monte Pessulano, ubi concionatus est a. d. XII. Cal. Martias.* (*Ménard, hist. de Nimes* IV. 312.)

2) *Waldensis ex Provincia fuisse videtur.*

3) *Post discessum Vireti Consistorium a Genevensibus petiit ut La Source ipsis mitteretur qui iam olim cunis ecclesiae adstiterat.* (*Ménard* 313.)

4) *cf. N.* 3383. *suiv.* 3407.

5) *Non interfuit. Synodus celebrata fuit a. d. VII. Cal. Maias, quo tempore ipse Lugdunum se contulit.*

6) *imo etiam praesidebat. Adfuerunt septuaginta ministri per decem dies ex Occitania inferiore.* (*Schmidt, Farel et Viret p.* 49. *Haag* IX. 515. *Ménard* IV. 303.)

satisfacere possent. Qua in re tu et caeteri collegae, si qua ratione potestis, succurrite.

De iis quae in aula geruntur, et quae ad nos quotidie afferuntur, nihil ad te scribo, quia haec omnia tibi quam nobis compertiora esse non dubito. Hic nobis accidit quod apud vos: undique a nobis ministri petuntur, quorum apud nos exiguus inveniri numerus potest. Habemus hic quidem studiosos iuvenes et advocatos qui suam operam ministerio impensuros aliquando promittunt, sed interea causantur se adhuc nimis imparatos esse. Numerus est aliquis scripturas proponentium et in hoc exercitationis genere se exercentium, de quibus magna spes est. Ego quoad possum hortor ad ministerium omnes qui ad illud mihi apti esse videntur, sed non tantum proficio ac promoveo quantum cupio.

Salutem multam dico collegis omnibus. Vale optime ac diutissime, et tuam cura valetudinem. Nemausi 5. Decembr.

Salutant te *Maugetus* et *Martinus* symmystae et caeteri fratres. Intelliges ex scheda quam his meis literis inclusam ad te mitto quae ecclesia a vobis ministrum petat. Pecunia huic nuncio commissa est quam apud te deponeret, ad sumptus eius qui mittendus erit, si aliquis a vobis inveniri queat idoneus. Iterum vale.

Schedam de qua memini ne requiras, quia qui eam conscribere debebat ad te scribit.

Tuus Petrus Viretus.

3639.

DUGUÉ A CALVIN.

Il demande un certificat de bonne conduite pour obtenir une place de pasteur dans le Limousin.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 280.)

Monsieur Monsieur Calvin tresfidelle annonciateur de la doctrine du filz de Dieu
a Geneve.

La grace du Seigneur nostre bon Dieu soit avec vous.

Monsieur, apres que dernierement je vous eu remis en memoire l'ancience benevolence que vostre grace me monstra lors que arrive a Geneve, qui fut (si bien m'en souvien) l'an 1537, laquelle se declara en ce que ne voulutes permettre que je delaissasse les lettres: mais me feistes ce bien d'avoir une classe au college, duquel pour lors estoit principal Monsieur *Sonnier*: vous me distes que ne meussiez pas recogneu si ne vous eusse remis en memoire ces temps la.[1]) Adonc, Monsieur, vous priay que vostre bon plasir fut me conceder attestation si auriez entendu de moy chose indigne d'un ministre de la parolle de Dieu: vous proposant que ie m'en venoye au pais de Limosin pour prescher levangile, me retirant de la terre de Messieurs de Berne et mesmement de Modon,[2]) et ce avec congé. Surquoy il vous pleut me donner pour response que cela sembleroit sentir son ambition: vray est que me donnates une adresse de laquelle mon esprit fut fort content, a savoir que ie travaillasse que en lEglise que le Seigneur me commettroit discipline ecclesiastique y fut de bonne heure observee. En quoy vous promis y estre diligent moyennant layde de mon Dieu. Mais, Monsieur, la premiere chose quon ma demande, estant arrive par deca, ça esté si i'avoye tesmoignage de vostre Eglise et apres avoir fidellement rapporte ce que m'aviez dict, me feut enioint mettre peine de recouvrer quelque mot descript de vous, et mesme m'a on faict signer ma promesse. Parquoy ie vous supplie, Monsieur, que ainsi que mavez este pere pardela estant cause que iay poursuivi les lettres: que aussi maintenant me faciez ce bien descrire si avez entendu de moy quelque mal ou non: afin que ie puisse monstrer à Messeigneurs et freres que iay vouloir dacomplir les promesses que iay faittes a Dieu et a eux. Vous priant me pardonner si plustost ay importuné vostre grace a moy ia cogneue que celle de Messieurs voz freres, ausquelz iestoye comme ie pense incogneu. Qui sera lendroit, ou ie priray le Seigneur vous donner en bonne santé longue vie pour servir a sa gloire. De Hesmoutiers ce 7. de Decembre 1561 par le tout

Vostre tresobeissant serviteur
Françoys Dugue ministre a Hesmoutiers.

3639. 1) *Bétant* (*Notice sur le collége de Rive*) *ne dit rien sur cet individu.*

2) *Moudon, Milden in agro Vadensi inter Lausannam et Bernam.*

3640.

HOLBRACUS CALVINO.

Ecclesia Vallis Marianae dimisso pastore iam bene habet, hic Francofurtum se contulit quo vocatus est. Argentorati odia et minae contra Gallos.

(Ex autographo Cod. Genev. 196, fol. 231.)

Pietate et doctrina viro clarissimo D. Iohanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori.

Genevae.

S. Gratum tibi fore existimavi si de rebus ecclesiae Vallis Marianae [1]) et quo nunc sint loco nonnihil scriberem. Meliorem certe exitum quam aliquando speravimus habuit contentio adversus fratrem nostrum Arnulphum *Bancum* [2]) suscepta. Cordate enim et fortiter se gessit dominus loci illius, [3]) et tantum sua autoritate effecit ut conservata sit ecclesia gallica in puritate doctrinae, et quod ad ritus attinet se conformaret huic nostrae. Verum ne adversarii magis irritarentur tanquam prorsus victi, in hoc ipsis gratificatum est ut pastor, qui intolerabilis illis videbatur, loco cederet, saltem ad tempus, donec deverferveret [4]) odium, quod in pastoris persona praecipue ferri videbatur, ea tamen lege ut alius in ipsius locum substitueretur. Id quod non admodum grave tulit *Arnulphus*: facile namque passus est se vinci [*ut*] vinceret Christus et veritas cum ecclesia salva man[*eret*]. In ipsius itaque locum subrogatus est *Figonius*, [5]) qui nunc ibi pastorem agit et, ut audio, gratus est non tantum domino loci et plebi, verum etiam *Arnulphi* adversariis, aut saltem id simulant. Interea veniam obtinuit *Arnulphus* se conferendi quocunque visum esset ad tempus. Quod quum intellexissemus, ipsum huc ad nos venire rogavimus, et consilium illi dedimus ut Francfortum iret [6]) et omnia tentaret si quo modo peregrinae ecclesiae restitui possent. Acquievit ille consilio, idque eo lubentius quod sciret se gratum esse utrique parti, *Quercetano* nimirum et suis, a quibus etiam (nostro suasu) per nuncium vocabatur, altera parte non conscia. Deinde aliquot praecipuis mercatoribus qui *Francisci* partes sequuti fuerant, confidebat suum adventum iucundum fore: nam ipsis bene notus erat quum Antverpiae eorum pastor fuisset. Itaque hac spe fretus iter ingressus est pridie calendas Novembris. Salvum eo pervenisse scimus. Quid autem effecerit, aut quae sit spes profectus adhuc ignoramus. Dominus ipsius et nostris votis faveat: nam si volet Deus ecclesias illas restitutas esse magni beneficii loco habendum putamus, eorum praesertim respectu qui in Belgico gravi etiam nunc persequutione agitantur.

De his quae hic aguntur non habeo quod scribere possim, nisi quod nostri adversarii tanto odio in nos ardent ut nisi Dominus suo spiritu regat senatum, nobis (aut saltem mihi) hinc brevi migrandum erit. Spero autem non facile assequuturos quod cupiunt. Interim, vir clarissime et pater observande, hanc una cum reliquis ecclesiis tuis precibus Deo et patri Domini nostri Iesu Christi commenda. Dominus te diu incolumem nostrae Galliae et totius christianae ecclesiae bono conservet et tueatur. Argentinae 9. Decembris 1561.

Gulielmus Holbrachus tuus.

3640. 1) *Mariakirch in Alsatia* (*N.* 3236).

2) *Marbufii successorem* (*N.* 3291).

3) *Egenolfius III. de Rappoltstein.*

4) *sic.*

5) *Ioannes, a Metensium consistorio missus m. Octobri.* Ce ministre était très-lié avec Pierre de Cologne alors pasteur à Metz, lequel l'introduisit à Ste. Marie. (*Drion, notice sur l'égl. de S. M. p.* 19.)

6) *Drion male: Nemausum.* Frankf. Rel. Hdl. I. p. 22. (*Was es mit d. Ref. exercitio Rel. vor eine Beschaffenh. gehabt* 1735: Es haben die Fremden zu Fr. in ihren (7. *Mai*—27. *Nov.* 1561. *Beil. n.* 35-41) übergebenen Memorialien die Wiedereröffnung der Kirche nicht iure ipsis competente vel pacto oder als eine Schuldigkeit sondern als eine meram gratiam gesuchet, auch weiter nichts erhalten als dass sie an den beyden Christtägen offentlich predigen lassen mögen. Bei dieser Gelegenheit ist von der Confession des zum franz. Predigern vorgeschlagenen Arnoldi Banci und deren Probirung nichts gedacht worden und hat das Ministerium Franof. solche Confession nicht billigen können. — *Arn. Banci conf. fidei lecta germanice in senatu a.* 1561 *d.* 11. *Dec. in Rel. Hdl. II. Beil.* 37, *p.* 327. *Des Ministerii Bedencken über Banci Gl. Bek. v.* 1. *Jan.* 1562. *ib. n.* 38, *p.* 330.

3641.

BLAURERUS CALVINO.

Commendat ei iuvenem aliquem studiosum et hac occasione eius commentarios in libros sacros maximis extollit laudibus.

(Ex autographo Cod. Genev. 196, fol. 234.)

Clarissimo incomparabilique theologo D. Ioanni Calvino amico et fratri tam observando quam longe carissimo.

Genevae.

8. Quanquam vix quidquam aeque invitus facio, observande mihi semper ac omnium longe carissime *Calvine*, quam tibi tuique similibus magnis viris ac publicis negotiis natis, vulgarium hominum commendationibus molestus esse, quod scilicet illibenter illis ad temporis vel tantilli iacturam faciendam ansam praebeo, et saepe male collocatum sit quod istis quibusdam qui commendatitias importunius extorquent impenditur, hic tamen pius et multum studiosus adulescens Ioachimus *Herterus* [1]) sic mihi est a germano suo fratre, homine familiariter mihi noto et valde amico, ut eum tibi commendem accurate commendatus ut decsse petitioni ipsius haudquaquam potuerim. Fuit autem ante annum hic *Ioachimus*, quum Genevam studiorum gratia se conferret, a *Bullingero* quoque nostro [2]) et *Petro Martyre* de meliore, ni fallor, nota diligenter tibi commendatus. Nunc quum Galliae res pacatiores paulo sint et persequutionis ob evangelium Christi tempestas tranquillata videatur, fratris consilio usus operae pretium se facturum existimat si Lutetiam proficiscatur, clarorum virorum commendatitiis comitatus, si forte conditio quaequam mediocris sibi contingat, qua adiutus studiorum suorum cursum felicius absolvere possit. Tu igitur, mi colendissime *Calvine*, si quid hic potes, imo quia plurimum potes, pro solita illa et quae de omnibus bene mereri studet officiosa humanitate tua, praesenti ope vel consilio, vel qua apud multos alios vales autoritate, huic etiam bono *Ioachimo* adesse non pigeat, [3]) quo votorum suorum vel aliquousque compos evadere possit, planeque intelligat, meam apud te commendationem sibi non omnino fuisse infructuosam. Dedi illi etiam ad *Bezam* nostrum literas, quem dici non potest quam gratuler tam honesta feliciquc occasione patriae, quae eum iam dudum eiecerat, redditum, ut hanc divina et mirifica dispensatione ipse nunc ad veram patriam compendiaria via, quae Christus est, deducat. Dominus illius ministerio coelesti incremento affatim benedicat, ut quod se extimulante conatur se quoque fortunante efficiat, sicque non tam ipse, quam omnes quotquot ubique sunt fideles, de Galliae salute, quae iam non titulo solum sed re ipsa christianissima sit facta, Deo gratulemur.

De rebus Helvetiorum, quoque loco sit nunc Glareanorum cum Quinquepagicis causa, [4]) quia *Bullingerus* noster, quemadmodum de aliis quoque Germaniae novis, identidem te certiorem facit, non est ut ipse etiam eadem scribens te fatigem.

Linerus noster tuam mihi salutem nudius tertius hac ad suos rediens officiose dixit: quem vale dolet tuorum in Danielem commentariorum [5]) nullum mihi exemplum attulisse, quum interim affirmet unum se a te dono accepisse, quod ego tamen petere a viro non audebam, quod scirem suis Sangalli concionatoribus esse destinatum. Novit certe ille quanto tenear desiderio scriptorum tuorum, si quid forte novi vel longum vel breve abs te editur, ut merito illi succenseam quod tanta me voluptate defraudarit, tametsi omnino istuc apud praesentem dissimularim, ne forte unum illud exemplum a quantumvis invito extorquere velle viderer. Aliam autem occasionem captabo, si fieri potest, ut quamprimum istinc ad me labor ille perferatur, quandoquidem eo mihi spiritu quo scripti sunt sacri libri abs te enarrari omnino videntur, ut non possim in iis tuis vere divinis commentariis non suavissime, quoties omnino vacat, delitiari.

Christus vitalis vita nostraeque vitae unicus autor et conservator, si non diutius, tantisper tamen superstitem te esse velit, dum etiam quos non multos adeo reliquos fecisti divinorum eloquiorum libros eodem spiritu suo dictante eademque felicitate, maximo ecclesiae suae fructu, quemadmodum priores, illustres. Amen amen. In eo iam quoque bene vale et senectutem hanc meam, miserae huius vitae saturam [6]) et ad eam quae vere et sola vita est collectis sarcinulis migraturientem, fide flagrantibus votis tuis constanter adiuva. Vitoduri xj. Decembris 1561.

Tuus ut nullus aeque
Ambr. Blaurerus.

3641 1) *frater ludimagistri Turicensis.*
2) *N.* 3258.
3) *sc.* Tu . . . . pigeat.
4) Cf. *N.* 3563, 3597. *Nihil novi pro tempore factum. In a. d. VIII. Cal. Febr. novus conventus indictus.* (*Bucher* VI 448.)

5) *N.* 3455.
6) *Natus erat a.* 1492. *Laudatur tamen a Pantal.* (*A. Bl.* p. 143) [illegible]

3642.

BEZA CALVINO.

Parisiis retentus patrem pro tempore non invisit. Varii motus in diversis regni partibus et passim belli civilis primitiae, ad quas compescendas missi regii dimittuntur.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 52, coll. e Cod. 112 fol. 56. Cod. Bern. Epp. VI. p. 969, Cod. Simleri 102. Edidit Baum App. II. 140. Inscriptio desideratur.)

S. Ecce, quum iam iter ingressus essem [1]) revocatus sum *Posidonii* [2]) literis, cui eo libentius sum obsequutus quod patrem rescivi extra periculum esse. [3]) Distuli igitur profectionem ad Nonas Ianuarii, quo tempore spero omnino dimittendum conventum qui ad xx huius mensis habebitur. [4]) Interea quantum ex *Posidonii* literis cognovi praesentia mea non erit inutilis, ut saltem eos in officio contineam, quos scribit, simul atque discessi, nonnihil dissidere coepisse. Heri coactus hominum importunitate concionem habui in D. Antonii suburbio,[5]) nec impedire potuit densissima pluvia, quominus omnium ordinum viri et feminae ad sex millia sub dio convenirent. Tantum animorum ardorem nunquam animadverti. Sed plane miserabilis erat facies. Itaque omnes ad constantiam hortatus concionem abrupi. Cras in aulam reversus omnia tentabo ne multo plures nunc aquis quam olim flammis perdantur.

Audisti procul dubio de quadam Sorbonica ut vocant tentativa, in qua agitatum fuit de summa potestate papae in spiritualibus et temporalibus. [6]) Nudiustertius factum est senatusconsultum, quo iubentur duo magistri nostri tum in proxima sua disputatione, tum etiam in aula coram consilio regio propositionem abiurare et veniam a regia Maiestate, totius facultatis nomine precari.

Missi sunt duo Legati [7]) in Provinciam, qui in sicarios et seditiosos illos inquirant. Totidem [8]) destinati sunt iam pridem Occitanis, sed eorum culpa adhuc haerent in urbe. Itaque non me sed se ipsos accusent oportet. Apud Cadurcos [9]) narrantur 43 ex nostris uno hostium impetu trucidati. Quae crudelitas omnes, ut spero, commovebit. Albiniaci regulo [10]) dies dictus est, ut coram rege rationem reddat multorum quae in nostros arguitur commisisse. *Sacrocaesariensis* comes, [11]) qui et ipse non procul Turonibus dicitur duos trucidasse, multos vulnerasse, domos incendisse, impetravit ut de hoc facto in regis consilio decernatur, ubi procul dubio obtinebimus, nisi omnis iustitia prorsus hinc exsulet.

Borgoinum nostrum miratus sum ad Caldomontanos [12]) missum, qui pauci sunt et hostibus proximi. Mallem concessum Ambianis vel Rhenonibus qui nos suis assiduis flagitationibus fatigant. Ex istis facile intelliges, mi pater, timendum non esse, ne vel delitiis vel otio marcescam. Utinam qui mihi animum tribuit pro sua misericordia vires etiam suppeditet. Coenam celebravimus Calendis huius mensis in castro quod est Sangermano contiguum. Interfuerunt circiter septingenta capita et in his *Navarrena*, *Admiraldus* cum uxore et principis socrus. [13]) Nam princeps ipse cum uxore per valetudinem adesse non potuit. Ringuntur multi, sed frustra. Trecensem episcopum [14]) audio suo etiam episcopatui renunciasse. Sed hoc nondum plane rescivi. Quae de tota illa causa scripsisti accepi, et pro iis magnam tibi gratiam habeo omnium fratrum nomine, quibus hic tuus labor fuit gratissimus. De *Balduino* [15]) illo infelicissimo quid mihi faciendum putes, scire percupio, nec ullae me curae impedient, quominus desiderio meo, si tibi videbitur, satisfaciam.

3542. 1) *Veselium ad patrem.*

2) *Coligny.*

3) *Quem tamen postea superstitem non vidit.* (*Baum* II. 462.)

4) *de quo saepius supra. Caeterum prorogatus fuit ad Cal. Ian.*

5) *scil. in Popincourt, faubourg S. Antoine, ubi protestantium conventus celebrari solebat. Habebant praeterea alium locum, le Patriarche dictum, in suburbio S. Marcel. In eo conventu de quo hic loquitur decreta fuit eleemosynarum quaedam administratio* (*Bruslart l. l.* I. 66).

6) *Journal de Bruslart* I. 60: M. le prince de la Roche-sur-Yon et M. le Chancelier firent plaincte à Messieurs de la Court de Parlement de ce qu'il s'estoit tenue une proposition par un Theologien (*Jean Tanquerel*) qui demeuroit au college de Harecourt que *Papa potest reges et imperatores haereticos deponere. Cf. Bulaei Hist. univ. Paris* VI. 545. — *Languet Epp.* II. 160. *d. d.* 26. *Nov.*: Sorbonistae nuper disputarunt an liceat Pontifici Rom. regem haereticum aut schismaticum aut discedentem ab obedientia pontificia privare regno et regnum ipsius in alium transferre. Quidam dicunt eos conclusisse, alii dicunt nihil certi constituisse. Quidquid sit periculosum est talia hoc tempore movere. Res est delata in aulam et sunt constituti qui in eos inquirant tanquam seditiosos, suntque ex ipsis aliqui iam traditi custodiae.

7) *Praefectus Provinciae de Flassans protestantes ex ea eiicere conatus fuerat. Quum turbas inde natas Locumtenens regius Comes de Tendes compescere non potuisset, missi sunt Cursolius cum altero legato,* de Fumée, grand rapporteur au parlement de Paris. *Qui d.* 10. *Dec. eo profecti sunt.* (*Hist. eccl.* I. 894 *seq.*)

8) *Burie et Monluc, episcopi frater.*

9) *Languet* II. 185. 188. *Hist. eccl.* I. 854: *In eo oppido plebs a sacerdotibus excitata d.* 15. *Nov. domum ubi protestantium conventus celebrabatur incendio delevit et* 42 *homines crudeliter trucidavit. Postea protestantes vicinorum locorum de Cadurcensibus per occasionem poenam sumpserunt suos ulciscentes.*

10) *praefecto regio in Aubigny* (*Berry*).

11) *Du Buis comte de Sancerre, ministrum senem Longueville interfecit.* (*Hist. eccl.* II. 600.)

12) *Teste Hist. eccl.* I. 767 *ad Trecenses missus fuit. Fortassis in itinere haesit in Chaumont.*

13) *Mad*[e] *de Roye.*

14) *N.* 3602. 3608. 3616 *sq.* — *Languet, p.* 184: Trecassium episcopus omnino constituit non cedere episcopatu, et habet patronos non pàrvae autoritatis, et inprimis Condaeum, quibus est gratum tale exemplum statui, et qui non facile ipsius patrocinium deserent. Accersitus est iam in aulam, ubi heri audivi eum concionantem in aedibus Condaei cum maximo applausu eorum qui sunt nostrae religionis. Non enim ipsi deest eruditio nec facundia et quamvis sit Italus eleganter tamen loquitur gallice.

15) *N.* 3624.

S. Quanquam vix quidquam aeque invitus facio, observande mihi semper ac omnium longe carissime *Calvine*, quam tibi tuique similibus magnis viris ac publicis negotiis natis, vulgarium hominum commendationibus molestus esse, quod scilicet illibenter illis ad temporis vel tantilli iacturam faciendam ansam praebeo, et saepe male collocatum sit quod istis quibusdam qui commendatitias importunius extorquent impenditur, hic tamen pius et multum studiosus adulescens Ioachimus *Herterus* [1]) sic mihi est a germano suo fratre, homine familiariter mihi noto et valde amico, ut eum tibi commendem accurate commendatus ut deesse petitioni ipsius haudquaquam potuerim. Fuit autem ante annum hic *Ioachimus*, quum Genevam studiorum gratia se conferret, a *Bullingero* quoque nostro [2]) et *Petro Martyre* de meliore, ni fallor, nota diligenter tibi commendatus. Nunc quum Galliae res pacatiores paulo sint et persequutionis ob evangelium Christi tempestas tranquillata videatur, fratris consilio usus operae pretium se facturum existimat si Lutetiam proficiscatur, clarorum virorum commendatitiis comitatus, si forte conditio quaequam mediocris sibi contingat, qua adiutus studiorum suorum cursum felicius absolvere possit. Tu igitur, mi colendissime *Calvine*, si quid hic potes, imo quia plurimum potes, pro solita illa et quae de omnibus bene mereri studet officiosa humanitate tua, praesenti ope vel consilio, vel qua apud multos alios vales autoritate, huic etiam bono *Ioachimo* adesse non pigeat, [3]) quo votorum suorum vel aliquousque compos evadere possit, planeque intelligat, meam apud te commendationem sibi non omnino fuisse infructuosam. Dedi illi etiam ad *Bezam* nostrum literas, quem dici non potest quam gratuler tam honesta felicique occasione patriae, quae eum iam dudum eiecerat, redditum, ut hanc divina et mirifica dispensatione ipse nunc ad veram patriam compendiaria via, quae Christus est, deducat. Dominus illius ministerio coelesti incremento affatim benedicat, ut quod se exstimulante conatur se quoque fortunante efficiat, sicque non tam ipse, quam omnes quotquot ubique sunt fideles, de Galliae salute, quae iam non titulo solum sed re ipsa christianissima sit facta, Deo gratulemur.

De rebus Helvetiorum, quoque loco sit nunc Glareanorum cum Quinquepagicis causa, [4]) quia *Bullingerus* noster, quemadmodum de aliis quoque Germaniae novis, identidem te certiorem facit, non est ut ipse etiam eadem scribens te fatigem.

Linerus noster tuam mihi salutem nudius tertius hac ad suos rediens officiose dixit: quem vale dolet tuorum in Danielem commentariorum [5]) nullum mihi exemplum attulisse, quum interim affirmet unum se a te dono accepisse, quod ego tamen petere a viro non audebam, quod scirem suis Sangalli concionatoribus esse destinatum. Novit certe ille quanto tenear desiderio scriptorum tuorum, si quid forte novi vel longum vel breve abs te editur, ut merito illi succenseam quod tanta me voluptate defraudarit, tametsi omnino istuc apud praesentem dissimularim, ne forte unum illud exemplum a quantumvis invito extorquere velle viderer. Aliam autem occasionem captabo, si fieri potest, ut quamprimum istinc ad me labor ille perferatur, quandoquidem eo mihi spiritu quo scripti sunt sacri libri abs te enarrari omnino videntur, ut non possim in iis tuis vere divinis commentariis non suavissime, quoties omnino vacat, delitiari.

Christus vitalis vita nostraeque vitae unicus autor et conservator, si non diutius, tantisper tamen superstitem te esse velit, dum etiam quos non multos adeo reliquos fecisti divinorum eloquiorum libros eodem spiritu suo dictante eademque felicitate, maximo ecclesiae suae fructu, quemadmodum priores, illustres. Amen amen. In eo iam quoque bene vale et senectutem hanc meam, miserae huius vitae saturam [6]) et ad eam quae vere et sola vita est collectis sarcinulis migraturientem, fide flagrantibus votis tuis constanter adiuva. Vitoduri xj. Decembris 1561.

Tuus ut nullus aeque
Ambr. Blaurerus.

3641. 1) *frater ludimagistri Turicensis.*
2) *N.* 3258.
3) *sic:* Tu . . . . pigeat.
4) *Cf. N.* 3583. 3597. *Nihil novi pro tempore factum. In a. d. VIII. Cal. Febr. novus conventus indictus.* (*Ruchat* VI. 442.)
5) *N.* 3485.
6) *Natus erat a.* 1492. *Laudatur tamen a Presselio* (*A. Bl. p.* 143) *epistola eius hoc ipso mense scripta in qua se dicit eadem gaudere valetudine qua ante viginti annos.*

3642.

BEZA CALVINO.

Parisiis retentus patrem pro tempore non inviset. Varii motus in diversis regni partibus et passim belli civilis primitiae, ad quas compescendas missi regii dimittuntur.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 52, coll. c Cod. 119, fol. 86, Cod. Bern. Epp. VI. p. 969, Cod. Simleri 102. Edidit Baum App. II. 140. Inscriptio desideratur.)

S. Ecce, quum iam iter ingressus essem[1]) revocatus sum *Posidonii*[2]) literis, cui eo libentius sum obsequutus quod patrem rescivi extra periculum esse.[3]) Distuli igitur profectionem ad Nonas Ianuarii, quo tempore spero omnino dimittendum conventum qui ad xx huius mensis habebitur.[4]) Interea quantum ex *Posidonii* literis cognovi praesentia mea non erit inutilis, ut saltem eos in officio contineam, quos scribit, simul atque discessi, nonnihil dissidere coepisse. Heri coactus hominum importunitate concionem habui in D. Antonii suburbio,[5]) nec impedire potuit densissima pluvia, quominus omnium ordinum viri et feminae ad sex millia sub dio convenirent. Tantum animorum ardorem nunquam animadverti. Sed plane miserabilis erat facies. Itaque omnes ad constantiam hortatus concionem abrupi. Cras in aulam reversus omnia tentabo ne multo plures nunc aquis quam olim flammis perdantur.

Audisti procul dubio de quadam Sorbonica ut vocant tentativa, in qua agitatum fuit de summa potestate papae in spiritualibus et temporalibus.[6]) Nudiustertius factum est senatusconsultum, quo iubentur duo magistri nostri tum in proxima sua disputatione, tum etiam in aula coram consilio regio propositionem abiurare et veniam a regia Maiestate, totius facultatis nomine precari.

Missi sunt duo Legati[7]) in Provinciam, qui in sicarios et seditiosos illos inquirant. Totidem[8]) destinati sunt iam pridem Occitanis, sed eorum culpa adhuc haerent in urbe. Itaque non me sed se ipsos accusent oportet. Apud Cadurcos[9]) narrantur 43 ex nostris uno hostium impetu trucidati. Quae crudelitas omnes, ut spero, commovebit. Albiniaci regulo[10]) dies dictus est, ut coram rege rationem reddat multorum quae in nostros arguitur commisisse. *Sacrocaesariensis* comes,[11]) qui et ipse non procul Turonibus dicitur duos trucidasse, multos vulnerasse, domos incendisse, impetravit ut de hoc facto in regis consilio decernatur, ubi procul dubio obtinebimus, nisi omnis iustitia prorsus hinc exsulet.

Borgoinum nostrum miratus sum ad Caldomontanos[12]) missum, qui pauci sunt et hostibus proximi. Mallem concessum Ambianis vel Rhenonibus qui nos suis assiduis flagitationibus fatigant. Ex istis facile intelliges, mi pater, timendum non esse, ne vel delitiis vel otio marcescam. Utinam qui mihi animum tribuit pro sua misericordia vires etiam suppeditet. Coenam celebravimus Calendis huius mensis in castro quod est Sangermano contiguum. Interfuerunt circiter septingenta capita et in his *Navarrena, Admiraldus* cum uxore et principis socrus.[13]) Nam princeps ipse cum uxore per valetudinem adesse non potuit. Ringuntur multi, sed frustra. Trecensem episcopum[14]) audio suo etiam episcopatui renunciasse. Sed hoc nondum plane rescivi. Quae de tota illa causa scripsisti accepi, et pro iis magnam tibi gratiam habeo omnium fratrum nomine, quibus hic tuus labor fuit gratissimus. De *Balduino*[15]) illo infelicissimo quid mihi faciendum putes, scire percupio, nec ullae me curae impedient, quominus desiderio meo, si tibi videbitur, satisfaciam.

3542. 1) *Veselium ad patrem.*

2) *Coligny.*

3) *Quem tamen postea superstitem non vidit.* (*Baum* II. 462.)

4) *de quo saepius supra. Caeterum prorogatus fuit ad Cal. Ian.*

5) *scil. in Popincourt, faubourg S. Antoine, ubi protestantium conventus celebrari solebat. Habebant praeterea alium locum, le Patriarche dictum, in suburbio S. Marcel. In eo conventu de quo hic loquitur decreta fuit eleemosynarum quaedam administratio* (*Bruslart l. l.* I. 66).

6) *Journal de Bruslart* I. 60: M. le prince de la Roche-sur-Yon et M. le Chancelier firent plaincte à Messieurs de la Court de Parlement de ce qu'il s'estoit tenue une proposition par un Theologien (*Jean Tanquerel*) qui demeuroit au college de Harecourt que *Papa potest reges et imperatores haereticos deponere. Cf. Bulaei Hist. univ. Paris* VI. 545. — *Languet Epp.* II. 160. *d. d.* 26. *Nov.*: Sorbonistae nuper disputarunt an liceat Pontifici Rom. regem haereticum aut schismaticum aut discedentem ab obedientia pontificia privare regno et regnum ipsius in alium transferre. Quidam dicunt eos conclusisse, alii dicunt nihil certi constituisse. Quidquid sit periculosum est talia hoc tempore movere. Res est delata in aulam et sunt constituti qui in eos inquirant tanquam seditiosos, suntque ex ipsis aliqui iam traditi custodiae.

7) *Praefectus Provinciae de Flassans protestantes ex ea eiicere conatus fuerat. Quum turbas inde natas Locumtenens regius Comes de Tendes compescere non potuisset, missi sunt Cursolius cum altero legato,* de Fumée, grand rapporteur au parlement de Paris. *Qui d.* 10. *Dec. eo profecti sunt.* (*Hist. eccl.* I. 894 *seq.*)

8) *Burie et Monluc, episcopi frater.*

9) *Languet* II. 185. 188. *Hist. eccl.* I. 854: *In eo oppido plebs a sacerdotibus excitata d.* 15. *Nov. domum ubi protestantium conventus celebrabatur incendio delevit et* 42 *homines crudeliter trucidavit. Postea protestantes vicinorum locorum de Cadurcensibus per occasionem poenam sumpserunt suos ulciscentes.*

10) *praefecto regio in Aubigny* (*Berry*).

11) *Du Buis comte de Sancerre, ministrum senem Longueville interfecit.* (*Hist. eccl.* II. 600.)

12) *Teste Hist. eccl.* I. 767 *ad Trecenses missus fuit. Fortassis in itinere haesit in Chaumont.*

13) *Mad*e *de Roye.*

14) *N.* 3602. 3608. 3616 *sq.* — *Languet, p.* 184: Trecassium episcopus omnino constituit non cedere episcopatu, et habet patronos non parvae autoritatis, et inprimis Condaeum, quibus est gratum tale exemplum statui, et qui non facile ipsius patrocinium deserent. Accersitus est iam in aulam, ubi heri audivi eum concionantem in aedibus Condaei cum maximo applausu eorum qui sunt nostrae religionis. Non enim ipsi deest eruditio nec facundia et quamvis sit Italus eleganter tamen loquitur gallice.

15) *N.* 3624.

Superiora scripsi Lutetiae, nec prius mittere volui quam in aulam redissem, ut quaedam adiungerem, de quibus adhuc eram incertus. In Aquitania eodem fere tempore quo saevierunt Cadurci, nostri D. *Fumetum* [16]) quendam a quo saepe vexati fuerant, in ipsius castrum usque persequuti interfecerunt, et nullum non crudelitatis genus in cadaver exercuerunt. Direpta etiam est domus et uxor vulnerata. Inde progressi sunt ad alium quendam obsidendum. Hinc varii passim tumultus, quibus utinam duces deessent. Ista valde commoverunt reginae et procerum animos, nec quidquam magis incommode accidere potuit, quoniam instat vicesima Decembris et conventus ille a cuius exitu pendemus. Sed tamen non desino bene sperare, immo iam etiam aliquid boni ortum est ex hoc malo. Statim enim delecti sunt et missi duo qui de omnibus illis sicariis utrinque inquirant et ii quidem quales optare potuimus. [17]) Additi sunt duo rei militaris duces cum octo signis equitum, ut summa severitate utrinque coerceantur seditiosi, ex duumvirorum sententia. Est autem diserte imperatum ut nocentum suppliciis contenti innocentes tueantur neque nostris ecclesiis vel tantillum incommodent, imo singulos magistratus oppidatim moneant, ne nostris qui pacati fuerint ullo modo noceant. Interea vero dum isti se parant, literas misi quam celerrime ad omnes illarum partium ecclesias ut boni sese a malis in ista causa seiungant, et innocentiam suam iudicibus probent. *Cursolius* [18]) quoque ad Lugdunenses, Delphinates, Provinciales, Occitanos denique cum duodecim equitum signis mittitur iisdem de causis, et quatuor inquisitores illi adiunguntur. Nec sane melius nobis hac in parte consuli potuit, quoniam qui mittuntur probi et integri sunt omnes, neque, ut spero, exspectationem nostram fallent. Praeterea etiam vehementer proderit iste equitum delectus ad impedienda eorum consilia, qui vel domi vel foris adversus huius regni statum coniurarunt, quoniam fieri vix poterit ut clam comparare possint copias, quae nostris iam instructis opponantur. Quod si aperte nos adoriantur, eo paratiores erimus illis excipiendis, undecunque impetum fecerint. Sed ista utinam potius Dominus Deus avertat. Tantum metuo quorundam temeritatem et impatientiam qui utinam saltem sibi solis nocerent.

De concilio Tridentino nescio quid agitatur, quod postquam cognovero accurate scribam. Vides mihi hic non deesse hic manendi causas, quae utinam tam multae et tam iustae non essent, ac potius suaviter iam nunc ut antea tecum, mi pater, et laborare et quiescere liceret. Sed age fiat Domini voluntas. Bene vale, mi pater, cum collegis et amicis omnibus. D. Iesus te incolumem servet et sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. Ex Sangermano 12. Decembris.

Tuus Beza.

16) praefectum satellitum regii corporis, hominem magnae autoritatis (*Languet* I. 186. *Hist.* eccl. I. 800). *Dudum piis infensus diaconum quendam a concione redeuntem et casu obvium occiderat. Statim eius castellum obsessum fuit et expugnatum, ipse in moenibus interfectus d.* 22. *Nov.* (*Baum* II. 465.)

17) *Nic. Compaing conseiller du grand conseil et Girard lieutenant du Prévost de l'hostel.*

18) Ant. Comte de Crussol, Sr. de Beaudiner (*Hist.* eccl. I. 720).

3643.

GRAVELLE A CALVIN.

L'église de Troyes demande qu'on lui laisse le ministre Le Roy et qu'on lui envoie aussi Enoch.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 196, fol. 262.)

A Monsieur et pere Monsieur dEpeville
la part ou il sera.

La grace et paix du Seigneur vous soit multiplye.

Monsieur et pere, nous vous prions de rechef de nous faire tant de bien que destre moien que nostre frere *Le Roy* [1]) soit du tout nostre, veu qu'il sera asses occuppe icy sans quon lenvoye a Bordeaulx pour travailler a loeuvre du Seigneur, comme nous avons entendu quon voulloit faire. Joinct que nous l'avons tousiours retenu comme nostre, au cas que les freres de Dijon ne se souciassent point de luy. Si aussi il vous plaist nous faire tant de bien que de rescripre un petit mot a messeigneurs de la classe de Neufchastel touchant laffaire de nostre frere *Sorel*, [2]) a ce quil puisse avec leur congé estre du tout nostre, vous nous obligeres de plus en plus a vous. Le Seigneur vous benie a jamais. De Troyes ce xiij[e] jour de Decembre.

Vostre filz obeissant au Seigneur
J. Gravelle au nom de leglise.

3643. 1) *N.* 3569. 3608.
2) *Voyez la lettre suivante.*

Nous avons oublié a vous prier humblement de nous envoyer Mr. *Enoch* si faire se pouvoit.[3]) Maintenant dont nous en prions au nom de Dieu esperant quil fera en ce pais un fruict merveilleux.

3644.

GRAVELLE AUX MINISTRES DE NEUCHATEL.

Il demande que Sorel soit autorisé à rester à Troyes.

(Autographe de la Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. Bulletin XII. 356. Recordon, hist. du Prot. en Champagne p. 252.)

A Messieurs et peres Messieurs de la classe de Neufchastel

a Neufchastel.

La grace du Seigneur vous soit multipliee.

Messieurs et peres vous ne trouveres estrange sil vous plaist si nous vous prions humblement pour la troisiesme fois de nous accorder que nostre frere *Sorel* soit du tout nostre. Si vous esties en nostre place, Messieurs et peres, voiant le fruict quil fairoit et pourroit fere a l'advenir, voiant quil seroit si agreable au menu peuple que rien plus, pour le grand proffit quil tireroit tous les jours de ses sermons plains de sainctes exhortations à pieté, joinct que ses affaires particulieres requerroient bien icy sa presence, nous ne doutons point que ne fissies instance comme nous à ce quil vous fust donné pour tousiours. Nous vous prions donc de ne trouver point mauvais si encore ceste fois nous vous supplions, au nom de Dieu qui a rachepté son Eglise du pris du sang de son Filz Jesus, que vous aies pitié de ce petit trouppeau de Troyes affamé de la parole de vie. Si vous nous prives, Messieurs et peres, de la presence dun pasteur si necessaire il ne nous en demeurera plus quun lequel ne pourra pas fournir à la ville, tant sen fault quil puisse planter Eglises au Seigneur selon coustume, confermant celles qui sont ja toutes dressees non seullement és environs de Troyes ains aussi à sept, neuf et quinze lieues loing non sans un fruict merveilleux. Et y a apparence quil pourra a l'advenir estre encore plus grand, nostre frere *Sorel* faisant les voyages à sa commodité quun aultre a faict auparavant. Seulement, Messieurs et peres, octroies nous ce don sil vous plaist, et esperes par vostre moien en ce pais un grand avancement du regne du Seigneur Jesus, nous obligeans avec toutte la Champaigne de plus en plus à prier à tout jamais pour vous et tout le trouppeau que le Seigneur vous a commis. Le Filz de Dieu vous benie et gouverne par son sainct Esperit tellement vostre coeur en cest affaire que nous aions telle responce que nous demandons. De Troyes ce 13e jour de decembre.

Vostre filz obeissant au Seigneur
Jean Gravelle dit du Pin
au nom de l'Eglise de Troyes.

3) *Il était pasteur en ville depuis 1560. Il ne paraît pas avoir été fait droit à cette demande. Car en 1562 il fut nommé recteur de l'académie et ne se rendit en France qu'en 1566, d'abord dans sa patrie à Issoudun, plus tard chez la duchesse Renée de France.*

3645.

FARELLUS MINISTRIS NEOCOMENSIBUS.

Acta Vapincensia.

(Ex authentico edidit Iul. Guil. Fick, Gen. 1865 ad calcem libri autoris: Du vray usage de la croix p. 306. Textus ab amanuensibus duobus mendose scriptus et a nobis tacite emendatus.)

Quam carissimis fratribus et symmystis decano et omnibus pastoribus sancti coetus Neocomensis.

S. Quum Sabbato [1]) sub noctem appulissemus, die dominico a prandio, quamvis rogassem ut mane id fieret, concionem habuimus frequentem in templo cui nemo praeest,[2]) nisi qui interdum Cappellanus missam celebrat, qui claves dedit libere. Plures paene erant extra templum quam in templo, quum locus eos capere non posset. Syndici petierunt ut is qui episcopi nomine praeest ut gubernator cum suis curaret ne quis motus fieret. Quod effectum est. Lunae prosequuti sumus populo satis frequenti et item die Martis. Sed a prandio vicebalivus me

3645. 1) *d. 15. Nov. non 14 ut habet impressum.*
2) *chapelle de St Colombe* (*Arnaud, Prot. du Dauphiné* I. 90).

vocavit, et id satis honorifice, misso primo syndico et procuratore regio, per quos rogavit ut ad se venirem et ad eos qui illi assident. Quod feci. Et coepit edictum regis mense Iulio emissum proponere, et rogavit quo autore, quo vocante et quibus instantibus concionatus essem, et id genus alia. Respondi ad singula. Audita responsione quae satis lenis fuit, prout ille reverenter me conveniebat, secessi, ut ille cum assessoribus deliberaret: et tandem ut revocarunt rogaverunt ut tantisper supersederem a concione donec senatum Grannopolitanum et gubernatorem certiores fecissent. Respondi, non esse mentem regis ut propter edictum praedicatio evangelii prohiberetur nec impedirentur ministri et pii quin agant praedicando et audiendo verbo quod decet pios. Idque satis testatum esse quum ministros vocavit ad colloquium qui palam praedicant in aula et in urbibus paene omnibus aperte praedicant ministri, ut Luduni,[3]) et alibi passim, quamvis episcopi eos non admiserint. Et tantum abest quin prohibeantur, quod potius magistratus incumbit ne quis eos turbet. Et satis notum est, dum concio fit, magistratum cum satellitibus curare ne quis motus fiat, quod effectum fuit hic in prima concione. Rogavi ut mea et piorum conditio non esset deterior quam pastorum et piorum qui Luduni sunt et alibi. Plus satis pios fuisse in tenebris et extra viam abductos: non prohiberent lucem evangelii illis proponi et viam veritatis ostendi. Multis actum est quibus moti sunt qui aderant. Et hoc addidi, me paratum esse in omnibus morem gerere, sed in hoc non moverentur, nec putarent me temere aliquid agere et studio contradicendi si domino meo et ipsorum parerem iubenti ut evangelium annunciem, et quamdiu vel duo fuerint qui me audiant potius passurum mortem quam os contineam ne praedicem. Reductus ab his qui me deduxerant perrexi de more. Die Iovis oblatus fuit puer baptisandus, quod effectum est multorum aedificatione. Die dominico[4]) bis concionatus sum sed frequentiori populo. Heri[5]) voce tubae proclamata fuere multa quae prius fuerant proclamata, prohibitos conventus omnes et quod nonnisi locis consuetis praedicetur et restituerentur templa. Nos concionati sumus ut prius. Peracta concione minister viceballivi cum literis illius me convenit iussitque ut restituerem templum, cessarem a concione et alia quaedam. Petii exemplar literarum. Pii omnes fere adierunt viceballivum suscipientes causam. Queruntur de eo quod pergit ita ut omnia tendant ad seditionem et tumultus movendos, ubi omnia pacate fierent a nobis, tum in concionibus tum in aliis, et eum non debere ita moveri ob sacellum quod omnibus est expositum, etiam Iudiseribus et histrionibus et his qui negotiantur: eos esse obsequentissimos iussis regiis. Et protestati sunt, si quid fieret contra voluntatem regis et edicta ipsius, ipsum esse autorem, petieruntque ut omnia quae per ipsum acta fuerant ipsis in scriptis darentur, ut vicegerentem certiorem redderent et alios quos oporteret: quibus ille assensit. Omnia missa fuere ad vicegerentem gubernatoris in Montiliensi,[6]) qui non minus aequus fuit quam ipse viceballivus, et iterum rogatus eum se praestitit qui prius. Nos interea pergebamus et ecclesia crescebat: accedebant et exteri. Tandem visum est supersedendum esse a sacello et dispositae sunt sedes, quae olim fuere uxorum fratrum *Gaucherii* et *Claudii*, amplae satis et appositae ad conciones audiendas, in quibus hodie puellam mei patruelis baptisavimus frequentiori populo. Existimo adversarios nos passuros quiete pergere. Delecti sunt seniores duodecim, et in hoc sumus ut per singulos domus examinentur hi qui ad coenam sunt admittendi. Nec puto hoc absolvi posse toto hoc mense. Adiunctus est mihi Petrus *Reinardus* qui diu egit Losannae: is sub auroram brevem habet exhortationem cui frequentes adsunt quotidie, et dominicis diebus catechesin habet multa aedificatione. Superest ut nos commendetis Domino et totam ecclesiam et omnes qui suspirant ad verbum, quorum magnus est numerus. Dominus pastores illis largiatur. Iubete omnes ecclesias precari pro nobis. Salutate praefectum et senatum et pios omnes. Pii vos salutant in Domino. Vapinci 13. decembris 1561.

Boni[7]) consulite, fratres quam carissimi, si haec variis manibus conscripta fuere. Coeperam dictare per eum quem nancisci poteram, et quum sese appararet ad viam is qui Genevam mittebatur, volui, quum alius non adesset, opera ipsius uti. Nam mox a prandio studendum erat. Conciones quotidianae nunquam intermissae et visitatores multi ita me premunt ut quod volebam per me non valuerim efficere. Valete.

Vester in Domino
Farellus.

---

3) *Lugduni.*
4) 28. *Nov.*
5) *Dicere volebat:* Die antecedente *i. e. Sabbathi.*

6) *Sic legit Arnaud l. c. p.* 92. *Nomen dubium. Fickius omisit. — Viro illi nomen fuit La Motte-Goudrin.*
7) *Farellus abhinc mpr.*

3646.

SALINIACUS CALVINO.

Se non adeo ab evangelio alienum esse ut Calvinus existimare videtur, eiusque mentis publica documenta edidisse, conceptis verbis affirmat.

(Manu scripta non exstat. Edidit Beza Genev. p. 261, Laus. p. 541, Hanov. p. 608, Chouet p. 358, Amst. p. 163.)

deron [2]) de ministres: ce qu'on n'avoyt peu obtenir. Et aussi du Synode, qui est tant necessaire. Ie desires fort que non seullement on prechat à ces deux lieus, mais que Monseigneur (comme Prince chrestien) feist fere le proces des prebstres, qui tant longuement ont (comme detestables ennemis de Dieu) batalhié contre la maiesté divinne. Et quelque sentence qu'a esté balhiee contre eux et leur idollatrie, et quelque confession quil ayt faict à part, et publicquement, en aprenant la doctrine de lEvvangille, neanmoingz ilz n'ont iamays cessé de blasfemer et renverser Iesu Christ, sa mort et passion, le sainct Evvangille et la foy chrestienne, plus que aucungz sourciers et nigromentz, et toutz telz personages, desquelz on faict punition exemplaire, sellon tout droict. Et quant est envers les hommes ce sont pourtés murdriers et brigantz, voire des ames qui est plus que le corps, et des larrecins, il ne le fault dire, car ilz surpassent tout, veu qu'ilz ont desraubé ce que les pouvres gentz n'auoyent pas, le faisant emprunter des aultres, pour leur desrauber. Pourtant de ma part, comme i'en ey demandé iustice tant de foys, ie vous prie toutz, que vous en demandies iustice, comme instament ie la demande. Et ie croys que nostre Seigneur a donné tant de grace a Monseigneur qui ne vous esconduyra poinct, qu'il n'en face fere bonne iustice, car telz miserables personaiges nont excuze aucunne, ne d'ignorance ne de chose aucune qui les puysse relever. Quant au sinode, ie vous prie que vous taches envers Monseigneur que nostre frere *Calvin* y soyt appellé: [3]) et pence que facillement l'obtiendres, et par ce moyen poures plus facillement obtenir tout ce qui sera expediant pour le sainct ministere, la discipline de lEglise et tout ce qui fault, et que nostre Seigneur face par sa grace. Quand à moy, si vous demandes [4]) que ie y soye present, devant Dieu ie vous testifie, qu'il ny a chose que ie desire tant, et n'y a presse qui m'eyt tant angoysé que celle que ie sens en recepvant les letres envoyees à vostre nom de toutz: et voyant l'estat de ceste Eyglise, s'il y a personne sur la terre que ie desire veoyr, c'est Monseigneur nostre Prince, desirant tant luy fere la reverance, et ce que i'ey desiré envers toutz nous inciter à de plus en plus servir à Iesu Christ. Ie ne parle de Madame, laquelle ay veu en telle presse, quand elle ouyt la prinse de Monsieur, lequel par la grace de Dieu elle veoid deslivré non seullement d'unne telle captivité, mais d'une plus grande sans comparayson, de la tiranie papalle, et estre à une liberté que plus grande ne se peult demander. Et quant à vous, mes freres, vous saves combien i'estimes vostre advis sans lequel en ce sainct ministere n'ay rien de faict, et ne veus fere. Et vous scaves en quelle extime i'ey heu et ey de present comme Dieu scait, lEyglise que Dieu m'a comise, et toutes celles du pays. Mais ie veoy la necessité de ceste Eyglise et cella qui depend d'ycelle que ie ne puys (si ie ne veus batalhier contre Dieu, et de tout contrevenir à ma consience et trahir lEvvangille) l'abandonner et laiser qu'il n'y soyt pourveu voyre d'home, autre que moy, et plus puyssant en tout. Je en ay escript à nostre frere *Calvin*, [5]) desirant pour aucun temps iusques à ce que ie puysse retourner, qu'il en envoyat aucun, et crains fort que ne le puisse obtenir. Dentre vous ie n'en voy poinct que ie puysse demander, veu que maistre *Maturin* [6]) est envoyé à Sens par vostre consentement, et suys esbaï comment avant que ie feusse de retour vous aves eslu mon frere, maistre *Christofle*, pour Chasteau d'un. [7]) Ie suys fort ayse qu'aves eslu maistre Iaques *Saurel*, [8]) mais ie ne say si le porres reavoyr. Ie n'ey rien entendu de la Bonne Ville ne des autres fors de Sainct Aubin et de Boudri. Ie vous ay esscript pour ceulx de Veynes et de Serres, qui demandoyent maistre George *Laurent*. [9]) Ie n'en ey rien entendu, ie spere * que vous y aves regardé et proveu. I'ey esté fort esbaï, que puys que suys de par deça n'ay heu aucune letre ne novelles de vous, si non ce que maistre *Maturin* a escript. Mais il m'avient ainsi ce dequoy ie desire le plus, ie n'en oys rien. Vous en pouves parler à maistre *Noe*, [10]) et à aultres qui m'en deuvroyent advertir. I'ey escript plusieurs foys, mais ie n'ay poinct de

2) *Ruchat* VI. 451: Le duc Leonor de Longueville, ayant été outragé avec une insolence criminelle par ses sujets catholiques du Landeron, eut encore un nouveau sujet de surprise lors-qu'il apprit à Berne que Soleure, au lieu de se joindre à lui pour punir les rebelles, avait pris hautement leur parti et qu'il vit venir à lui des députés de ce canton pour lui demander raison de sa conduite. Les Soleurais prétendaient qu'il avait violé le Landfried de 1531, qui portoit entre autres qu'on ne forceroit personne à changer de religion, comme si le prince avoit eu le dessein de forcer ses sujets du Landeron à embrasser la religion réformée *etc.* *Kirchhofer*, *Farel* II. 160: Die Bürger von L. hatten beim Besuche der Herzogin und ihres Sohnes dieselben mit bewaffneter Gewalt verhindert durch den Prediger den sie mit sich führten in einer dortigen Kapelle Gottesdienst halten zu lassen.

3) *Calvin n'y assista pas.*

4) *Il appert de la lettre à Calvin qu'ils l'avaient pressé de revenir.*

5) *N.* 3694.

6) *de la Brosse, successeur de Carmel à Motier-Travers.*

7) *Chateaudun. — Christophe Fabri dit Libertet. Il n'alla pas à Chateaudun mais à Vienne en Dauphiné sa patrie et plus tard à Lyon.*

8) *Sorel, pasteur à Boudri, alla à Troyes.*

9) *à Engollon jusqu'en* 1561, *auparavant à Issoire en Auvergne.*

10) *Noé Thorel, alors maître d'école à Neuchâtel.*

responce. Ie vous supplie presenter mes humbles recomandations à l'excellance de Monseigneur, et de Madame, et aussi sallueres Monsieur le Goverueur, et Messieurs les Quatre, tout le Conseil, et toute l'Eyglise. Vous recomandant à la grace du Seigneur qui vous benisse conserve et garde, et toutes ses Eyglises, et fasse prosperer vostre sainct ministere.

De Gap ce 12 de ianvier.

Vostre frere Farel. [11])

3696.

HALLERUS BULLINGERO.

Neque Castalio neque Zanchus vocatus est ad scholam Lausannensem, de Hyperio serio cogitatum.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 154, olim Scrin. B. Epp. Tom. 32, fol. 580. — Simler Vol. 103.)

S. De *Castalione* non est quod sis sollicitus, colendissime D. compater, eadem enim prius novimus omnia quorum tu admones. Interea tibi pro tua diligentia et sollicitudine pia quam pro nobis geris ago gratias maximas. Puto te interea ex meis cognovisse quae circa *Hyperii* vocationem contigerint. — — — — — — — — Sumus etiam de D. *Zancho* loquuti, sed nostri homines Italos supra modum horrent ut non potuerit obtineri illius vocatio — — — — — — — — — — Bernae. [1])

3697.

L'ÉGLISE DE VAULRERE [1]) A CALVIN.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 196, fol. 37.)

A Monsieur Monsieur Metre Ian Calvyn ministre de la parole de Dieu

a Geneve.

Grace et paix par nostre Seigneur Iesuchrit * vous soit multiplie. Amen.

Monsieur vous seres este adverti par Messieurs *de Sales* et *de Sauset* et par une missive que nostre concistoire vous a mande et a messieurs vous freres mynistres de la parole de Dieu en son Eglise de Geneve de la grace que luy a pleu vous fere de nous recevoyr au tropeau de Iesuchrit son filz pou nous rendre de membres pourris membres vifz de son corps par icele, aussi aures entendu le desir que nous avons estre enseignes en la parole, et la grande necessite que nous avons dun mynistre a laquele nous esperions estre secourus par vous moyens comme de ceux qui taches de tout vostre pouvoyr satisfere aux necessiteux, despuis nouz sommes estes advertis par metres Guilhaume *Borrel* et Raynaud *Tallet* quilz nous ont retenu ung mynistre et seules avons despeche ce porteur expreux pour laler querir nouz les avons requers vous en communiquer nouz offrant recevoyr celui ou aultre tel que vous plerra nouz envoyer daussi bon cueur que prions Dieu vous conserver et augmenter ces graces nouz recommandant humblement, Monsieur, aux votres. de Vaulrere ce 17 de Ianvier 1562.

Vous humbles et obeissantz serviteurs et freres en nostre Seigneur ceux de laiglise reformee de Vaulrere et a leur nom

Anthone Debellan.
J. Richard.

3698.

BEZA CALVINO.

Nova ex aula. Ipse de profectione cogitat. Interea denuo colloquium inter utriusque partis delegatos institutum. De Baduelli successore cum Mercero actum.

(Ex autographo Cod. Genev. 117. fol. 64, coll. c. Cod. 119, fol. 73, Epp. Bern. VI. p. 1067, Simleri Vol. 103. et Cod. Sangall. Epp. XII. 297. — Edidit Baum App. II. 159.)

A Monsr. Monsr. D'espeville.

a Villefranche.

---

11) *souscription autographe.*

3696. 1) *Quum respondeat ad Bullingeri ep. d. 9. Ian. scriptam, haec videtur non multo post i. e. circa Idus reponenda. De Zancho vide infra N.* 3707.

3697. 1) *Nom introuvable dans le dictionnaire des communes de France. Avec des changements plus ou moins notables dans la forme on aurait le choix entre un grand nombre. Mais la lettre ne contient aucun indice qui permettrait de déterminer la province où il faudrait chercher la localité.*

8. Non me fefellit exspectatio de suffragiis. Nam fere omnia tulimus. [1]) Id igitur unum supererat, ut scriberetur edictum. Ibi Satan quum se prorsus constrictum videret, subornavit qui moneret adhuc aliquid prius tentandum de pacificatione ut aliqua interiecta remora omnia in fumos abeant. Vocati sunt igitur illi boni viri quos nosti, [2]) et inter eos etiam ille ad quem nuper scripsisti. [3]) Accersiti sunt etiam Sorbonici, quos non novi. Ex nostris vocatus *Marloratius*, iam illic [4]) est *Peroscelius*. Istis cogitant me socium adiungere. Heri dubitabam an eo essem iturus, non tantum propter valetudinem, quae nullum vehementem laborem vel animi vel corporis ferre potest, sed etiam multis aliis de causis, quas ipse per te facile possis coniicere. Hodie tamen expugnatus nostrorum precibus decrevi cras a prandio proficisci, ne desertor videar. Sed nobis certum est non colloqui nisi bonis et certis conditionibus et legitime indicto ecclesiis colloquio, atque etiam eo impetrato ut interea aliquid statuatur de nostra libertate, quoniam nullam amplius moram patitur haec necessitas. Si rogas quid sperem, dico me omnia sperare si nostri proceres satis fortes fuerint. Huc accedit summa necessitas, quae vel ipsos hostes cogat, sed haereo dum alia cogito, quae scribere non possum, quoniam video adversariis omnia licere. Videor tibi fortassis de superioribus promissis aliquid detrahere, sed memineris me in aula versari, et facile, ut spero, ignosces, quanquam certe ne hunc quidem Satanae crepitum magnopere nobis formidandum puto, rebus eo redactis, ut, nisi nobis caveatur, insignem mutationem accidere sit necesse. Aquitanica expeditio [5]) iam, ut audio, refrixit, qua de re Deo gratias ago. Ex aula ad te scribam quidquid acciderit. Hinc facile coniicis me melius habere quam antea. Sed tamen non audeo dicere, me prorsus convaluisse, quoniam mali reliquias sentio, quod fortassis recrudescet. Sed nolo male ominari. Hodie mihi secta est vena brachii sinistri, quod mihi profuturum spero, favente Deo, pro cuius gloria laboramus.

De *Baduelli* successore [6]) sic habe: Tandem nacti sumus hominem singulari et doctrinae et pietatis testimonio ornatum. Aperui illi omnes huius muneris conditiones. Accepit, sed negat se posse dimittere discipulos quos habet ante Calendas Maii, simulque rogat ut respublica nostra viaticum sibi et familiae, id est uxori et aliquot liberis suppeditet, itemque devehendae bibliothecae, quam, ut audio, bene amplam et instructam habet. Testatur *Mercerus* peritissimum etiam esse in hebraicis. Sed ipse noluit hebraearum literarum professionem amplecti, quod se dicat illud studium intermisisse. Quum eo venerit vos dispicietis, et ego, ut spero, una vobiscum. Nihil ei promisi, sed tantum dixi, me de iis quae peteret, statim ad vos relaturum. Videte ut certum responsum mox mittatur.

Uxor mea iam est apud patrem quem ego infelix invisere non possum. Unum superest quod scribam, de quo tu constitues quod videbitur.

Quidam hic latitat ex *Nemorsi* familia, ex cuius ore auditum est, captam quidem non esse Ge-

---

3698. 1) *Languet* 23. *Ian.* (II. 195): Heri redii ex aula ubi per octiduum haeseram ut certiora audirem de deliberationibus ob quas ex omnibus parlamentis convocati erant aliquot senatores . . . . Nemo intemperantius gessit se quam Connestabilis, quod miror, quod tempore Francisci et Henrici semper in hac causa fuit moderatissimus. Acerbe perstrinxit omnes qui causam nostram agunt, et nominatim Amiralium, sororis filium . . . sed ab hoc et Condaeo est ipsi fortiter responsum . . . . Ferrariensis et Turnonius Cardinales eadem dixerunt quae Connestabilis sed moderatius. Nostram causam eruditissime egerunt Arnoldus Ferrerius, Pomponius senator Divionensis, sed omnium vehementissime episcopus Valentinus (*Montluc*) qui eo est provectus ut dixerit pontificem et eius ministros esse ovile diaboli cum quibus nihil velit sibi esse commune. Fuerunt 49 qui sententiam dixerunt, quinquagesimus enim aegrotabat. Ex iis 22 censuerunt nostris esse concedenda templa: sedecim negarunt quidem, non tamen prohibendos esse conventus nec alia exercitia religionis esse impedienda: sed ad haec omnia connivendum esse ut his proximis mensibus est factum. Reliqui undecim dixerunt insistendum esse edicto facto ultima die Iulii, i. e. prohibendos esse conventus et mittendos in exsilium qui a rom. religione defecerunt. Hi quum viderent se numero superari, coniunxerunt se iis qui censuerant esse connivendum et sic haec sententia fuit superior. Factum est igitur decretum quo interdicitur nostris sub poena capitis ne templa in urbibus aut suburbiis occupent aut construant, iubenturque occupata restituere. Licebit ipsis extra urbes suos conventus et alia exercitia religionis habere, et prohibentur omnes sub poena capitis tales conventus impedire aut turbare . . . . . *Textum integrum reperies in Mém. de Condé* III. 8; *Hist. eccl.* I. 674; *Haag, pièces n.* 17 *etc.*

2) *Languet p.* 197: Ex iis qui ex parlamentis vocati erant Regina et Navarrus decem retinuerunt cum quibus adhuc deliberare constituunt, et volunt coram ipsis ministros nostros de tota religione disserere cum pontificiis et respondere ad crimina quae ipsis obiiciuntur . . . . . Delecti sunt ad eam disputationem Beza, Perrucellus, Marloratus et Barbastus concionator reginae Navarrae. Sorbonistarum nomina non teneo [*fuerunt, Demochares, Sim. Vigor, Pelletier, Fournier, Maillard*]. Intersunt etiam Salignacus, Despencius, Boutillierius et Picherellus, viri praeclare eruditi, qui quidem videntur se seiunxisse a Sorbonistis, sed tamen nondum se coniunxerunt nostris ecclesiis. Haec puto fieri in speciem tantum, ut gubernatores exteris principibus et praesertim regi Hispaniae ostendant se non abiicere spem reducendi nostros ad officium, ut vocant.

3) *Salignacum innui suspicamur.*

4) *ap. S. Germanum.*

5) *N.* 3688. 3693.

6) *In l. Rectoris, qui dicitur, p.* 371, *a.* 1561 *Henr. Scringerus Scotus prof. philosophiae recensetur, qui* 1565 *iuris professionem suscepit. In Reg. du Conseil ad* 30. *Dec.* 1561 *idem civitate donatur. Alias enim* (*l. l. p.* 372) *Iac. Des Bordes Burdigalensis prof. philos.* 1562 *nominatur.*

nevam (quod rumor vanus sparserat) sed nondum interruptum eius intercipiendae consilium. Rogatus ab amico ut ederet quid hoc rei esset, respondit: intromitti paulatim certos homines in urbem, qui mane exeuntes ex diversorio simulent quidem se oppido egredi, sed ingrediantur in tres quasdam novas aedes proxime pomoerium et portam quandam urbis exstructas. Eiusmodi multa iam pridem falso sparsa fuisse scio, sed hoc tamen negligere nolui. Si quid amplius rescivero statim scribam. In aula non credas quam frigide ista[7]) curent. Itaque recte fecerint nostri, si quando ad *Posidonium* et *Condaeum* scripserint, vel tu potius, quum commodum videbitur. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus te servet incolumem cum urbe tota et regnum suum magis ac magis inter vos amplificet. Lutetiae 18. Ianuarii.

Tuus Beza.

3699.

QUERCETANUS CALVINO.

Varia tradit de nova praefatione Augustanae confessionis quae et ipsi aliquatenus arridet, porro de principe Palatino ab Oleviano ad purgandam ecclesiam i. e. ad Calvinismum impulso, de Tridentinorum conspiratione, de Flacianis Iena eiectis et Heshusio.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 21.)

Eximio Christi servo D. Ioanni Calvino patri in Domino observando suo.

Genevae.

Gratia et pax a Deo patre Domini nostri I. C.

Iucundissimo errore meo accidit, Io. *Calvine* observandissime, ut ad te laetiora de Cattis nostris nuper quam veriora scriberem. Sic autem rem habere tandem certo comperi. Principes aliquot primi nominis consenserant ut formula praescripta a iunioribus Saxoniae principibus pro ea quae Neoburgi recepta fuit anno superiore in praefatione novae editionis Aug. confessionis substitueretur.[1]) Requirebatur adhuc *Hessi* principis et *Palatini* consensus. Quum igitur iussi theologi essent iudicium suum de duobus scriptis, quibus summa doctrinae sacramentariae continebatur, edere, utrum potius ad pacem ecclesiae retinendum existimarent, et duo concepta in difficili deliberatione responsa essent: alterum, quod ad nos missum fuerat cum scripto duarum academiarum Saxonicarum, facili errore pro illo quod receptum et principi commendatum est obtrudi nobis passi sumus. Aliud certe ab huius ingenuitate non parum degenerat, et quamvis opportune et salubriter a prudentibus et pacis studiosis hominibus concinnatum sit, non tamen satis explicatam interpretationem in locis controversis habet, ne dicam titubantem, et qua confirmari invulgata opinio corporalis manducationis videtur. Suspicione autem non caret officii insolentia in eo qui prius illud nobis obtulit, quod benevolentiae simulatione tentare nostram in re laetissima modestiam voluerit. Sed, Deo gratia, ille sua spe frustratus est. Nam et moderate nos gessimus, et nunc etiam petimus ut pax iis conditionibus quae nova praefatione expressae sunt nobis concedatur, nempe omissa quaestione de modo praesentiae. Res delata est ad xv viros arbitros a senatu delegatos. Interea concionatores acerbissime in nos invehuntur pro concione, et nihil non tentant ut nos excludamur.

Princeps *Palatinus* indies fit confirmatior et in hoc dubio statu rerum, tumultuantibus intus et foris inimicis pacis, nuper adeo nempe 7ª Decembris fractio panis[2]) sacri recepta in usu coenae est, et expurgatae reliquiae idololatriae e templis: ad disciplinam instituendam vehementer ab *Oleviano*[3]) impellitur. Magnam vero hinc invidiam sustinere eum quis non videat? Eoque piis commendanda studia optimi principis sunt ut ea adiuvent precibus ad Deum suis. Quippe hoc paene uno nititur Germaniae incolumitas.

De Tridentina conspiratione credo te certiorá quam nos habere, et iam belli praeludium exorditur episcopus *Bambergensis* erepto Nurembergensibus oppido quodam. Omnia perstrepunt belli rumoribus. Nostrates tamen difficulter se impelli sinunt ut arma capiant. Sed a Deo speramus defensionem.

De dissipatione Flacianae factionis et restitutione D. *Victorini* ex aliis fortasse certiora cognosces. Ipse *Illyricus* vili lacernula habitum rustici men-

---

7) *Nemorsi conatus de quibus supra.*

3699. 1) *Io. Fridericus dux Saxoniae praefationem Aug. Conf. in conventu Naumburgensi m. Ian.* 1561 *exaratam respuerat, quia in ea errores non damnati erant et dissidium inter Lutheranos negatum fuerat. Ea de causa inter principes disceptatum est, quum maxime Brandenburgicus a partibus Saxonis staret.* (*Kugler, Hs. Christoph* II. 230; *Salig* III. 652. 664 *sq.*; *Pfister, Hs. Christoph* 372 *sq.*; *Heppe, Gesch. d. deutschen Prot.* I. 390. 418. 429; *Neudecker, neue Beitr.* II. 24. 32. 42.)

2) *Struve, pfälz. KH.* 106.

3) *Sudhof, Olev.* 81.

tiens profugit Magdeburgum ad *Hessusium*.[4]) Circumferuntur capita eorum ob quae ille principum suorum indignationem incurrit Lipsiae excusa.[5]) Audio illinc quoque prodiisse magnum librum *Hessusii*,[6]) plenum conviciis quibus ille causam alioqui labantem et infirmam sustentare nititur. Sed nullum adhuc exemplar nancisci potui quod mittam. Quam multa et gravia incendia ex odiis et φιλονεικίᾳ in ecclesia accendi videmus! Nec vero restingui posse videntur, nisi in tractanda controversia maior moderatio et in indicanda causa candor adhibeatur, qui ambigue dicta concinne interpretetur. Vale, domine observande. Francofurti xiv Cal. Februarii anno 1562.

T. H. observantissimus
Eustathius Quercetanus.

3700.

LE SÉNAT DE GENÈVE A VIRET.

Comme il est demandé à la fois par l'église de Paris et par celle de Nîmes on lui laisse le choix entre les deux villes, sous la réserve qu'il aurait à revenir à Genève dans un temps donné.[1])

(Archives de Geneve. Lettres de la Seigneurie 1561. 1562. Minute du Secrétaire avec des corrections de la main de Calvin.)

A spectable sage scavant M. Pierre Viret ministre de la parolle de dieu.

Spectable etc. Nous ayant dernierement este exposee de la part des fideles de Paris la grande necessite quilz avoient de recouvrer quelque notable annunciateur du S. evangile et notamment la grande esperance quils avoient que par vostre moien leur eglise pourroit estre avancee, nous auroient requis permettre que puissies aller a eux, ce questimans vous estre agreable, voyans aussi le grand fruit quen pouvoit advenir, voulusmes bien accorder que jusques au moys de May y puissies demourer comme en aves este adverti par nostre trescher M. Iehan *Calvin*, quest loccasion questans de present pries des N. spect. et hon. Seigneurs les consulz de Nismes de vous laisser a eux nous sommes trouves empesches nestant pas pleinement en liberte de leur gratiffier comme nous le desirerions. Mais parce quilz nous ont tant par lettres que leurs delegues remonstre laer de leur ville avoir grandement servi a vous faire retourner en convalescence et ny avoir lieu au Royaume de France si propre a vostre sante (laquelle nous est fort desirable) Nous avons bien voulu vous escrire que si maintenant pour la presence ne vous aggree faire le voiage de Paris que vous en facies comme nostre seigneur vous en conseillera: car jl nous desplairoit grandement que pour complaire aux aultres fissies chose que vous apportat dommage. Quoy quil en soit, quallies a Paris ou aymes mieux demourer ou vous estes, Nous vous prions que ne soions estimes contraires, et que ce soit a condition de retourner a nous a la premiere opportunité. Vostre absence nous a desia este par trop griefve et quand elle seroit plus grande nous seroit encores a plus grand regret. Car combien que tout nostre desir soit qua la gloire de Dieu la reformation evangelique soit partout augmentee et que les aultres eglises puissent florir si est que nous ne voulons pas tellement despouiller la nostre de vostre presence quelle sen puisse en mal resentir, comme aussi nous ne pencons pas que vous y ayant Dieu des long temps dedie et donne vous vueillies departir daveo voz anciens freres et amys. Parquoy nous confians de vous reveoir *quant besoing sera*[2]) nous esperons nostre Seigneur nous en faire la grace, et que cependant a son honneur puissies aux aultres profiter, accroissant en vous de plus en vous les dons de son esprit. Donne ce 19e Janvier 1562.

3701.

HALLERUS BULLINGERO.

Agit de instanti synodo, ad quam qui vocari possent et deberent, vel a senatu vocatum iri videantur, ipse ambigit et perplexus haeret. Atque hac occasione de variis hominum et ecclesiarum studiis circa disciplinam queritur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 106, olim Epp. Tom. II. fol. 852. — Simler. Vol. 103.)

4) *Preger*, *Flac*. II. 173. 177 *ss*. *Norimberga transiit Ratisbonam versus ad Gallum* (*ib*. *p*. 228).

5) *Apud autorem modo laudatum* (II. 560) *nullus talis titulus exstat a*. 1561 *Lipsiae excusus*. *Fortasse loquitur de libello*: Confessio et sententia Witebergensium de libero arbitrio cuidam Electori a. 1561 exhibita una c. scholiis Fl. Ill. s. a. et l. 8.

6) Defensio verae confessionis de vera praesentia corporis Christi in coena adv. calumnias Calvini Boquini Bezae et Clebitii. Magd. 1562. 4. (*Cf*. *Wilkens*, *Hesh*. 99 *et Prolegg*. *nostra* IX. 43.)

3700. 1) *Cf*. *Reg*. *du Conseil* 30. *Dec*. 19. *Ian*.

2) *trois mots ajoutés en marge par Calvin*.

Clarissimo viro D. Heinrycho Bullingero Tigurinae ecclesiae pastori fidelissimo domino suo colendissimo et compatri carissimo.

Zürich.

— — — — — — — — — — — — — — — —

Quod nostram synodum [1]) attinet haereo prorsus. Eadem ipse quoque cogito quae tu. Et quod maximum est, video rem neque ordine neque animo bono geri. Scribitur ad vos tantum, non audio aliunde quemquam vocandum. Vos vero num soli subituri sitis hanc provinciam ignoro. Ex Geneva ut quisquam vocetur nulla spes est: ita conclamatum est apud omnes adversus illos, et nemo est qui non existimet, quidquid harum turbarum est inde provenire. Quoniam enim illi severiorem habent in ecclesia sua disciplinam, putant Germanos quoque sicut et Gallos ecclesiae suae formam sequi debere. Ex Basilea vero quis vocari poterit? *Iungius* obiit. *Sulcerus* prius partim ob hoc ipsum negotium fuit eiectus. Reliquorum theologorum, ut audio, autoritas exigua est. Quem vero suppeditabunt Scaphusiani? Sufficeretis sane nobis soli vos, imo tua contenti libenter omnes essemus autoritate, sed nescimus an hoc vobis integrum futurum sit ut soli adhibeamini. Deinde nescimus an hoc Gallis nostris satisfacturum sit. Scio enim nihil ipsis satis futurum quod *Calvinus* suo calculo non adprobaverit. Iam vero, ut dixi, ut vocetur ipse spes prorsus nulla adfulget: adeo nomen ipsius omnibus nostratibus (nescio quo hoc fato, et tamen nullo alio magis puto quam hoc ipso quod censura haec rigidior ab ipso proficisci videatur) exosum est. In te, qui moderatius sentire videris, omnes respiciunt. Accedit et hoc quod plura in quaestionem venient, et plurimae etiam exterae ecclesiae, tam in Germania quam in Gallia, arrigent aures, quo res evasura sit observantes, ut sane precibus et pia providentia valde opus sit. Nos arctamur valde. Hinc enim nos premunt illi quibus nihil quam quod in ipsorum cerebro natum est satisfacit, illinc vero illi qui nihil alind quaerunt quam ut nos inter nos committant et ipsi interea omnem disciplinam subterfugiant. Nos hactenus eam semper moderationem sequuti sumus ut eam suaderemus disciplinam quae cum moderatione esset coniuncta et nostris ecclesiis esset tolerabilis et aedificabilis. Hunc scopum dum intuemur varia sustinemus iudicia, quum alii nimis remissos nos culpant, alii nos una cum Gallis dominium quaerere criminantur. Sed Dominus est nobis testis quid quaeramus. Ad te et senatum vestrum hac de re scriptum fuisse tum demum cognovimus, postquam nuncius abiit. Nunc nemo est qui hoc negotium urgeat. Et nisi nos ingereremus, nos ipsos fortassis usque ad praescriptum illud tempus nemo illius amplius recordaretur. Adeo multis cordi est. Est tamen necesse ut aliquid fiat. Si nostrum scriptum vobis et ecclesiis aliis posset probari, fortassis et nobis et ecclesiae consuleretur. Nolim tamen quemquam intelligere quod ego nostrum scriptum tibi communicaverim. Nescio vero an a senatu nostro ad vos sit missum. Si hoc factum esset, quid si vestram sententiam scripto primum significaveritis, simulque admonueritis nostros ut misso hoc scripto ad alias ecclesias iudicium illarum quoque expeterent? Nec puto quemquam valde contradicturum, etiamsi multa possint plenius et circumspectius poni et explicari. Incommodum mihi est quod *Diesbachius* tam frequenter ab urbe abest. Neminem enim alium habeo cui haec res cordi sit, et qui cupiat rebus hic bene consultum. — — — — — — — Bernae 22. Ianuarii 1562.

Tuus semper I. H.

3702.

CALVIN A M. DE PASSY. [1])

Pressantes instances pour le décider à rester à son poste.

(Minute originale. Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 142. — Vol. 108, fol. 126. Berne VI. p. 921. Simler. Vol. 103. Ruchat VII. 392. Bonnet II. 453. Trad. angl. IV. 254.)

Monsieur et honore frere. Quant ie vous escrivis nagueres de la part de toute nostre Compaignie à la requeste de lEglise de Paris, [2]) ie vous priois de regarder selon vostre prudence a ce qui seroit le plus expedient, comme vous en pouviez mieulx iuger par lexperience du temps passé, et aussi estant plus prochain du lieu que nous. De-

---

3701. 1) *Quum ministri Vadenses usque de disciplina instituenda instarent, senatus Bernensis d. d. 11. Dec. pollicitus est se synodum tam Germanorum quam Romanensium convocaturum esse, ad quam etiam nonnulli viri docti reliquorum pagorum reformatorum arcesserentur.* (*Ruchat* VI. 441.) *Itaque d. 2. Febr. singulae classes iussae sunt ternos delegatos eligere qui Cal. Martiis convenirent.*

3702. 1) *Jaques Spifame, seigneur de Passy en Nivernais, ancien évêque de Nevers, était alors ministre à Issoudun. Cf. N.* 3629. 3630. *Languet* II. 197: Biturigibus nuper celebrarunt coenam in ipsa curia urbis et ex proximo oppido Issoduno accessit eo cum 150 equitibus Spifamius, fuitque minister illius actionis.

2) *N.* 3679.

...ouse ie suis sollicité par Monseig-
... En et leglise de Nevers[3]) de vous
...iter, sommer et adiurer, si besoing est,
...er acquicter de vostre debvoir envers ce
auquel vous estes redevable, et sur tout de
...mpenser le deffault du temps passé, monstrant
... si vous naves este pour lors Evesque que de
...re, vous le soies à ceste heure par effect. Toute
nostre compaignie a trouvé ceste remonstrance si juste quil fault que ie vous prie et obteste au nom de Dieu si vous ne trouvez le voiage de Paris utille pour ledifficcation de toute l'eglise, que vous acceptiez ceste charge. Nous sçavons bien qu'en ce cas il fauldroit pourvoir l'eglise d'Issouldun[4]) d'un successeur. Mais nous y avons mis paine de nostre costé, car mesmes devant quavoir entendu vostre resolution nous avons ouy ung homme qu'ilz nous ont presenté, afin que si vous allez vers eulx, ilz ayent dequoy recompenser l'eglise d'Issouldun.

Sur quoy, Monsieur et honoré frere, apres vous avoir presente mes affectueuses recommandations et de toute la compaignie, ie supplieray nostre bon Dieu vous tenir en sa saincte garde, vous soustenir par sa vertu, et accroistre en tout bien, faisant profiter vos labeurs a lavancement de son regne. De Geneve, ce 24. Ianvier 1562.

Vostre serviteur et humble frere,[5])
Iehan Calvin.

Sçaches que vous serez retenu pour Conseiller. Or nous ne voulons pas vous perdre ne quicter.

3) *Hist. eccl.* I. 743 *ss.*: La premiere assemblee de ceux de la religion à Nevers se fit d'environ 13 ou 14 personnes le 23. Mars 1561, par un nommé de la Planche ministre en la ville de la Charité. Ce nombre tost apres grandement s'accreut. Une longue lutte commença contre l'evesque .... Le 27. juin J. Fç. Salvart dit du Palmier leur fut envoyé comme ministre. Le duc de Nevers lui-mesme commença à pencher du costé de la reforme; ses enfans, le comte d'Eu et le marquis des Isles le firent encore plus decidément. Vers la fin de 1561 le comte d'Eu fit prescher publiquement au chasteau et voulant pourvoir à la conscience de son pere malade envoya querir a Yssoudun un ministre de sa cognoissance pour l'admonester de son salut, par le moyen duquel estant instruit és principaux points de la religion apres avoir fait une entiere confession de sa foy il passa de ceste vie à l'autre le 14. Fevr. 1562.

4) *Jean Poterat y était ministre depuis Pâques* 1561. *Le* 17. *Sept. les protestants reçurent un patron dans la personne du lieutenant général Ant. Darsame qui revenait de Genève où il avait dû se retirer pour cause de religion.* Cela donna grand courage à tous les autres, surtout estant le 3. Dec. arrivé encores un autre ministre (*probablement Spifame*) de sorte que le lieutenant general et le procureur avec la plus part des anciens advocats feirent ouverte profession de la religion (*Hist. eccl.* I. 762).

5) *autographe*

3703.

RICHARD[1]) A CALVIN.

Nouvelles de la Guienne.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 98.)

A Monseigneur Monsieur despeville
a espeville ou la part quil sera.

Tres honore seigneur et frere. Je vous remercie humblement de la lettre quil vous a pleu mescripre. Elle mest aussi agreable et dausi grande consolation que lettre que j'aye jamais receue. Je vous mercie byen fort du bon advertissement quil vous plaist me faire de memployer fidelement et soigneusement en ma charge a laquelle je suys appelle, me faisant entendre que la vocation est de Dieu et que ce nous doibt estre come un joug quil nous a mis sur le col: grace a mon dieu je le trouve dous et gracieux. Et a la verite je neuz jamais vray repos en ma conscience que maintenant. Car combien que en mon estat davocat que jay quelqueffoys exerce ou byen en quelque petit traffique de marchandise que jay maniee jeusse volunte de byen verser et que grace soit a mon Dieu je me soys porte souvent en bonne conscience, si esse que trop souvent jay failli: ce que je cognoys maintenant mieulx que javois lyeu prescher et pratiquer ordinairement sa parolle.

Or Monseigneur, grace soit au Seigneur, despuis quattre ou cinq moys que je suis entre en la robe par expedient et ne mosent monstrer, Dieu a tellement besongne que dismanche xviii jour de Janvier nous avons faict nostre premiere Coene en grande paix et bon repos ou estoyent plusieurs papistes ignorans (Ilz estoyent venuz pour nous veoir) qui en ont rapporte quelque contantement. La coene a este faicte en la maison du juge de cest ville en une grande sale ou il peut tenir huict ou neuf cent personnes. Il a cognoyssance il y a plus de xxv ans et sest range de nostre part jl y a deux mois, il est homme de jugement, riche et de scavoir mediocre. Il est venu le premier a la Coene et plusieurs notables personnages apres luy. Cattre jours avant la Coene un papiste homme dasses bon jugement sollicita de part et dautre et fit en sorte que nous feusmes ensembles dix, cinq de caschun couste, pour disputer de la Coene et de la messe. On nous mit en barbe moynes a la

3703. 1) *François Richard figure sur une liste de pasteurs (insérée au Bulletin* IX. 293) *comme pasteur de* La Gironde. *L'éditeur suppose que cette liste date de* 1567. *Voyez cependant, quant à la date de cette lettre les notes suivantes.*

verite jgnorans qui alleguoyent des raisons pour nous sans y penser. Ce que aulchuns papistes cogneurent et despuis viennent au sermon et aux prieres et ont achepte ces jours force livres.

Jespere au plaisir de Dieu vous envoyer byen tost ung jeune homme natif de ceste ville, homme byen nay et bien justitue: despuis que suis jcy nous vous en avons envoye troys. Cestuy jcy sera le quatriesme. Ceste matiere que nous vous envoyons pour la former sil vous plaist et la polir. A cause de la grande necessite que nous avons de ministre, tant parce que nostre ville est grande et fort peuplee, aussi que je ne suis que pour la moictie nous avons a grande priere et requeste obtenu un ministre au synode de Saincte foy.[2])

Mon frere ministre que jay maintenant sera cause, de tout le moins par provision attendent mieulx au principal, que je ne seray plus en crainte dune horrible dissipation ou jestoys. Cestoit que quand Dieu se servoit de moy pour edifier en un lieu le diable dissipoit de lautre. En nostre ville il y a tousjours les quattre temples papistiques et le reiglement que nous avons et tenons de M. *de Burye*[3]) cest de ne nous empescher point les uns les autres. Nous avons trente huict parroisses aux champs ou nous allons et pouvons aller paisiblement, avec quelque garde toutesfois et prudence que nous tenons de Dieu. Aux terres du Roy de Navarre ou icy sept parroisses, grace soit au Seigneur, je nay trouble quelcun. Jay les officiers du roy de Navarre qui me conduisent. Et despuis 2 mois en ca la messe est houstee de toutes les terres du Roy de Navarre. Dieu par sa saincte grace nous veille tousjours fortifier et donner caschun jour force nouvelle constance et perseverance jusques a la fin.

Sur ce, Monseigneur et trescher frere, apres mestre recommande de tout mon coeur a voz bonnes prieres je prie ce bon Dieu vous avoir en sa garde et protection a jamais, vous gouverner par son sainct esprit et faire tousjours profiter voz labeurs bien et heureusement, comme grace soit au Seigneur vous avez ja fort avance. Je vous supplye, mon bon seigneur et pere, me recommander a tous noz bons freres et amys, et comme nous faisons prions tous dun coeur et dune bouche les uns pour les autres que Jesuschrist triomphe au milleu de ses ennemis. Je me recommande specialement a M. *henri*[4]) et a M. *Raymon*. Jay rescript a M. *Danduse* et a mon cousin M. maistre Nicole *Cot*, aussi a M. *Colladon* ladvocat et a M. *Prevost* mon bon amy. Dieu soit avec nous tous a jamais et nous veille tousjours gouverner par son sainct esprit. A Gironde[5]) ce xxvj^e de Janvier.

Vostre frere serviteur et amy sil vous plaist
Francois Richard.

2) *Un synode fût tenu à Ste-Foy le* 10. *Déc.* 1561. (*N.* 3620.)
3) *De Burie était lieutenant du roi de Navarre en Guienne en* 1561 *et* 1562. *Il y maintenait l'édit de Janvier.*
4) *nom douteux.*
5) *Quelle peut-être cette ville considérable avec quatre églises catholiques? S'agirait-il d'une dépendance de Bordeaux? où serait-ce Libourne?*

3704.

HOLBRACUS CALVINO.

Severe perstringit Heshusii novum librum de Coena. Zanchum reducem nunciat. Concionatores Argentoratenses doctrinam de praedestinatione labefactare rescivit. Principes quosdam Germanos cum Lotharingis de matrimonio filii Wirtembergensis tractaturos Tabernis exspectari docet.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 123.)

Eximiae pietatis et doctrinae viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori.
Genevae.

S. Cuperem meliora ex Germania tibi mitti: tamen, ut spero, postremus iste *Heshusii* portentosus foetus[1]) non te terrebit. Librum intra biduum enarravi magis quam legi, idque non sine magno animi dolore, non tam quod veritati doctrinae a tam furioso scripto metuam, quam quod gravatim feram conviciorum plaustra in illos effundi, per quos Dominus in nostra Gallia regnum Iesu Christi promovet. In hoc enim artificium Satanae inprimis sese prodit quod, quum sentiat doctrinam veritatis opprimi non posse nec ipsius cursum retardari, in ministrorum personas impetum convertit. Sed apud cordatos tam ferocis animi impotentia non magnam inibit gratiam. In refellendis affectionibus non erit (meo iudicio) magnopere laborandum. In eo praesertim immorandum est quod asserit Christum in coenae institutione novam doctrinam, novum fidei articulum ecclesiae patriarcharum et propheticae antea inauditum et incognitum tradidisse, i. e. corporalem corporis Christi manducationem, quam communem esse volunt piis aeque ac impiis cum pane coenae. Enimvero in illis observandis me monitore non indiges.

3704. 1) *Vide N.* 3699.

D. *Zanchus*[2]) ex sua profectione rediit incolumis. Iam expectatur controversiae decisio. Metuo ne nimis diu talis expectatio nos suspensos teneat. Ut audio ex nostris qui germanice intelligunt et interdum audiunt conciones germanicas, pugnantia ex diametro docent Germani cum iis quae nonum cap. ad Rom. tractans de providentia et praedestinatione docere fui coactus publice pro concione. Nisi meliorem mentem det illis Dominus, ista doctrinae diversitas aliquid monstri pariet.

Rumor hic ante biduum spargitur brevi *Palatinum* et *Wirtembergensem* Sabernas venturos ut ibi cum duce *Guisiano* et cardinali *Lothoringo* tractent de matrimonio inter filium Wirtembergensis et sororem ducis *Lothoringi*.[3]) Dominus omnia suo spiritu regat ad sui nominis gloriam. Totum Belgicum gravi persequutione premitur. Cornutorum armentum sex bestiis auctum est. quibus est praefectus *Granvillanus*, Macliniae archiepiscopus et metropolitanus. Vale in Domino, vir clarissime, et Deum pro nobis rogare perge. Dominus te incolumem suae ecclesiae servet. Argentinae 27. Ianuarii 1562.

Gulielmus Holbrachus tuus.

---

2) *N.* 3678. 3689.

3) *Rumor iste quoad Palatinum falsus erat. Non vero quoad Christophorum quem revera Cardinalis invitavit.* — *Iam d.* 15. *Nov. Bascale literas duci a Guisio attulit, quibus hic illum ad colloquium invitavit. Sub finem anni Guisius Tabernas designavit ad conventum, et Wirtembergensis d.* 15. *Febr. sibi diem elegit. Qui non statim ab initio certior factus est de religione actum iri.* (*Kugler* II. 331.) — *Languet* II. 197 *d. d.* 23. *Ian.*: Dux Guisius profectus est Tabernas ad ep. Argentoratensem, nescio cuius rei gratia. Intentavit quidem litem Argentorati Fr. Hotomanno ob libellos famosos de se sparsos: sed haec mihi videtur levior causa quam ut propter eam velit illuc proficisci. *La légende du Card. de Lorraine* 1574. (*Mém. de Condé* VI. 70): (*En Novembre*) ceux de Guise avoyent escrit au Duc de Wirtemberg le priant de vouloir entrer avec eux en conference de la conf. d'Augsbourg en laquelle ils donnoyent esperance de vouloir estre instruits. Pour cest effet ils se trouverent à Saverne. (*Cf. Hist. eccl.* I. 691.) — *Quae de matrimonio dicuntur non ita se habebant: de filio Wirtembergici omnino quaestio non erat: is tum duodevigesimum annum agebat eratque insignis nebulo, paucis post annis moriturus. Languetus vero* II. 189 *d. d.* 10. *Ian. haec habet*: Conveniunt Nanceii omnes Principes Lotharingici ac etiam quidam ex vicinis Germanis. Audio inter alia ibi agi de coniugio filii Bipontini et sororis ducis Lotharingici, quae est haeres Lotharingiae si frater decedat sine liberis. Dicunt Brentium accersitum ad eum conventum.

3705.

CALVIN A M. DE PASSY.

Note ajoutée à la lettre précédente après la réception d'une autre de la part de M. de Passy.

(Minute orginale. Bibl. de Geneve. Vol. 107, f. 142 v. — Les copies suivent partout la lettre du 24 dont celle-ci est une espèce de post-scriptum.)

Monsieur, apres les presentes escriptes, iay receu les vostres[1]) par lesquelles iay entendu le bon desir que vous avez de retourner par deça, quant vostre terme sera expire. Ie vous asseure bien que vostre retour nous resioyroit plus que ie ne vous dictz, et ne tiendra pas a poursuyvre nostre droict que nous ne vous recouvrions le plustost qu'il nous sera possible. Vray est que devant quavoir receu vos letres nous navions peu refuser a vos gens de Nevers, ny mesmes a Monsieur le Conte leur demande. Mais sil ne tenoit qua soubshaister, si aymerions nous mieulx ioyr de vous que den laisser la possession aux aultres. Quant est de Paris, ie crains quil ny ait eu fraude à supprimer mes lettres, comme il y en a aniourdhuy beaucoup qui par leurs folles devotions et phantasticqûes ne font nul scrupule de tromper et circonvenir les aultres eglises. La somme estoit que vous regardissiez * à vostre discretion ce qui seroit expedient de faire, et si vous iugiez que vostre presence fust requise à Paris, ie vous priois de vouloir secourir ceste eglise la, selon quelle est dimportance. Mais iactendrai maintenant vostre resolution finale sur le tout.

Surquoy, Monsieur, apres mestre de rechef recommandé a vostre bonne grace, et de madamoiselle,[2]) et de noz amys de par dela, ie feray fin priant Dieu vous tenir tousiours en sa saincte garde, et vous accroistre[3]) en tous les dons de son esprit, faisant profiter vostre labeur à l'avancement de son regne. De Geneve, ce 28. janvier 1562.

3705. 1) *perdues.*

2) Catherine du Gasperne, veuve d'Etienne Le Gresle, procureur au Châtelet de Paris, avec laquelle Spifame avait entretenu des relations du vivant de son mari. Sur la présentation d'un faux contrat, leur mariage avait été célébré dans l'eglise de Genève. *La fraude ayant été découverte*, il fut emprisonné comme adultère, se reconnut coupable et sollicita en vain l'indulgence de ses juges qui, par un excès de rigueur, le condamnèrent à mort. Il périt sur l'échafaud le 23. mars 1566. (*Bonnet.*)

3) accomplir *Bt.*

3706.

CALVINUS BEZAE.

Exitus conventus conceptae spei minime respondere videtur. Praeterea attinguntur nonnulla obiter tantum et obscure delibata.

(Authenticum exemplar exstat in Cod. Genev. 107a, fol. 250. Apographa reperies in Cod. 111a, fol. 208, in Epp. Bern. VI. p. 1007 et apud Simlerum Vol. 103.)

A Monsieur et bien aime frere Monsieur de Beze.[1])

Literas tuas[2]) accepi mixtas gaudio et tristitia tum publice tum privatim. Nam etsi nondum convalueris aliqua tamen ex parte mitigatum esse malum, et te dolore levatum esse laetus cognovi, quanquam me simul angit quod residuum est, ac praesertim timor tuus quem tamen extenuas. De eventu Conventus tot laeti nuncii volitarant, ut nihil mihi iucundum in tua narratione fuerit. Quidquid hactenus feliciter acciderat, uno momento eversum est. Quales habiturus sis socios video: quorum alter garrulus et nimia confidentia turgidus, alter autem fatuus et stolidus, deinde profanus et sola inscitia audax, ac prorsus nihili.[3]) Opponentur autem vobis homines tam Dei metu quam pudore soluti. Nam Monachus[4]) qui mihi nuper rescripsit, vult in Domino potius quam Deo vivere et mori. Senties quid hactenus occulti veneni in corde aluerit. Iam si veterum testimoniis pugnandum erit, nihil magis confusum vestra disceptatione. Verum haec intempestive scribo, quia vel confecta res erit, vel in luto eritis demersi antequam istuc perveniant meae literae. Sed rogandus erit Deus, ut te consilio regat, dissipet astus improborum et laqueos omnes decipulasque Satanae solvat et abrumpat.

Quando repertus est tam idoneus *Baduelli* successor, paciscere cum eo, ut visum fuerit, de viatico, modo ne plus exigat quam ferat nostra tenuitas. Magnopere tamen videndum est, ne in tanta penuria eum nobis elabi sinas. *Sanraverius* adhuc decumbit, et vereor, si pristinum vigorem recuperaverit, ne in patriam evolet.

Penultimas tuas non attingo. Negotium illud de quo iam non est libera consultatio, mihi perplexum est, multis autem odiosum erit. Non metuo calumnias, sed nisi me fallit coniectura, magnificis promissis, quae a nostris stulte iactata sunt, res non respondebit. Quid dico? vix centesimam spei partem explebimus. Sed finem facio, quia me et dolor et sollicitudo constringit.

De *Normandio* nullum te verbum in postremis tuis fecisse miratus sum. Ubicunque tamen sit multam ei salutem precor. Collegae etiam et amici omnes te plurimum salutant. Senatum, partem eam epistolae tuae recitando, in qua scribebas de reditus tui desiderio, non parum exhilaravi. Vale, integerrime et dulcissime frater. Dominus tibi semper adsit, te gubernet invictaque virtute sustineat usque in finem. 5° Cal. Febr. 1562.

Iohannes Calvinus tuus.[5])

3706. 1) *Haec Calvinus m. pr.*

2) *N.* 3693. 3698 *quas adeas de iis quae sequuntur.*

3) *Perrucellum a Calvino non magni aestimatum iam pridem legisti, verum et Marloratum eodem loco positum fuisse merito mireris.*

4) *Nos quidem de Salignaco cogitavimus cuius solius literae ad C. exstant a Sorbonista hoc tempore scriptae* (*N.* 3646), *verum vix in hunc quae hic habes cadere videntur.*

5) *Etiam subscriptio autogr.*

3707.

ZANCUS CAILLETO.

Iuveni, ut videtur, Argentorato Genevam profecto autor est ut maxime studio Institutionis Calvinianae incumbat et se ipsum Calvinistam profitetur, qua de causa a Germanis impetatur.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi P. II. p. 177.)

— — — — — — — — — — — — — — — — —

Nunc vides in quodnam studium tibi sit incumbendum, et dum istic es cura ut ex sancto illo viro rationem aliquam capias studiorum tuorum quam toto vitae tuae curriculo persequaris. tam in legendis scripturis quam in locis communibus colligendis. Deinde ex illius Institutionibus collige in aliquem librum illos praecipue locos qui controvertuntur hoc tempore inter nos et papistas aliosque haereticos: iis postea, si quid inter studendum ss. literis, vel in lectione patrum, vel in commentariis doctorum virorum nostri temporis, vel alia ratione tibi occurrat quod ad eos locos pertineat, illud addes: ita intra paucos annos tibi magnam supellectilem parabis. Sed praeter hoc meum consilium consule, ut antea coeperam dicere, D. *Calvinum* et illius sequere consilium. — — — — — — — —

Caeterum, quod ad hoc dogma attinet, habeo quae meis adversariis opponam ex duobus Martinis Germanis, *Luthero* et *Bucero* permulta. Etenim

virorum aliarum nationum testimoniis uti in hac causa contra hos homines nihil prodest, quum ipsum Augustinum, quia non fuit Germanus, ex professo sine ullo pudore impugnandum susceperint. Causa vero nostra in eo est statu ut damnare me non possint, quin multas ecclesias et academias per Germaniam damnent. Nam praeter testimonia Heidelbergensium et Marpurgensium quae superiori aestate attuleram, nuper etiam attuli ab ecclesia Scaphusiana Tigurina et Basiliensi, item privatas quorundam theologorum epistolas quibus doctrinam nostram probant. Quin et *Brentius*, qui alioqui me propter rem sacramentariam non admodum amat, tales ad *Sturmium* literas scripsit ut illis solis omni haereseos crimine ego et doctrina nostra liberemur.
— — — — — — — — — — — —

Ad vos lubentissime multis de causis venissem. Sed primum longinquitas et difficultas itineris me retinuit: deinde quum ideo mei adversarii hanc doctrinam haereseos damnent, ut scis, quod dicant eam esse ex *Calvini* libris desumptam et me omnes meas haereses ex *Calvino* suxisse, cogita quantum mihi istius ecclesiae testimonium profuisset. Atque haec est causa cur neque per literas testimonium ab ista ecclesia postulavi, quia homines imperiti et ecclesiam et hominem oderunt, hominem inquam, illum quem doctissimi et piissimi quique admirantur atque suscipiunt, et quo Deus ad tantam evangelii per totum orbem terrarum propagationem usus est et utitur exsecrantur. O mundi ingratitudinem!
— — — —

Argentorato 29. Ianuarii 1562.

3708.

CALVIN A L'ÉGLISE DE BLOIS.

La Compagnie leur envoie un pasteur. [1])

(Bibliothèque de la Société du Prot. fr. Collection Hotman de Villiers Tom. I. Signature autographe. Inprimée dans le Bulletin Tom. XVIII. p. 573.)

Rediit ad nos *Baro*, vir in explicando Dei verbo incredibilis eloquentiae et dexteritatis. Cui si adiungeretur quem postremis literis flagitabamus D. *a S. Germano*, hic vero ad ecclesiae nostrae ornamentum colophon adiungeretur. Quod etiam te rogare iussus sum (sic enim malo quam solus omnem *τῆς ἀναισχυντίας* invidiam sustinere), ut quod tuum in hac re consilium sit aperias. Prospicietur diligenter ecclesiae cui praefuit. Sufficietur in eius locum ex nostris quem maxime idoneum iudicabimus. Tantum ne nimium te obtendi queraris quod *ὑπὲρ ὧν ἐλάβομεν εὐχαριστοῦντες ἅμα καὶ ὑπὲρ ὧν ἐλπίζομεν ἱκετεύοντες φαινόμεθα.* Multa sunt . . . . . . [2]) quae nos movent, si quo pacto impetrari possit. Hoc tibi pluribus commendandum non esse duxi, quem scio iam satis ad augendam ecclesiam propensum. Vale. Dominus te diu incolumem propugnando filii regno conservet et labores tuos benedicat ac promoveat. Aureliae Cal. Mar. 1562.

Tuus H. Suraeus
totius synedrii nomine.

Salutant te fratres et reliquos *συλλειτουργούς.* [3])

---

2) *Locus corruptus.*
3) *sic.*

3730.

PARRAN A CALVIN.

L'auteur fait ses excuses au sujet d'une affaire qu'il paraît avoir eue à Montauban, mais sur la nature de laquelle il ne s'explique point. [1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 109, fol. 102.)

A Monsieur Monsieur Calvin ministre de la parole de Dieu.

A Geneve.

Monsieur, je nay voulu falir de vous continuer le propos touchant la lettre que javoys escripte pour ma decharge a leglise de Montauban laquelle me fut retenue a Geneve et na este jamais apportee a Montauban come ceulx de Montauban vous en ont escript [2]) laquelle est tombee entre voz mains par laquelle aves trouve que je vous avois offences en quelque chose et ne doubte pas que ne le puisse avoir faict par ignorance ou par sotise et non par malice come plus a plein autresfois vous en ay escript et pour ce quen ce pays quelques uns m'en veulent blasmer nay autre moyen pour me defendre sinon que de monstrer la forme que jay tenu et que je veulx tenir cest que en ce que pourray avoir faly me suis sobmis et me sobmes de en faire telle reparation que sera necessaire et en souffrir telle poine que sera ordonne en toute dissipline eclesiastique et non criminelle, comme de tout temps ay este de ceste volonte et ny ay jamais contredict. Pour ce je vous prie quil vous plaise denvoyer les droitz que porres avoir sur moy aux eglises de ce pays et mesmes a Moseur *Viret* quest asture [3]) à Montpeillier afin que jen puisse faire telle reparation que par vous tous sera avise. Jay prie Moseur *de Varendal* ministre de ceste eglise de vous en escrire comme je croy quil a faict et vous prie au nom de Dieu de ne me tenir plus en la peine que je suis afin que je puisse coignoistre en quoy je vous puisse avoir offence. Que sera lendroit que prieray dieu, Moseur, vous tenir en sante longue vie vous augmenter ses dons et graces me recommandant humblement a voz bonnes prieres et consolations vous priant de men distribuer comme de tout temps je le vous ay demande et demande me recommandant humblement a voz bonnes graces.

3730. 1) *Comp. N.* 3653.
2) *L'organisation des assemblées de l'église de Montauban et les difficultés qu'elle rencontra sont longuement rapportées dans l'Hist. eccl.* I. 825 *mais Parran n'y figure pas*
3) *à cette heure. — Viret arriva à Montpellier en Février* 1562. (*Hist. eccl.* I. 886. *Ménard, hist. de Nimes* I. 312.)

De vostre maison a Pesenas ce 2 du mois de mars 1562.

Vostre obeissant serviteur
C. Parran.

3731.

BEZA BULLINGERO.

Brevior relatio de rebus Lutetiae gestis scil. de edicto Ianuarii et colloquio cum Sorbonistis item de partibus quas Helvetii agere debent in hoc rerum statu.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 5. Alia exx. reperies in Cod. 119, fol. 13, et 111^{b}, fol. 18, item in Arch. Turic. Epp. Tom. 24, fol. 142, in Bibl. Sangallensi Tom. 41. Epp. XII. fol. 362, per amanuensem Bullingeri, Bernae bis in Epp. Tom. VI. p. 969, et 1039, denique ap. Simlerum Vol. 103. — Edidit Baum. II. App. p. 168. cf. Hotting. VII. 762.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

S. Paucis accipe nostrarum ecclesiarum statum. Post varias iactationes tandem scriptum est edictum quo nobis conceditur in suburbiis praedicandi verbi et administrandorum sacramentorum potestas. Edictum [1]) scriptum est verbis satis duris et additae nonnullae conditiones parum aequae. Itaque sperabant adversarii fore, ut nunquam acquiesceremus, et civilis belli occasionem iustam praeberemus. Nos vero praesentibus contenti, et reliqua sperantes a Domino acquievimus. Hinc illi aperte furere coeperant, et moras omnes nectere, ne publicaretur edictum. Obtinuit tamen in omnibus parlamentis, duobus tantum exceptis, nempe Divinionensi [2]) et Parisiensi. Itaque nullum est iniuriae genus quod uno mense non sit experta haec ecclesia, quamvis Dei beneficio aliquoties ita sint hostes repressi, ut mala consilia in ipsorum capita reciderint.

Institutum etiam fuit colloquium alterum, in quo disputarunt circiter tredecim Sorbonici cum ministris tribus nempe *Marlorato Perucellio* et *Beza*, universo regio consilio praesente. Primum certamen fuit de imaginibus per sex integros dies. Non credas quam ineptos sese praebuerint. Quinque ex altera parte, nempe *Valentinus* Episcopus, *Spensa*, *Botellerius*, *Salignacus*, *Pecherellus*, omnes egregie docti, omnem imaginum cultum fortissime et liberrime nobiscum oppugnarunt. Perstiterunt tamen illi, et ad concilium, omnia remittenda censuerunt. Succedebat disputatio de baptismi ritu, prout ferebat constitutae collationis ordo, sed Cardinalium intercessione ac precibus mox soluta sunt omnia. Interea furere senatus Parisiensis, et aperte in nos coniurare omnes civitatis ordines, quamvis ex omni civium genere non paucos in ecclesia numeremus, palam et ingenue Christum profitentes. Hostes denique quidvis moliri ne publicaretur edictum quod nobis ad plenam libertatem iter substernit. Longo volumine opus esset, si singula consilia et infinita providentiae divinae exempla velim commemorare. In summa postquam *Amiraldus* cuiusdam [3]) furori cedens ex aula excessit, eo adducta res est ut valde simus periclitati. Sed ea fuit *Condensis* et aliorum quorundam virtus, ut hoc biduo obtinuerimus edicti promulgationem, [4]) quam crastino die futuram speramus, frustra reluctante maiore parlamenti parte. Additi sunt praesidiarii pedites trecenti, et cataphracti equites quadraginta, *Monmorantio* huius urbis praefecto, cum amplissima in seditiosos potestate. [5]) Sed *Guisiani* in aula exspectantur, unde coniicio nondum finitam tragoediam. Utcunque sit, in Deo speramus, et si forte nos coegerit hostium rabies ad manus serio venire, puto nos viribus non multo inferiores fore. Sed utinam

---

3731. 1) *Edit de Janvier.*

2) *Hist. eccl.* I. 687: Il n'y eut que deux ou trois Parlemens qui se hastassent de publier l'Edict: les autres dilayerent tant qu'ils peurent. Un seul entre tous ne le publia iamais, à savoir celuy de Dijon: tant y avoit de credit le Sr. d'Aumale, frere du duc de Guise et gouverneur chef en Bourgogne . . . . Chacun avoit l'oeil sur la ville et Parlement de Paris là où fut aussi le principal empeschement . . . . . Les autheurs principaux de ce mal furent du costé du Parlement Magistri premier president, avec quelques anciens conseillers acoustumes de brusler ou rostir ceux de la religion, et Bourdin procureur general du Roy, homme de bonnes lettres mais ennemi iuré de la religion: du costé de l'hostel de ville le prevost des marchans de Merle, homme d'esprit non moins mutin qu'ambitieux, assisté de Marcel opulent orphevre favori de la Royne . . . . . Mais sur tout les vents qui esmeurent ceste tempeste souffloient du costé du Connestable et de ceux de Guise qui se disoient piliers de la foy catholique. Toutesfois sans que le Roy de Navarre se laissa gagner les grans maux ne fussent advenus. (*Acta et documenta ad hoc edictum pertinentia reperies in Mém. de Condé* III. 8—93.)

3) *Cave Navarrenum innui suspiceris. Loquitur de rege Hispaniae. Cf. Besam N. 3723. Languet d. d. 22. Febr.* (II. 204): Hispanus quotidie ad Reginam mittit minaces literas et nominatim iubet ex aula dimitti Admiralium et eius fratres et episcopum Valentinum et quosdam alios.

4) La Roine solicitée par ceux de la religion vint de S. Germain à Paris et fit tant que le 6. Mars l'edit de Janvier fut verifié et publié en parlement avec protestation toutesfois que c'estoit obeir à l'urgente necessité du temps et à la volonté du Roy. (*Hist. des choses mém. etc. éd.* 1599. *p.* 147.)

5) *Languet 2. Mart. p.* 207: Monmorantio urbis praefecto [*filio Connestabilis*] mandatum est ut huc inducat praesidii causa duas alas equitum et certum numerum peditum quibus praeerit Dandelotus.

hoc avertat Dominus, qui mirabiliter hactenus nostrorum animos in officio continuit.

Ego qui, si liceret, nihil magis cuperem quam longissime ab istis motibus abesse, tamen fratrum precibus expugnatus adhuc hic haereo et omnia experior ut nostros ad patientiam componam, nec interea sine maximis periculis hic versor. Ad haec incommoda accedit parum prospera valetudo, assiduis curis et laboribus ita me distorquentibus ut totus iam et canescam et marcescam magis ac magis. Itaque te rogo ut, si unquam alias, mei in vestris precibus memineritis. Habes brevem maximarum rerum summam. Nam singularia multa ex eo cognoscere poteris qui tibi has literas reddit, homine et pio et industrio.

Iam [6]) venio ad ea quae per *Calvinum* nostrum mihi significasti, a quo etiam tuas literas nudius tertius accepi. Crede mihi, mi pater, nihil gratius, nihil magis tempestive nobis nunciari potuit. Da igitur operam ut noster iste, qui hanc unam ob causam istuc proficiscitur, omnia cl. viri D. *Hartmanni* hac in re consilia intelligat, ut quam celerrime certi quidpiam istinc possit afferri, quod nutantem nostram αὐτοκράτορα, [7]) et assiduis quorundam perfidiosorum minis imparem, aliquo modo fulcire ac proinde certam nobis adversus Antichristum victoriam parare possit. Curabunt igitur illi quae ad Germanos spectant. Tu vero vide quaeso etiam atque etiam ut non vestrates modo, sed etiam vicinos ad eadem consilia impellas, quae et nobis utilissima et vobis quoque (quandoquidem de communi causa disceptatur), non incommoda fore tute satis intelligis. Quam autem agendi rationem fideles nostri proceres maxime expeditam et opportunam esse iudicent, omnia denique ad hoc curandum negotium pertinentia, noster iste abunde tibi exponet ut pluribus haec a me scribi minime sit necesse, quae coram multo plenius ex ipso cognosces.

Bene vale, mi pater, Dominus Iesus te incolumem servet et sancto suo spiritu magis ac magis in opere suo confirmet. D. *Martyrem* patrem mihi plurimum observandum caeterosque colendissimos fratres, rogo ut meo nomine salutes, et ubi praesentem Galliae statum iis exposueris, nostras ecclesias, vixdum per infinitas tempestates emergentes, assiduis precibus Domino commendetis. Iterum vale. Lutetiae sexto Nonas Martias.

Tuus Beza.

6) *Totum hoc comma in quibusdam apographis non legitur.*

7) Reginam gubernatricem. (*Bull. in margine.*)

Bullingerus adscripsit:

Requisiti evangelici in Gallia, qualenam petant concilium, responderunt

1) Nolumus usquam convenire ex Pontificis indictione sed ex nostri Principis mandato.
2) Locum requirimus ab omni pontificis potestate immunem et quoad etiam fieri possit oportunum.
3) Concilium petimus inchoari, non autem continuari Tridentinum conciliabulum.
4) Controversias omnes ex Dei verbo decidi postulamus.
5) Pontificios non admittimus pro iudicibus sed pro antagonistis ac proinde petimus certum utrinque numerum colloquutorum constitui, qui, praesentibus Principum legatis de singulis controversiis disceptent, et si fieri possit constituant.
6) Salvum conductum petimus idoneum in quo diserte infringatur constitutio de fide haereticis, ut vocant, non praestanda.

Descripta haec ex charta imposita his *Bezae* literis.

Cardinalis *Ferrariensis* legatus Pontificis in Gallia petit nomine regni Galliae mitti in Concilium Trident. 12 episcopos Gallicanos, Et ut se subiiciant Concilio Trident.

3732.

BEZA CALVINO.

Novissima ex Lutetia. Navarrenus perfidus. Guisius revocatur. Variae negotiationes subobscure tractatae.

(Ex apographo Perisonii in Cod. Lugduno-Batavo Peris. 5, fol. 6.)

A Monsieur Monsieur D'espeville
a Villefranche.

S. Iam, ut spero, cognovisti ex postremis literis meis quis fuerit nostrae colloquutionis exitus. [1]) Quod antiquitatis testimonia cum expresso Dei verbo coniunximus, non est a nobis, mihi crede, temere factum. Nam alioqui nunquam fuissemus

3732. 1) *N.* 3723.

auditi, et omnes iudicassent nos tergiversari. Semper autem addita fuit exceptio, non aliter valituram eorum autoritatem quam si cum Dei verbo consentiret. Neque uno et eodem temporis spatio antiquitatem definivimus, quoniam abusus, ut nosti, paulatim invecti sunt, sicut semper sumus testati. In argumento imaginum quadringentos annos habuimus. Si ventum esset ad chrisma et exorcismum, annos habuissemus centum et sexaginta. Sed non dubitabamus quin mox ista in fumos abirent, quia obscurum non erat quid hostes captarent et cuperent.

Sed de his satis: ad alia longe graviora venio. Proxime elapso quatriduo *Iuliani* [2]) perfidia eo nos adduxit ut ab extremo periculo non procul abfuerimus. Sed ea fuit *Condensis* et aliorum quorundam virtus et fortitudo ut reiecto parlamenti nefario et nefando consilio statutum sit de edicti promulgatione. Ac fateor quidem, edictum merito tibi in plerisque displicere. Sed interea, si hic esses, tute mecum fatereris, quod adversarii clare prospiciunt ac proinde omnibus modis impedire conati sunt, semel nobis quovis modo concessa magistratus autoritate collapsuram papatus tyrannidem et caetera ultro subsequutura. Itaque id unum vereor ne hostes aperta vi, quandoquidem aliter non potuerunt, edictum rescindant. Nam summis eorum votis *Guisianus* intra triduum exspectatur a *Iuliano* evocatus. [3]) Quanta igitur certamina nobis impendeant vides. Sed hoc me valde consolatur, quod nostrorum et numerum et animos quotidie video mirabiliter crescere, adeo ut sperem, si pergere liceat, paucissimos ante exactam aestatem in hostium castris futuros. Quod autem ad me attinet, mihi nefas est ante edicti promulgationem et aliquo modo constitutam quietis speciem in ipso hostium adventu fratres in me respicientes deserere. Aula certo consilio, ut longius ab hac urbe abducantur tumultuum autores, cras ex Sangermano proficiscetur, Bellaquensem fontem reversus [4]) et paulo post ad Molinenses contendet, nisi mutetur consilium, quod singulis paene fit momentis, ut plane nunc valeat quod merito fertur de gallica levitate.

Bullingeri literae [5]) prorsus tempestive advenerunt quamvis non tam copiae quaerantur quam promissa, quibus reginae animus confirmetur adversus aliorum minas. Itaque biduo post missus est expeditis equis nuncius qui et cum Helvetiis et cum Germanis agat. Totum autem hoc negotium libenter et a te et a me in C^o legatum [6]) reieci. Sed quidquid cognovero nihilominus ad te perscribam.

De *Sulceri* literis consilio tuo obsequar, nec committam ut canis illius latratibus vel minimum quotidianis nostris curis accedat. De *Baduelli* successore [7]) nuper scripsi pleuritide correptum ex qua nondum convaluit. Sed vereor ut animum mutarit. Appellabo tamen hominem et quantum potero commonebo. Neque enim in ista pastorum paucitate de ulla re nobis putarim magis laborandum, quam ut schola nostra eruditis doctoribus et attentis discipulis abundet. Itaque dies et noctes de hoc cogitare me scito, etiamsi quod cupio non efficiam.

Quae ad nos de concilii conditionibus scripsisti nobis gratissima fuerunt, ac proinde tibi pro hoc in ecclesias officio magnam gratiam habemus. Simul atque promulgatum fuerit edictum, quod cras fore speramus, constituimus Tridentino conciliabulo palam intercedere, ne quid adversarii hoc praetextu in nos moliantur.

Normandius noster nondum ex Picardia rediit. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus te servet incolumem et sanctis tuis laboribus benedicat. Novis syndicis annum prosperum totique senatui et collegis omnibus multam salutem precor. Lutetiae 4. Martii 1561.

Tuus Beza.

---

2) *Navarreni. Loquitur de conatu ut edictum Ianuarii per parlamentum reiiceretur satagentium.*

3) *Languet* 2. *Mart. p.* 207: Navarrus iam est a nostris plane alienus. Castilioneos oppugnat et Guisios dicitur revocare. — *Idem* 30. *Mart. p.* 212: Ingressus est Guisius in hanc urbem 16 huius regia magnificentia.

4) *sic.*

5) *Vide praecedentem, ubi de his non magis lucide quam hic.*

6) *Coignetum?*

7) *N.* 3698. 3706.

3733.

TOSSANUS CALVINO.

Post diuturnum Calvini silentium denuo cum eo veterem rationem inire cupit, ut videtur, sed nil profert nisi domestica quaedam et quae de colloquio Tabernis habito rescivit.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 167.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori domino suo et fratri colendissimo. Genevae.

S. Colendissime *Calvine*, scripsi ad te bis aut ter a biennio aut triennio, et existimo literas meas

tibi esse redditas.[1]) Cupio autem ut valeas tibique persuasum habeas me tui studiosissimum esse et indies orare, si tamen dignus sum qui ad coelum oculos attollam, ut te Dominus Deus ecclesiae suae sanctae quam diutissime servet.

De rebus meis: paro me in hoc meo senio et adversa valetudine ad diem Christi. Scis nimirum me filium habere Aureliae, quem dux *Christophorus*, cuius benignitate in literis educatus est, propter necessitatem harum ecclesiarum semel atque iterum revocari iussit. Qua in re tamen, quanquam sumus uterque principi promissis obligati, festinavi lente, quod ecclesiis gallicanis non minus quam huic cuperem esse prospectum.[2])

De rebus aliis. Est oppidum in Alsatia inferiore non procul ab Argentorato quod Tabernas Alsaticas vocant. Illic de religione colloquuti sunt Cardinalis *Lotharingus* et *Brentius*, duce *Wirtembergico*, tribus *Guisianis* et aliis principibus praesentibus.[3]) Cardinalis duas habuit conciones quae duci *Christophoro* visae sunt tolerabiles, si animus orationi respondeat. Approbavit et ille per omnia confessionem Augustanam, promittens se nihil unquam contra docturum. Vereor ne hac ratione meditetur dissidium in doctrina seminare per Galliam. Sed est in coelis Dominus Deus. Statim post colloquium illud, hoc est 18. Februarii, dux *Wirtembergensis Guisianis* relictis in Palatinatum profectus est, ubi habetur conventus principum non procul ab Heidelberga, in quo de rebus gallicis tractatum iri audio.

Non te pluribus obtundam. Commendo me sanctis tuis precibus et benevolentiae. Optime vale. Mombelgardiae 4. Martii 1562.

Tuus ex animo
P. Tossanus.

3733. 1) *quam ultimam habuimus scripta erat* 22. *Nov.* 1560 (*N.* 3280).

2) *Daniel Tossanus Petri filius natu maximus, nat. Mombelgardiae* 1541, *Basileae et Tubingae studiis operam navaverat, tum* 1560 *Aureliam se contulit ubi publice l. hebr. docuit et m. Febr.* 1562 *usque ad* 1566 *ministerio ecclesiastico functus est* (*Haag* IX. 400).

3) *De colloquio hoc adeunda est ipsius Ducis* Verzeichnus gehaltnes Gesprüchs in Religions-Sachen Herz. Christophs mit den Guisianern *apud Sattler, Gesch. v. Würtb.* IV. *Beil.* 68, *p.* 215. *Adfuerunt a* 15. *ad* 18. *Febr. cum Duce Brentius, Andreae, Bidembach et Eislinger licent. Comes Palatinus Wolfgangus venire recusavit, Fridericus Elector frustra Ducem admonuit ne iret, quum Guisiani nihil quaererent* als was der Religion und des Glanbens ist der calv. Lehr halben verhasst zu machen, denn es eitel List und Betrug ist dafür wirs gewisslich halten. (*Kluckhohn, Briefe* I. 256.) *Verum illi optima quaeque de suis consiliis persuaserunt viro candido et illorum astutiae impari. Maxime vero in Calvinistas invehebantur, eos omnium turbarum solos autores denunciabant et cum Brentio speciatim Cardinalis disputavit, an haeretici habendi sint et puniendi. Is concessit eos in articulo de coena errare sed tantum admonendos et exhortandos esse, et pro iis precandum. Quum quadragesimale tempus agebatur Cardinalis semel atque iterum suggestum ascendit et ita concionatus est ut Lutheranos non offenderet. Dixit:* das ich die A. C. gelesen, auch Lutherum, Philippum, Brencium und andere, und approbière dieselbige durchauss, . . . aber ich muss noch dissimulieren ad lucrifaciendum plures adhuc debiles . . . . . Folgendts sprach der Card. im Beysein des Hz. v. Guissen zu mir: Ir habt meinem Brueder hie zugegen gesagt wie wir beyde bey euch Teutschen verdacht seyen, als ob wir an vieler Christen unschuldigem Bluet schuldig seyen so zu Lebzeiten baider koenigen Heinrici und Francisci vergossen solle seyn worden. Nun beteure ich mit Gott meinem Schoepffer auch verlust meiner seellen selligkeit das ich an kheines Menschen todt von wegen des glauben gericht schuldig bin. *Porro in eo consenserunt ut ipse Cardinalis cum nonnullis episcopis in Germaniam veniret ubi instituto colloquio concordia fieret, cuius Dux apud caeteros principes promotorem se fore promisit. Relationis textus desinit in haec verba:* Seyen also die 4 Brüder des hauses Guisse und ich d. 18. Febr. zu Elsass-Zabern von ainander abgeschieden und haben mir alle 4 in die hendt zugesagt das sie nit wolten neque hostes neque persecutores deren sein so da, wie sie es genandt, die neue ler angenommen, und von dem Babstumb abgewichen wehren, sondern nach irem vermögen fürdern. das ain christenliche concordia getroffen würde. Wie nun solches von Inen gehalten das ist jetzt leider offentlichen am tag: Deus sit ultor doli et periurii deme ichs bevelch und ergib, cuius res namque agitur. (*Corr. de Fr. de Lorr. avec Chr. duc de W. in Bulletin* XXIV. *p.* 113 *suiv.; Kluckhohn l. c.* I. 261; *de Thou* III. 127; *Baum* II. 554 *ss.; Soldan* I. 586 *ss.; Kugler, Hz. Chr.* II. 331; *Stälin, Gesch. Würtb.* IV. 611; *d'Aubigné, hist. univ.* II. *ch.* 28, *p.* 158: Cela servit à rendre le secours des Allemans plus difficile et plus debile.)

3734.

LACOMBE [1]) A CALVIN.

Un synode des églises du Dauphiné et du Lyonnais empêché par le gouvernement. Recommandation d'un ex-prêtre qui va étudier à Genève.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 109, fol. 104.)

A Monsieur Monsieur Calvin
a Geneve.

3734. 1) *Siméon de Lacombe vint à Romans en* 1561 (*N.* 3652. 3654). *Il avait été ensuite prêté à l'église d'Orange, qui désirait le garder, mais le synode de Lyon lui ordonna de retourner à Romans. Ce synode, provincial, le quatrième assemblé dans le courant de* 1561, *se réunit le* 25. *Nov. sous la présidence de Pierre d'Aireboudouze* (*D'Anduze*) *pasteur de Lyon, à qui peu a près, le* 19. *déc., le Sénat de Genève accorda un prolongement de congé. Sur ce synode voyez Arnaud, hist. d. prot. du Dauphiné* I. 95. *Sur Lacombe, ancien carme, voyez ibid.* III. 407 *et Haag* VI. 179.

Grace vous soit par Jesus Christ.

Mon honore Seigneur, suivant le commandement que leglise me feit au darnier synode a Lion je suis venu a Romans non toutesfois sitost quil avoit este ordonné. Je ai supplie monsieur *Danduse* par lettres de vous faire antandre les occasions de mon retardement. Au reste les eglises du Dauphiné et du Lionnois sont ici assemble pour celebrer le synode, mes le gouverneur du pais nous empeche [2]) et nantant point que nous nous assamblions pour proceder audit synode. Nous lui avons envoie certains gentilzhomes de noz freres nous avons sursone * le tout jusques a leur retourd, nous esperons en Dieu que lissue sera bonne. Au surplus, Monsieur, le present porteur sen va a Geneve pour aprandre la saincte reformation et estudier. Jespere en dieu que aiant la demore un temps que dieu lui fera cognoistre ses fautes passees qui ne sont pas petites dautant quil a este cure papal et apres son demoinement il sest ingere de baptizer un enfant sans envoy. Je ai commance a degroussir, dieu lui faict la grace quil va au lieu ou il sera polli et espere en dieu quil lui fera misericorde et quil sen servira car au reste il na pas bruit davoir jamais este debauche come on veoit gentz de telle fassion: par ce, Monsieur, je vous le recommande au nom de dieu auquel prie vous conserver me recommandant a voz sainctes prieres et a vostre bonne grace. De Montelhimare ce 5 de mars 1562.

Vostre treshumble et obeissant serviteur
Lacombe.

3735.

ZERKINTES CALVINO.

Casum exponit cuiusdam Alysii ministri in ditione Bernensium qui sibi inscio magistratu vocationem in Galliam procuravit, eoque abiit quamvis minime officio aptus.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 117.)

D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae ministro Christi vigilantissimo patri ac fratri in Domino colendo suo.

Diu mecum deliberavi, scriberem nec ne ad te. Dubitabam enim num gratum esset futurum hoc genus officii tamdiu intermissum. Sed vici tandem me ipsum sperans fore ut meum erga ecclesias Dei studium non improbes, licet multa alioquin in me non immerito fortassis desideres. Homo enim sum, humana patior: sed conservo tamen quantum possum et observo quam omnibus qui Christi sunt debeo mutuam caritatem.

Causa quae me ad scribendum impulit haec est: Claudius quidam *Alysius*, [1]) post ambitum totius fere biennii ad ministerium ecclesiae Vuillierensis (sub Morgiana praefectura) vix admissus, homo iuvenis et imprudens, viam invenit qua se recenti in ducatu Burgundiae ecclesiae obtruderet. Loco nomen est Sauls circa Divionum. Eo se contulit, ut audio, antequam missionem a senatu impetraverit. Interim operam dedit ut legato misso (cui suas adiunxit literas veluti domi suae datas) Saulsenses a senatu peterent *Alysium* sibi dari, quem habebant. Literarum summa erat: Bernenses solos esse qui nativum et catholicum ecclesiae vigorem conservarent. Hanc gloriam multos eis invidere ministros qui Geneva in Galliam mittantur, nimio Genevensium studio insanientes. Horum impetum esse reprimendum, idque sua opera, quam strenuam pollicetur magis in Burgundia profuturam quam domi apud nos. Ostensurum enim se quam toto coelo errent qui Genevae se inaugurari ad ministerii functionem patiuntur, quod ipse facere nolit: neque enim flagitare hoc Saulsensem ecclesiam quae se protectionem *Alysii* suscepturam promiserit contra eius vocationis oppugnatores. Senatui valde displicuit ista protervitas et impudentia, responsumque est legato Saulsensium, cordatiorem aliquem peteret, istum esse ad has res nimis puerilem et ineptum. At, inquit legatus, iam apud nos est. Subiunxit consul: dixi tibi qualis sit, si placet, utere. Sic discessit legatus. Senatus existimans adhuc domi esse *Alysium* classi Morgiensi scribere me iusserat ne hominem dimitterent, sed suae imprudentiae conscium esse iuberent, qui turbas sese in teneris adhuc Galliae rebus suscitaturum sponderet quae pace et concordia essent fovendae. Tali enim patrono hanc rempublicam opus non habere in Gallia. Itaque quum impediri profectio *Alysii* non potuerit tarde nimis cognita, te volui submonere huius rei, ut quacunque poteris ratione hominis stultitiae occurras, antequam cum fratribus committatur. Quanta enim offensionum materia inde metuenda sit, non est quod tibi dicam. Nolim hominem perditum, sed revocatum. [2]) Hic facilius

---

2) *La Motte Gondrin lieutenant général du duc de Guise.* (*Arnaud. l. c.* I. 98.)

3735. 1) *Claudius Alysius in articulo de praedestinatione Calvino iudice haereticus* (*N.* 3023).

2) *Ad tale negotium Noster ut manum porrigeret mi-*

coerceretur omnibus notus. Committo negotium tuae prudentiae et fidei ne mihi fraudi sit, quod tamen non valde metuo.

De statu reipublicae utriusque quod scribam non habeo, nisi me nulla amoris et concordiae vestigia cernere, quamdiu vobis nostra potentia suspecta est, nobis vestra libertas. Utinam his Dei donis utrinque utamur ad ipsius gloriam et nostram salutem. Quod ad me attinet, puto te expertum esse meum erga fratres sinceriores studium, et quam facile contemnam omnes offensiones ac simultates, quoties impedimento esse video christiani hominis officio. Hoc ut porro faciam Dominum pro me interpellato, tibique persuade paucos esse me tui studiosiores. Tigurini miserunt suam de ecclesiastica disciplina sententiam,[3]) sic temperatam ut valde sceleratos esse oporteat qui eam recusent. Vale, et me subinde vel per amanuensem literis tuis recrea. Bernae 10. Martii 1562. Saluta DD. *Rosetum*, *Botollierium* et veteres amicos omnes quos spero me proximo Maio invisurum.

Tuus Nicolaus Zerchintes.

3736.

CALVINUS TAMMERO.

Commendat aliquem qui filii mortui haereditatem aditurus eius consilio opus forte habebit.

(Ex antographo Cod. Genev. 107ª, fol. 253. Contulimus exemplaria Turretini Cod. 108, fol. 130, Bernense VI. 1013 et Simleri Vol. 103.)

Ornatissimo viro D. doctori Georgio Tammero [1]) iurisconsulto mihi plurimum honorando.

S. Non putabam me nunc tibi scripturum, ornatissime vir: nam has in se partes susceperat *Colladonius* noster, et videbar mihi defunctus si communes essent literae. Idque bona tua pace et venia. Sed hic nuncius importune flagitando breves literas extorsit. Neque tamen velim existimes pigritia me tardum esse. Verum ut facile hoc vulgare officium amicis remitto, ita confido ad ignoscendum fore propensos, si non praestem quod ab ipsis non exigo, praesertim ubi infinitis negotiis misere districtus in hac languida valetudine [2]) prope deficio. Ac libenter quidem nuncio quam petebat commendationem mox daturus eram, nisi quod eius rogatu ante tres menses literas habueram paratas quae eius culpa perierunt, quia profectionis ad quam accinctus erat consilium repente mutavit. Nunc postquam rursus animum colligit, non destitit me rogare donec literas extorqueret, quas sibi magno adiumento fore sperat. Habuit filium per quem aliquando ad me scripsisti et qui vicissim tibi meas reddidit. Is apud vos mortuus est proxima aestate. Etsi autem non erat locuples negotiator, quia tamen frugi erat et impiger, sua industria aliquantum acquisierat, quod pater pro sua tenuitate ducit minime sibi esse negligendum. Hac de causa ad vos concedit, ut quod relictum est a filio saltem in orbitatis solatium recuperet. Quoniam homo est probus et integer, atque etiam officiosus, iterum atque iterum te rogo, eximie vir, ut, quod tuo commodo et citra molestiam poteris, eum consilio regas operaque adiuves. Quidquid in eum contuleris mihi perinde gratum erit ac si mihi praestitisses.

Res Galliae vix attingere audeo, ita turbulentae sunt ac confusae. Crescit quidem ubique piorum numerus. Mira est alacritas et fervor. Sed unius hominis [3]) levitate, imo perfidia factum est ut curia Parisiensis obstinato furore Christum oppugnet.[4]) Vale, ornatissime vir et mihi plurimum observande. *Bezam* nostrum tibi commendo, qui duros et graves conflictus assidue sustinet. Dominus te spiritu suo gubernet, virtute sustineat et incolumem diu servet. Genevae 10. Martii 1562.

Ioannes Calvinus tuus.

3737.

CALVINUS BULLINGERO.

Maxime versatur in enarrandis rebus gallicis et inter alia rationem reddit consilii Beza autore a se exarati. Addit quaedam de Bernensi et Neocomensi synodo.

(Describimus ex Cod. Genev. 107ª, ubi in eadem charta sequitur praecedentem ad Tammerum, ita tamen ut ab amanuensi

---

nime sollicitandus erat, et mireris Zerkintem quidquam sperasse.

3) *N.* 3720. 3722.

3736. 1) *Vindobonensi.*

2) *De qua hoc tempore fere nihil alibi. Vide tamen sequentem.*

3) *regis Navarrae.*

4) *N.* 3731.

haec scripta sit et passim Calvini manu correcta. Quae hanc referunt, ea h. l. typis cursivis exscribimus eaque de causa nomina propria, contra morem nostrum, non item. Verum et Bezae limam experta est haec epistola, cuius mutationes, utpote prelo destinatas, margini reservamus. Praeterea ad manus fuerunt Codex Turretini 108, f. 130, Bernensis VI. 1015 et Simleri V. 104. Versio anglica IV. 262.)

Quum nuper Blaurero nostro scriberem,[1]) ad te non potui, quia antequam a febri liberatus essem,[2]) accidit moeror domesticus ob flagitium privignae,[3]) qui me in solitudinem ad paucos dies compulit. Quum in rustico tugurio essem, oblatae sunt tuae literae,[4]) quibus consentanei sunt multi qui aliunde veniunt rumores. Est ergo cur metuamus. Cavendi autem ratio difficilis. Quanta sit in Gallia confusio, partim cognosces ex Bezae nostri literis, quarum exemplar curavi tibi describendum, partim breviter attingam. Apud Aquas Sestias,[5]) ubi sedes est parlamenti, mota fuerat seditio a papistis ut comitem Crusolium, qui cum summa potestate illuc legatus fuerat, *ausi fuerint excludere.*[6]) Ipse autem coactis aliquot vexillis portas aperire ipsos coegit, quorum aliquos iussit suspendi. Pars factionis quae effugere potuit vicinam urbem adhuc tenet satis munitam. Sed eos rerum omnium inopia brevi ad deditionem compellet: *nam hactenus latrunculorum more grassati sunt.*[7]) Curia ipsa metu territa[8]) graves sententias pronunciat contra seditiosos, quum tamen eodem crimine[9]) multi ex iudicibus sint impliciti. Sed illis parcitur donec motus deferbuerit. Massilia et aliae urbes quae ad defectionem spectabant impositis praesidiis subactae sunt. Curia Tolosana[10]) libenter omnia permiscuisset: verum decuriones urbis, quos vocant civium capita[11]) quoniam penes eos ordinaria est iurisdictio, valida firmaque manu collecta superbiam et crudelitatem curiae[12]) ita compescuerunt ut nunc in suburbiis liberi sint piorum conventus ad decem hominum millia: *quindecim quidem millia evangelio nomen dederunt.* In Arvernia pertinaciter furit nobilitas. Apud Armoricos, hoc est, in Britannia gallica nobiles fere uno consensu amplexi sunt evangelium, sicuti in Picardia, sed vulgus adduci nequit. *In Campania et ditione Senonum mediocriter sunt animati. Burgundiones plus audere incipiunt. Paretur regis edicto, sed adversarios magis urit hoc spectaculum, dum ordine procedunt tantae copiae quam si in obscuro urbis loco Deus invocaretur.*[13])

Nihil *certe*[14]) cursum regni Christi magis moratur quam ministrorum penuria. Narrat *quidem*[15]) Beza ut Iulianus[16]) pessumdare in aula omnia conetur. *Sed quidquid mali conflat in eius caput recidet.*[17]) Postremas *autem*[18]) meas[19]) nondum *tunc* acceperat. *Iam*[20]) ubi Regina viderit paratum esse auxilium, forte acrius excitabitur. Ego etiam urgebo, sicut hactenus feci, ne tantam occasionem effluere nostri sinant, qui sero rebus extremis se opponerent.[21]) Consilium quod a me petit Beza[22]) iam miseram, cuius latinum exemplar tibi mitto, quanquam malui ad verbum crasso stylo reddere gallicam meam responsionem quam latini sermonis nitori studere. Brevitas etiam mihi curae fuit, modo omnia complecterer. Si visus fuero plus concedere adversae parti quam aequum sit, memineris non votis hic agendum. Accommodanda igitur fuit protestatio ad Reginae sensum. Duo tamen mihi fuerunt proposita *ut* conditiones nostras, *ubi* arriserint Regis consilio, *fortiter repudient* papistae,[23]) quod certum est facturos. Deinde si ad subeundum iugum pertracti fuerint, ne quid obsit nobis qualecunque concilium. Utilius enim esse duxi nos illic sedere veluti tribunos plebis quam senatoribus permixtos pluribus sententiis obrui. Quid a vobis postulet Beza noster videbis, et quid expediat statues cum collegis, *ea qua decet celeritate.*

Si quid acciderit maioris momenti dabo operam ut mature certior fias. Cognetus,[24]) ubi advenerit, in literis ultro citroque perferendis nos

---

3737. 1) *non exstat.*
2) *vide praecedentem.*
3) *Iudithae, pridem nuptae* (*N.* 1905. 1923). *Caetera nescimus.*
4) *N.* 3726.
5) *Aix en Provence. De Flassans gubernator Aquensis, protestantes urbe expulit et parlamentum edictum Ianuarii promulgare recusavit. Missus est Comes Crussol cum Ant. Fumée et Io. Ponat consiliariis ut Provinciam pacaret. Urbe potitus parlamentum in ordinem redegit, et pridie Non. Mart. copias catholicas Flassanii fudit fugavitque.* (*Hist. eccl.* I. 894. *de Thou* III. 284. *Ménard, Hist. de Nimes* IV. 312.) *Oppidum munitum de quo textus loquitur Barjols fuit, quod expugnatum est.*
6) *antea scriptum erat:* non admitterent.
7) *haec in margine. Latrunculos Anglus vertit:* men of a chessboard!!
8) *duo haec verba a Beza cancellata. Ab Anglo omissa.*
9) *itidem quatuor.*
10) Nonnulli Tolosae *Beza.* (*de Thou* III. 289. *Hist. eccl.* I. 863.)
11) *capitouls.*
12) illorum. *B.*
13) *haec omnia in margine.*
14) tamen *a prima manu.*
15) Sed narrat *eadem.*
16) *Rex Navarrae.*
17) *add. in margine.*
18) quidem.
19) *non exstant.*
20) Verum *a prima manu.*
21) Who have made head too late.
22) *de liberi concilii conditionibus* (*N.* 3723).
23) *Primum scriptum erat:* ubi pro sua aequitate arriserint regis consilio aut saltem favore quam odio digniores habitae fuerint, eas papistae reiiciant.
24) *N.* 3719. 3723.

iuvabit. Galliae probatio deteget eorum hypocrisim qui ab hominibus pependerunt. Piis animus crescet, ac eo magis discent in unum Deum recumbere, ac simul ad preces eos sollicitabit agitatio.

Superiora relegens animadverti fuisse omissum quod attingere decreveram. Iam circiter dimidium Februarium sparsus fuit rumor in hac vicinia, tuo consilio adductum fuisse senatum Bernensem,[25]) ut de synodo cogendo sententiam mutaret. Itaque qui iam ad iter erant accincti novo edicto repente vetiti sunt pedem movere. Equidem scio te recto animo fecisse, sed experientia brevi docebit minime utile fuisse consilium. Nec est quod operam meam implores, quia denuncio omnia esse perdita. Pluribus supersedeo.

Nuper ad synodum Neocomensem[26]) accitus excusavi, ne clamarent, qui simulant operam se meam desiderare, ultra metas me progredi. Iterum illuc vocor. Quid facturus sim nescio. Hoc scio te nimis ac nimis falli dum existimas illos cupere ecclesiae bene consultum. Utinam[27]) ultra Sauromatas, quando ita contumeliose mihi illuditur.

3738.

PONNAT[1]) A CALVIN.

Demande de pasteurs pour deux paroisses du Dauphiné.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 109, fol. 105. — Bulletin de la Société de l'hist. du Prot. XVIII. 531.)

A mon seigneur Monsieur Calvin
a Geneve.

Mon seigneur, nos freres de Clavan et Misonnar qui sont deux grandes parroyches aux montagnes doysens[2]) en ce pais de Daulphine mont prie de vous escripre ce petit mot pour vous supplier au nom de Dieu de leur volloyr fayre ce bien que de leur voloyr donner ung ministre de la parolle du Seigneur a ce quilz nen soint destitues et puissent estre separes en doctrine et ovres de l'entechrist pour embrasser Jesus Christ et ses mandements voyre eux soubmettre soubz son jou avec toutte humilite.

Mon seigneur le zelle que je leur cognoys joinct que la cause en est de soy digne, faict que je vous ay bien volu escripre la presente vous suppliant leur voloyr fayre ce bien que de leur assister et favoriser en cest endroit comme je croys que feres.

Monseigneur puisque Jesus Christ se prent aux plus haultz rochers et creux des montaignes de ce pays, je ne me puis de moings assurer que du deffinement prochain de l'entechrist et de sa paliarde. Vous seres donc pere a ces bonnes gentz et a vostre acostumee leur feres part des graces que ce bon dieu vous donne et ne les lerres venir vuydes de leur tant sainct desir et ilz prieront a jamays et moy avec eux comme je prie le pere esternel vous conserver en sante et en sa grace par Jesus Christ auquel soit gloyre empire et victoyre esternellement. De Grenoble ce dosiesme mars 1562.

Vostre treshumble et obeissant serviteur
B. Ponnat.

3739.

HAGENIUS CALVINO.

Rarus scriptor[1]) *plura tradit quae partim iam obsoleta partim Calvino dudum melius cognita erant, tam ex Gallia quam ex Germania sibi allata, de colloquio Possiacensi, de Rabo Ulmensium pastore, de conventu in Tabernis alsaticis habito etc.*

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 61.)

Clarissimo ornatissimoque viro D. Iohanni Calvino Genevensis ecclesiae antistiti fidelissimo domino atque in Christo patri suo summa observantia colendo.

Genff.

Salus in eo qui vera est salus.

---

25) senatum Bernensem *Beza loco suo movit et* N *reposuit. Caeterum cf. N.* 3722. 3735.

26) *N.* 3694.

27) *Haec cancellata ab aliena manu.*

3738. 1) B. Ponnat se trouve, avec un docteur F. de Ponnat et P. A. Ponnat, comme un des protestants notables de Grenoble, au nombre des signataires de la lettre du 2. Février demandant un second pasteur à côté d'Eynard Pichon. (*Arnaud* I. 86.)

2) Clavans et Misoëns dans la vallée d'Oisans (*sic. ibid.* 87). *L'auteur ne dit pas si la demande a pu être accueillie tout de suite. On mentionne en* 1565 *la présence d'un ministre à Besse d'Oisans dont Clavans devint une annexe.*

3739. 1) *N.* 3109.

Quum superioribus mensibus reverendum in Christo parentem nostrum D. Gulielmum *Farellum* Studtgardiae de improviso et quidem decumbentem reperissem,[2]) brevi ad te data schedula significare volui me nondum tui tuorumque oblitum esse, vir clarissime paterque summa mihi observantia colende. Quum autem ille inter alia mihi retulisset quomodo nostri theologi Lutetiam ad colloquium[3]) accersendi essent, non levem inde animo pacis et concordiae spem conceperam, imo prorsus mihi persuaseram, plus ex synodo illa quam omnibus antehac vel Ratisponae vel Wormatiae et alibi habitis colloquiis boni commodique ad nos rediturum. Verum quid ibi actum sit hactenus percipere non potui. Nisi quod nuper ex literis D. *Petri Martyris* ad *Bullingerum* nostrum datis intellexi, Sorbonistas cum suo *Lotharingio* cardinali *Lutheri* atque *Brentii* consubstantiationem admisisse. Quae tamen parum aut certe omnino nihil a papistarum illo transsubstantiationis portento discriminis habere videtur. Aiunt quidem panem quoad substantiam suam in corpus Christi non converti aut mutari, verum statim quidam ad ingenium revertentes quod modo dixerant facto et opere negare incipiunt, clamantes panem illum vel reale Christi corpus esse, vel hoc ipsum ubique terrarum praesens adesse citra tamen omnem membrorum extensionem etc. Si hoc non est Martionis aut Eutychis haereses revocare, nescio certe quid eas adprobare queat. Corpus enim Christi eodem momento in infinita loca distrahere et ubique praesens facere, quid aliud est quam id ipsum aut deitati per omnia simile statuere aut prorsus exinanire et humana substantia sua privare?

Quum nuper Ulmae essem multi sane honesti ac pii viri de pastoris sui D. Ludovici *Rabi*[4]) truculentia conquerebantur, quod vel ipso Deo invito Christum ex patris dextra detrahere omnibus fere concionibus niteretur, quas tamen nullas haberet in quibus non Cinglianos, quos vocant, palam damnaret et petulanti lingua sua Vulcano comburendos adiudicaret, unde piae mentes graviter offensae per quadriennium aut diutius et conciones suas negligunt et sacramentum coenae ab ipso accipere recusant

Princeps noster superioribus diebus in oppidulum non procul Argentorato distans Zabern dictum[5]) advectis secum quibusdam theologis *Brentio* scilicet, D. Iacobo *Andreae* et aulico suo concionatore, profectus *Lotharingium* cardinalem et alios ibi exspectavit, quibus etiam regem *Navarrae* interfuisse perhibent.[6]) Quid egerint, aut quare princeps noster secum illo suos illos theologos adduxerit, me prorsus latet. Quidam dixere *Lotharingium* illum eo venisse ut coram *Brentio* confessionis suae sententiam dicere et fateri possit. Utitur quidem hic argumentis rationi et humanae sapientiae plausibilibus, sicuti in libello contra *Bullingerum* scripto[7]) videre licet: verum ubi ad lydium illum sacrarum literarum lapidem referantur, magis certe philosophica quam theologica reperiuntur.

Scripsisti[8]) contra nebulones istos *Heshusium* et *Gallum* Ratisponensem libellum, cuius hactenus librariorum nostrorum negligentia nec videndi nec legendi mihi copia data est. Ipsum sane legere atque relegere ex animo cupio.

Superiori anno ad D. Nicolaum *Gallasium* nostrum literas dedi,[9]) arbitratus nimirum ipsum adhuc vobiscum Genevae commorari: sed ex *Farello* percepi in Angliam eum profectum atque Londini sacrarum professorem agere. Proinde num literae illae per te in Angliam usque transmissae ipsique oblatae sint ignoro. Libenter alias iam illis subiungerem, verum nullum mortalium in hisce regionibus novi, qui illuc sese conferat. Ubi vero certior redditus fuero, eas per te aut collegas tuas illo perferri posse, nunquam scribendi verique amici officium intermittam. Quod ut nacta forte ad ipsum scribendi commoditate illi significes, iterum atque iterum oro.

Bavariae dux[10]) pro more suo iterum Christi membra in sua regione nuper persequi coepit. Unde factum ut Straubingae undecim senatorii viri artolatriae aperte sese opposuerint, et quidvis potius agere quam impanatum deum illum circumgestando venerari atque adorare decreverint.[11]) Ad amicum quendam olim parochi ibi officio fungentem, nunc vero apud nos evangelium Christi docentem, literas dedere, quibus obnixe rogant ut ipsis in controversia illa consulere dignetur. Ille vero novitium se esse perhibens me fratrem suum obsecravit, ut in causa illa munere suo fungi non gravarer. Quod quidem ego, infantiam meam agnoscens, invitus suscepi. Etsi autem quaedam pro virili ad bonos illos viros scripsi, quibus sententiam meam declaravi, ne tamen solus ita sentire viderer,

2) *Haec sola est et authentica mentio huius itineris et morbi cf. N.* 3478.
3) *Possiacense, m. Octobri.*
4) *Memmingensis, a.* 1556 *ministerio ad summum templum Argentoratense se abdicaverat quia magistratum nimia indulgentia in vitiis et erroribus puniendis uti querebatur.* (*Adami Vitae* 220; *Keim, Ref. in Ulm.* 419.)
5) *Cf. N.* 3733.
6) *falsus fuit rumor.*
7) *N.* 3572. 3593.
8) *Opp.* IX. 457 *ss.*
9) *Non exstant. Infra N.* 3744 *alias leges.*
10) *Albertus V.*
11) *Urbs fere tota evangelium amplexa dicitur ad a.* 1564. (*Schelhorn, Ergötzl.* II. 286. *Medicus, Gesch. d. ev. K. in Bayern. Erl.* 1863. 372. 388.

Melanchthonis, *Buceri*, *Martyris*, item Tigurinorum et tuam sententiam, in opusculorum tuorum volumine exstantem,[12] a me vero in vernaculam linguam versam adiungere volui, nihil dubitans, non illis modo undecim viris sed omnibus comilitonibus suis hoc ipso optime consultum iri. Faxit Dominus Iesus ut istud omne in nominis sui gloriam divinique verbi propagationem et afflictae ecclesiae suae aedificationem feliciter cedat.

Palatinus Rheni in omnibus ecclesiis suis non citra parvam quorundam offensionem Tigurinorum in administratione coenae ritum institui curavit.[13] Rogato Dominum, quod nullo etiam monente te facere scio, ut vel tandem etiam nostri bellum illud sacramentarium deponant. Dominus Iesus spiritum prudentiae ac fortitudinis nobis quotidie augere, te vero, *Bezam*, *Gallasium*, *Martyrem*, *Bullingerum*, omnesque fideles perturbatae ecclesiae suae ministros quam diutissime incolumes conservare atque contra omnes Satanae et mundi sui insultus tueri pergat. Amen. Detthingae Schlossburgi quarto Idus Martii anno 1562.

Tibi addictissimus
Barth. Hagenius.

D. *Farellum*, si adhuc superstes est, quam officiosissime meo nomine salvere iubeas et si tantum tibi dabitur otii ad futuras nundinas de vitae tuae ratione ad me perscribas quaeso.

12) *Opp.* VI. 631.
13) *N.* 3699.

3740.

BULLINGERUS CALVINO.

Narrat quid de conventu Tabernis facto inter Guisianos et Würtenbergensem ducem novi acceperit et nihil boni inde evasurum suspicatur. Interea in Germania novi insultus Lutheranorum et in Gallia defectio Navarreni.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Epp. Tom. 30, Scrin. B. fol. 422. — Simler. Vol. 103.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae ministro fideli domino et fratri suo colendo et dilecto.

Genff.

S. D. Ad Tabernas alsaticas, sicuti nuper praemonui, convenere *Wirtembergensis* dux et 4 *Guysiani* fratres, dux, prior, cardinalis *Lotharingius*, cardinalis *Guysanus*. Adduxit secum *Wirtembergensis Brentium* et Ioannem[1]) *Andreae*. Colloquuti sunt hi diu cum cardinale *Lotharingio*. Cui commendata est ab illis confessio Augustana et confessio Wirtembergensis superioribus annis oblata concilio Tridentino etc. Quid concluserint incertum. Hoc autem Argentina scribitur ad me, unum ex fratribus profecturum, cardinalem *Lotharingium* opinor, recta in concilium Tridentinum et effecturum ut inde legatus mittatur ad Germanos principes.[2]) Quid ergo quaeritur[3]) nisi intestina discordia inter principes Germanos? aut ut his concedatur sua illa confessio, principes vicissim defendant aut opprimant episcopos? Additur in literis, pateras argenteas graves a cardinale datas dono utrique.[4]) Quod si verum est, profecto mirum est ministros Christi accepisse munus ab eo qui madet adhuc sanguine martyrum Christi. Sed haec ad te scribo ut ad me sunt perlata. Utcunque res habeat video nobis maxima pericula imminere et undique nos petendos. Sed fortior est qui in nobis quam qui in mundo est.

Vidisti quae scripserit contra nos *Heshusius*. Oro, si statuisti respondere, respondeas ad argumenta diligenter praeterita persona illa Thersitis

3740. 1) *sic.*

2) *Bullingerus nihil magis metuebat quam Tridentinum, itaque facile sibi fucum fieri patiebatur quoad istud Cardinalis consilium quasi hic illud curasset. Vide potius quae Dux ipse refert Cardinalis verba:* Auff diesem concilio würde nichts gehandelt ist auch nit zu verhoffen das per fiam (*viam*) concilii was guets möge ausgericht werden *etc. De itinere in Italiam minime cogitabat Gallicis negotiis unice intentus, cum fratre statim Lutetiam rediturus.* (*Sattler* IV. 224. *Mém. de Condé* III. 452.) *Bonus autem Bullingerus sibi candide persuadebat Tabernis omnia sincere transacta esse.*

6) *Hic fallitur. Die* 25. *Iunii demum castello Trompette dicto potiri voluerunt, sed consilio proditione irrito facto Protestantes plerique urbem reliquerunt.* (*Hist. eccl.* II. 765.)

7) *Languet l. l.* In Tholosa sunt maximi tumultus. Nostri occuparunt curiam et eam muniverunt bombardis commeatu et milite. — *Iam ineunte Aprili tumultus exorti, postea per octo dies dimicatum armis: tandem protestantes ad deditionem coacti, coena sumta* 17. *Maii solum verterunt et in urbes vicinas se receperunt. Quadringenti inermes a colonis trucidati. Postridie Montluc urbem intravit, templa incendio delevit et omnimodam saevitiam exercuit.* (*Hist. eccl.* III. 3 *seqq. de Thou l.* 32. III. 289. *Comment de Messire Blaise de Montluc P.* 1626. II. 51 *ss.*)

8) *Gaillac sur le Tarn. Eodem die* 17. *Maii* (*Pentecostae*) *protestantium congregationem subito plebs duce Card. Strozzio Albigensium episcopo adorta c.* 150 *trucidavit, inter quos Petr. du Perier v. d. m.* (*Hist. eccl.* III. 68 *de Thou l. c.* 297.)

9) *Montalbanenses postridie Pentecostes Tolosanis auxilium laturi prodierunt, sed in via de rebus gestis certiores facti in vico Rabastein plures istorum carnificum deprehensos interfecerunt.* (*Hist. eccl.* III. 70.)

10) *Lambert, hist. d. guerres de rel. en Provence. Toul.* 1870 I. *p.* 140 *ss. Hist. eccl.* III. 317 *ss.*

11) *Hist. eccl.* III. 407: Ceux de Lyon prierent le Sr. de Monbrun nagueres venu du Dauphiné avec 500 arquebouziers de se rendre à Chalon pour le garder. Ce quil fit. Mais investi par Tavannes, Monbrun (*après une sortie manquée*) abandonna la ville le 31. mai.

12) *a Roggendorfio, Rhingravio et Froelichio* (*ex Helvetia*). *Condaeus m. Aprili ad Imperatorem et principes legatos misit, petituros ut conscriptio vetaretur.* (*Mém. de Condé.* III. 305. 309. *Barthold* 372.) *Postea* 16. *Iunii Chr. a Dohna burgravius eiusdem literas ad principes attulit sibi ipsi eadem concedenda rogantis.* (*Mém.* III. 501. 498.)

suas eduxerint. Interea necesse est ita nos esse paratos ut singulis momentis auxilia nostra subsequantur, quorum duplex erit usus. Prior,[13]) ut sola fama adversariis terrorem incutiat. Oportet ut Lugduni et in vicinia sese opponant hostibus, si forte nostri viribus pares non essent. Tentabit vero Bernatum animos nuncius, ut militum transitum impetret per conniventiam. Ut enim palam scribi permittat senatus vix sperandum est. A vobis non aliud cupimus nisi ut voluntarii ex agro vestro sese aliis in turba admisceant: Ager Neocomensis facile conferet quingentos. Nobis sufficient tria millia et aliqui e Valesianis.[14]) Polliciti quidem sunt ante sesquimensem duo capitanei se completuros quinque aut sex vexilla. Consilium tamen mihi non placuit, quia et res erat difficilis et nolebam barbaram gentem invitari. Ut vestra ditio nobis suppeditet aliquantulum auxilii velis et remis te contendere cupio. Satis erit si praesto fuerint. Viaticum paratum erit quo usque Lugdunum perveniant, et iusto stipendio non fraudabuntur. Verum si nunc generosus D. *ab Artewil*[15]) nobis centum vel ducentos equites suppeditat, nihil opportunius, et erit facinus plane ipso dignum. Itaque obnixe te rogo et obtestor ut serio ad virum hortandum animum adiicias. Conditiones ferre non est nostrum, sed ubi eius postulata intellexero, fidem tibi dabo quam experietur minime vanam esse. Vale, clarissime vir et mihi observande frater, una cum D. *Martyre*, *Gualthero* et caeteris amicis. Dominus vos incolumes servet, sustentet, sua gratia te et bonis omnibus locuplet. Genevae 9. Iunii 1562.

I. Calvinus tuus.

De exitu legationis non est quod sis ullo modo sollicitus. Hac in re usus sum nonnulla astutia. Sciebam ab initio nullam fore rationem transigendi. Neque enim vel principi liberum esset. Satagant ut volent Luterani, semper repudiabitur Augustana confessio. Ego autem aliud speravi in quo me profecisse arbitror, ut, si a vobis et a Germanis mitterentur legati ad pacificandam ecclesiam, manerent domi milites: quia efficere non poteram ut maturius nostri pergerent, has inducias saltem interposui. Quidquid . . . ., omni cura te libero quoad Augustanam confessionem. Et quod *Beza* in suis literis recipit, nisi animum nostri . . . . . mutarint, doctrinam minime attingit, quam adversarii in suis pactionibus integram nobis relinquunt. Aliud periculum timendum erat ne rursus nos inermes adorirentur. Verum huic quoque malo occursum est.

13) *De hac voce dubitamus, quum* posterior *non sequatur. Aliud vero ex pessima literatura elicere non potuimus.*
14) *N.* 3794.
15) *Lege:* Hallwyl *quod probatur ex ep. Bullingeri d. d.* 19. *Iun.*

3803.

CALVINUS COLONIO.

Pertinet ad res ecclesiae Metensis.

Extat in unica editione Epp. Amstelod. p. 170 quae unde sumpserit nescimus.)

Fidelissimo Christi Domini nostri ministro, D. Petro Colonio, fratri et symmystae carissimo, S.

Paulo antequam veniret *Arnoldus*[1]) noster receperamus *Taffini*[2]) collegae tui literas, quibus significabat non posse diutius te abesse[3]) absque magna ecclesiae iactura: ac proinde rogabat, ut Marianae ecclesiae prospiceretur. Respondi quod res erat, nos homine idoneo destitui qui provinciam illam obiret, neque tamen aequum esse Metensem ecclesiam spoliari iure suo. Nunc eadem apud te repetere cogor. Neque enim credas in quam penuriam simus redacti ex quo coepit latius in Gallia propagari Christi regnum. Certe multi a nobis extorquentur quorum me valde pudet: adeo non schola tantum nostra exhausta est sed ex officinis quoque abrepti opifices. Multi adolescentes bonae spei formantur; sed nemo adhuc maturus. Viri aliquot se comparant; sed non admodum eruditi et minime exercitati. Sibi tamen persuadeant Mariani, simul ac oblata fuerit facultas singularem nobis fore sui curam.

De rebus Gallicis intelliges ex nuncio. Exercitus noster non procul abest ab hostium castris. Ergo precibus assidue et sedulo incumbendum, ut sine magna strage capita Deus profliget. Iam enim plus satis sanguinis fusum est. Vale, integerrime frater et mihi carissime. Collegae mei te plurimum

3803. 1) *Bancus N.* 3792.
2) *N.* 3588. *Pendant la guerre de* 1562 *les protest. de Metz restèrent tranquilles* (de peur d'irriter les Alemans). *Outre Cologne et Taffin, ils avaient pour ministres* Garnier iadis m. de l'Eglise françoise de Strsbg. et L. des Masures autrefois secretaire du Cardinal de Lorraine, mais homme de bien et de bon savoir (*H. Eccl.* III. 454).
3) *Videtur fuisse pro tempore S. Mariae in Alsatia, et successorem habuisse Figonium quem Drion dicit in locum Banci suffectum.*

salutant. Dominus tibi semper adsit, virtute et constantia sustineat et labores tuos benedicat. Symmystae quoque tuo multam salutem precor. Genevae, 10. Iunii 1562.

Ioannes Calvinus tuus.

3804.

CALVIN A M. DE DIESBACH. [1])

Secours militaires à envoyer à Lyon.

(Original. Signature autographe. Arch. de Berne. Bonnet II. 472. Trad. angl. IV. 274.)

Treshonoré seigneur, pour ce qu'au jourdhuy j'ay eu une rescharge du costé de Lion pour solliciter que le secours se haste, j'ay prié le gentilhomme present porteur de monter incontinent en poste, afin que s'il est possible les gens marchent incontinent, car d'aultant que la ville de Lion est despourveue de force les ennemys s'enhardiront à s'y jecter. Ainsy il fault prevenir de bonne heure, joinct aussy qu'il y auroit danger que les passages de Savoie ne fussent fermez, car lon a descouvert, quelques belles protestations que face l'Altesse, [2]) qu'il pretend de se joindre avec nos ennemys. Parquoy je vous prie, selon la bonne affection que vous aviez, d'adresser le dict porteur et luy donner conseil de ce qu'il aura affaire.

Sur quoy, treshonoré seigneur, apres m'estre humblement recommandé à vostre bonne grace, je supplieray nostre bon Dieu vous avoir en sa garde, et vous accroistre en tout bien et prosperité. De Genefve, ce 13. de juing 1562.

Vostre serviteur et humble frere,
Jehan Calvin.

3804. 1) *Au dos du MS. Diesbach est nommé bailli de Lausanne, ce qui ne s'accorde pas avec la notice de Ruchat* VI. 450 *qui pour cette époque indique Petermann d'Erlach comme bailli. Le même auteur* VI. 491 *dit:* Quelques capitaines du Valais qui avoient de l'emploi à Lyon furent chargés de leur procurer quelques enseignes de Suisses. Ils furent à Berne et prièrent LL. EE. de leur accorder le passage par leurs terres ce qui leur fut accordé. En même temps ceux de Lyon envoyèrent un député à Berne pour prier LL. EE. de leur accorder quelques troupes. LL. EE. y envoyèrent le 16. juin Chistophe de Diesbach avec ordre d'aller trouver le prince de Condé et de lui faire leurs excuses en lui représentant les raisons qu'on avoit eues de lui refuser des secours. Diesbach à Lyon fit un traité avec les commandants pour lever quelques enseignes au cas que LL. EE. le permissent. Le 25. juin LL. EE. consentirent à ce qu'on prit de leurs sujets, mais seulement ceux qu'on pouvoit trouver hors de leurs terres. Christophe de D. procura des brevets de capitaine à ses parents Jost, Benedict et Gabriel de D. et Jean Nicolas de D. consentit à être leur colonel. — *Hist. eccl.* III. 225: Ceux de Lyon firent tant qu'il leur fut accordé huit enseignes de la ville de Berne, trois de Neufchastel et quatre des Valesans, faisans 5 à 6000 homms.

2) le duc de Savoie.

3805.

RELIGIONIS
ET REGIS ADVERsus exitiosas Caluini, Bezae, et Ottomani coniuratorum factiones defensio prima,

Ad Senatum populumque Parisiensem.

PARISIIS
Apud Vincentium Sertenas
Cum priuilegio Regis
1562.

(Describimus hunc rarissimum libellum ex bibliotheca collegae nostri doctissimi Caroli Schmidtii. Folio tituli verso inscriptum est Theologorum censura cum privilegio dat. Lutetiae xiii. Iunii M. D. LXII. Sunt plagulae sex A-F., unaquaeque quatuor foliorum.)

Senatui populoque Parisiensi, Christianae pietatis et Regiae maiestatis acerrimo fidelissimoque propugnatori Author S.

Cum permulta vestrae civitatis in Reges suos Christianissimos omni tempore officia extiterunt, tum hoc unum vel maximum erit, omniumque gentium literis atque linguis celebrabitur, quod pestiferis nonnullorum Catilinariorum factionibus, in huiusce regni florentissimi, Regisque augustissimi exitium et pestem comparatis, summa diligentia, opibus, viribusque fortiter obstitistis. Quod cum nostri principes optimi, cunctaeque nationes huic regno sociae, et inviolabili aeternoque pacis foedere coniunctae iam inde intelligant, tum vero rex Christianissimus, ubi ad robur aetatis iudiciique pervenerit, suam dignitatem suae Lutetiae beneficiis et studiis sibi conservatam ac restitutam agnoscet, in eaque sibi, et Reginae matri, Regique Navarrae, ac caeteris proceribus unicum perfugium firmissimum-

que praesidium ad declinandas inimicorum petitiones fuisse recordabitur. Ego itaque qui Regis et religionis semper observantissimus fui, et ab ista, quam nescio qui meditantur introducere, rerum hominumque confusione propemodum alienus, cum aliquam adversus illos contentionem mihi ex officio suscipiendam putavissem, et historiam nefandissimae post orbem conditum conspirationis, cunctaque impie et crudeliter passim toto imperio Gallico perpetrata sigillatim describere aliquot orationibus statuissem, hanc prolusionem et veluti iustae dimicationis prooemium existimavi praecipue iis civibus esse debitum, qui, sicut iam dixi, in Regis perpetua observantia, et Religionis veteri disciplina fidelissime permansissent.

[*fol.* 3] Religionis et Regis adversus exitiosas Calvini, Bezae, et Ottomani coniuratorum factiones defensio prima, Ad Senatum populumque Parisiensem.

Rempublicam Gallicam, quae bellis diuturnis defuncta in summa pacis atque otii tranquillitate iam totos tres annos [1]) conquieverat, hodie domesticis seditionibus intestinoque periculo laborantem plerique intuemur: sed tamen nisi altius res ipsas, et scelera consiliorum cogitatione revocamus, tantae perturbationis causam pauci omnino animadvertimus. Ita fit ut, si quis aut propter iudicii imbecillitatem, aut literarum atque antiquitatis imperitiam, de temporum ac rerum statu, ex eventis, non ex veritate, velit aestimare, is fortasse coniuratos, quibus omnia satis foeliciter hactenus processerunt, multum providisse, bonos, quorum conatus frangi ac debilitari videantur, nihil sensisse, aut si quid bene senserint, non effecisse, interdum cogatur suspicari. Ego certe ut illos fatear studio assequendi ac obtinendi quod moliebantur, vigilantes, ardentes, praeparatosque fuisse, nobis autem saepe concordiam, nonnunquam animum, semper audaciam defuisse: tamen non propterea ullis rationibus adduci potero, ut Regiam causam coniuratorum factionibus aut imbecilliorem adhuc fuisse, aut in posterum cessuram esse, aut aliquando vinci posse concedam. Vidimus enim et ipsi alias petulantiam cum pudore, turpitudinem cum honestate, fraudationem cum fide, iniquitatem cum iustitia, desperationem cum bona spe, amentiam cum sapientia certare, improbos cum bonis, egentes cum locupletioribus confligere, denique magistratus a concitata plebeiorum manu, Reges a transfugis et proditoribus frequenter oppugnari: nusquam tamen expugnari vidimus, legimus, audivimus. Ex quo maxima spes iampridem mihi affulsit, istam coniuratorum sentinam, tametsi alte fundamentum et radices egerit, dei Opt. Max. nutu, et firmissimo regis Christianissimi, Reginae matris, et regis Navarrae praesidio vel penitus oppressam ac protratam iri, vel certe in suum asylum, [2]) ex quo tanquam ex teterrimo specu prodiit, propediem sua sponte redituram. Iam enim sua patere consilia sentiunt, iam nefarios suos conatus illustrari, iam deprehendi coniurationem intelligunt: et quod [*fol.* 4] homines impios magis terret, summam Regis et principum ac civium optimorum concordiam quotidie magis ac magis exardescentem, et cupiditate tanti furoris coercendi inflammatam vident. Fuit tempus, cum specie nescio qua religionis, et simplicitatis simulatione, sese in hominum animos ac benevolentiam ita callide insinuarent, ut errore eos teneri, non furore agitari putaremus: ut eorum vicem potius dolere, quam factiones ulcisci cuperemus: ut denique non modo eos vivere, sed nobiscum versari, sed nostros corrumpere pateremur. Quod cum nostra ignavia ac imprudentia, tum istorum technis et mirabili artificio, quod sibi ad vulgus decipiendum apposite confixerunt, accidisse debemus ominari. Nam ubi primum Calvinus suam illam impudentiae ac impietatis scholam operuisset, et ad eiusdem sceleris societatem nonnullos, quos fore utiles sibi ac idoneos arbitrabatur, verborum blanditiis, magnificisque pollicitationibus pellexisset, tunc homo vafer et astutus, qui nobilitandi sui nominis et propagandae factionis ardore incendebatur, laqueos complures struxit, quibus incauti, semidocti, et sibi minus caventes facile irretiti caperentur. Audiverat Lutherum superioribus annis in Germania contra Pontificis et Episcoporum depravatos mores acerbius debacchatum, idque non modo impune, sed etiam cum quadam gloria, et eorum approbatione, qui fastidio veteris disciplinae, ac novae studio tenebantur. Videbat etiam tunc eam esse plebis magna ex parte propter sacerdotum vitia offensionem, eam multorum in veritate oppugnanda, et Reipub. statu pervertendo fore contentionem, eam denique rerum esse solere vicissitudinem ac commutationem, ut non difficile futurum cogitaret tandem assequi quod instituebat, aut saltem obsistere ne Resp. Christiana tam libera ac quieta pace frueretur. Itaque urbe Geneva occupata, summaque sacerdotii potestate a suis impetrata, memor consiliorum quibus seditiosi in Atheniensium et Romanorum imperiis cives viguerant, continuo exclamare, profiteri, denunciare coepit, veram pietatem hactenus ignoratam, sibi patefactam, nostros homines caeco errore tenebrisque involvi, se hanc caliginem velle ab illorum oculis discutere, se unum esse qui

3805. 1) *inde a pace m. Febr.* 1559 *in Câteau-Cambresis sancita.* (*de Thou* II. 660.)

2) *Genevam.*

plus quam maiores, et quotquot mille et quingentis antea annis vixerint, sciat, videat, intelligat: denique patres nostros idolorum cultores, [*fol.* 5) delusos occaecatosque fuisse, se verum Christi cultum quodam divino spiritu cognovisse: nostros Episcopos, impostores, cacodaemonas, antichristos et sceleratorum duces fuisse: suos, Christi nuncios, apostolos, doctores fore. Haec praefatus significat etiam sese asylum in proximis Galliae finibus constituisse ac munivisse, ad quod exules, damnati, aborigenes, et omnium ordinum gentiumque perditi ac deplorati greges suis finibus ablegati confugiant, et in quo tanquam in tutissimo portu placide conquiescant. Deinde ut latius iacta factionis suae fundamenta promoveat, verborum illecebris, quibus est insigniter instructus ad persuadendum, sese ad impugnandam veterem pietatis regulam comparat: ab ea populum modis omnibus alienare, et ab ecclesiae gremio avellere: contra suam sanctimoniam et integritatem ostentare, doctrinam praedicare, sua postremo somnia introducere, sua commenta probabili et plausibili fuco exornare, et quam longissime in omnes Christiani orbis regiones disseminare conatur. Quid postea? dicam breviter quid astuti et calvi impostoris scripta effecerint, vel potius quam multos veneno infecerint. Vereor enim ne si permulta de hisce rebus dicam, pudeat me de levitate nostrae gentis confiteri, apud quam plus interdum unius Calvini opinio, quam maiorum probitas, quam omnium doctorum consensus, quam Ecclesiae authoritas, quam Christi mandata, quam tot seculis totque populis probata vivendi recta consuetudo valuisse videatur. Ergo prodigiosis omnino opinionibus imperitos primum adolescentes in publicis Iurisprudentiae scholis vagantes, et civilium disciplinarum difficultate retardatos imbuit, ad contemptionem sacerdotum dira obtrectatione impellit, et adversus omnem rationem veritatemque una impudentia armat: quidvis dicendi et scribendi libertatem licentiamque concedit: maiorum leges ipse labefactat, et ad errorem suum corroborandum prolatis citatisque sed detorte et depravate sacris literis abutitur. Enim vero cum multi a more quem acceperant, et ab institutis maiorum in quae iuraverant, recedere nec sine perfidia posse, nec sine impietate se velle debere existimarent, contra id non modo integrum esse scribit, sed honestum, sed pium, sed salutare confirmat. Ex quo accidit, ut si qua pecus scabiosa et in coenobiis, et in iudiciis, et in urbibus secerni a grege, nec sanari, sed in sua lue sordescere, cunctisque observantiae [*fol.* 6] ac honestatis legibus solvi vellet continuo in Calvini Academiam, vel potius in Epicuri hortos, ubi turpiter volutaretur, et intemperanter voluptuaretur, lubentissime deficeret. Eam rationem magister Theodorus Beza inivit, ut quoniam Lutetiae, ubi lippis et tonsoribus, et lanistis et ganeonibus erat inprimis cognitus, summeque egregiis scortationum et ludorum palmis nobilitatus, Candidam, [3]) quam perdite deperibat, sine probro periculoque abducere, et creditorum, quibus aere obstrictus tenebatur, fidem diutius fallere non poterat, exilio et fuga sese omni vinculo nexuque exolveret, ac in perfugium libidinis atque petulantiae vindicaret. Ecce Calvinus advenae istius praesentia recreatus, magis ac magis falsa scientiae opinione intumescit, doctissimos quosque suarum esse partium asseverat. Cur tandem? Nempe ut facilius hominum simplicitati illudat, et virorum magnorum fulgore vulgi aciem perstringat, et impudentiam suam adulteratis hisce figmentis quasi pigmentis fucatam illustriorem reddat. Ergo isti duo susceptae coniurationis principes arctissima scelerum societate inter se coniuncti, maiores animos colligunt, plura moliri, sperare ampliora, et iam sibi honores, dominatumque polliceri audent. Qui cum ex antiquis Romanorum et Atheniensium historiis didicissent, qui novis rebus studerent, eos in multitudinis sensum atque amicitiam ea maxime ratione posse irrepere, si magnas spes, magnas utilitates ostentarent iis quorum opera ac gratia florere cuperent: protinus nefas sibi videri aiunt, quod nostri Episcopi tot annuos proventus ex ecclesiasticis praediis capiant, quod ad turpissimos usus illis abutantur. Porro queruntur nullum esse locum charitati aut pietati, exteros hospitio carere, inopes alimentis egere, afflictos destitui. Aliam apostolorum conditionem fuisse clamitant, qui quidem tenuiter et parce viverent, et opes si quas haberent, pauperibus liberaliter erogarent, aegros viserent, supplicibus auxilium consiliumque non denegarent. Quorsum vero haec duorum concionatorum tam pia, tamque charitatis ac propensi amoris plena oratio? Beza Episcopos sacerdotiis locupletari reprehendit, qui ex iisdem longe uberrimum quaestum fecerit? qui pauperum pecuniam in epulis, ludo, iocis, scortationibus tam multas prodegerit? qui sacerdotia, quae satis ampla et opima habebat, pluribus emptoribus eadem certo pretio addixerit? quae [*fol.* 7] si, non dicam novus Christianus, sed antiquis[4]) iurisconsultus esse voluisset, extra commercium et licitationem esse cognovisset. Quorsum igitur tanta commutatio? Ut quoniam Beza plerosque sacerdotiorum censibus adipiscendis inhiaturos confideret, hac illos spe ad veteres colonos de sua sede ac possessione deturbandos accenderet: ut qui forte Calvinicam sectam per se non amplecterentur, spe, quam

3) *Quod nomen Beza in suis Iuvenilibus puellae suae dedit, Claudiae Desnoz, quam legitime duxit quum Gallia excederet et cum qua quadraginta annos feliciter vixit sine liberis.* (*Baum* I. 64.)
4) *lege:* antiquus.

illa ostenderet, nihilo minus capti, ab antiqua religionis et regis observatione avocarentur. Astutum profecto et ingeniosum inventum, pro quo videlicet quamplurimos acriter, tanquam pro lege agraria, videmus hoc tempore decertantes. Quam enim vellent tenues ac libidinosi nebulones, qui partim inertia, partim male gerendo negotio in vetere aere alieno vacillant, qui iampridem premuntur, qui nunquam emergent, quam, inquam, vellent specioso aliquo nomine ad spem praedae et rapinarum invitari, quam aliorum fortunis ditescere, quas consceleratа ac nefaria mente tandiu concupierunt? Tantum valuit haec opinio, ut etiam in mentes nostrorum hominum penetrarit, ut multitudo in eam spem praedae etiamnum adducatur, ut potentiores eandem aucupentur: quin etiam de ordine sacerdotum nonnulli reperiantur, qui cum ecclesiastica praedia obtineri aliquando vice haereditariorum, et cum uxore simul haberi, ac liberis relinqui posse opinentur, coniuratorum factiones etiam propagari non moleste ferant. His principiis serpsit paulatim hoc in rep. malum, quod in dies querimur vehementius ingravescere: et ita in omnes reip. partes quadam veluti contagione dimanavit, ut iam nullo remedio corpus sanari queat, nisi ab eo membra gravius affecta divellantur. Hinc illa coniuratorum iactatio, hinc minae, hinc arrogantia, hinc insidiae, quae optimi cuiusque civis vitae struuntur: hinc species armorum causaeque, ut ipsi aiunt, suscipiendorum honestissimae prodierunt. Hinc illa argumenta laudandae suae doctrinae, et pietatis, pro qua contendimus, elevandae promunt, quod tam brevi tempore tam multos sectatores, et opinionum suarum vindices pertraxerint, qui semel persuasi nullis postea rationibus de sententia deiici ac dimoveri potuerunt.

Putasne, Beza, eo coniuratorum manum ac potentiam prorupisse, ut paria facere nobiscum, ut regiis copiis collectos ganeonum greges iusto marte queat opponere? Tuos deduci de pertinacia non posse, sed in haeresi [*fol.* 8] quam te authore susceperint, animo obstinato permanere gloriaris. Nimirum, Beza, quod Ulyssis sociis usu venisse in fabulis legimus, ut gustata Loto patriae immemores apud Lotophagos optarent desidere, et Circeis veneficiis in sues conversi et dementati, humani oris ac vultus non amplius meminissent, idem forsitan tuis fatebor contingere, ut huius licentiae quam vestra schola ostentat laqueis irretiti, et ad hos libidinum et corruptelae scopulos adhaerescentes, religionis salutare pharmacum tanquam absinthium primo gustu insuave aspernentur. Venit mihi in mentem argutum illud Agesilai philosophi dictum, ex quo cum quaereretur cur quamplurimi ab Academia ad Epicurum desciscerent, valde pauci resilirent, peracute respondit, ex viris eunuchos gigni posse, ex eunuchis autem viros nequaquam solere. Sic a sapientia in erroris puteum leves homines facile praecipites feruntur, sed ab errore in viam redire, et gradum pedemque revocare iis duntaxat concessum est,

> quos aequus amavit
> Iupiter, aut ardens evexit ad aethera virtus.[5])

Quanquam et ipse non paucos possim nominare exquisito iudicio et doctrina praestantes viros, quibus id divina demum benignitate contigit, sed incertum est utrum nominari velint. Quid vero vobis videtur de Duareno nostrae aetatis Papiniano? qui cum morbo praepeditus, de morte solicitus, de sua salute anxius cogitaret, sententiam suam revocavit: et convocatis omnibus quos eiusdem erroris conscios habuerat, palam testificatus est pro sacrosancta Ecclesiae dignitate ac veritate contra confictam et excogitatam ab istis impietatem.[6]) Quod autem se toties a nobis verberatos, necatos, caesos, et omni genere tormentorum et cruciatuum vexatos conqueruntur, ac nihilo minus se vivos cremari, et crudelissime mori, quam turpiter nobiscum vivere atque sentire maluisse tam saepe obiectant, habeo quod illis breviter respondeam. Ego quidem certe sic statuo, ut in extremis corporum morbis, ita in Reip. vulneribus nulla remedia tam facere dolorem, quam quae ad salutem adhibentur. Id Caesares christianos sensisse iurisperitorum libri testantur: id Reges nostros censuisse, annales et monumenta aperte loquuntur: id postremo ita esse faciendum Calvinus in Serveti supplicio, id Beza suis scriptis,[7]) quorum me maxime authoritas in hac parte movet, indubitanter confirmavit. Ergo coniuratos, [*fol.* 9] qui iam dudum in pravitate obduruerunt (mihi enim certamen duntaxat committitur cum pestiferis tumultuum machinatoribus: caeteris, qui sola sentiendi mobilitate ac errore ducuntur, non modo ignosco, sed mentem meliorem ac sanitatem opto) coniuratos inquam, qui publicam bonorum civium tranquillitatem, qui concordiam, qui pacem perturbarunt, qui iura communis societatis violarunt, quoniam resipiscere nunquam meditabuntur, ferro ac caede iudicas esse vindicandos? Cur ego non iudicarem, quod leges, quod Reges, quod Imperatores, quod istos videlicet integerrimos censores sensisse audio? Imo si Catilinae, si Saturnini, si Gracchо-

---

5) *Virg. Aen.* VI. 129.

6) *Obiit cel. ille Biturigensium ICtus a.* 1559. *De eius palinodia tali alibi nihil. Reformationi quidem adstipulabatur verum non palam, quapropter Balduinus eum Nicodemitam appellavit. Vide ej.* Resp. Christianorum iurisconsultorum ad Duareni comm. de ministeriis eccl. Arg. 1556. *Cf. etiam Bezae Resp. ad Bald. in Tract. ed.* 1582. II. 199, *Bayle, Haag* IV. 318.

7) De haereticis a civili magistratu puniendis 1554. (*Tract.* I. 84.)

rum turbulentas seditiones nunquam aliter quam gladio coerceri, si Albios et Tolosates, qui per speciem religionis a Philippo Augusto defecerant, non secus quam bello oppressos revocari potuisse legimus, si severitate iudiciorum finitimos principes ac populos integram suam authoritatem huc usque retinuisse, si paucorum morte reliquis suis civibus consuluisse intelligimus, quid est, obsecro, quod de factiosorum poena dubitare debeamus? Verum tamen sic se leges iudiciaque in hoc regno hactenus habuerunt, ut quemadmodum videmus muscas infirmiores aranearum telis implicari, quas deinde valentiora animalia perfringunt: sic in vulgus delinquentium nonnihil interdum iura valuerunt: potentioribus, in quos maxime districtum gladium esse oportuit, non modo peccati veniam, sed etiam peccandi licentiam potestatemque indulserunt. Itaque ignavia, occultatione, impunitate effrenatum furorem, qui nunc se proripit et proiicit, fovimus, aluimus, promovimus, nimis molliter, minus fortiter, omnino inconstanter velificatione mutata tempestatibus ac procellis cessimus. Nunc si salvam navem esse volumus, virilius obsistendum, firmius obnitendum, velis remisque ad placidissima litora contendendum. Errant enim, et vehementer quidem errant, si qui existimant ut in ista fluctuum iactatione, dum in diversas partes modo huc agimur, modo illuc distrahimur, rectum navigationis cursum tenere valeamus, ac non potius periculosissimas Syrtes et horribilis naufragii luctuosum exitum pertimescere debeamus. Quare illud iam constituendum ac definiendum est, utrum veterem tutari constantiam, et inviolatam religionis integritatem conservare, an prodigiosis coniuratorum factionibus [*fol.* 10] vitam ac salutem nostram dedere utilius decentiusve iudicemus. Qua de re non difficile vobis erit iudicium explicare, si causas quae inter se confligunt exactius comparetis, rerumque ipsarum eventus atque incommoda iam inde provideatis. Itaque velim vos illud animo reputare, quod maiores nostri sapientissimi Rerump. gubernatores in primis cavendum admonuerunt, ne ullius aut edicti aut legis aut disciplinae imperiique mutatio temere tentaretur. Sic enim se rem habere prudenter prospexerunt, ut sicut corpora, cum e consueto et familiari victu ad novum et insolentem traducerentur, conturbata in morbos graves inciderent, ita non longe aliter Respub. perniciosissimis seditionum factiosarumque cupiditatum motibus laboratura esset, si vetusto eius statu convulso, repudiatis maiorum institutis, abrogata diuturni temporis vivendi consuetudine, sursum deorsum omnia permiscerentur. Hinc illa Graecorum instituta, quae postea Romani suam in civitatem transtulerunt, quibus patria sacra coli, ritus patrum, quoniam proxime antiquitas ad deum accederet, servari voluere. Hinc illa apud Dionem Mecoenatis ad Augustum sapiens et elegans oratio, qua imperatorem monet nullam fore in Rep. pestem capitaliorem, magisque avertendam, quam ut veterem formam perverti, novam introduci ac firmari patiatur. Hinc illa Persarum, Locrensium, omnium denique gentium, imo Iurisconsultorum prudentissimorum sententia, in novis rebus constituendis evidentem perspectamque utilitatem esse oportere, antequam ab eo iure quod diu receptum sit, recedendi deliberatio instituatur. Hinc denique illud quod vulgo, sed tamen verissime iactari solet, ex Religionis commutatione perpetuo consequi Reipub. conversionem. Quid igitur hoc loco Beza respondeat, qui huius florentissimi Regni bene compositam disciplinam, qui tot seculorum decursu ab omnibus probatam pietatis rationem ad suam vecordem vesanamque libidinem, velut ad plumbeam Lesbiae aedificationis regulam transmovere et subvertere, leges maiorum apertas et perspicuas nescio quibus insomniis depravare ac corrumpere machinatur? Sint sane quaedam in nostrorum hominum disciplina emendatione et animadversione digna, cuiusmodi esse aliqua non inficiamur, quod partim nostra socordia, partim temporum atque bellorum calamitate, peccandique [*fol.* 11] licentia paululum a perfecta optimorum patrum virtute sanctimoniaque deflexímus, an continuo rerum ordines, propter abusus tollendos, et quemadmodum Lycurgum propter temulentos vino male utentes, stirpitus vites ferunt excidisse, ita propter nonnullorum hominum deformatos mores non reformandam vivendi regulam, sed propemodum abrogandam existimabunt? An propterea nobis iura nova legislatores eximii describent, prisca et usitata, et iam inde ab heroicis temporibus repetita damnabunt? Homines nostros nihil sapere, et quod passim usurpare solent, literas sacras ignorasse, sese solos earum sensum scivisse, mysteria detexisse, plus suum asylum, quam universi orbis terrarum consilium vidisse clamitabunt? Quis vero tales nobis Charondas, Solones, Lycurgos, Zaleucos legibus corrigendis et ferendis adhibuit? Quis tales nobis tribunos plebis, aut censores creavit? Quo iure, quo more homines privati, nullum in hoc Regno magistratum gerentes, novi Arcesilae istud suscipere et polliceri audent? Sed iam cum illis agam quiete et familiariter, quoniam eos sanare potius Reip. quam perditos esse cupio. Ais, Beza, nos a vera Christi ecclesia tantum abesse, quantum ad eius familiaritatem gremiumque accessisti. Quid si probavero Francos, eam Christi fidem quam etiamnum tenemus, abhinc mille et ducentis annis sanctissime fuisse professos? si eandem nullo tempore intermissam, nulla opinionum varietate aut contentione interruptam ostendero? tu interim Reges Christianissimos, Principes optimos, cives integerrimos, et quotquot his seculis innocen-

tissime vixerunt, aut impietatis, et ut tuis verbis loquar, idololatriae insimules oportet, aut de tuo errore ac impudentia, ne dicam malitia, ingenue confiteare. Negas? Profero annales nostros, temporum antiqua monumenta, locupletissimas rerum Gallicarum tabulas, et prisci temporis memoriam omnium doctorum literis ac scriptis consignatam. Ubi interea aut gentium aut locorum tua ecclesia latebat, quam viginti demum abhinc annis ex Inferis, et ex silentio, in terras et in lucem conaris una cum Calvino reliquisque tui similibus suscitare? Pergo longius: nam ad causae nostrae probationem plurimum et illud habet adiumenti, quod quandiu integra religio valuit, iura et iudicia vigere, Regum maiestatem, principum dominatus, magistratuum authoritatem, civium libertatem, [*fol.* 12] omnia denique florere vidimus: quae nunc tuo in Galliam reditu,[8]) ac ipsa doctrinae ostentatione, in dies ruere et labefactari magno Regis incommodo, acerbissimoque populi moerore sentimus. Hoc enim praeclarum tuum evangelium, sicuti mox indicabo, et alias plenius enunciabo, incommodi attulit, quod gens Gallica, quae Regem suum post supremum numen venerari ac amare, quae Principes colere ac revereri, quae magistratibus parere obsequiose solebat, nunc eo impudentiae ut plurimum progressa sit, ut conviciis Principes, maledictis Regem, telis magistratus petere non dubitarit. Quod autem in nostrorum hominum vitia tam severe inquiris, vide ne si vicissim tua et tuorum maleficia notavero, merito illud in Iudaeos Christi dictum tibi obiiciatur, quod perbelle Lyricus vates his versibus expressit:

> Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
> Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
> Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?[9])

Sacerdotes nostros reprehendis, quod in obscura literarum ignoratione versentur, quod libidinose vivant, quod officio suo minus officiose defungantur. Hoc ut tibi de nonnullis concedam, tamen et ipse idem multo iustius in tuos, quos ministros vocas, id est tuarum factionum et partium administros atque satellites, referam: qui superioribus annis vitandi iudicii ac supplicii, quod suis nefandissimis facinoribus erant promeriti, gratia, hinc ad vos, veluti ad aram confugerunt; deinde in vestra procacitatis schola tres aut quatuor menses maledicendo et debacchando (quae una est illorum industria) gnaviter exercitati, quasi in bicipiti Parnasso somniarint, repente doctores brevi momento effecti, nunc ex sutrina aut tonstrina ad suggestum et concionem dimittuntur.

Pontificis potentiam et authoritatem in vulgi odium vocas, qui maius imperium iam diu affectes: qui te unum eruditionis principem videri, vitae magistrum nominari, caeteros ex te pendere, nihil sine te moliri, nihil nisi tecum agere velis? Episcoporum sodalitium insectaris, qui nunquam in publicum nisi inter armatos satellites prodeas, tanquam alter Catilina inter falcarios? Tu nostros homines sese conferre in solitudinem, et sese religioni vovere totos ac consecrare, non ferendum putas, qui tuos socios foedere ac consortio tibi in perpetuum obstrinxisti? qui coniurationem tuam inviolabili iureiurando sanxisti? Quid praeterea? Ceremonias et ritus, sine quibus religio administrari, aut ulla vivendi [*fol.* 13] forma praescribi non potest, omnino reiicis, quod tibi humani potius inventi, quum divini instituti esse videantur. Tuas vero naenias, et tuo artificio excogitatas, non mortales sed divinas, non ab homine sed a deo authore traditas esse persuadebis? Nihil sacrosanctae paginae addendum aut detrahendum vociferaris, ac nihilominus infinitis commentariorum plaustris omnes bibliopolarum et pharmacopolarum officinas onerabis? Nimis urgeo: commoveri videtur homo impudens: ad me revertor. Verumtamen neque de Calvini aut Bezae commentis, quae nemo non nova et ante paucos annos inaudita esse dubitat, nec de religionis nostrae, quam non a mortali aliquo didicimus, accepimus, sed ab ipso Christo immortali arripuimus, hausimus, veritate, plura disputare mei est instituti, aut huius temporis. Audio enim hactenus in eo quod Poyssiaci initum est colloquio,[10]) et sanctissimis Theologorum nostrorum libris et doctissimis Germanorum scriptorum commentariis abunde istorum exagitatam et explosam fuisse impietatem. Ad haec, quod tandiu Deum Opt. max. precati sumus, quod votis omnibus optavimus, ut aliquando universi orbis concilium certum in locum coiret, ubi de corrupta vel collapsa vivendi disciplina ad integerrimum veteris sanctitatis specimen, pristinumque splendorem revocanda non modo ageretur, sed etiam unicuique libera fieret potestas sentiendi, disserendi, percontandi quae vellet, id divina demum clementia et Pontificis ac principum Christianorum admirabili consensione feliciter nobis contigit.[11]) Quare spero istos in posterum non vi, non armis, non insidiis nobiscum dimicaturos, sed in apertum disputationis campum, in aciem veritatis, remissis istis spiritibus, qui eos transversum agunt, sedate ac benevole nobiscum venturos, prae-

---

8) *ad colloquium Possiacense.*

9) *Horat. Sat. l.* I. 3, 25.

10) *Ex h. l. forte collegeris libellum hunc ante finem colloquii conscriptum fuisse. Verum infra res m. Maio* 1562 *gestae attinguntur.*

11) *Concilium bulla Pii IV. d. d.* 25. *Nov.* 1560 *Tridentum convocatum, sed demum* 18. *Ian.* 1562 *congregatum.*

sertim cum annis superioribus, quibus Reges potentissimi bellicis curis distinebantur, Concilii nomen semper in ore versarent, testarentur, appellarent, et illud se cupere, illius censuram velle se subire simularent. Ergo iam omissa sententiarum ac iudiciorum contentione, de Regis causa, quae cum ubique, tum hic maxime cum Religionis periculo coniuncta est, breviter nonnihil moneamus. Non dicam, quod omnes fateri arbitror, Religionis authoritatem cum Regia maiestate ita esse communi quodam vinculo, et quasi cognatione quadam colligatam, ut neutra consistere absque alterius praesidio, neutra suam dignitatem [*fol.* 14] absque alterius salute tueri, neutra denique perire absque alterius exitio possit. Non dicam, olim apud Iudaeos Remp. sacerdotio et regno, ut duabus summis partibus, fuisse conflatam: et apud gentes tam doctas quam barbaras sicuti corporum, sic animorum quosdam perpetuo principes et moderatores extitisse. Non dicam (quod tamen quorsum pertineat, diligenter esse animadvertendum censeo) non minori apud populum Christianum pretio Pontifices, quam Imperatores fuisse: nec illorum contemptum induci posse, quin similiter horum contemptus despectusque consequatur. Haec igitur non dicam, quae satius esse puto in cogitatione uniuscuiusque relinquere quam in oratione mea ponere. Nunc vero dicam, quod ipsi coniicere olim solebamus, iam iam manifestis indiciis deprehendimus, nec tantum dicam, sed ab istis factam esse coniurationem, nec modo Ecclesiae statum, sed Regiam maiestatem attentari, sed omnium rerum confusionem induci, sed cunctorum ordinum subversionem cogitari, demonstrabo. Appellent quantum velint Evangelia, et doctrinae novae speciem nefandissimis suis coeptis obtendant. Nihil me movent speciosa nomina, nihil affectati elegantesque tituli rerum veritatem mutant. Non est inusitatum aut insolens, quod tegendae turpitudini honestiora involucra, quod velandae cupiditati splendor aliquis eximius, et popularis causa conquiratur. Fecit illud Saturninus, fecere Gracchi, qui quod moliebantur, se populi gratia suscipere, se leges agrarias non ad evertendam, sed ad constituendam Remp. perferre denunciabant. Fecit illud paulo post Catilina: ut cum urbis, atque adeo orbis Romani vastitatem animo concepisset, civem se nihilominus Reip. amantem, officiosum, libertatisque assertorem haberi postularet. Fecere denique et illud in Gallia patrum nostrorum memoria nobiles aliquot et proceres, ut in flagitiosissima a Rege Ludovico undecimo [12]) defectione, et Regni diripiendi ac occupandi sceleratissima voluntate, boni nescio cuius publici nomen praetexerent. Quamobrem desinant coniurati diutius nobis per speciem simulatae pietatis illudere: agnoscant tandem, quod nequaquam inficiari possunt se aperte Galliam, Regem, Regnum, Proceres, Senatum, templa Christi, tecta populi petere, dominationem ambire, rerum potiri velle: denique honores quos quieta Rep. desperant, perturbata consequi se posse arbitrari. Quod si falsa obiicio, velim [*fol.* 15] reddant rationem, cur Geneva urbe occupata, Ducem sua sede, Episcopum suo solio deturbarunt? [13]) Veteres quidem Iurisconsulti, res quae in nullius bonis et patrimonio essent, ei qui primus cepisset, cedere voluerunt: domino possessiones eripi, nefarium, indignum, immane, violentum iudicarunt. Vos quod iura gentium, quod leges, quod omnis barbarorum consuetudo vetat, vobis licere, iustum, ac Christianae professioni consentaneum esse defendetis? Christus cum in terris figura mortali ageret, tributum Caesari pependit: eius imagine numum signatum agnovit: Caesari, quae Caesaris essent, praestanda esse mandavit. Vos Genevensi principi obsequium, stipendia, observantiam non modo denegetis, sed eius summam authoritatem in praecipiendo, edicendo, pecunia cudenda, urbis administratione gerenda vindicetis? Quid principes caeteri, quid Reges, quid Imperatores de vobis iudicabunt, cum audient vos initium vestrae factionis a tam iniqua urbis alienae occupatione fuisse auspicatos? An non ex hoc uno rudimento de reliquis vestris studiis, de voluntate, de consilio existimabunt, praesertim cum ad unius Genevae exemplum et regulam cuncta orbis regna et imperia formare atque componere statuatis. Quod si ego idem vos in Gallia tentasse docuero, an non effecero, (quod mecum in hac oratione, tum duabus aliis quas de conspiratione vestra contexo, facturum confido) ut vestra in patriam odia, nefaria in bonos studia, illustrata patefacta palam oculis videamus? Redeo igitur ad te, Beza, quoniam post Calvinum coniurationis architectum te secundas partes tenere accipio. Meministi cum in vico Iacobaeo Lutetiae [14]) promiscuus virorum et foeminarum numerus certas ad aedes, tanquam ad Cereris mysteria coivisset, Regique Henrico nocturna illa sacra valde displicuissent, te statim concitato cursu in Germaniam festinasse, cuius Principes atque optimates a Regis amicitia temporibus maxime necessariis abduceres, et eorundem literas minaces, quae Regem permoverent, impetrares?

12) *La ligue du bien public.* 1465.

13) *Verum Geneva erat urbs libera quam duces Sabaudiae et episcopi sibi subiicere conabantur. Genevenses a.* 1526 *duce Besançon Hugues, a Bernensibus et Friburgensibus adiuti libertatem suam vindicarunt a duce Carolo III. Postea sane, reformatione facta* (1528—34) *ministrantibus Fromento, Farello et Vireto, episcopus Petr. de la Baume loco cedere coactus est.* (*Galiffe, B. Hugues* 1859. *Roget, les Suisses et Genève au* 16*e siècle.* 2 *t.* 1864.

14) *Affaire de la rue S. Jaques* 1557.

Appellarem hoc loco bonum illum Philippum Melancthonem, si superstes in terris adhuc esset, cum quo de tua in Regem offensione multa contulisti.[15] At ille tam Regi amicus, quam tu infestus eras. Quid, inquit, Beza, aut quorsum tui tam importuno tamque periculoso tempore Regi solicito, curisque gravioribus suspenso facessunt negotium? Cum nihil in Germania promovisses, tamen ne impune [*fol.* 16] tuorum scelera Regis authoritas ulcisceretur, ab armis ad insidias, a minis ad convicia confugisti: ut quem telo adoriri non poteras, voce linguaque vulnerares. Testantur hoc venenata illa carmina de iuvene presbytero, molli foemina, de Anna, de Diana[16] (utor enim tuis verbis, ne quid me putes comminisci) quae quidem tuis satellitibus spargenda, quasi hamata tela vibranda suggerebas. Quod quam non modo a Christiano doctore, sed ab homine barbaro sit alienum, haud dubie cognovisses, si quid modestia imperet, quid iura iubeant, quid Christus mandet, quid civilis hominum societas requirat, cognoscere unquam voluisses. Nescis, Beza, nescis non levius esse flagitium, famam hominum, nedum Regum et optimatum, maledicendo et calumniando depeculari, quam manus violentas illorum saluti afferre? quam pectus telo confodere? Lege Iurisconsultorum responsa de famosis libellis: lege in eam rem commentarios, quos nuper in Calvinum doctissime Balduinus scripsit:[17] et si vis, quid Christiani deinde Caesares, quid Christus, quid apostoli censuerint, animo sedato considera: disces, ut opinor, non Christianum, sed Epicureum esse, ita ferociter, ita aspere optimos quosque maledictis figere, praesertim cum de bona fama non minor quam de capite contentio suscipiatur. Postea Rex ille,[18] cuius adversis successibus impie gestiebas, prosperis invidiose angebaris, ex hac vita in beatorum regionem migravit: cuius mors tam luctuosa huic populo, tam acerba sociis, tam barbaris etiam gravis exstitit, ut idem tumulus, qui corpus eius contexit, omnium gentium laetitiam, otium, concordiam simul obruisse videatur. At in luctu publico tui tamen intemperantius insolescunt, exultant: Regem dictitant iusto dei odio caesum, quod, ut hostes, Calvini discipulos persequeretur: imo parricidam,[19] posteaquam sese vobis adiunxit, alterum huius seculi Paulum, et evangelii vindicem fuisse praedicatis. Iam habeo multa vestrae conspirationis argumenta: sed alia longe plura et firmiora occurrunt.

Quid enim commemorem nefandissimum quod Genevae iniistis consilium de Rege Francisco, qui paulo ante patri successerat, Regina uxore, Regina matre, et eius liberis, proceribus, bonis magistratibus, ad certum diem commodo loco per insidias trucidandis?[20] Cuius crudelissimae, et post homines natos atrocissimae conspirationis te, Beza, ne quid mentiar, principem, Calvinum authorem, [*fol.* 17] Ottomanum[21] subsignatorem, Spifamium[22] suasorem, omnes Galliae praedones et lanistas conscios fuisse profiteor, praeterea (audi quemadmodum loquor) praeterea neminem insimulo. At Regi parcebamus: Regis consiliarios et gratiosos Principes tantummodo appetebamus. Credo, cum in Regis oculis et pedibus sicarii benevolos eius et fidos Proceres mactarent, iidem a Regis corpore manus sanguinolentas abstinuissent. Ad haec qui vobis potius Principes caedere liceat, quos Arcadius et Honorius Imperatorii Regiique corporis membra nuncupari et esse sanxerunt? Aut cur omnino Principes liceat, et eos potissimum Principes, quibus nemo unquam hostis fuit, quin idem Regi et Regno exitiosum bellum indixerit? Dico amplius vos non minus his, quam illis, quam Reginae, quam Regiis liberis, quam serenissimo Regi Navarrae, quam eius illustrissimis fratribus fuisse infensos. Testes sunt rumores, qui a vestris ubique contra eorum omnium, quos nominavi, existimationem et dignitatem serebantur, tanta verborum et conviciorum impuritate, ut de Peste, Furiis, Orco, Centauris, Chimaera, Cacodaemonibus, de totis denique Inferis turpiora fingi nequeant, quam quae in praestantissimos et sanctissimos huiusce Imperii heroas gutture patenti evomuistis. Sed illa praetereo ne vel castas aures offendere, vel minus temperanter ac verecunde vestram calumniam refellere, vel vestro more cogar loqui de Regibus et Optimatibus impudenter. Testes praeterea mendacii inexpiabilis sunt infiniti summa fide et constantia viri Germani, qui coram, quae indico, se non ab aliis audivisse, sed a vobis didicisse, cum necesse erit, verissime confirmabunt. Testes denique Sturmii hominis doctissimi, et in Germania celebratissimi lite-

---

15) *Contulit m. October* 1557 *Wormatiae et Heidelbergae* (*N.* 2762).

16) *Non occurrunt in Besae Poematibus variis Gen.* 1597. 4. *Dianam putamus famosam illam duorum regum Aspasiam innui.*

17) Ad leges de famosis libellis et de calumniatoribus commentarius Par. 1562. 4. — *Calvini Responsionem tibi exhibuimus Opp. T. IX. Sequuta est Balduini* Responsio altera ad I. C. Id. Iul. 1562.

18) *Henricus II.*

19) *Innuit Gabr. de Montgomery a quo rex vulneratus fuerat. Is postea relinquere aulam coactus Italiam et Angliam invisit, et ad sacra reformata transiit. A.* 1562 *in bello civili a parte protestantium pugnavit. Genevae eum fuisse aliunde non constat.*

20) *Coniuratio Ambosiana. Calvinum et suos ab hoc crimine se purgasse suo loco legisti.*

21) *de hoc adeas maxime Sturmii Philippicam N.* 3406

22) *Hunc conscium fuisse merito addubitaveris. Vide de eo Le Laboureur ad Mém. de Castelnau* II. 49. *Popelinière f.* 138. 333.

rae,[23]) quae in nonnullorum nostrorum Procerum manus authoris signo approbatae pervenerunt, quae fortasse aliquando in lucem vestro capitis periculo et nominis probro emanabunt.

Hic te, Ottomane, excutere incipio. Scis enim ex cuius officina Tigris prodiit, liber certe Tigride parente, id est homine barbaro, impuro, impio, ingrato, malevolo, maledico dignissimus. Tu te istius libelli authorem, generis Francici propugnatorem, caedis bonorum machinatorem audes venditare? Tu longe adhuc atrociora quae brevi patere senties, in patriam moliri? Tu ex iis gloriam apud exteros aucupari? Tu fratribus, propinquis, omnibus denique tuis periculum [*fol.* 18] capitis arcessere? Non insto acrius, ne in te totam conspirationis culpam conferre videar, quem scio Genevensium concionatorum aculeis ad furorem fuisse stimulatum. Sequuta est deinde inopina Francisci Christianissimi mors,[24]) quae tantum coniuratis gaudii, quantum et bonis civibus moeroris attulit: tantum porro studii animique, quantum vita paulo ante facultatis viriumque detraxerat. Et sane vix sextus aut septimus mensis ab optimi Regis morte intercesserat, cum Beza gloriosum ab exilio in Galliam reditum meditatur,[25]) et infinitam factiosorum manum comparat, cuius adminiculo ad quietas huius Regni sedes vexandas connitatur. Itaque cum primum tu sedandae discordiae, et ut pollicebaris, Ecclesiae conciliandae arbiter adscitus Poyssiacum appulisti, simultatum scintillae, quae antea levius fovebantur, tuo spiritu excitatae, ad funestissimum incendium exarserunt. Cumque nostrorum Theologorum et Episcoporum rationibus obniti nequaquam valeres, tamen pertinaciter, ut tuae farinae hominum natura pervicax esse consuevit, in opinionum inveterata pravitate perstitisti: aequissimas pacis conditiones repudiasti: quin etiam quod in ornatissimo Reginae matris, Regis Navarrae clarissimorumque Procerum coetu, machinis argumentorum, quae illustrissimus idemque intelligentissimus Princeps et Cardinalis Lotaringus in te contorserat, deiectus concessisti, postero die inconstanter et malitiose revocasti: ex quo coetus ille frequentissimus re infecta dimissus est, ex cuius consensione perpetuam in Ecclesia concordiam, et Regno tranquillitatem deinceps fore sperabamus. Tu vero, qui publicam veniendi, at non remanendi gratia, fidem a Rege acceperas, nihilominus dulcedine soli Gallici illectus, vel etiam ambitionis impotentia totus aestuans, tete ostentare. Tu, cum amplissimi Episcopi singuli ad suas dioeceses rediissent, solus aulam occupare, in ea dominari, virusque, quod iam diu pectore continebas, ore furioso evomere perrexisti. Quid deinde egeris, aut quid consilii ceperis, aut quam insolenter et iracunde te gesseris, sigillatim exponerem, nisi memoriam istorum facinorum recentem adhuc Parisiensis populus teneret: quem si hoc loco testem appellavero (ut de caeteris huiusce Regni civibus, quos idem prae se ferre non est dubium, taceam) se graviora decem mensibus authore Beza pertulisse conquerentur: quam totis decem annis, quibus assiduis bellorum ignibus universus [*fol.* 19] orbis conflagravit. Nec tantum de privatis incommodis conqueretur, sed Regis sui maiestatem fuisse violatam, Senatum circumscriptum, leges contemptas eodem duce ac hortatore demonstrabit. Francicae Reip. perpetua consuetudo, et civium consensus Reginam matrem cum Rege Navarrae ad Regni procurationem, et quasi ad Regis ipsius, donec adolevisset, legitimam tutelam admittebant: Beza per suos procuratores postremis conventibus qui Lutetiae habiti sunt, Reginam penitus eiiciebat:[26]) Regi Navarrae comites consiliariosque[27]) adiungebat: quasi Rex sapientissimus sine illis gerere procurationem minus consulto posse videretur. Senatus consulto, quod erat mense Iulio incredibili Procerum et Senatus consensu conflatum,[28]) Beza ludum in Gallia aperire prohibetur. Ipse non ita multo post in aula, tum statim in civitate Bacchanal licentiae, fastidii, despicientiae instituit. Regio edicto, usus armorum omnibus interdicitur: Beza se et suos edicto solutos arbitratur, praetoriam sibi cohortem arcessit, cuius praesidio suorum audaciam muniat, urbem terreat, et se adversus legum et Senatus authoritatem vi armisque tueatur. Alterum Regis edictum[29]) ad intercludendas seditionum vias promulgatur: Ne quis alium vel verbo lacessat, ne imaginibus, ne templis manus sacrilegas inferat: Beza continuo divi Medardi templum praedatur,[30]) imagines deiicit, et quod meminisse horret, pretiosissimum Christi corpus impurissimis pedibus conterit: plebem, quae hoc impie factum luget, crudelissime a suis lanistis sauciari, sauciatam in vincula et carcerem rapi iubet.

Quae cum ita sint, audet nihilo minus se Regi obsequentem praedicare, qui Regia mandata pro

23) *Ergo tunc iam sparsae. Ex iis autorem sequentia sumpsisse patet.*

24) *Nonis Dec.* 1560.

25) *Bezam non sponte sed adscitum in Galliam rediisse ipse dicit. Condaeus, Admiralius et Parisiensis ecclesia eum m. Iulio advocarunt.*

26) *Absurdissima accusatio. Sane Reginae autoritas eo tempore Navarreni potentiae aliquatenus cedere videbatur. Sed hoc non Bezae debebatur.* (*Rem ipsam etiam Languetus tradit Epp.* II. 111. 120.)

27) *Admiralium?*

28) *Edit de Juillet, Mém. de Condé* I. 42. II. 396 ss. *Haag, Pièces N.* 16. *p.* 47. *Soldan* I. 429.

29) 18. *Oct.* 1561. *Mém. de Condé* II. 520.

30) *N.* 3677.

nihilo semper duxerit: qui Regis clientes, Regiam urbem iniuriis omnibus incommodisque afflixerit. Quid si alia eiusdem generis maleficia multa cumulavero, quorum nullum est, quod te coniurationis reum non arctissime constringat? Nescis lege Iulia maiestatis (cuius hodie usum multo etiam severius retinemus) capitale fuisse, ut quis leges ferret, disciplinam componeret, arcam (ut loquuntur Iurisconsulti) communem institueret, milites conscriberet? Quid si praeterea turbam factiosorum copias aeterno foedere tibi obstrinxisti? Quid si militiae sacramento pro tuis partibus contra Regias tuendis adegisti? Quid si huius urbis [*fol.* 20] Optimates, lectissimosque Magistratus ad caedem oculis designasti? Quid si percussoribus diem, quo caedes fieri deberet, constituisti? Quid si postremo nobiles aliquot ab observantia Regis abduxisti? Quid si Regis propinquum integerrimum Principem militibus et custodiis septum tenuisti? ut potius tecum, quam cum suis esset, compulisti? Quid si urbes invasisti? coenobia diripuisti? templa vastasti? templorum custodes ad aras mactasti? aliquot urbibus sacerdotes indigne multatos eiecisti? Quid si adhuc his atrociora in dies comminaris, agitas, machinaris? Adeone nos hebetes, aut omni iudicio sensuque captos putabis, ut de tuis perditissimis conatibus nihil aut suspicari, aut cernere valeamus? Longe vero tua opinione falleris, Beza, si ita de nobis iudicas, et te acrius ad perniciem Regni, quam nos ad salutem, vigilaturum confidis. Sileo quod permulti queruntur, obedientiam per te solutam, disciplinam perturbatam, vulgus ad pileum vocatum, iam in plerosque nobiles concitatum, homines nostros ad seditionem, confoederatos ad bellum solicitatos, caeteraque quam plurima hostiliter perpetrata, quae tute aliquando in iudicium pertractus audies. Non est quod diutius mentem tuam dissimules, quae iam pridem se prodidit: Galliam, quae mille et ducentis annis sub Regum imperio floruit, ad Genevae regulam et exemplum requiris, Reipub. novam formam animo concipis, in qua summum aliquem aut Tribunatum aut Dictaturam, assequare: in qua praeter te et aliquot tui similes, caeteri pari lege ac conditione, aequali etiam possessionum distributione, qualem inter fratres Christianos ais esse necessariam, teneantur. Itaque ut Ecclesiae sic et Regis authoritatem sensim convellere comparas. Is si quid tibi aut tuis mandat, iam non absolute parendum censes, conditiones obsequendi praescribis, imperandi leges dictas: si te oppugnat, habes semper in promptu quod excipias: aut nondum puberem, aut custodia conclusum, aut ab hostibus suis circumseptum, aut non recta neque sacris literis congruentia imperantem criminaris. Haec dum gnaviter et audacter, sed tamen scelerate geris, Calvinus e suo tripode reddit oracula, quibus te in horas quid agendum, quid metuendum sit, quibus rebus occurrendum, monet. Vestros exercitus[31]) literis consolatur, et ut forti animo esse iubeat, praedam instare pollicetur [*fol.* 21]. Ergo recte quidem officiorum partes ita inter vos distribuistis, ut quoniam ille senio morboque impeditur, consilia domi administret: tu, qui paulo es robustior, et in ludo gladiatorio iandudum exercitatus, classicum foris canas, et primos ordines aciemque ducas. Quid vero Ottomanus? Neque enim credibile est, eum qui inter principes conspirationis Ambosianae numerabatur, in extremo fabulae actu nullam personam sustinuisse. Imo nunc Aureliae reddit rationem,[32]) quam omni studio et ope contenderit, ut Germanos a Regis partibus, quas fidelissime fovent, ad vestras abduceret.[33]) Refert se primum eius rei gratia ad Electorem Palatinum divertisse, cum illo de Guisianis Principibus egisse, multa in illos artificiose confinxisse: hinc ad Landgravium, deinde ad Saxoniae ducem, tum ad Grombachium, Petrum Clarum,[34]) et singulos Regis stipendiarios, et Germanicarum suppetiarum praefectos, postremo ad duces Pontium et Wirtembergicum venisse, singulos separatim convenisse, prout dignitas personarum, locus et ratio postularent. Commemorat deinde, ut opinor, quemadmodum se magistrum libellorum supplicum,[35]) et in Germania Regis legatum falso[36]) esse venditaret, ut aureos stipendiariis montes pollicens, ut Principum animos assentatiunculis, confictisque rumusculis pellicens et deliniens, si non quod intendebat, saltem quod e re conspirationis futurum sit, se sua industria et criminatione perfecisse, ut stabilitas amicitiae, quam inter Francos et Germanos utriusque gentis cognatio, perpetuum foedus, eademque humanitatis et morum similitudo contraxit, deinceps vacillet. Quod quamquam non est nobis metuendum, ab ea videlicet gente, quae constantiae ac fidei praecipuam laudem semper quaesivit, semperque adepta est: tamen velim vos (id quod leviter non sine causa praetereo) diu multumque reputare, quo tandem animo, vel quam potius gravi intestinoque odio in Regem et patriam raperetur, qui sociorum arma in Galliam commovere, et ad id, quod coniurati aperte indixerunt, teterrimum bellum impellere connixus fuisse, cum Germanorum optimatum literis, quas de toto negotio ad Principes nostros miserunt. tum

---

31) *ecclesias crudeliter vexatas, non copias armatas.*

32) *M. Maio Aureliae erat apud Condaeum. Mox in Germaniam profectus est protestantes ob arma sumpta excusatum* (*Dareste p.* 8).

33) *cf. N.* 3789.

34) *Grumbachianum capitaneum.*

35) *Maître des requêtes.* (*Dareste p.* 7. *Barthold* 337.)

36) *Imo falsum est quod iste dicit, nam revera missus fuerat* (*Rommel, Phil. d. Gr.* II. 587).

clarissimorum virorum testimoniis convincatur? Superest nunc ut, quoniam quae sunt a vobis per hosce annos ubique praeparata, in hoc tempus omnia eruperunt, ut amplius de consiliis, quorum exitum furoremque pertimescimus, dubitari [*fol.* 22] non possit, postremo de causa, quam defectioni turpissimae, tanquam fucum praetexitis, pauca respondeamus. Quanquam quae ratio subesse queat, ut vos in certamen cum Rege descendatis? ut in eius urbes arcesque hostilem in modum irruatis? ut admotis machinis eiusdem praefectos ad deditionem compellatis? ut denique hostium numero eos omnes habeatis, qui sartam tectam Regii diadematis maiestatem tueantur? Quamobrem nulla offensionis causa confingi potuit: ac ut aliquam potuisse putaretis, tamen iure disceptare, non armis vindicare deberetis. Quid enim tam alienum ab omni non modo religione, sed etiam simulatione religionis, quam vis? quam bellum? Quod porro tam iniustum bellum, quam quod a servis in dominum, a clientibus in Regem, nulla praesertim iniuria lacessitis, indignissime suscipiatur? Sed audio quid Beza causetur: Non in Regis caput, sed tantummodo in Principis Guisiani et Connestabilis, quos cane et angue peius oderit, perniciem, furorum tela intentari. Cur autem illos tantopere suspectos atque invisos sibi existimet, si Bezam rogetis, idem nimirum quod olim Fimbria homo furiosissimus, respondebit, qui Scaevolae ornatissimo civi, quem in Marii funere vulnerari curaverat, posteaquam comperit eum posse vivere, idcirco actionem dicitur intendisse, quod non totum telum corpore recepisset. An non est illi dicto atque facto Fimbriae tuum simillimum? Accusas clarissimos huius Regni Proceres; quid ita? quia de manibus tuis effugerunt: quia Regem opprimi, Regnum vastari passi non sunt: quia de utriusque salute ac dignitate contra importunos factiosorum conatus omni tempore non minus, quam de vita dimicarunt. Attendite obsecro (hic ego bonos omnes appello) quo tandem progressa sit, aut ad quos et quales viros effrenata istius audacia permearit. Principis Guisiani facta, hoc est Achillis Francici, cuius trophaeis hodie salvi stamus, florentesque vivimus, homo transfuga, et huic Regno Regique inimicus criminatur. Conestabilis, id est Francici Nestoris prudentiam insectatur, quae se toties in quatuor Regum difficillimis temporibus gravissimisque negociis ostentavit. O miseram conditionem non solum administrandae, verum etiam conservandae Reip. si quidem illud impune conceditur, ut heroum nostrorum praeclara facinora, cuiuslibet fugitivi maledicentissimo gutturi pateant: ut quorum victorias ac triumphos [*fol.* 23] nostri admirantur, socii obstupescunt, hostes pertimescunt, ab iis anteactae vitae rationem nescio quis quaesitor, veluti Virgilianus Minos aut Rhadamanthus, severissime exigat. Omitto illud quod, quasi Reginae consiliorum et arcanorum conscius particepsque fuerit, et intimos animi sensus perspexerit, de eius in Principem Guisianum et Conestabilem voluntate, de mutuis eorundem colloquiis, de simultatibus, quae nunquam fuerunt, quae nunquam esse potuerunt, nonnihil suo more ariolatur. Caeterum Beza bellum nefarium Galliae, quae quondam eius fuit patria, inferre meditatur: honestas pacis conditiones repudiat: placari non vult: ea tantum ratione flecti se posse profitetur, qua oves Aesopus in gratiam cum lupo rediisse festive fabulatur, si Principes Regiae salutis sceptrique custodes, procul ablegentur, si deinceps ipse Regi Regnoque universo vivendi regulam praescribat, si Regi pro suo arbitratu imperet quid illum consilii in posterum capere, quid cogitare, quid suscipere, quos Proceres et clientes secum habere, quos eiicere, quos complecti, quos odisse velit, denique si ex unius Bezae nutu omnium spes cogitationesque pendeant: quod cum impetrarit, et sensim suam authoritatem viresque confirmarit, tum demum, quod tandiu exspectat, se brevi consecuturum arbitratur, ut de medio sublatis omnibus quos Regii nominis fidelissimos et acerrimos vindices antea fuisse semperque futuros intelligit, ipse Galliam tanquam in dotali matrimonio sibi testamento legatam obtineat. Tu vero ut id aliquando efficias, ut suavissimum libertatis fructum Francico populo unquam eripias? ut ad servitutem adducas transfuga, proditor sperabis? ac non potius Christi iustissimum numen, Regis sanctissimum nomen, Reginae matris divinum iudicium, Regis Navarrae admirabilem providentiam, Optimatum vigilias, Galliae florem roburque perhorresces? Sic enim habeto, Deum immortalem, praecipua quadam benevolentia erga Francicorum Regum pietatem extitisse, indicia suae benignitatis perspicua et multa in his sedibus ab extremo impetu vindicandis edidisse, maiora etiam et illustriora in flagitiosissima coniuratorum manu procul ab aris sanctissimisque templis, et a finibus Imperii florentissimi, fortunisque civium innocentissimorum arcenda, brevi tempore editurum. Huc accedit Reginae matris et Regis Navarrae concordissima in Regni administratione voluntas, [*fol.* 24] singularis sapientia, incredibilis vigilantia, caeterorumque Principum et Optimatum (a quorum existimatione tam vehementer abhorres) studium et consensus, quorum omnium praesidiis circunclusus, et custodiis constrictus, aeternas tui furoris amentiaeque poenas, Dei hominumque iudicio, vivus mortuusque sustinebis.

3806.

ZERKINTES CALVINO.

Bernensium partes in praesenti discrimine declarat.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 112.)

A mon honnore pere et frere en nostre Seigneur Iehan Calvin ministre de l'eglise de Geneve.

Quoties ego ad te literas do de *Condensi* et nostra communi causa, non scribo ex animi mei sententia. Mallem enim meliora et faustiora. Res est prorsus ardua et anceps, quo fit ut magna contentione obtineri vix quidquam possit quod magnopere conducat. Non damno nostrorum conatum, sed belli gerendi tarditatem (ut tu quoque) accuso. Princeps *Condensis* sic temperat clementia iram et severitatem ut illa hanc paene absorbeat. Ab alieno abstinet rasorumque opibus parcit: suos exhaurit, qui quantumcunque conferant inter se numorum, nunquam Guisianorum rapacitatem aequabunt. Qui interea nostris nec parcunt, sed immaniter in eos saeviunt et opes publicas invadunt, ut sint numeris omnibus nostris superiores. Aut bellum capessendum omnino non erat, et de tyrannicidio tantum cogitandum, aut fortiter, et sine tanta anxietate gerendum. Videor plane mihi (nisi Dominus det meliora) in Germanicum *Caroli* V. bellum et nostrum Helveticum intueri.

Quid nostrorum promptitudinem remoretur non pigebit tibi declarare. Causam probant omnes cupiuntque ut melior pars vincat. Quod manum ipsi non admovere possint haec causantur: res in vicinia undique suspectas, plebis inopiam, stipendiorum incertam solutionem, principum et Germaniae civitatum altum silentium, Tigurinorum Basiliensium Schafhusanorum dissimulationem, itinerum difficultatem, in Condensia castra si proficiscatur exigua manus, pericula desertae patriae, si magna. Illa quoque ipsa legatorum et procuratorum nostrae patris [1]) expositio et ratio ad respublicas hoc negotium referendi multum offendit. Dum nunc ad arbitros confugiunt, mox militem in suppetias flagitant: quod nostri inclinantis iam belli argumentum esse interpretantur. Versant etiam hoc secum, privatas principum iniurias calcar fuisse belli: reginam et regem, quibuscum nobis pax et amicitia perpetua contracta, nullam hactenus significationem suae sententiae de hoc motu dedisse. Itaque suscipi bellum hoc a nobis sine perfidiae periculo non posse, quam minimo reginae nutu possemus evitare. Dices mihi: qui omnem pluviam timent nunquam etiam paenulati progredientur. Fateor, sed quis hos scrupos tam penitus insidentes oratione eximat? Ut aliquid facerent nostri haec erant necessaria, ut haberent vel hic vel e Germania socios belli, ne solis hoc onus incumberet, ut pacta et conventa esset stipendiorum ratio, metuque perfidiae qualicunque sed certa tamen reginae significatione, liberarentur. Haec quia difficilia obtentu, et quia sine his tamen confici nihil potest, iacet causa hic deserta. Itaque valde miror nostros tam segniter se in tentanda Germanorum voluntate gessisse, et tam religiose a sacrificorum iniquae partis opibus abstinere, ut iam nec belli socios nec stipendium habeant. Deinde, utcunque conclusa regina sit, per aliquam rimulam indicium voluntatis elabi potuit. Vereor ne initio hoc eis imposuerit quod numero imparem hostem maiores copias collecturum non putarent. Si res tam praecipiti consilio et subsidio non egeret per moram aliquid tentaremus. Spes enim esset non vana quosdam nos in belli consortium pertracturos, affulsuramque interea pecuniam belli nervum et animam. Sunt enim hae nostrorum voces, malle se domi quam foris gratis vitam profundere. Nosti vulgi ingenium. Si Lugdunum se tueri aliquamdiu posset, [2]) non despero de suppetiis Novocomensibus et aliquot nostrorum hominum qui se adiungerent. Fama pacis paene confectae, dum haec scribo, perstrepit, videnturque dubitare adversae partis suppetiarum duces, iter ingrediantur nec ne. Sed nunquam debet esse sollicitudo maior. Nobilis hic [3]) ad principem *Condensem* missus a nobis tecum de his rebus conferet. Fidus est, prudens, tritus in re bellica. Vale, et meam operam tibi semper esse in hac causa paratam tibi persuade. Bernae 16. Iunii 1562.

Tuus Zerchintes.

Postquam iacta est alea velim nostros innocentis sanguinis habere rationem, tyrannorum, et sacrificorum opum nullam. Nam sine stipendio friget bellum.

3806. 1) *Omnino legendum:* partis, *non vero:* patriae.

2) *cf. N.* 3804.
3) *Diesbachius.*

3807.

CALVIN A L'ÉGLISE FLAMANDE DE FRANCFORT.

Il est d'avis qu'il faut plutôt quitter la ville que de céder aux Luthériens. [1])

(Bibliothèque de la Ville de Francfort. MSS. Uffenbach. Vol. 5, p. 362 avec cette inscription: *Epistre de M. Jean Calvin au Ministre de L'eglise flamende à Francfort.* En effet la traduction latine que Bèze en a publiée Gen. 332, Laus. 636, Hanau 716, Chouet 457, Amst. 208, sans adresse, fait voir que la lettre est destinée à un individu, et la copie insérée au MS. 404 de Gotha, fol. 26, nomme explicitement Dathenus, avec cette adresse: *Francofurdi vel Heidelbergae* qui s'explique par ce que D. pouvait déjà avoir quitté Francfort, dans la pensée de Calvin, voir aussi la lettre du 18. Sept. Comme il y a des variantes telles que des deux côtés on puisse croire avoir l'original, nous pensons qu'il doit y avoir deux textes authentiques, le latin écrit pour Dathénus, et le français pour la communauté. Nous ne croyons pas que la traduction française ait été faite par Dathénus ou par quelqu'un d'autre qui se serait permis de faire des additions. Nous devons la copie du texte français à l'obligeance de M. le Dr. Steitz, premier pasteur de Francfort.)

Freres, Si j'eusse eu à la main quelque messager fidele lorsque je receu vostre premiere je vous eusse respondu tout sur le champ. Mais toute occasion m'estant eschappée j'en suis dévenu plus tardif, ce que m'adviendroit derechef n'estoit que la vergoigne me picquat. Toutefois vous excuserez la briefvete de mon epistre a la quelle me pousse la briefvete du temps. Les nouvelles de la triste dissipation de vostre Eglise sont venus jusques a nous, et de ma part j'ay de long temps bien preveu que les contentions de l'eglise Francoise ne prendroyent autre issue. Maintenant puis qu'il vous faut porter la paine des fautes d'autrui, je ne voi rien plus expedient sinon que les gens de bien et craignantz Dieu se disposent a chercher un autre lieu de retraicte. Je n'ignore pas combien ce changement sera faschieux et de grands despends et de combien des incommodites il est accompagne. Mais quand je considere pour moy la cruaute des adversaires, il n'y a difficulte sy grande que je n'aymasse mieux endurer. A mon advis j'estime que c'est le plus court et expedient. Que si la necessite en contrainct aucuns de demeurer ce sera une dissimulation par trop servile de presenter ses enfans au baptesme a ceux qui font profession d'estre ennemis de nostre Religion vrayement chrestienne et de taire ce que l'on croit de contraire. L'on voit asses clairement ce qu'ils cherchent de faire. A scavoir de triompher de la pure verité de la quelle

---

3807. 1) *Réponse à N.* 3777.

3810.

[illegible]NCUS CALVINO.

feliciter ad finem perducto ex-
[illegible]tum.

([illegible]od. Genev. 109, fol. 155.)

[illegible]arolo Passelio.

[illegible]ni Carolo Passelio fideli
[illegible]um et pacem.

eux [illegible]
dis [illegible]
doit [illegible]
bration [illegible]
roit a [illegible]
faire si [illegible]
tant qu'il [illegible]
cere et ent[illegible]
cement de [illegible]
fidelles.

Chassons [illegible] suspicione liberata
personnes, car je [illegible] optimo maximo,
la verite du sacra[illegible] iis qui sperant in
nite de celui qui l'ad[illegible] ctore illum invo-
question que nous deb[illegible] rtis quas valeo
a un fidele de recebv[illegible] et auxilium
ouvertement assaut et [illegible] tempestate
verite de la St. cene, avec [illegible] reaveritis ad
tution. Et qui volontairement [illegible] hoc bene-
Esglises de Christ. Et comb[illegible] iteor, qui
pas si precisement et par le [illegible] beratum
seulement je maintien que qui[illegible] vobis
son enfant au baptesme des Lu[illegible] vore,
vertement et rondement faire Pro[illegible] robo
sent de la St. Cene et tesmoigne qu'[illegible] qui,
de coeur et d'affection fraternelle [illegible]
eglises qui ont un mesme sentiment avec [illegible]
je pense estre asseuré qu'ils ne vouldr[illegible]
les enfans qui leur sont presentes a ceste [illegible]
que de sceler en eux par le baptesme [illegible]
foy et confession. Ne doibt on pas donc tenir [illegible]
traistre a la verite, celui qui par son silence [illegible]
et confirme cest orgeuil plain d'impiete Et [illegible]
vorce sacrilege d'avec les vrayes Eglises.

Je vous prie pardonnes à mes maladies [illegible] continuelles occupations que je n'espluche pas tout ce qui ce pourroit ici dire par le menu, joinct que je me contente de toucher sommairement la substance du faict. Je n'applique pas volontiers mon estude a desnouer toutes les scrupules qui se pouroient presenter.

Bien vous soit tres chers et tres honores freres. [3]) Le Seigneur vous regisse par son sainct Esprit, et vous soutienne par sa force invincible vous maintiennant sous sa saincte protection. Tous mes

---

2) *Au lieu de cette phrase le latin dit simplement:* Atqui hanc conditionem non admittent.

3) *Pro his latinum exemplar haec habet:* De miseris Galliae perturbationibus malo ut te alii doceant. Vale, eximie vir et integerrime frater. Dominus te *etc.*

compagnons vous saluent affectueusement, par l'advis desquelz je vous fay ceste reponse. De Geneve ce 18. Iuin. 1562.

Jean Calvin.

3808.

BULLINGERUS CALVINO.

Literis scriptis, novarum rerum rumoribus collatis et transmissis, maxime vero piis votis et orationibus, quum aliter non possit, rem publicam promovere studet.

(Autographon habetur in Codice eodem ac superiores Bullingeri fol. 436. — Simler Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo domino meo colendo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Desideratissimas tuas,[1]) domine honorande, domine colendissime et frater carissime, accepi per clarissimum virum D. Ioannem *Budaeum*, fratrem carissimum. Doleo vehementer innoxium cruorem sanctorum in Gallia tanta effundi copia, et oro Dominum ut ecclesiae suae misereatur, effundatque iram suam super eos qui nomen eius non invocant. Gaudeo rursus nostros alicubi iuvari a Domino, quem indesinenter rogo ut iusto auxilio liberet nos a malo, hostiumque copias fundat et atterat, si eorum misereri et eos convertere non vult.

De iis quae in mandatis das copiose de singulis colloquutus sum cum D. *Budaeo* qui referet. Breviter faciam summa fide et diligentia quod possum. Literas Herculi *a Salice*[2]) inscriptas hodie curavi diligenter misique Curiam Rhaetorum. Non negligetis Rhaetos. Si necesse sit, militem peritum et benevolum dare poterunt: sed in tempore, et priusquam desperatae et dissipatae sint nostrorum res, agendum cum illis. Postquam fortuna inclinare coeperit languescunt animi eorum quoque qui antea rebus nondum infortunatis alacres erant.

Ad *Hallvylerum*[3]) scripsi item hodie diligenter. Sed et ad D. Nicolaum *a Diesbach*[4]) eadem de re scripsi Bernam per *Budaeum*, hortans ut *Hallvylerum* urgeat. Est illi iunctus affinitate. Peto a *Hallvylero* ut, si quid possit, totum ad te negotium perscribat. Literas vero *Condensis* et *Amirallii* hodie curavi deferri Badam ad comitia Helvetiorum. Legatos nostros adhortatus sum ut impediant quantum possunt profectionem. Impediverunt hucusque. Iam vero dicuntur passim expandisse vexilla et cras profecturos: quod eis pessime cedat, Dominum oro. Vigilate, vigilate de Lugduno, prima cura est. Lugdunum cupiunt recuperare. Sunt ea de re multa et varia consilia. Ideo non libenter legi *Baronem*[5]) praefectum Lugduni profectum esse Valentiam. Ea de re nuper etiam ad te scripsi. Vigilate: Lugdunum iam spe devorarunt. Dominus protegat et servet Lugdunum. Oremus absque intermissione Dominum ut nos servet. Multa enim et magna instant pericula. Simus tamen fortes in Domino. In hoc vale, una cum fratribus et symmystis omnibus. Nostri omnes vos, te inprimis, salutant. Si quando ad *Bezam* scripturus es, saluta illum omnium nostrum nomine. Dominus ei benedicat et liberet ipsum a malo. Iterum iterumque vale. 19. Iunii 1562. Caetera *Budaeus*.

Tuus ex animo Bullingerus.

Dicet de literis *Ioan. Frider.* Saxonis ad senatum huius urbis missis.[6])

3809.

VIRETUS CALVINO.

Tradit ei quae de victoria quadam magna protestantium nuper accepit, pro tempore tamen non omnino certa.

(Ex autographo Cod. Genev. 111a, fol. 124. Exstat praeterea in Cod. 116, fol. 132, Bernae in Arch. Epp. VI. p. 1019, et ap. Simler Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino, et fratri et symmystae plurimum colendo.

Genevae.

3808. 1) *N.* 3802.
2) *N.* 3797. *Negotium hoc effectum non habuisse videtur.*
3) *cf. N.* 3802 *not.* 15.
4) *N.* 3804. *Factus est dux Helvetiorum.*

5) *des Adrets.* (*Hist. eccl.* III. 222.) *Arnaud, Prot. du Dauphiné* I. 127*:* Il quitta précipitamment Lyon pour revenir à Grenoble (2. Juin) sur la nouvelle que les catholiques s'efforçaient de reprendre le château de Miribel.
6) *Sine dubio de milite ab utraque parte per Germaniam conscripto.*

S. Arbitror meas literas,[1]) quas ad te misi proxima hebdomade, redditas fuisse. Etsi animus sit vos brevi revisendi, non constitui tamen ante hinc discedere, quam a vobis literas acceperim. Literae huc allatae sunt ex aula, quibus nunciatus est congressus nostrarum copiarum cum Guisianis, in quo Guisiani fusi et fugati narrantur, et *Sanctandreas* accepto lethali vulnere paulo post mortuus et *Danuilius* graviter vulneratus et captus, Guisius vero itidem vulneratus, non autem captus et rapta a nostris omnia tormenta bellica hostilis exercitus.[2]) Sed quia haec vera esse opto potius quam credo, nihil audeo asserere, donec certioribus nunciis haec nobis testata fiant. Audimus Matisconenses[3]) viriliter hosti restitisse et urbem obsidione liberatam. Hoc posterius quam certum sit, non sat scio. Nostri etsi tardius opem tulerunt Auricanis, hostem tamen suo adventu procul abegerunt et profligarunt. Missi sunt alii ad *Maugeronem*,[4]) qui dicitur Gratianopolim occupasse. Dominus brevi his turbis et tempestatibus finem imponat et suae ecclesiae misereatur. Hunc tabellarium medicum et mei hospitis consanguineum tibi commendo. Multam salutem dico collegis et amicis omnibus. Vale. Lugduni[5]) 20. Iunii 1562.

Tuus Petrus Viretus.

3809. 1) *De his Reg. du Conseil* 18. *Jun.*
2) *Haec omnia falsa. Cal. Iun. exercitus catholicorum ducibus Navarreno, Connestabili, Guisio et Santandreano Lutetia ad Montlhéry processit. Accurrit Regina et ducum utriusque partis conventum procurat discrimen in armis positum timens. Coeunt in Château-Gaillard media via inter Montlhéry et Aureliam. Frustra fundit lacrymas, nihil efficit. Catholici progrediuntur, novae fiunt induciae, iterum colloquuntur in Beaugency sine effectu, d.* 27. *Iunii.* (*Mém. de Condé* III. 481. 490. 512. *Hist. eccl.* II. 76. 92. *de Thou* III. 161 *ss.*
3) Ceux de Mascon en firent autant que ceux de Lyon, le 3 may et ceux de Châlon consecutivement. Ceux de M. abattirent aussi les images .... Tavannes (N. 3802 not. 11) se presenta devant Mascon le 3 juin. Mais ceux de Lyon y envoyerent le capitaine Entragues avec 100 arguebousiers et quelques pièces de campagne qui le repousserent (*Hist. eccl.* III. 223. 407).
4) Maugiron entra à Grenoble le 14. juin, des Adrets le reprit le 26. (*Hist. eccl.* III. 267. *Arnaud* I. 131.)
5) *Ménard, Nîmes* IV. 322: Viret arriva à Nîmes le jeudi 21. mai y prêcha les trois jours suivants et le 24 il y fit la cène. Il venait de Montpellier où il avoit exercé le ministère bien que la principale fin de son séjour eût été d'y rétablir sa santé. Voyant que sa présence n'étoit plus nécessaire il partit le 25 pour Lyon, dont il fut ministre quelques années (*Schmidtius, Viret p.* 50, *minus recte eum iam vergente Aprili Lugdunum abiisse dicit*).

3810.

PANCUS CALVINO.

Negotio sororis feliciter ad finem perducto exponit ecclesiae suae statum.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 155.)

D. Ioh. Carolo Passelio.

Franciscus Pancus D. Ioanni Carolo Passelio fideli Christi servo gratiam et pacem.

Quod soror nostra criminis suspicione liberata sit[1]) gratiam habeo primum Deo optimo maximo, qui salutem nusquam denegat iis qui sperant in eum quique fide sincera et toto pectore illum invocant. Deinde tibi tuisque symmystis quas valeo gratias ago, qui favorem, consilium et auxilium illi non denegaveritis, sed afflictam et tempestate prope demersam vestra consolatione recreaveritis ad salutis portum eandem reducentes. Pro hoc beneficio ego me multum vobis debere profiteor, qui me ea qua premebar anxietate vestra ope liberatum sentiam. Quod attinet ad ministerii mihi a vobis delegati functionem, integra sunt, Christi favore, omnia. Ab initio mensis Aprilis cum nobili probo et doctissimo viro D. *Gaucheriano* vitam ago, qui, ut est humanissimus, nostri misertus me in aedibus amplis quas conduxit recepit et secum esse voluit, et multis persuasit me suum esse adiutorem in instituendis adolescentibus, quos ille ingenuis disciplinis, pietate et optimis vitae moribus educat. Vixi igitur velut carcere liberatus et vinculis solutus toto hoc trimestri, liberius quam antea atque alacrius, et maiore cum fiducia delegatam mihi provinciam administravi. Qui commode nocturnis conventibus adesse non poterant non dubitant aperta luce nos adire, fingentes se aegrotam nostri hospitis,[2]) quae iam sesquiannum et amplius misera lecto decumbit, visere, aut aliquid negotii cum eo, aut nobilibus adolescentioribus[3]) eius discipulis habere: neque hinc absque spirituali pabulo fusisque ad Deum piis precibus abierunt. Hac occasione impii sinistre de nobis suspicari et loqui coeperunt, sed eorum sermones velut sagittas parvulorum contempsimus, et quidquid in nos moliebantur ludibrio habuimus, donec nobis relatum est Andium vineam ab apris sylvestribus et avibus agrestibus depastam, praeterea malevolos quosdam machinas struere nostro tam pio D. *Gaucheriano*, qui ad eius opes adspirant,

3810. 1) *Cf. N.* 3763.
2) *deest vocabulum* (uxorem? matrem? sororem?).
3) *sic.*

accepimus. Quam sint illi perditissimi fidei nostrae salutis hostes, truces, inhumani et crudelitate insignes, nihil necesse est ut multis verbis exprimam, quando ab harum nuncio, fratre nostro et fideli Christi ministro, D. *d'espoer*, commodius omnia accipies quam ego ullis literis assequi possim. Is gregem nostrum visit illique aeternae salutis alimenta ministravit, nosque in his temporum calamitatibus per mutuam fidem consolationem simul accepimus. Adfuit huic nostrae consolationi Burdigalencis* ecclesiae minister *Maserius*, qui matura fuga saluti suae consulere omnium suorum precibus excitatus cogitur. Ab utroque intelliges, ornatissime vir, quo in statu sint res omnium nostrum constitutae. Periculosa sunt omnia: placida quiete diutius hic frui posse diffidimus. Parari nobis insidias et armatos hostes in nos irruere certum est. Si igitur nos certaminis difficultas et imminentis tempestatis periculum hinc migrare compellat, in privata aliqua amicorum domo ruri nos latitare oportebit, donec per Dei clementiam pax ecclesiis restituta fuerit, aut alio me miserit princeps pastorum, ut gregi suo operam nostram collocem. Id quod vestro omnium concensu* et autoritate fieri cupio in gloriam Iesu Christi. In quo vale felix cum ecclesia tua pro qua assidue oramus, potissimum pro prudentibus ministris quos constituit Dominus, ut eam sacro pabulo reficiant. Dominus pro sua in omnes bonitate vos omnes diu nobis servet incolumes suoque spiritu et omni benedictionis genere locupletet. 20. Iunii.

3811.

HALLERUS BULLINGERO.

Novae disceptationis a Genevensibus moventur de ecclesiis ad utramque rempublicam in rebus ecclesiasticis pertinentibus.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 154, olim Scrin. B. Epp. Tom. 32. fol. 301. — Simler. Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Heinrycho Bullingero Tigurinae ecclesiae pastori fidelissimo domino suo honorando et compatri carissimo.

Zürich.

S. Sero tandem ex Badena accepi quas 9. Iunii ad me dedisti. Quae ego nunc habui ad fratrem scripsi. Is illa tibi communicabit. Unum his addere cogor quod me in primis angit. Genevenses enim in mediis hisce periculis his diebus ad nostros scribunt satis contemptim de privatis illis controversiis quas cum ipsis habent. Inter alia vero denunciant ipsis ut suis ecclesiis prospiciant, se quoque suas curaturos. Factum enim est hactenus ex quo Sabaudia a nostris occupata fuit ut propter commoditatem locorum aliqui Genevensium ministri in locis ad nostros pertinentibus concionati sint et vicissim nostri in locis ipsorum. Hanc communionem nunc ipsi tollere volunt et quod unum me et nostros omnes maxime torquet, inter alia hoc scommate utuntur, nostros ministros praedicare secundum reformationem nostram, ipsorum vero secundum verbum Dei. *Das bisst vnd vexirt die vnsern so übel*, ut nihil supra. *Also hat man gengs* 1) *zschaffen und lat der kyb vnd nyd nit nach. Gott erbarm sich vnser, und bessere alles.* — — — — — — — — — — Bernae 21. Iunii 1562.

Ioannes Hallerus
perpetuo tuus.

3812.

FARELLUS CALVINO.

Hic quoque quae ex rumore publico accepit in communem usum confert.

(Ex Cod. Goth. 405, fol. 111. Edidit Bretschneider p. 194. Post-scriptum solum Farelli manu exaratum est.)

Praestantissimo Christi servo Ioanni Calvino pastori ecclesiae Genevensis fratri et symmystae valde observando.

Genevae.

S. Pontificii milites hodie hac transierunt, quamvis ante dies aliquot omnia quae potui adduxerim ne id liceret, 1) quum hi iugulum impetant principis valde infensi, quod tantum Bernates inviserit aliis praeteritis, et matrem etiam oderint, et quum summe adversentur evangelio, non tantum iis qui sunt in Gallia, verum etiam nobis extrema minantur: tamen nihil potui obtinere. Tantum urbem hanc pauci intrarunt. Quid nostri sint acturi non satis video. Verba multa audio, sed vereor

---

3811. 1) *i. e.* allzyt (*Simler*).

3812. 1) *m. Iunio Froelichius quindecim sua vexilla in Galliam deduxit; cives Bernenses enixe flagitarunt ut transitus iis negaretur. Sed Quinquepagici minabantur se apertu vi usuros.* (*Ruchat* VI. 490.)

ne tardius omnia fiant. Optabam et admonebam ut quam citissime, si quid agendum esset, id fieret. Video enim moram admodum perniciosam.

Ex hoc nepote *Triboleti*,[2]) qui istuc nuper venerat, omnia intelliges quae hic acta sunt. Utinam philotimia et philargyria non sint magno impedimento rebus bene gerendis. Optandum esset nos omnes magis pendere a Deo quam ab hominibus. Vale. Christus te et omnes pios servet. Neocomi 23. Iunii 1562.

Tuus Farellus.

Is qui has redditurus erat alio abiit. Verum hic omnia novit, et quae hodie audivimus de duce militum, qui hac transierunt tam libere quam si amici fuissent et pro evangelio militarent. Pergit is ad *Tavanum*,[3]) vicarium Ducis *Domalae* divioni.[4]) Rogavit in via, essetne soluta obsidio Matisconensis, et audiens solutam exsecrande deieravit: unde putant[5]) in animo habere expugnata ea urbe Lugdunum petere, ut eam praedant[6]) et pecuniam interceptam cum foenore accipiant, ut nonnulli milites, dum transirent, se facturos minati sunt. Verentur aliqui ne Tigurinum auxilium sit quod paratur, quod serius illis contigit. Christus omnia bene vertat. Iterum vale. 4. Iulii.

2) *olim vexilliferi Bernensis.*
3) Tananam *Br. — Gasp. de Saulx Sr. de Tavannes (Dachsfelden) ad latus Aumalii gubernatioris Burgundiae. Postea Mareschallus creatus protestantium victor ad Moncontour fuit et caedis Bartholomaicae promotor.* (*Mém. de Tavannes ap. Petitot* 1re *Série T.* 23. *Barthold p.* 9. *Cf. N.* 3802 *not.* 11 *et* 3809 *not.* 3.
4) dicioni *Br.* (*Dijon*).
5) putes *Br.*
6) *sic et Br. Videtur autor in compendio scripturae errasse* (*quum* perdant *scribere vellet*), *nisi forte in animo fuerit scribere:* praedentur.

3813.

VIRETUS CALINO.

Bellici rumores iam minus gloriosi quam nuper, quanquam non omnino falsi. Ipse de sua valetudine queritur.

(Ex Cod. Goth. 405, fol 108. Edidit Bretschneider p. 192 qui exemplar illud autographon dicit, de quo nos dubitamus.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fratri et symmystae plurimum colendo.

Genevae.

S. Literae fere omnes ita ab hostibus intercipiuntur, ut vix ullae ab amicis scriptae ad nos pervenire possint, sed solae quae ab hostibus ad hostes mittuntur, quibus tamen confirmantur illa fere omnia quae nuper ad te scripsi, nisi quod hostium testimonio Guisanus exercitus fusus et fugatus non dicitur, sed tantum octo millibus gallicis retrogressus. *Tavanum*[1]) certum est a Matisconensi[2]) obsidione Cabilonem rediisse. Etsi raro[3]) ad nos amicorum literae perferuntur, coniicimus tamen ex hostium silentio, nihil ipsis feliciter successisse. Non enim tam diuturnum esset silentium si quas possent efflare glorias. Faxit Deus ut felicia omnia de nostris audiamus et nobis novi cantici materiam in ecclesia praebeant ad gratiarum actiones et divinas laudes decantandas. Lugdunenses nostri consistorii consilio et decreto hos nuncios et legatos ad vos miserunt de quibus causam legationis audies.[4]) Contendunt multae ecclesiae ut apud se maneam, quia non satis exploratum habent quam brevi omnibus futurus sim inutilis, nisi me Dominus clementer admodum respiciat. Falluntur plurimi, quibus videor corpore, praesertim vultu, paulo habiliore et vegetiore, sed interea velut atrophia quadam extremae corporis partes paulatim contabescere incipiunt et stupores magis asque magis augentur. Quo fit ut valde metuam ne ad prima frigora praesertim manuum officio destituar et totus lecto affixus manere cogar. Sed de his latius coram, si dederit Dominus ut ad vos brevi, ut spero et cupio, me conferam saltem ad dies aliquot, si alio remigrandum censueritis. Causas intellexisti quae me hic adhuc detinent. De multis valde sum sollicitus. Precor Dominum ut me huiusmodi sollicitudinibus liberet.

Quum has literas obsignare pararem, certioribus adhuc nunciis nobis confirmata sunt quae iam scripsi. Dux *Guisius* manuario tormento in femore vulnus accepisse fertur.[5]) Speramus brevi certiorem. Salutem multam dico collegis et amicis omnibus. Vale optime ac diutissime. Lugduni 24. Iun. 1562.

Tuus Petrus Viretus.

3813. 1) Tananum *Br.*
2) Mocticensi *id.* (*Vide praeced.*)
3) vero *Br.*
4) *Reg. du Conseil* 27. *Iun. suiv.* Lyon demande Viret *etc.*
5) *falsus rumor, cf. infra ad* 17. *Iul.*

3814.

BULLINGERUS CALVINO.

Quam olim unus cunctando restituit rem hanc nunc multi eodem pacto perdere videntur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 446. — Simler. Vol. 104.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo domino honorando et fratri meo longe carissimo.

Genff.

S. D. Maximo cum dolore audio et lego urbes praesidio nudatas subinde occupari et tot trucidari passim sanctos. Misere metuo Lugduno, propter quod semel et iterum ad te serio scripsi, compertum me habere, omnia hostium consilia eo dirigi ut occupetur et omnibus nostris terror incutiatur. Dixi item profecturos Quinquepagicos cum suis. [1]) Et quidem profecti sunt. Utinam vel non redeant vel per septem vias redeant. *Guysius* interim de concordia ineunda tractat, [2]) dum ipse sibi exercitum comparet validum. Ubi vero satis instructum se putabit, tum nostri demum experientur ad quid remorae illae fuerint institutae.

Scribit D. Augustinus *Maynardus* [3]) ex Italia, pontificem parasse 8000, quos mittat in Galliam contra principem ad exscindendos haereticos. Addunt alii *Ferrariensem* quoque parare copias quas coniungat *Guysio* et *Connestablio* Achitopheli scelestissimo. Literas inscriptas D. Herculi *a Salice* mature curavi, ac describam modo D. *Fabritii*, [4]) responsionem. Ita rescribit: „Valde mihi displicet nostrorum ita bene instructorum cunctatio, sed et omnibus quos ego quidem audivi viros fortes et rei militaris peritos. Cupis tu ut Rhaeti suum faciant officium. Urges fervide. Sed quid faciant ad quos nemo hactenus quidquam scripsit? Et quidem indignissime ferunt ita se praeteriri. Qui fit ut Ill. princeps *Condensis* nostros ita neglexit? Quum nostri vident ita se contemni indignantur. Saltem scriberet ad ipsos princeps: si nihil aliud, animos nostrorum sibi devinciret. Priusquam nostri Genevam eant et redeant, mensis erit. Interimne pii praeda erunt impiorum? Si quid potes apud D. *Calvinum* et *Bezam*, effice ut *Condensis*, siquidem opera indigeat Rhaetorum, mature scribat. Literas mihi creditas D. *Herculi* submittam. Cuperem illum ipsum progredi Genevam usque."

Haec verbotim *Fabritius*, quae te nescire nolui. Nondum respondit *Hallvylerus*. [5]) Vix dixero quam sim sollicitus ne diversum exeat institutum nostrorum quam velimus. Oremus Dominum ut ipse res moderetur.

Est non longe a nobis Baro D. Ulrychus Philippus *ab alto Saxo*, [6]) militiae peritissimus, qui nihil aliud vellet quam se vocari a *Condensi* principe. Posset illi signa aliquot adducere ex Helvetia. Caeterum metuo ne nimis sero haec tractentur. Dominus misereatur nostri et servet suos. Vale aeternum cum omnibus bonis. Salutant te fratres. Saluta D. *Budaeum*, *Ionvillaeum*, omnes denique fratres. Datae ipsa die Ioannis Baptistae, sero sub vesperam 1562.

Tuus ex animo Bullingerus.

3814. 1) *cf. N.* 3812.
2) *N.* 3809.
3) *v. d. m. Clavennae, Bullingero ab epistolis diligentissime familiaris, Hercule a Salis patrono usus, m. Iulio* 1563 *defunctus successorem habuit Zanchum.*
4) *v. d. m. Curiae Rhaetorum quam ecclesiam reformaverat.*
5) *N.* 3808.
6) *Stipendia meruerat sub rege Francisco I., verum nunc denuo in Galliam profectum fuisse memoriae traditum non est.*

3815.

SENATUS GENEVENSIS LUCCENSI.

Iterum instant ut decretum contra eos factum qui religionis causa patriam reliquerunt aboleatur.

(Ex Archivis Genevensibus. Lettres de la Seigneurie 1562 et 1563. Inscriptio est: *A Lucques.* Manus scribae, passim a Calvino emendata. Quae huius sunt tibi cursivis impressa exhibemus. Charta in margine lacera.)

Magnifici atque ornatissimi viri.

Redditum nobis est a *nuncio* nostro, quem ad vos cum literis miseramus, responsum, partim quidem gratum, eo quod vestram erga nos benevolentiam conservare videamini, de qua etsi non haesitabamus, iucundum tamen fuit eam literis vestris nobis confirmari: partim vero minus acceptum fuit quum praeter spem ac opinionem nostram viderimus vos quamvis iustis ac aequis postulatis nostris, quibus abrogari a vobis decretum illud, *cuius aequitas nondum ullo colore probata est*, Ianuario mense editum in quosdam bonos ac religiosos viros, in ius tutelamque nostram ideo quoque susceptos quod ex vestro essent genere, a nobis optari significabamus,

tamen satisfacere noluisse. Atque eo etiam aegre tulimus, quod tales nobis rationes afferri, quales literis vestris continentur, animadverterimus. Neque enim aliam quam verae atque sanctae religionis (quam isti ut conscientiae suae consulerent [*non*] ut quidquam detrimenti reipublicae vestrae libertati affer[*rent*] amplexi sunt) causam vestrae in ipsos indignationis ex p[*ublicis?*] decretis vestris satis liquido apparet exstitisse. Iam *satis nobis compertum est, nusquam criminis cuiuslibet*, nedum verae religionis causa, vel a iure ge[*ntium*] atque communi, vel a pontificio, vel etiam a singulorum principum [*atque*] civitatum statutis ac consuetudine talem poenam irrogari, nempe ut sica[*rii*] ad effundendum in alterius ditione sanguinem praemio provo[*centur*]. Vos quippe ipsi iudicate an alio[*rum*] principum ius ea ratione violetur vel secus. Certe id om[*nino*] a natura datum est, posse tuto in aliqua mundi parte de[*gere*]. Quod si qui sese mali in alicuius principis ditionem recipiant, eius est in ipsos animadvertere qui ibi a Deo in supremo gradu constitutus est: aliorum vero principum partes sunt eum admonere, ut tales pestes vel a suo coelo coerceat, vel uti decet eas puniat. Quae sane non ideo a nobis dicuntur ut vos alioqui sapientes officii vestri admoneamus, sed ut quid a vobis desideraverimus, quamque iusta postulaverimus, expendatis. *Oneratis quidem criminibus incertis, vel potius obscuris suspicionibus*, bonos viros, sed rationes non affertis nisi tales de quibus nobis aliter constet. Interim iura nostrorum civium sunt *oppressa*. Itaque pro vestra integritate ac mutua inter nos benevolentia vos iterum his literis rogare volumus, ne diutius decretum illud nobis infestum permanere patiamini. Rebus namque vestris ac famae optime ea ratione consuletis, ansamque de vobis detrectandi ac in vestros homines resque ipsorum quidquam moliendi abstuleritis. Praeterea et nostram amicitiam magis confirmatam* iri existimetis, quae si aliter contigerit (quod non credimus), a vobis labefactata, *accidet forte*, etsi nobis dolentibus, *quod vobis utile non esset*. Atque de hac re postremo a nobis dictum sit. Nos certe meliora a vobis exspectamus, Deumque opt. max. oramus per Iesum Christum ut vestram incolumitatem atque amplitudinem indies magis ac magis conservet et augeat. Datum Genevae 25ª Iunii 1562. [1])

3815. 1) *Vide supra N.* 3725. 3765.

3816.

VIRETUS CALVINO.

Rogat ut opinionem suam de quibusdam ministris nunc Lugduni agentibus et variis suspicionibus obnoxiis edat et consilium quomodo erga eos procedendum sit.

(Ex Cod. Genev. 111ª, fol. 196. Sola subscriptio propriam Vireti manum prodit.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fratri et symmystae plurimum colendo.

Genevae.

S. Ex quo postremas meas literas [1]) ad te dedi, nullus advenit certior nuncius. Haeremus adhuc dubii ut prius. Nunciantur quaedam de *Maugeroni* discessu a Gratianopolitanis, et de eius militibus caesis apud Sanctum Marsellinum. [2]) Sed an haec certa sint non satis compertum habeo. Nihil audimus paene nisi de reciprocis cladibus. Dominus propitius et clemens hoc regnum respiciat et ecclesiae suae de coelo opem afferat.

Stanislaus Sarnicius
minister verbi Dei
Vestrae pietati addictissimus.

Has literas aut saltem illarum exemplar curet Tua praestantia transmitti absque mora. Nescimus sub quo nunc coelo *Tretius* noster vivit: proinde quo ordine haec literarum istarum missio fieri debeat nescivimus, sed prudentiae tuae committimus. Satis erit nobis si de omnibus rebus quae hic geruntur in ecclesiis nostris viri illi pii tam Genevae quam alibi scire queant. Alteras hasce literas Iacobi *Sylvii* [2]) Praestantia Tua aperiat et relegat (hoc ipsum enim idem Iacobus optat) et postea obsignatas ad D. *Calvinum* transmittat.

16) scriptum *Tur.*
17) *Loco eorum quae hic sequuntur altera epistola plane alia habet.*
18) *imo Novemb. cf. seq.*
3874. 1) *Wissowatii narratio quomodo in Polonia a Trinitariis separati sint Unitarii* (*ap. Sand. p.* 211): Cracovianae ref. patrono Io. Bonaro castellano Biecensi repente exstincto locus congregationibus assignatus in domo Stan. Cikovii, qui tunc archicamerarius Cracoviensis post castellanus Biecensis et exercitus dux in bello Moschovitico fuit. *Cf. Lubien.* 143. *Cikovii posteri ad catholicismum redierunt* (*Salig* II. 784).
2) *N.* 3866.

3875.

SARNICIUS TRETIO.

Historia perturbati status polonicarum ecclesiarum propter introductum Servetanismum. [1])

(Excerptum est ex literis Tretio missis et ab huius amanuensi in Bullingeri usum descriptum. Exstat in eodem codice ac praecedens epistola fol. 151 et ap. Simlerum.)

Hoc ut melius intelligas ex miserabili statu ecclesiae nostrae, de quo iam tibi dicam, intelliges. In prioribus literis complexus sum ea quae hic in absentia mea, dum in thermis essem, acta sunt. Iam quid post adventum meum successerit, quibusve machinationibus usa sit adversa pars ita accipe. Quum vidissem fere omnes, excepto *Sylvio* nostro et *Albino*, [2]) hoc dogmate infectos esse, profecto cogitavi iam privatam ducere vitam. Quid enim facerem quum viderem hoc diluvio totam patriam nostram praeter maiorem Poloniam inundatam esse? Solus capitaneus *Maryenburgensis* [3]) una cum Castellano *Biecensi* [4]) mutatum genus doctrinae graviter tulerunt. Vocatus sum ab eis aliquoties et mecum expostularunt quod me ad vitam speculativam, ut vocant, componerem. Similiter *Albinus* noster cum *Sylvio* ad me toties scribunt, me obiurgant, hortantur, monent. *Sarnici*, obsecramus, inquit, ut tuam vitam ducas, quae non tua sit sed Iesu Christi. Talibus et similibus sententiis me exagitarunt. Et moverunt me ista aliquo modo, non tamen permoverunt, donec *Gregorius* [5]) publice pro concione coepit de conflato Deo disputare, et qui secus sentirent eos esse haereticos et Sabellianos. Non obscure autem nos notavit qui docemus patrem filium et spiritum sanctum esse unum Deum, servata tamen distinctione personarum. Hoc enim est eis conflatus Deus quum dicitur esse unus et tres. Haec res me plurimum, et alios quoque, commovit. Et ab illo tempore coepit haec quaestio ventilari passim, ita quod * nobilitas minoris Poloniae coacta sit propter pacificandos istos motus synodum generalem indicere. Ac ut penitus res pervestigari possit, utrinque delecti sunt sex ministri qui Baliciis, [6]) praesidente castellano *Biecensi* et capitaneo *Maryenburgensi*, ante synodum generalem debebant vel concordiam

3875. 1) *Haec inscriptio ex ipso Codice desumpta est.*
2) *Matthias Albinus v. d. m. Ivanowicziae prope Cracoviam a.* 1565 *controversiam excitavit de baptismo quem nonnisi credentibus et poenitentibus administrandum esse dicebat.* (*Lub.* 176.)
3) *Stan. Myscovius* (*id.* 133).
4) *Io. Bonaro, arcis Cracoviensis magno procuratore.*
5) *Paulus, v. d. m. Cracoviensis* (*N.* 3857. 3865. 3866. *Lubien.* II. c. 7. *p.* 133).
6) *d.* 12. *Aug. Lub.* 142.

tentare, vel saltem capita doctrinae in quibus partes dissiderent diligenter notare. Quumque eo ventum est vidimus eos procul a nobis esse, ita quod* de pace cogitare frustraneum erat*.[7]) Haec melius ex actu Balicensi intelligeres, sed quia longus est ad describendum, capita tamen doctrinae quae proposuerunt describam.

Articuli 12 Blandratistarum.

Fundamentum est omnium errorum dicere quod pater, filius et spiritus sanctus sit unus Deus. Ex quo sequitur, in papatu et alias doctrinam de Deo esse erroneam. Hunc articulum etiam in literis ad Tigurinos per Seb. *Pechium*[8]) missis retroactis temporibus exposuerunt ubi dicunt: Neque, inquit, uspiam trinitas confusa unus Deus dicitur, aut tres isti ut sint unus. Non dubito quod haec bene notarunt illi viri docti.

2. Qui invocat Deum absolute, hoc est unum in trinitate, hic habet Deum conflatum, Deum Turcicum, sine filio.

3. Ubicunque Deus absolute in scripturis ponitur de patre est accipiendum, ut Deut. 6. Marci 12 Esaia 18 etc.

4. Pater, inquit, maior est eo quod pater est, hic vero filius. Item quia pater est potentia assistens et causa ei causae per quam sunt omnia, h. e. filii.

5. Ideo filius est mediator ad patrem tantum. Hunc articulum nos non impugnaremus si in eo sensu ut D. *Calvinus* accipit*, sed illi mediatorem filium ad patrem faciunt tanquam ad maiorem Deum qui est proprie Deus.

6. Pater mittit, mandat, donat filio: filius vero mittenti paret, mandanti obedit ex praecepto, accipit a donante. Haec mi D. *Treci*, possent in sensu admitti, si illi nebulones haec ad deiiciendum filium non torquerent, ut ita patris eminentiam approbarent.

7. Spiritus sanctus procedit a patre et filio seu per filium ut, inquiunt, doctores graeci dicunt. Ita iterum illam graecam opinionem et controversiam cum Latinis, quae fuit iam sepulta, excitant. Videtur enim eorum sententiae comprobandae servire aliquo modo.

8. Item pro peccato ducunt prius invocare spiritum sanctum quam patrem, imo non auditur quod spiritum sanctum invocent.

9. Pater est solus proprie creator, ideo locum illum Eccles.: Unus est creator altissimus, de solo patre interpretantur.

10. Ubi dicitur in oratione dominica: Pater noster, de patre est tantum accipiendum. Haec omnia ad comprobandum Arianismum ab eis dicuntur. Quanquam haec possent in suo sensu admitti.

11. Trinitas, personae, essentia, sunt papistica vocabula. Etiam Vilnae sunt eiecta. Et Georgius ille *Simanus*[9]) publice in concione Cracoviae trinitatis vocabulum exagitabat et plena bucca figmentum esse papisticum vocavit cum scandalo plurimorum.

12. Quicunque cum eis non sentiunt sunt Sabelliani. Et interrogati, de germanicis ecclesiis quidnam sentiant, dicunt: Nobis sine dubio subscriberent, sed eos pudet libros suos retractare.

Haec sunt fideliter conscripta. Et *Simanus Gonesii*[10]) doctrinam de trinitate ibidem Baliciis omnibus audientibus comprobavit. De istis rebus colloquium habitum est Baliciis. De pace frustra erat colloqui. *Simanus* enim publice clamabat se malle sutoriam potius exercere artem et quidvis perpeti quam eam puritatem deserere. Sed ut melius intelligant illi viri quid apud nostrates *Blandrata* in mea absentia effecerat, addam hic verba nostri *Luzinii* episcopi Moldaviae penes Despotam. Sunt autem descripta ex eius literis quas ad te dederat.[11]) Quae causa autem, inquit *Luzinius*, *Blandratae*, quae mihi nondum perspecta et cognita est, propter ipsius materiae difficultatem et propter loci distantiam quae me ab illis discrevit. Tamen quid effecerit apud nos, hoc scias, quod praeter *Sarnicium*, Iacobum *Sylvium*, *Albinum*, *Glicnerum*,[12]) omnes ministri iam qui* nosti ad partes *Blandratae* defecerunt. Et haec res *Sarnicium* coegit ministerium relinquere et abire, hactenus nescimus quo vel ad nos, vel in Italiam aut Galliam. Quid postea sequetur nescio. Post hunc actum Balicensem debebant ex mandato nobilitatis synodum generalem convocare, sed non convocaverunt praeter ministros aliquot, ubi schedam quandam[13]) conscripserunt quam nomine omnium ministrorum invulgarunt. Movit haec res plurimum ordinem equestrem. Nam praeter hoc quod a synodo sint semoti et exclusi, multos illa scheda continet hiatus et imposturas, quae a mediocriter versato in sacris scripturis bene poterant animadverti. Et ab eo

7) *Haec nimirum est hominis latinitas. Nos Poloni non curamus.*

8) *Bibliopola. N.* 3217. 3245. 3249.

9) *Hunc credimus esse eundem ac illum qui alibi Schomanus dicitur. Fuit is Ratiborensis Silesius, pastor Pinczoviae sub patrocinio Nic. Olesnicii, post in Xianz et Cracoviae* (*Sand. p.* 47. *Eius testamentum c. vitae ipsius historia ibi.* 191).

10) *Petri a Goniadz in Podlachia* (*Sand. p.* 40. *Lubien. p.* 111 *et passim*).

11) *Sequentia corrupta videntur.*

12) *qui postea suas partes egit Sendomiriae.*

13) *scil. Confessionem Pinczoviae editam.*

tempore *Lismaninus* cum suis coniuratis fidem et autoritatem apud maiorem partem equitum amisit.

Audivisti, optime *Treci*, de partibus adversariorum: restat ut etiam quid hic Deus per nos agat, quove in statu sint res nostrae, explicemus. Quamdiu illustris castellanus *Biecensis* vixit, habebant sane quod subtimescerent. Ita enim apud illum cum sua doctrina exosi erant, ut vocatis senioribus coetus Cracoviensis in magna corona hominum hanc doctrinam detestatus sit. Et omnino interdixit eis ne *Gregorius* vel publice vel privatim huius doctrinae mentionem ullam faceret: alioquin se occlusurum domum suam minabatur. Malo, inquit, hanc domum igni comburere et coelum fumo in testimonium omnibus replere quam huiuscemodi blasphemiam domi meae pati aut quoquo modo promovere. O divinum pectus hominis, et ingentem zelum pro gloria Dei, si Deus ei vitam ulterius protraxisset. Sed ita visum est patri misericordiarum eum evocare ex hac misera vita ad beatorum sedes. Iam securi erant adversarii et respirasse videbantur, sed Deus excitavit iterum alios viros heroicos quos eis obiecit velut Gorgoneum caput. Ex horum numero est Palatinus *Posnaniensis*, capitaneus noster *Maryenburgensis, Safranecius,*[14] *Sienicki* Nicolaus, castellanus *Osniecimensis* et omnes ecclesiae in ducatu Osniecimensi et Zatoriensi, qui xvi Octobris,[15] quum funus peragebatur *Boneri*, synodum Cracoviae in magna celebritate peragebant, pedibus et manibus inierunt in nostram sententiam, ita quod xii ministri in illa ipsa synodo confessioni nostrae subscripsere, quam eodem consilio, sicuti Genevae factum erat, hoc est, ut ita constaret quos pro nostris reputare deberemus et qui sunt a partibus Blandratistarum, conscripseramus. Ex nostris, inquam, sunt *Gilovius*,[16] Iacobus *Sylvius*, ego, *Albinus, Wisnievicius*[17] et alii plurimi, ita quod iam iustum coetum habeamus, in quo praecipui ex magnificis numerantur. Cives etiam praecipui, et ii doctiores, iam renunciaverunt *Gregorio*, ex quibus est D. *Iostus*, D. *Echlerus, Valerianus*, D. *Vidzan* et alii. Isti iam nec conciones *Gregorii* frequentant, nec sacramenta ab eo percipere volunt. Istorum omnium nomine missa est legatio ad *Lismaninum* et illum *Felicem*[18] infelicissimum, ne amplius sub titulo ecclesiarum minoris Poloniae homines tam extraneos quam domesticos deciperent, neve auderent synodos convocare et titulum sibi senioratus usurpare. *Gregorio* etiam huiusmodi est conditio oblata, ut vel omnino sibi ab hac doctrina temperaret, vel ne amplius in aedibus Bonerorum coetus fierent. *Gregorius* omnino, utpote sibi conscius, maluit conditionem illam de convocando coetu in illa domo commodissima reiicere, quam ab impia et blasphema contumeliosaque in Deum doctrina V. *Gentilis* resilire.

Vides, mi D. *Treci*, quomodo illam temeritatem et superbiam *Gregorii*, quam tu semper in eo observasti et coram me conquestus es, Deus punivit. Nonne habemus vivam imaginem et exemplum efficax ut qui se in familia Iesu Christi numerari velint in timore et omni submissione spiritus versentur, iuxta illud: Qui stat videat ne cadat. Iam omnino in hoc sunt omnes ut eum Cracovia eiiciant. Tantum agitur de alio ministro.

Sed quum superius confessionis mentionem feci, oportet me propter illos viros doctos hunc quoque scrupulum discutere. Nos non quaesivimus, dicas D. *Calvino* et D. *Bullingero*, novam confessionem, sed pro confessione nostra tria illa symbola, apostolicum nempe, Nicaenum et D. Athanasii accepimus, ac propter maiorem lucem, ne quis aliquas corruptelas adsuat, adiunximus illos xv articulos qui Tiguri novitiis, qui se ecclesiae illorum aggregare volunt, exhibentur. Ita enim D. *Bullingerus* nobis consuluit. Postmodum adiunximus confessionem peregrinarum ecclesiarum quam conscripserat D. Ioannes *a Lasko*. Tertio loco ponimus confessionem Genevensis ecclesiae, quam expressit D. Theodorus *Beza* in sua confessione statim ab initio, articulo primo. Ultimo loco apponimus sententiam confessionis Pinczoviensis, quam contra *Stancarum* promulgaveramus. Exstat impressa sed iam eam contemnunt. Postremo, ut omnibus constaret nos cum restitutis omnibus per Germaniam, Helvetiam et Sabaudiam ecclesiis hac in parte prorsus consentire, visum universo coetui ut publice omnes testarentur se in ea *Stancari* controversia cum D. Philippo *Melanchtone* et praedictis omnibus ecclesiis sentire. *Stancari* librum publice in foro comburi iussimus etc. In illa ipsa confessione manifeste detestati sumus nominatim doctrinam Valentini *Gentilis, Gribaldi, Gonesii, Alciati* et aliorum. *Stancari* etiam deliria ibi damnavimus. Haec confessio quum *Gregorio* proponeretur ut ei subscriberet, omnino noluit, sed dixit se firmiter sentire cum Ignatio illo, Irenaeo, Tertulliano. Plane enim easdem sententias in suam rem adducunt quas et Val. *Gentilis* et *Servetus*. Haec omnia designavit in hac pagella manu propria (nosti manum eius) descripta, quam tibi ob maiorem fidem mitto, et nota quid garriat de isto Ignatio.

Videant igitur illi viri pii et docti quid sibi deinceps de *Lismanino, Gregorio* et aliis eiusdem

---

14) *quem Lubien. p.* 133 *virum illustrem et magnanimum vocat.*

15) 1562.

16) *De eo adeas Lubien. p.* 143.

17) *s. Wisniovius ecclesiae Veliciensis minister.* (*Lub.* 141. *Salig* II. 652.)

18) *Crucigerum superintendentem ecclesiarum minoris Poloniae* (*Lub.* 133).

monetae hominibus polliceri debeant, et quomodo ipsorum literis deinceps credant. *Luthomirius*[19]) aperte dicit (habeo literas manu ipsius propria descriptas): Qui, inquit, dicit patrem filium et spiritum sanctum esse unum Deum, hic doctrinam satanicam habet. O vocem ex summa temeritate profectam, cum pari ignorantia coniunctam. Fac spem, optime *Treci*, illis viris quod Polonia Deo volente recordabitur societatis quam iniit cum illis ecclesiis. Modo ipsi amplius *Lismanini* et aliorum hanc sycophantiam, qua mirabiliter et hic et alias hominibus imponitur, non foveant sua conniventia. Certum est quod Polonia maior nobiscum est, ecclesiae in ducatu Zathoriensi et Osviecimensi, item in tractu Lublinensi Chelmensique excepto *Paclesio.*[20]) Hic etiam in vicinia Cracoviae omnes ministri nobiscum sunt, exceptis illis quos nominavi.

Felix *Cruciger* ille, ut hominem nosti, nescit quo pedem vertat. Inter neutrates reponi potest quanquam veneno non caret. Isti hic gloriantur de Bernardino *Ochino*, ac si eum suae impietatis fautorem deberent habere. Scimus quidem eos mentiri. Neque enim consentaneum videtur tantum hominem praesertim in hac ultima sua senecta, huiuscemodi deliriis contaminatum esse. Tamen ad convincenda eorum mendacia cura ut ab eo obtineas expostulatorias ad Lismaninum, ut tandem desinant eius aestimationem in iis regionibus violare. Ad quam rem utere opera D. *Petri Martyris*, cui me, obsecro, commendes velim. Hominem non novi, sed quum eius monumenta revolvo, apparet hominem esse talem qui cum quovis ex antiquioribus illis viris conferri debeat.

Literas et historiam actorum *Blandratae* hactenus nec a Palatino *Vilnensi* nec a *Lismanino* obtinere potuimus. Habemus quidem illa quae mihi Pataviae dederas, sed quia sunt absque sigillo et subscriptione ab illis facile contemnuntur. Obsecro igitur te, si adhuc istic es, si iam discessisti rogamus D. *Calvinum* et D. *Bullingerum*, ut absque mora curent nobis tam literas quam historiam actorum *Blandratae*, aliaque quae erant tradita illi Martino *Czechovitio*[21]), nuncio Palatini *Vilnensis*, cum subscriptionibus et sigillis publicis transmitti. Ita agunt nobiscum adversarii: quidquid volunt sub nomine ecclesiae ad illas ecclesias scribunt, et postea responsorias supprimunt nec publicant. Imo vero omnes eos qui huiuscemodi innovationibus ipsorum non favent, a concilio excludunt, et quid non? Novisti enim practicas *Lismanini* bene. Factio *Blandratica* semper mihi insidiatur, et quocunque vertunt pedem, non nisi de me et D. *Calvino* garriunt, blaterant et mentiuntur. Ac ego quidem non ita de viris hic praecipuis meritus sum, ut me aliquis ex animis illorum tam facile excutiat: tamen bonum esset me aliquo modo ornari per literas ab illis viris piis et doctissimis. Praecipue vero optarem in literis ad Despotam Palatinum *Valachiae.*[22]) Spargitur hic fama, eos cogitare quod si in angustias redacti fuerint (ut quidem nos certo speramus) quod ad Despotam, tanquam ad asylum transfugere velint. Quare et ad Despotam literas impetrabis in quibus mei et tui mentio fiat. Optarem etiam impetrari literas ad D. Stanislaum *Ostrorogum.*[23]) Praecipue vero ad Capitaneum nostrum,[24]) qui plane excelso et Samsonico animo progreditur in ea causa, et nisi ille vir divina bonitate nobis obtigisset, ego existimo quod actum esset de patria nostra. Ideo optarem eum scripto aliquo publice ornari, vel ut librum aliquem ei dedicent. Haec tuae prudentiae committo. Sic ad D. *Safraniecz* etiam impetrabis literas, item ad D. *Cikovium.* D. *Bullingerus*, obsecro, scribat: multum enim ei tribuit. Denique D. *Zuparium* etiam opus est suis confirment literis. In his epistolis ut diligentia tua appareat, operam dato etc.

Consensus catholicus tam primitivae quam recentioris ecclesiae cui se tota ecclesia Dei Zatoriensis et Oswieczimensis ducatus in sua particulari synodo Cracoviae xvi Oct. A. D. 1562 celebrata fideliter adiungit. Cui etiam alii viri honesti, quorum inferius nomina exstant, subscripserunt.

Quum videamus passim vagari in istis regionibus homines turbulentos et penetrare domos fidelium, eosque a cultu Dei vero semel in ecclesia Dei recepto avertere, confessionem fidei orthodoxam, voces usitatas, seu modos loquendi rituales, ut D. Athanasius vocat, ad explicandum ministerium trinitatis

19) *Stan. Lutomirski tractus Pinczoviensis senior, vir egregiae nobilitatis.* (*Lub.* 133. *Sand.* 42.)

20) *Stanislaus Paclesius pastor Lublinensis fuit.* (*Sand. p.* 53.)

21) M. Czechovicius Polonus vel Lithuanus praeceptor et minister eccl. Vilnensis post pastor in Cuiavia et tandem Lublini. Vixit adhuc a. 1608. Opinione de trinitate reiecta Christi praexistentiam sec. Gonesii placita propugnavit, verum c. 1570 Racoviensium et Socini sententiam amplexus est. Novum Test. e graeco in polonicum transtulit c. annott. 1577. 4. (*Sand.* 50. *Lubien.* 170.)

22) *Lubien.* 153: Hist. de Iacobo Heraclide Basilico Despota principe Valachiae qui in Polonia degens et veritatem christianam amplexus a Lasco Lasocio et Philippovio principatui avito restitutus a subiectis 1567 interemptus est.

23) N. 3121. *Salig* II. 585. 667.

24) *Myscovium, v. supra.*

pie observandos immutare ac reiicere, et contra figmentis suis ac deliriis Arianicis imbuere: necesse est omnino nos non esse mutos canes, nisi velimus esse proditores ecclesiae Christi Domini. Ad excludenda ergo et damnanda omnia deliria et vanas speculationes istarum furiarum, confitemur alta voce et praedicamus, nos nihil prorsus velle in puritate doctrinae innovare, verum semel receptam confessionem, sicuti ab initio sumus in consortium filii Dei vocati, tueri ac defendere. Novimus enim tales mutationes ex spiritu Dei non esse, sed ex spiritu vertiginis. Nos per Dei gratiam in hoc articulo adorandae trinitatis nolumus deserere ecclesias sanctas, Germaniam, Helvetiam, Sabaudiam, Angliam, Galliam, Bohemiam et maiorem Poloniam inhabitantes, per quas propagare lucem verbi Dei in hac ultima senecta mundi consilium Dei fuit: cum quibus arctissimam unionem coluimus et semper colere decrevimus, furoribus autem istorum tanquam clypeum opponimus confessiones ex verbo Dei depromptas quae sic eo ordine recitabuntur.

Symbolum apostolicum: credo in unum Deum etc.[25])

Symbolum Constantinopolitanum in quo recitatur fides Nicaena: Credo etc.

Symbolum Athanasii: Quicunque etc. — Et in hoc symbolo continetur perspicua expositio symboli apostolici, unde Lutherus propugnaculum fidei apostolicae vocavit. Et qui non tenent hoc ipsum symbolum frustra gloriantur de symbolo apostolico.

Articuli qui Tiguri exhibentur omnibus noviter volentibus se adiungere ecclesiae: 1. Deus unus est natura et essentia etc.[26])

Ex reformatione ecclesiarum peregrinarum in Anglia quam conscripsit D. Ioannes *a Lasco*, iuxta quam inaugurantur omnes ministri in minori Polonia: *Interrogatio*: Credis igitur et patrem et filium et spiritum sanctum esse unum vivum atque aeternum Deum? *Respons.* Credo omnino, ita tamen ut in una atque eadem divinitatis haenade[27]) distinctionem prorsus trium personarum etiam discrimen agnoscam, iuxta quod videlicet in nomen et patris et filii et spiritus sancti baptizamur. *Interrog.* Quomodo vero in una eademque trinitatis exsistentia trinitas personarum agnosci potest? *Respons.* Quum scriptura expresse testatur Deut. vi. Marci xii. Esaiae xviii. unum duntaxat esse Deum, qui hanc gloriam nulli extra se alteri dari vult, et hanc ipsam unius Dei gloriam eadem scriptura etiam tribuat Deo et patri et filio et spiritui sancto. Ergo reducto in captivitatem omni rationis meae iudicio iuxta scripturas certo et indubitanter credo quod sit revera unus duntaxat, iuxta suam divinam exsistentiam, et trinus nihilominus iuxta personarum distinctionem Deus, nempe pater, filius et spiritus sanctus.

Confessio *Bezae* de trinitate Art. 1. Deum unum esse. Credimus unam esse divinam essentiam, quam Deum appellamus, non eo tantum quia rerum naturalium contemplatio et aspectus id nos docet, sed multo magis quoniam scriptura sacra nobis eius rei testis est. — Art. 2. Unum Deum tribus personis non dividi sed distingui. Scriptura sacra perspicue nos docet hanc divinam essentiam in tres personas vere esse distinctam, nempe patrem, filium, spiritum sanctum. Quae tres personae sunt unus Deus, aeternus, infinitus, et in se ipso perfectissimus. Suntque hae personae consubstantiales et coaeternae, absque ulla proprietatum aut relationum confusione. Itemque absque ulla inter se imparitate sive inaequalitate, sicut diffinit ecclesia ex Dei verbo contra Sabellium, Samosatenum, Arrium, Nestorium, Marcionem, Eutychetem, et reliquos eiusmodi haereticos, quorum furores toto corde exsecramur.

Ex confessione Pinczoviae a. 1561 impressa quam conscripserat D. *a Lasco* sub mortem suam et omnium tam nobilium quam ministrorum nomine invulgaverat: Postremo autem ut omnibus constare posset, nos cum restitutis omnibus per Germaniam, Helvetiam, Sabaudiam ecclesiis hac in parte prorsus consentire, visum universo coetui ut publice omnes testarentur se in ea *Stancari* controversia, cum D. *Melanchtone* et praedictis omnibus ecclesiis sentire, *Stancari* vero doctrinam eo loco a nobis haberi, quo loco ipse nostram haberet, idque ut palam fieret, exemplaria exordii illius famosi collecta pro templi foribus, redditis causis, in medio universi coetus exussimus, atque ita demum invocato Dei nomine et actis pro successu colloquii gratiis coetus in pace dissolutus est. In summa detestamur tam novas quam veteres haereses, et nominatim damnamus *Serveti*, *Gribaldi*, *Gonesii*, de trinitate, et Valentini *Gentilis* totam doctrinam: item Sabellii, *Stancari*. Paulum *Alciatum* et alios eiusdem monetae phanaticos detestamur.

25) *In singulis formulis plura verba descripta hic leguntur quam nos transscribenda duximus.*
26) Vide hos articulos in MSS. meis ad a. 1574. *Simler.*
27) *sic.*

3876.

LE SENAT DE GENÈVE A VIRET.

On le presse de revenir à son poste.[1])

3876 1) *Saepissime hoc anno de eius reditu in senatu actum fuit v. Reg. Sept.* 4. 10. *Nov.* 10. 15. 26. *et quae in annalibus passim occurrent. Cf. etiam N.* 3809. 3813.

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie.)

Proveu que le plus long terme qu'eusse demande leglise de Lyon est desia expire et que les choses ne vont pas si mal Dieu mercy que vostre [*presence*] y soyt fort requise mesmes quilz ne sont pas depourveus de gens, nous avons advise vous exorter par la presente de retourner jcy le plus tost quil vous sera possible. Car comme nous avons mieux ayme en leur necessite destre prives de vous, combien que ce ne fust pas sans regret, que de ne point secourir ceux desquelz le salut nous estoit pour recommande Aussi comme bien raison quilz ayent esgard a ce que nous ne demeurions pas tousiours deproveus. Vous scaves davantage comme nous avons este contraintz de renvoyer encor Monsieur *de beze* Ainsi jl y a desia passe longtemps que voz freres ont este charges plus que dordinaire nous vous prions doncques de remonstrer cecy a leglise de Lyon et ayant pris honeste conge vous mettre en chemin a ce que nous puissions jouyr de vous a nostre tour Ce quattendans nous prierons Dieu vous maintenir en sa saincte garde. Donne ce xij de novembre 1562.

3877.

PAULUS MINISTRIS TURICENSIBUS.

Stancarum notat et illis castigandum tradit, ipse tamen pro puritate doctrinae ex verbo Dei derivandae adeo ambigue loquitur et scholasticorum placita perhorrescit ut facile perspicias quid in mente habeat. 1)

(Exemplar authenticum cum subscriptione autographa exstat in Arch. Turic. Plut. VI. Vol 168, olim Scrin. C. Epp. Tom. 25 fol. 179; aliud manu I. Wolphii scriptum ibidem Vol. 116, olim Epp. Tom. IX. fol. 3601. — Simler. Vol. 105.)

Clarissimis viris D. Petro Martyri, Heinrycho Bullingero, Bernardino Ochino, ministris Christi fidelibus Tiguri fratribus in Domino colendis.

S. in Domino. Paulo ante tum publico nomine tum privato ad vos, fratres in Domino venerandi, literas dederam, quibus de Stancaricis turbis hic motis significavi, quin et libellum *Stancari* 2) misi, ex quo ipsi diiudicare potestis eum nihil aliud spirare quam Sabellium Iudaeum de trinitate et Nestorium de mediatore. Plerique sunt qui eum de trinitate errare non agnoscunt, quin cum illo sentiunt: de mediatore vere volunt videri nobiscum pie sentire, verum hoc non vident, dementati eius praestigiis, ut qui cum illo unum caput amplectuntur reliqua quoque communia habere 3) Accedit quod se vestro nomine tuentur et *Stancarum* vestro pallio tectum introducere annituntur, atque ita plerosque decipiunt miseros. Vestrum ergo erit ut *Stancarum* procul a se 4) depellatis, eius Sabellianismum detegatis, et eos qui vos veluti auroram prodeuntem intuentur sublevetis, ne in eius casses incidant et illaqueantur. * Quidam etiam se contra nos sub vestro nomine armant, ut sanguinem nostrum fundant: vestrum omnino, quantum in vobis est, haec sedare, et quidem propere, ne sit mora multis bonis piisque noxia. Non dico ut sine bona deliberatione respondeatur, sed ne quid vos retineat ullus respectus hominum, vel gloria, vel aliquid tale, quod nos saepe a bono avertere solet. Scio a plerisque erratum esse in explicatione locorum multorum scripturae quos pro se isti *Stancari* discipuli trahunt. Sed nos meminerimus esse homines, solos prophetas, Christum, apostolos, sine omni exceptione coelestem et verissimam doctrinam habere, alios errare posse qui ab hoc fundamento recedunt. Quare etiam retractare non pigeat nec pudeat, si quid erratum est. Pluris sit nobis veritas Dei et gloria quam nostra fama, quae quoque nulla est, ubi Deus suum honorem non habet. Quod si etiam aliquos pudebit retractare sua, neque homines agnosci velint, non dubitent retractaturos esse alios, quemadmodum nos quoque scholasticorum nugas pedibus conculcavimus et patrum multa deliria abiecimus, cum eorum rubore transsubstantiationes cum aliis commentis ad inferos detrusimus. Hoc agent certe et alii in nostris scriptis, quae nos non expunxerimus vel notaverimus. Sunt certe multa in articulo de trinitate quae a sophistis et scholasticis recepta detinentur et defenduntur. Miror nobis non sufficere verbum Dei in articulo vitae aeternae, quum in omnibus aliis articulis sufficiat, verbo Dei solos* nos contentos dicimus, omnia in illo esse, nullo nos alio indigere. Interea nescio quid non arripimus ex scholasticorum doctrina, ut lucem apertissimam verbi Dei obtenebremus. Hic Deum essentialiter accipi, hic personaliter, et similia. Annon unus Deus est nobis, pater Domini nostri Iesu Christi? Annon unus filius Dei, i. e. Deus verus ex Deo vero, ut etiam filius hominis i. e. verus homo ex homine vero? Annon unus spiritus sanctus, qui utriusque spiritus est et Deus verus? — — — —

3877. 1) *cf. N.* 3857.
2) *N.* 3848. 3865.

3) *sic uterque codex. Simlerus emendat:* habeant. *Male. Error in particula:* ut *est.*
4) *ita iidem. Simlerus ex conj.* vobis.

Sed iam nolo plura, postquam vobis meum breve scriptum mitto quo refuto *Stancarum*.[5]) Illud indicio vestro submitto, ita ut si quid melius ex verbo Dei proferatis, et me errantem revincatis verbo Dei, libenter sim cessurus vobis fratribus et patribus in Domino, per quos ad nos Dominus lucem veritatis suae transmisit. Interea moneo et hortor ut hic solius Dei gloriam intueamini, verbi Dei simplicitatem et puritatem, non hic intueamini quid aliqui scripserint et quam multa eos retractare oporteat. Humana sunt ista et non gloriae Dei sed hominum servientia. Non intueamini hostes, turbas. Ruat mundus, modo Dei sit gloria et filii Dei veritas quam tuemur. Pretiosior esse nobis debet unus apex verbi Dei quam totius mundi pax aut perditio. Per nomen Iesu Christi filii Dei vos obtestor, ne quid hic celetis, ne quid ambigue respondeatis: veritas sit nuda. Quod si vero vos ferre veritati testimonium detrectaveritis, aut obliquum tuleritis, dabit Dominus eos qui eius veritati subscribent. Vos vero cavete ne, qui nunc estis primi, postremi sitis, ne dissipet vos Dominus et nomen sanctum suum obliteret inter vos, et in opprobrium vos statuat gentibus, quod fecit antea Iudaeis, postea papistis et aliis. Iam hoc celari non potest vel contegi ullo modo: veritas iam, et quidem nuda, ab omnibus quaeritur. Iam spectat res ad dissidia et sanguinem. Cavete ne ullius sanguinis fundendi, confirmando adversarios veritatis, sitis rei: sanguis enim fusus clamabit in coelos.

Valete, fratres in Domino honorandi. Quae scribo, Deus testis est, ex vestri studio et observantia facio. Amo enim vos, revereor, admiror: si quid plus liceret, facerem. Quare nihil de me suspicemini sinistri, rogo. Omnia enim quae intus sunt descripsi et nunc et ante, et nihil hic prae oculis habeo quam Dei gloriam. Dominus vobis benedicat, vos servet in gloriam suam et fortiores indies reddat veritati suae defendendae. Amen. Cracoviae 17. Novembris Anno 1562.

Frater in Domino totus ex animo
Gregorius Paulus
minister Cracoviensis.

---

5) *Sandius* p. 43 *laudat Epistolam ad Bullingerum in qua sententiam suam de praerogativa Dei patris contra Stancarum proponit* 1562, *et quidem manu scriptam, ita ut de hac nostra cogitandum esse vero simillimum sit.*

3878.

SARNICIUS BULLINGERO.

Denuo queritur de Antitrinitariis, Trecium in Poloniam revocat, literas ad proceres scribendas flagitat, Gregorii Pauli schedam transmittit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Seria O. Epp. Tom. 25, fol. 173. — Simler Vol. 105.)

Doctrina et pietate praestantissimo viro Henrycho Bullingero, fidelissimo et constantissimo veri cultus Dei apud Tigurinos instauratori domino et fratri mihi reverenter colendo.
cito, cito, cito, fideliter.

Gratiam et pacem per Iesum Christum et salutem plurimam. Misi, credo, binas literas superioribus ad te, vir clarissime, quibus curavi omnia quae hic aguntur vobis describere. Quae si sunt ad te perlatae, non dubito vos omnia exacte intellexisse, et quibus itineribus diabolus ad expugnandam ecclesiam progrediatur facile videre potuisse. Si autem sunt suppressae, opera istorum novorum apostolorum id factum esse arbitror. Sunt enim mirabiles dolobellae,* et nihil absque dolis agitur. Quo autem certiores sitis, ea quae ad *Trecium* scripsi ita se habere, mitto iam nunc hanc schedam, in qua omnia evomuit *Gregorius* et evulgavit. Dico autem eum omnia evulgasse ea quae ex re ipsorum, hoc praesertim tempore, evulganda et in vulgus spargenda putarunt. Nam eorum quae in sinu suo occultant monstrorum nullus est finis. Per nomen Dei rogamus et obtestamur, ut *Trecius* quam primum ad nos redeat, sed instructus a vobis: cui etiam literas ad eos viros, qui sunt hic alicuius momenti tradite. Sed quia retroactis temporibus de omnibus istis rebus diffuse satis et luculenter perscripsimus, proinde nunc pluribus persequi non video esse operae pretium. Oro autem Dominum Deum ut vos sanos et incolumes in gloriam nominis sui sanctissimi conservet. Datum Cracoviae 19. Novembris anno Domini 1562.

Stanislas Sarnicius
verbi Dei minister deditissimus frater.

3879.

BULLINGERUS CALVINO.

Vermilii mors, Brentii commenta, Tridentinorum consilia secreta, Rotomagus capta, Calvini dubia valetudo, omnia tristia et minis plena.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 477. — Simler Vol. 106.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori domino meo colendo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Fama, opinor, attulit ad vos virum sanctissimum et doctissimum *Martyrem* nostrum migrasse ad Dominum. [1]) Sum alias moeroribus tantum non confectus, et tamen doloribus meis hic omnium maximus accidit et opprimit fere. Fuit hic vir incomparabilis et mortalium mihi carissimus. Iacturam in eo fecit non modo nostra sed universalis ecclesia irreparabilem prope. Multa ille mecum contulit dum decumberet. Vix viii dies decubuit. [2]) Morbus oppresserat ipsum mox ab initio: sed animo fuit intrepido, fide sincerissima et robustissima. Sedens in sella migravit Novembris 12 hora pomeridiana tertia aut paulo post. Doluit ei quod *Brentio* respondere non potuit, sed hanc quoque rem commisit Domino. [3])

Ego pergo illi respondere prout possum. [4]) Vellem etiam alios viros bonos se foedis eius opponere erroribus. Negat coelum esse locum, contendit esse ubique. Affirmat Christum in ipsa conceptione fuisse mox glorificatum, ac Christi corpus gloria sic evectum supra creaturam ut iam non sit in ullo loco, sed simul ubique, perinde ut divinitas. Ad *Schuenckfeldii* dogma prorsus accedit. Comminiscitur mirificas regulas, quum torquet scripturas, et humanitatem Christi non minus obscurat quam *Servetus* divinitatem. Dominus misereatur eius et reddat ei oculos.

Vicini nostri mira cum patribus Tridentinis consilia tractant. Aiunt et *Lotharingium* venisse Tridentum. [5]) Dubium non est quin arma nobis inferenda sint quam primum conclusum fuerit in concilio, nisi malimus decreta istius adorare. Vehementiores et celeriores erunt si adversa pars vicerit in Gallia. Magno cum dolore audimus Rothomagum esse captum [6]) et tantam editam stragem piorum. Mirantur omnes quid Angli faciant et Germani. Vana est spes quae figitur in hominibus. Speremus in Dominum et indefessis precibus petamus auxilium eius. Utut suos sinat opprimi, aderit tamen nobis in tempore.

Diu nullas a tua humanitate literas accepi. Quae tu non scribis de rebus gallicis nescio. Apud nos duntaxat sparguntur funesta, maxime a vicinis quinquepagicis, qui iactant se subinde literas accipere de suorum victoriis. Ego semper meliora spero et certa a te audire cupio. Utinam nobis restitutus sis, ne tua morte moerorem nobis conduplices et intolerabilem reddas. Vale cum omnibus piis, cum *Ionvillaeo, Budaeo* et caeteris. Ubi est *Beza* noster? [7]) Dominus protegat illum et benedicat ei. Tiguri 22. Novembris 1562. Heri completus est annus quo *Martyr* noster rediit ex Gallia. Salutant te fratres. Orate pro nobis. Non relegi.

Tuus Bullingerus.

3879. 1) *Iam inde a reditu ex Gallia stomacho laborabat. Nonis Nov. vero subito epidemia quadam tum Turici grassante correptus statim supremum diem approquinquantem sensit et a. d. III. Id. testamentum condidit. Natus erat a. d. VI. Id. Sept.* 1500. *Superstes ei fuit vidua, cui nata est filia posthuma prid. Non. Mart.* 1563. *Bibliothecam et manuscripta sua amico suo Santerentiano testamento tradita a.* 1565 *Genevensis magistratus redemit. Cf. Senebier hist. litt. de G.* I. 60; *Besae Icones* 1580 *p.* 11; *Schmidt. Verm.* 289. *Ios. Simler, oratio de vita et obitu D. P. Martyris. Tur.* 1562. 4*:* Fuit iam ante valetudine tenui et infirma, quum ob affectam iam aetatem, tum quod curae et sollicitudines variae, et praesertim magni dolores quos ex afflicto statu eccl. Gallicae accipiebat, vires eius sensim consumerent . . . . Oculos morienti compressit Bullingerus eumque sepulcrali veste induit et amicus homini amicissimo ultimum hoc pietatis officium praestitit.

2) *Sic omnino legendum. Siglum numeri quum ipsi Bullingero difficile lectu videretur etiam per literas;* octo *adscripsit. Duplicem numerum non intelligens Simlerus scripsit:* ante octo.

3) Et huic quidam se libenter et ex animo ignoscere dicebat, optasse tamen, si ita Deo visum fuisset, illi respondere, quum infirmiorum causa, tum ut falsissimas contra se calumnias refutaret (*Simler*).

4) *N.* 3865.

5) *Idibus Nov. advenit cum* 40 *episcopis et doctoribus et ad portas urbis obvios habuit legatos papae et principum* (*Thuan.* III. 265.)

6) *N.* 3872.

7) *Argentoratum ierat ad Andelotum et cum eo Baccaratum, postea Aureliam postr. Non. Nov.* (*Hist. eccl.* 186) *ubi de tristi fato Rotomagi certiores facti sunt. Quae deinceps evenerunt leges ab ipso Calvino scripta infra ad* 14. *Dec. et ap. Baum.* II. 669 *ss.*

3880.

CASTELLIO INCERTO.[1]

De persequutione haereticorum sententiam suam a sueta praxi alienam exponit.

(Illustrium et clarorum virorum epistolae selectiores vel a Belgis vel ad Belgas scriptae ed. Bertius. L. B. 1617. 8. Centuria prior N. 70. p. 364.)

Sebastianus Castellio N. amico Belgae S.

Quod istic sic passim saevitur in Anabaptistas doleo et persequutoribus sanam mentem opto, non quod erroribus faveam Anabaptistarum, sed quod et ipsi persequutores et erroribus non minus, credo, gravioribus et sceleribus laborant gravissimis: et si neutrum esset et caetera abessent, vel hic error et hoc scelus esset quovis Anabaptistarum errore gravius quod homines ob religionem interficiunt et putant interficiendos. Nam omnino hic persequutionis spiritus alienus est a Christi spiritu, et qui eo impelluntur nesciunt cuius sint spiritus. Et tu frater cave, per Deum te quaeso, cave ne te vel imprudens ulla persequutionis societate contamines. Non ego de sententia tua loquor quam ab istis persequutionibus abhorrere mihi persuasum est: sed de eventu qui vel invito te consequitur tuas cum Anabaptistis disputationes. Audivi enim eos a te in gratiam Principis advocato refelli, deinde quum refutati tamen in sententia perseverent puniri. Si ita est malim te in ipsis principum erroribus et peccatis castigandis et refellendis occupari, quibus eos scatere non ignoras, eisque hoc primum omnium persuadere, non esse homines ob religionem interficiendos. Ita demum liceret nullo Anabaptistarum (non dicam enim principum) periculo disputare. Nunc dum principibus illo errore infectis refellis Anabaptistas, idque ab ipsis principibus advocatus, ut quos volens refellis iisdem nolens noceas neque ipsis principibus quidquam prosis (neque enim redduntur profecto tua de alienis erroribus disputatione meliores, sed duntaxat in suo iniusto facto, ne quid dicam asperius, confirmatiores) sanctius esset Deoque acceptius te tuo periculo principibus refellendis operam dare, quam ex tuto disputantem miserorum miseriam augere. Neque vero errores refellendos esse nego, sed sic refellendos non iudico.

Haec a me benevole amiceque dici non dubitas. Movet me et illorum miseria et tuum periculum. Scis quid saepe audiente me dixeris: Ne nos inducas in tentationem. Callidus est Satan et paulatim trahit quoscunque potest in societatem sanguinis a qua nos ita procul abesse debemus ut vel a veste abhorreamus sanguine polluta. Denique ut officii nostri quid sit sciamus, sic cogitemus: Quid faceret Iesus si hic esset? Et statim responsum in animis nostris audiemus.

De Gallia nihil nisi meros furores audimus. Rhotomagum captum esse fama est et utrinque cecidisse plurimos, et expugnata urbe ita esse saevitum in oppidanos, ut matres quo hostium manus evitarent, seque suosque natos in flumen demergerent. Denique tota Gallia nihil miserius cogitari potest. Vae autoribus, vae sanguinariis, vae incendiariis et principum instigatoribus. Hi sunt fructus doctrinae de persequendis haereticis. Amarunt sanguinem, et sanguinem, o iuste iudex coelestis, eis dedisti.

Sed finem faciam, nam nihil proficio: tantum iustissimum meum dolorem in fidelissimi optimique amici sinum effundo. xxiii. Novembr. MDLXII.

Seb. Castellio.

3880. 1) *amico Belgae ut habet impressum.*

3881.

VATELLUS CALVINO.

Mombelgardensia.[1]

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 198.)

[*P*]io et erudito viro fidelique Christi servo D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori vigilantissimo patri meo in Domino carissimo ac venerando.

S. P. Pater in Christo carissime et venerande. Quod noti tibi veritatis hostes adversus sanam et orthodoxam de aeterna Dei praedestinatione doctrinam[2]) cuniculis et fraudulentis artibus ac technis in hac ecclesia antehac struebant ac moliebantur, id ipsum iidem illi hodierno die omni pudore deposito aperto marte struunt ac moliuntur. Istorum enim os tandem aliquando ex abundantia cordis sic est loquutum ut insidiae omnes pateant et diu occultatum ὑποκρίσεως virus ante omnium oculos allatum sit et statutum. Obstupui certe initio non minus quam si cornua e capite meo nata essent. Nunquam enim putassem hypocritarum rabiem eo evasuram impu-

3881. 1) *cf. N.* 3853.
2) *Haec quoque ostendunt comitatum Monsbelgardensem ad Lutheranismum pertrahere tutoribus principis propositum fuisse.*

dentiae ut tam aperte saevirent. Sed tamen Deo volenti ita accidit. Dictitant quidem suo more se insciis omnia gesta esse, ut se culpa carere vulgi auribus persuadeant. Sed surdis (quod aiunt) fabulam canunt. Nam *Tossanum* huius tragoediae choragum esse iam est in ore omni populo.[3])

Mitto ad te tumultuariam apologiam supremo senatui a me exhibitam in qua legere poteris totius tragici impetus doctrinae causa in me facti progressum et ordinem. Mitto etiam farraginem quae hinc in Germaniam composito missa et e Germania huc remissa veluti fecialis bellum indicens fuit. Statim autem atque in medium prodiit, apertas insidias mihi strui, et in ministerii mei abdicationem ex professo incumbi subolfeci. Nam sciebam farraginem illam sex circiter abhinc annis,[4]) quum adhuc fiebam consiliorum *Tossani* particeps, in eum finem collectam et conscriptam fuisse, ut ministris omnibus, tanquam e Germania missa, approbanda et subsignanda proponeretur, ut, si eam approbarent et subsignarent, fraenarentur et os tantum semiapertum haberent: sin minus, abigerentur. Ego decipulum ignorantiae meae tempore saepius manu mea descripsi et probavi. Errabam, fateor. Quid vero? Tandem erroris mei poenas merito dedi. Nam aucupes negotium mihi facessere studentes illud idem decipulum, ut me si possent caperent, mihi tetenderunt, atque ita perplexum et anxium aliquamdiu reddiderunt. Laus tamen sit Domino Deo, qui non passus est adhuc me capi, ut ex illa mea apologia discere licebit.

Mitto insuper ad farraginem illam meam extemporaneam responsionem, qua praesertim significo me non passurum fraenum mihi iniici, quasi histrionum more id tantum loqui debeam apud populum quod in aurem mihi ab homine aliquo infundetur. Nolui cum *Luthero*, *Melanthone* et aliis manum conserere, sed ad prudentiae tuae exemplum me componens, quod de *Melanthone* in praefatione in locos illius communes scripsisti,[5]) id de omnibus pluraliter loquens scripsi.

Si quid interea egerim quod agendum non fuerat, aut non egerim quod fuerat agendum, denique si tacenda dixerim aut dicenda tacuerim, oro te ex animo ut illud mihi significes, quo mature et primo quoque tempore omni malo (si quod est) remedium adhibeatur. Ego hactenus tanta cum modestia et prudentia, divina opitulante gratia, veram eamque integram de praedestinationis doctrina veritatem proposui, ut satis demonstraverim, me nihil aliud quam Dei gloriam et ecclesiae aedificationem quaerere. Nam usum doctrinae semper addidi, et eiusdem utilitates potissimum quatuor, de quibus tu sub initium operis adversus Pighium et alibi, in medium adduxi. Unde factum arbitror ut in hac tragoedia nemo me de praedestinatione disserentem audire voluerit. Sed tamen scis rem mihi esse cum callidissimis hostibus (de iis loquor qui frigidam suffundunt, non de iudicibus). Itaque non dubito quin omnem moturi sint lapidem ut me si possint abigant. Nunc itaque vide, obsecro, mi pater, hoc si consequuti fuerint, quidnam agendum mihi erit: an protinus cedendum et hinc migrandum, an ad principes dominos tutores eorumque theologos provocandum. Ut quod in animo habeo vere et sine fuco aperiam, sic Dominus sua benignitate affectus meos temperat ut sim in utrumque paratus, seu remanere, seu migrare. Quod si utrum malim ex animo dicendum esset, faterer ingenue me cupidiorem esse migrandi quam remanendi. Si tamen provocando veritatis negotium et Dei gloriam promovere ecclesiaeque amplius prodesse possem, nullis laboribus aut sumptibus hoc unum praestandi gratia parcere vellem. Habes D. *Sulcerum*[6]) Basileae et alios in Germania amicos et nominis tui studiosos, qui hac in re aliquid fortasse possent efficere. Praefectus seu Ballivus noster, Pancratius *de Roust*, *Tossano* totus addictus, vir est simplex et meo quidem iudicio bonus, qui D. *Sulcerum* plurimi facit. Si itaque D. *Sulcerus* ad illum hoc de negotio scriberet, posset fortasse oculos homini aperire. Quod si semel contingeret, non dubito quin hic res omnes melius in posterum iturae essent atque hactenus. Ita quidem mihi videtur. Facies quod rectissimum esse iudicabis et quam optimum poteris consilium mihi dabis. Si ad D. *Sulcerum* scribere velles, commode id per hunc tabellarium nostrum facere posses. Nam eundem Basileam mitterem, sicque literas tuas primo quoque tempore reddendas curarem.

Aliud est in quo tuo quoque consilio egeo. Dubito enim quibus conditionibus debeam ad intermissum ministerii munus redire, si forte suspensio nulla declaretur rursusque verbum Dei et sacramenta administrandi potestas mihi fiat. Itaque doce me, obsecro, quanam ratione autoritas de meo illo ministerio detracta quam optime reponi poterit. Insuper vereor ne novum aliud decipulum mihi obtendatur, nempe *Brentii* catechismus, qui in linguam nostram magistratus iussu ab uno symmystarum

3) *Hunc tamen non purum putum Lutheranum fuisse ex eo patet quod munere abdicatus fuit a.* 1571 *quia Concordiae subscribere renuavit.*

4) *Ergo iam a.* 1556 *ante mortem Comitis Georgii munere suo fungebatur, scil. ab huius consiliis mediam quandam viam persequentibus non abhorrens.*

5) *in praefatione ad versionem gallicam* 1551.

6) *Vide sequentem.*

nostrorum conversus est ut excudatur.[7] Laudo quidem *Brentium* in apologia mea, et illius scripta me plurimi facere affirmo: et vere affirmo, nam plurimi illa facio. Nunc timeo ne meum de toto illius catechismo iudicium requiratur. Scio autem illum de ascensu Christi in coelum nobiscum non sentire. Ita enim in suo illo catechismo ait: Non est sentiendum quod Christus sic ascenderit in coelum ut commoretur in hoc externo et visibili coelo et habitet ibi localiter. Dicit enim Paulus Eph. 4: Ascendit super omnes coelos ut impleret omnia, videlicet tam supera quam infera. Haec ille, quae ubiquitatem statuunt. Ex te nunc scire velim rationem, si quam nosti, qua hinc salva mea conscientia me evolvere possim, repulsis et confusis si qua fieri potest captationibus.

Multi hic sunt symmystae mei qui idem mecum prorsus de omnibus doctrinae articulis et locis sentiunt,[8] qui tamen in oculis suis passi sunt me concuti, agitari, et tandem damnari, nec interea quisquam illorum vel mutire vel hiscere visus est. Nunc a me petunt quidnam agere debeant. Remitto illos ad suam conscientiam, nec de eo quod me deseruerint cum illis expostulo. Non desunt tamen qui illos perfidiae insimulent. Unde fit ut eosdem illos suae pusillanimitatis tandem aliquando pudeat ac poeniteat. Si consilium habes cuius ductu quod imprudentia et pusillanimitate peccarunt sarcire possint, rogo te ut illud nobis des. Sic enim corde compungi mihi videntur, ut illorum vicem non possim non dolere. Non equidem existimo illos diu tacituros, sed cuperem nihil ab illis attentari quod provisae et prospectae ecclesiae aedificationi non serviat.

5) *Il s'agit de Raimond Merlin. Mais il y a ici une difficulté qui est de nature à arrêter la critique. La présente lettre est datée du* 20. Janvier, *et d'après le Registre du Conseil Calvin n'a demandé le congé de Merlin que le* 22. Fevrier. *Le copiste auquel nous devons notre texte aurait-il commis une faute en transcrivant la date?*

6) *sic.*

Madame, apres vous avoir presenté mes tres humbles recommandations a vostre bonne grace, ie supplieray le Pere celeste vous tenir en sa saincte garde, vous gouverner par son Esprit en toute prudence, vous fortifier en vertu et constance, et accroistre vostre Maiesté en tout bien. Ce xx. de janvier 1563.

3905.

BEZA CALVINO.

Recentissima ex Gallia et quidem, si omnia perpenderis, minime infausta.

(Ex apographo Cod. Rhediger. Vrat. II. 179. — Gillet, Crato. II. 491.)

In tantis molestiis, quantas his tribus mensibus sustinuimus, vix quidquam mihi fuit hoc uno acerbius, quod itineribus interclusis neque te de rebus nostris certiorem facere nec de te quidquam audire potuerim. Sed ferendum fuit quod mutare nullo modo licuit ac ne nunc quidem licet, et confido te de mea tum voluntate tum diligentia nihil dubitare. Quinas tamen ad te dedi ex quo die certatum est [1]) et rerum omnium duplicem commentarium ad te misi. Sed quia certo scio unas et alteras fuisse interceptas, vereor ut idem reliquis acciderit. Dum comparo quae tum a nobis tum ab aliis undique ad nos adferuntur, videor coram iam cernere, quod [2]) iam inde ab initio mihi persuasi, Deum videlicet constituisse sua manu hostem conficere. Nam ut ea praetermittam quae proelium anteverterunt quaeque in ipsa pugna mirabiliter acciderunt, quis putasset futurum ut non modo non frangeretur voluntarius iste equitatus, [3]) sed etiam confirmaretur? Et ut nostri illi Atlantes, quibus secundum hominem nitimur, quamvis millies et mille artibus tentati atque adeo ne teruncio quidem tribus his mensibus accepto tamen fortissime perseverarent? Et his quam multa occurrunt quae scribam? Sed haec alias si volet Dominus. A Septentrione itidem laetissima omnia accepimus. Et sane ita opus erat. Ab oriente quoque et pecuniam et militem paratum habemus, si modo Lugdunenses non dubitent fidem suam interponere, quod non video cur detrectent, quum tot tantosque habeant coniunctos fideiussores. Nihil hic aeque vereor atque longam temporis moram, quum id ante mensem confectum oportuerit: neque hic ulla est vel in nobis vel in illis culpa, sed tabellariis interceptis aliter fieri non potuit. Necesse est autem ut tanto celerius res omnis administretur.

Interea Christus in Aquitania rursus emergit. Et in Picardia circumvolitant templorum praedones. Et ubi non? Ita fieri spero ut per occasionem Antichristus destruatur. Hoc quidem pessime nos habet quod militaris ista licentia satis cohiberi non possit, neque dubito quin Dominus pergat istam profanitatem severe ulcisci. Verum ut non possimus sicut volumus velificari, tamen certe in portum appellemus. Totus hic mensis datus est reficiendis copiis et vicinis oppidis expugnandis, quod satis feliciter successit in ipsis paene hostium oculis. Illi inferiorem fluvium [4]) tenent ad Alagdum et Balgenciaci [5]) rudera: nos vero superiorem obtinemus. Cras, favente Deo, omnibus impedimentis cum validissimo praesidio hic relictis quam maximis itineribus cum quatuor equitum millibus recta in N. [6]) progrediemur. Si urbem [7]) obsederit hostis optime speramus: si nos insequutus certamen non detrectarit (quod tamen apparet nunquam futurum) secundo pugnabitur et optimum speramus eventum. Hostis ubi vidit nostras copias contra spem non posse ullis artibus dissipari, iterum proposuit colloquium de pace. Princeps vero est fortis [8]) quamvis indigne tractetur. [9]) Captivus leo [10]) in vulpem

---

3905. 1) *d.* 19. *Dec. proelio Druidensi. Ex illis servatae sunt N.* 3887 *et* 3897.

2) qui *G.*

3) *Hist. eccl.* II. 250: L'Amiral, craignant que les Reitres à faute de payement ne fissent des retifs ou bien se laissas ent pratiquer, appliqua tout son entendement à leur persuader d'attendre l'argent d'Angleterre et perseverer cependant, ce qu'il obtint d'eux finalement, voire iusques à ce poinct que se fians entierement sur la loyauté et integrité notoire d'iceluy, ils firent nouveau serment entre ses mains, l'asseurans qu'ils feroient declarer *Chelmes*, c. à. d., meschans et infames, et livreroient entre ses mains ceux qui refuseroient le combat . . . . Pour contenter les plus necessiteux il fit delivrer quelques deniers es mains des commissaires Alemans pour les distribuer à ceux qu'ils ingeroient en avoir plus grand faute (*Cf. Popelinière* 1581. I. *fól.* 350 *v.*) *Ibid.* 257: L'Amiral avec toute sa cavalerie, hormis ce qu'il laissa pour la defense de la ville, partit d'Orleans (*pour la Normandie*) le 1. Fevrier, n'estant ceste troupe moindre que de 4000 chevaux refraischis et trop mieux equippés que le iour de la bataille (*de Dreux*).

4) *Ligerim.*

5) *Beaugency* (*Hist. eccl.* II. 250: Le duc de Guyse avoit desia passé du costé de B. en Soulongne). *Quod oppidum Alagdum dicat nescimus.*

6) *Normandiam. Colignaeus Cal. Febr. cum copiis eo profectus est.*

7) *Aureliam.*

8) *Vide potius quae dicit Calvinus N.* 3900.

9) *Mém. de Castelnau, éd. Le Laboureur p.* 131: Le Prince fut envoyé à Chasteau d'Onzain où il pratiqua de se sauver, ce que toutefois il ne put exécuter, et y en eut quelques uns pendus de ceux qui faisoient l'entreprise.

10) *Connestabilis.*

mutatus iurat se pacem facturum: at ego ne iurato quidem crediderim, nec video quid ab istis exspectari possit nisi ad extrema redactis. Spero te accepisse quae in Parisiensi obsidione ultro citroque sunt de pace agitata, me in nonnullis vehementer quidem sed frustra reclamante. Nunc opinor nos fortiores futuros, utinam ad extremum usque! Ista interea expeditionem nostram nihil remorabuntur, et puto me ipsam usque insulam [11]) multis de causis traiecturum. Memineris ergo per me non stare si minus saepe scripserim quam optem et quam tu cupias. *Navarra* fortissima est. *Ferraria* quidem praebet afflictis hospitium et ecclesiam servat, sed mulier est et quidem summi illius amici nostri socrus.

Rogo ut ampl. senatum et omnes collegas et amicos meo nomine plurimum et officiose salutes. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus te servet incolumem et faxit ut brevi compositis tantis tumultibus vestro conspectu fruar. Aurel. pridie Cal. Febr. Tibi privatim, mi *Calvine*, Davidem meum commendo.

Tuus Beza.

3906.

ZERKINTES CALVINO.

Ruinam regni Gallici praesagit Helvetiorum quoque secum tracturam. Qui non nisi metu vicinorum inter se pacem colunt, iisque oppressis in sua ipsorum viscera dextram convertent.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 104.)

A mon honnore seigneur et frere en nostre Seigneur Iehan Calvin ministre de Dieu et de son esglise de Geneve.

Quae de rebus Gallicis significasti fuere gratissima et tamen dum tuas exspecto literas aliunde ad nos perlata iis exceptis quae de consiliis *Admiraldi* scribis [1]) a nemini* ante hic scita neque a me cuiquam dicenda. Ex omni ista tragoedia colligere aliud non possum quam actum esse de monarchia regum Franciae, et hanc ruinam secum trahere vicina pleraque, (vereor non mea causa ne nos quoque Helvetios) intelligo. Sic enim mecum colligo, cladem regni Gallici ultionem esse divinam. Non partium quae armis alia occasione decertant, sed sanguinis humilium terrae toto orbe Galliae regum nimia dominandi libidine contra ius et fas temere fusi, idque nostro ministerio: et auxilio quorum nimium mercenaria opera perinde domino displicet, ut eorum qui nos conduxerunt insatiabilis cupiditas. Neque nobis satis est securitatis quod hac parte resipuimus. Conspurcamus enim hanc virtutem aliis offensis iram divinam provocantibus. Sed his accusationibus apud te non est opus qui es acerrimus censor morum nostri temporis vellesque resipiscentiam maturius esse inchoatam quae adhuc neglecta iacet. Cur Dei in nos iram metuam hoc quoque in causa est quod video nos, qui nomen Christo dedimus, tantum non apertis odiis prodere nostram malevolentiam, credo quod metu externi hostis latentes simultates occultare cogimur. Sed quam firma sit amicitia quae ab alieno metu pendet, ipse satis nosti. Spes nunc melior haud affulget. Misimus nuper Argentoratum nuncium sciscitaturi quid nunc Germania moliatur, et quomodo se ad istos Galliae motus componat. [2]) Sed retulit omnia languere, omnes sua curare. Utinam nos nostra quoque, hoc est, pacem et concordiam saltem inter nos, exiguos numero, totoque orbi in scopum ad quem collimet expositos, foveremus. Vale, pater ac frater in Domino colende, neque contaminari nostram amicitiam et caritatem rumoribus patiaris. Ego enim tibi eam servabo integram et inconcussam, etiamsi aliqua rationum et sententiarum diversitas nonnunquam aliud suaserit sed non persuaserit. Bernae Cal. Feb. 1563.

Tui observantissimus N. Zerchintes.

3907.

BULLINGERUS CALVINO.

Bezam salvum esse gaudet. De Cardinali ut rogatus fuit ad diversos scripsit. Sinistris rumoribus ex Gallia allatis fidem negat. Scribit nunc contra Brentium. Post-scriptum addit ad Ionvillaeum.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 451. — Simler. Vol. 106.)

---

11) *Angliam.*

3906. 1) *literae non exstant. De consiliis Admiraldi etiam ad Bullingerum scripsit* N. 3900.

2) *Principes Francofurti congregati Imperatorem permoverunt ut d. 15. Ian. 1563 ad Regem Galliae scriberet de tribus episcopatibus imperio reddendis.* (*Barthold* 477).

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo, domino meo colendo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Gratissimae fuerunt mihi tuae literae per *Trecium* missae et illae quas a discessu *Trecii* submisisti. [1]) Utinam brevi certo audiamus, conflictum illum posteriorem sine bonorum virorum iactura factum. Absumunt enim infelicia bella viros optimos qui in gubernatione et ecclesiae et reipublicae plurimum poterant praestare. Quam vero gaudeo *Besam* nostrum vivere et valere. Misere timui iam diu ne quid ei accidisset sinistri. Ac ea cura plurimum me torsit. Tu vero submissis eius literis desideratissimis omni me cura liberasti. Dominum oro ut ei benedicat. Te etiam oro ut ipsum meo nomine quam diligentissime, quum proxime scripseris, salutes, eique significes carissimum nostrum *Martyrem* (si nescit) migrasse ad Dominum ingenti cum dolore omnium nostrum. Curae mihi erit quod de *Lothar*. monuisti. Scripsi iam ea de re Augustam Vindelicorum et Curiam. Pro certo spargunt nunc in vicinia nostra: *Brissacum*, unum ex Guysiacis ducibus, fudisse insigni victoria Anglos, caesis minimum 5000. [2]) Ego vero longe meliora spero: maxime quum illi ipsi, qui huius rumoris autores sunt, alia quaedam misceant, quae narrationem ipsorum parum faciunt probabilem. Versor adhuc in scribenda responsione mea ad librum *Brentii* de maiestate Christi, contra *Martyrem* et me editum. [3]) Apud nos nihil est memoratu dignum. Optime fecisti qui admonueris Polonos fratres. Pro illo tuo labore gratias tibi ago et pro beneficiis *Tretio* propter meam commendationem praestitis. Versatur is iam in meis aedibus, vir bonus certe. Ama nos semper, care frater, et vale aeternum, domine colendissime. Tiguri 5. febr. 1563. Salutant te fratres.

Tuus Bullingerus.

Quamvis nihil respondeam literis tuis, carissime *Ionvillee*, gratissimae tamen illae fuerunt. Negotiis meis tu et *Crispinus*, quem meo nomine salutabis, tribuite, quod nihil respondeo. Totus sum vester. Quaeso, mittite ad me 5 vel 4 exempla Summae meae de vera religione italice impressae apud vos. Pretium indicate etc. Et si exstat quod respondi ad articulos Bavaricos.

3907. 1) *N.* 3900. *Posteriores non exstant.*
2) *Falsus rumor.*
3) *cf. N.* 3899.

3908.

VIRETUS MINISTRIS GENEVENSIBUS.

Prolixe scribit de suo reditu ad quem fortasse proximo vere sese accingere valebit quum antea adversa tempestate non audeat. Verum sensim deficientibus viribus potius rude donari cupit si qua ipsi quies in hac vita speranda fuerit.

(Ex Archivis Genev. Pièces historiques. N. 1169. Autographon.)

Ornatissimis viris et eximiis Christi servis ministris et pastoribus ecclesiae Genevensis fratribus et symmystis plurimum observandis.

Genevae.

S. Quum ad me scripsistis de causa *Morelii*, [1]) pauca quaedam adiecistis in calce literarum de meo ad vos reditu, in haec verba: De tuo vero ad nos reditu, quem sibi ut nobis voluerunt tibi significari patricii omnes fore gratissimum, tu ipse prout tibi visum fuerit constitues: neque enim aequum est nos, vel ut diutius istic maneas, vel ut ecclesia illa, cui tam necessaria tua est opera, relicta ad tuam Spartam ornandam redeas, tibi consilium dare, sed solerti potius tuae prudentiae illud relinquere iudicandum. Ego vero quum mihi persuasissem, vos ex animo et loqui et scribere, non dubitavi quin mea hic paulo longior mora simul et opera vobis et grata esset et iucunda, pro eo quo tenemini desiderio iuvandae ecclesiae. Quamobrem, etsi potius optare debui frui iucundissimo vestrae consuetudinis fructu, quam inter hos bellorum motus quotidie agitari et periclitari, magnopere tamen me confirmavit propensa vestra in hanc ecclesiam voluntas. Verum paulo post redditae sunt mihi senatus vestri literae, quibus hortabatur ut primo quoque tempore iter ad vos arriperem, atque hac de re cum hac ecclesia agerem, quo me libentius dimitteret. Causas addebat quod meam praesentiam et operam hic iam minus necessariam existimaret et vicissim mea uti vellet opera. Accedebat et alia

---

3908. 1) *Joannes* (*non Jo. Bapt. Haag.* VII. 505) *Morely Parisiis ob religionem Genevam se receperat ibique scripsit librum:* Traicté de la discipline et police chrestienne, *in quo principia democratica, quae nos dicimus, in constituenda ecclesia commendabat. Prelo subiecit Lugduni ap. Io. de Tournes* 1562 (*non* 1561), *et Vireto dicavit festo paschae. Liber iste statim d.* 25. *Apr. in synodo nationali Aurelianensi damnatus est* (ledit livre contient une mauvaise doctrine et tendante à la dissipation et confusion de l'Eglise . . . . . . il pretend condamner et renverser l'ordre accoutumé des Eglises et fondé sur la Parole de Dieu). *Aymon* I. 29. *Genevae autor a. d.* X. *Cal. Sept.* 1563 *damnatus et liber combustus est ipsique coena interdicta.* (*Hist. eccl.* II. 34.)

ratio, quod haec ecclesia ministris non careret idoneis, vos vero gravaremini extraordinario onere propter meam et *Besae* absentiam. Eo enim spectabat literarum sensus. Ego vero, tametsi iam dudum magna insideret animo vos et familiam revisendi cupiditas, coactus fui tamen excusare coeli inclementiam, quam tunc temporis experiri non potui sine praesentissimo et certissimo meae valetudinis atque etiam vitae dispendio et periculo. Vix enim revocari potui tempore incommodiore, quum iam in hyemem incidissemus, qua vix quidquam meae valetudini magis adversatur. Taceo hostium insidias, quas non facile possum declinare per viarum anfractus nocturnis horis oberrans, ut qui vegetiore sunt corpore et minus opportune coeli iniuriis saepe facere coguntur quum hinc se ad vos recipiunt. Huc accedit quod eodem tempore valetudine eram admodum afflicta, praeter quotidianas infirmitates quibus perpetuo obnoxia est. Rogavi itaque senatum ut pateretur meum differri reditum ad vernum tempus, quo uti possem coelo clementiore et fortasse tutius itèr aggredi. Interea vero ne quid mea absentia incommodi vestrae ecclesiae afferret, et ne eius causa plus iusto diutius gravaremini, rogabam etiam ut senatus vobiscum dispiceret de alio collega substituendo, si id ipsum ecclesiae utilitas et necessitas postularet, et vobis et senatui ita faciendum videretur. Nesciebam enim quamdiu abesse adhuc cogerer, et vos in re praesenti melius de ecclesiae necessitate et utilitate dispicere potestis. Et certe non parum hactenus anxius vixi, quod iam tot mensibus nulla mea opera ecclesia vestra adiuta sit, nec vos continuis vestris laboribus ullo meo levati ministerio, interea tamen sumptibus respublica gravata sit meae familiae.

Scripsi ad vos quoque in hanc fere sententiam per *Payanum* [2]) fratrem et collegam, sed brevius quam ad senatum, sicut et de causa *Morelii*, quia illum sperabam apud vos futurum vice vivae et prolixioris epistolae. Quid autem in causa fuerit quominus ad vos et ad senatum literas pertulerit quas a me acceperat, ex eo audivistis. Addideram et schedam qua summa capita eorum annotaram quae coram viva voce referre debuit de meis rationibus et toto meo statu. Sed quia haec quoque scheda cum literis intercidit, nescio an vobis ea omnia retulerit quae in mandatis habebat, fortasse memoria lapsus. Quum autem cognovissem literas meas intercidisse, ad senatum iterum mihi scribendum esse putavi, quum me disertis verbis revocasset. Scripsi itaque in eandem quam modo exposui sententiam quod iam ante scripseram. Ad vos vero tum per negotia rescribere non licuit, neque id postea admodum necessarium esse existimavi, quum quod a vobis revocatus non essem, tum quod speravi fore ut vobis suas literas senatus communicaret, quatenus quidem ad vos pertinerent quae scripseram de alio subrogando, si ita censeret faciendum.

Interea, dum haec geruntur, afferuntur a vobis literae ad ministros et seniores huius ecclesiae, quibus admonebatis vobis videri potius statuendum esse an hic penitus retineri aut vobis reddi deberem, quam subinde ad novas redire postulationes, quia aequum non erat me diutius a mea seiungi uxore et familia abesse. Vestris perlectis literis noluit consessus ministrorum et seniorum quidquam tentare priusquam meum super hac re consilium audivisset. Respondi, me statuisse, simul atque commoda se offerret opportunitas, ad vos reverti, nec quidquam prius tentandum esse quam praesens coram vobis meas rationes exponere possem, et vobiscum et cum senatu de rebus omnibus deliberare et constituere quod consultius esse iudicaretur, habita simul et ecclesiae et meae valetudinis ratione. Acquievit totus consessus meo consilio: cui praeterea exposueram in quam sententiam ad senatum scripsissem de reditus mei protractione ad vernum tempus. At vero uterque noster senatus, nescius eorum quae acta fuerant in nostro consessu (excitatus ut audivi privatis quorundam literis, quibus istinc admonebatur opportunum esse tempus postulandi ut totus huic ecclesiae relinquerer et destinarer, ac spem bonam esse id ipsum impetrari posse) nobis inconsultis ac inscientibus literas ad senatum vestrum scripsit quales ipsi vidistis, et quarum causa gravi censura et reprehensione scriptores dignos censuistis. Quod si vobis iusta est data conquerendi et eos reprehendendi occasio, habemus nos omnes, ego vero inprimis, quod merito conqueramur et accusemus. Quod ad me quidem attinet, prius de mea voluntate exquirere debuerunt, deinde ad consessum ministrorum et seniorum hanc totam causam referri oportuit. Sed ita omnes sumus et praetermissi et neglecti, non malo quidem, ut suspicor, scribentium animo, sed potius negligentia et rerum imperitia, ut nihil prius de eorum postulatione quisquam nostrum, ne vel syllabam quidem, audierit quam tota hac de re facti fuimus certiores lectione literarum vestri senatus, quae nobis communicatae sunt. Ex hoc itaque errore facile coniicere potestis, quam conscii eorum consiliorum esse possumus quae ad statum reipublicae pertinent, quum in rebus ecclesiasticis, quae sine nobis transigi non possunt, ita nos esse praeteritos videtis. Sed enim, ut iam monui, hoc potius rerum imperitiae et quotidianis negotiis et occupationibus quibus opprimuntur, quam fastui aut superbiae ascribendum esse duco. Serio tamen et ut par erat cum illis expostulavimus. Quumque prius amplam mihi praebuissent expostulandi materiam, multo

2) *Paiani, v. d. m. apud Lugdunenses. H. eccl.* III. 216.

ampliorem mihi postea datam esse cognovi, ex quo postremas vestras literas ad consessum nostrum audivi, quibus scribitis, utriusque nostri senatus literis iam testatum esse me assentiri suae postulationi. Miror autem quid illis in mentem venerit, ut quum in priore errore excusando laborarent secundum admiserint. Ego enim quod res est dicam, tantum abesse ut meam consensionem cognoscere potuerint, ut ne inquisierint quidem, sed ante ad senatum vestrum rescripserint quam ullum a me acceperint responsum. Quapropter valde miror quae eorum animos tunc subierit cogitatio quum scriberent. Audio hoc scribae errore et praecipitatione accidisse, quod apud me excusarunt et, ut opinor, apud vos quoque excusaturi sunt.

Iam vero posteaquam eorum postulata a vestro senatu concessa sunt vobis assentientibus et subscribentibus, ut ex eius literis liquido apparet, ea tamen lege ut mihi optio relinquatur utrumlibet eligendi, superest ut vobis animi mei voluntatem et consilia explicem. Quum primum Lausanna ad vos reversus iterum collegio vestro cooptatus essem, coram senatu contestatus sum quod res erat, me quidem omnem quam possem operam impensurum vestrae ecclesiae, sed mihi esse spem sublatam fore ut eam praestare possem quam cupiebam, et omnia obire ministerii munera quod mihi imponebatur. Praestiti interea, non quod debui, sed quod potui, ut vos testes estis. Deinde quae mihi causa fuerit coeli mutandi post longum et gravem morbum non ignoratis. Ego quo vere a vobis discessi antequam ad vos remeare potuerim, bellicis fluctibus arreptus, quibus haec tota Gallia exundat, profundius immersus sum quam ut facile hactenus emergere potuerim ut ad vos remigrarem. Nam hisce tempestatibus hac in navi in altum iactatus timui ne, si me inde proriperem, viderer tanquam nauclerus deserta statione mihi quasi fuga salutem quaerere, et navem et fratres remiges deserere et prodere, qui magnum omnes ex me auxilium exspectare videbantur, et mea confirmari praesentia. Ego, etsi facile perspicerem, mihi plus tribui quam quod in me positum esset, nolui tamen cuiquam meo discessu metum augere in summa omnium trepidatione, et eos perterrefacere quos potius confirmare debui. Nunc vero, tametsi omnium animi magis confirmati videntur, nondum tamen satis perspicere possumus qualis sit futurus huius tristissimi et funestissimi belli exitus et eventus: nisi quod certo scimus utrumque a Deo gubernari et exspectandum esse.

Quod autem ad me attinet, statui libertate uti quae mihi a vobis concessa est, ea quidem lege ut ubicunque terrarum futurus sim in ecclesia habear tanquam emeritus miles et rude donatus, si id modo ab ecclesia impetrare valeam. Cognosco enim, ac indies magis atque magis experior, quam fractis sim et corporis et animi viribus, quae ingravescente aetate quotidie magis atque magis atteruntur. Constitui itaque nulli me posthac certae ecclesiae alligare, utpote qui omnes ministerii partes, viribus destitutus ad eam functionem necessariis, explere nequeam, et in eam sim redactus conditionem ut mihi sit locus eligendus in quo et coelo uti possim meae valetudini commodiore et quietius vivere, si modo ulla unquam mihi quies in hac vita speranda est. Interea aut privatus vivam, si ita ecclesiae videbitur, aut si quam adhuc operam ei navare possum praestabo quod Dominus dederit: modo ne plus a me exigatur quam quod sponte praestare potero. Conabor autem id dare operam ut omnes facile intelligant, me non eligere hanc vivendi rationem ut me otio, ignaviae et torpori dedam et meae tantum quieti consulam. Interea vero dum exspecto in quod me litus eiecturi sint bellorum fluctus quibus nunc involvimur, sive viventem, sive mortuum, eam quam possum operam huic ecclesiae impendo, donec melior se offerat commoditas rebus meis prospiciendi. Quod si volet Dominus ut vos proximo vere revisam, plenius vobiscum et de rebus meis et de publica ecclesiae utilitate commentabor. Caeterum nihil opus esse puto monere vos ut vestrae ecclesiae eiusque ministerio ita consulatis ut mea causa nihil posthac accipiat detrimenti, aut vos plus iusto premamini, pensantes quod mea ex parte desiderari potest. Valete optime ac diutissime, fratres et symmystae quam carissimi ac plurimum observandi, et me assiduis vestris precibus adiuvate et Domino commendate. Lugduni 6. Febr. 1563.

Vester Petrus Viretus.

3909.

STURMIUS CALVINO.

Stilo satis negligenti et passim plus quam obscuro de negotiationibus militaribus et pecuniariis agit.

(Ex autographo Cod. Gothani 404, fol. 798.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino.

Daniel *Oesiander* consiliarius *Ioannis Friderici* ducis Saxoniae spem nobis facit corrogandae pecuniae a Basiliensibus, quemadmodum ex illius videbis ad me literis quarum exemplum ad te mitto. Misimus hac de re D. Eusebium *Hedionem*, D. *Gas-*

pari [1]) honorificae memoriae filium, hac de causa Basileam ut cum optimatibus agat et inde, si videbitur, Bernam pergat. Is quid in illis locis egerit ad vos est perscripturus. Non opus est orare: oro tamen ut nobis non desis. Si pecunia etiam tua respublica opus habeat partiamur.

Oldenburgicum institutum placet Principibus: habuit apud me ante biduum secretarium suum: perrexit etiam si sero illi a nobis responsum sit. Gasparum *Gamaut* [2]) ad illum misimus cum mandatis Principis *Condiani*, quae ante pugnam eadem die scripserat, et post pugnam *Amiralii*. *Andeloti* etiam mandata confecimus cuius manum et signum habebamus in papyro alba. Hic dies est decimus tertius quod misimus: promiserat se perventurum duodecimo. Is notus est *Oldenburgico*, et Francofordiae postulavit *Oldenburgicus* ut sibi mitteretur. Spero audituros nos ante idus Martias esse in via. Misimus nobilem Claudium *Boeclinum* [3]) ad conficiendum equitatum Lugdunensibus. Promissa mihi sunt in hanc rem a nostris negotiatoribus me fideiussore sex millia coronatorum. Haec suffecerint si vos et Lugdunenses brevi succurratis. Si *Oldenburgicus* celerius poterit in procinctu esse de illius quatuor millibus equitum quatuor Lugdunensibus turmas conficiemus. Regina Angliae fortis Semiramis etiam equitatui Germanico qui est in Gallia stipendia promittit et mittit. [4])

Sed quid istud? Neque tu neque *Spifamus* quidquam ad me? Ambos vos viros optimos atque mihi carissimos salvere et prosperos esse opto. Datum nonis febr. [5])

Tuus quem nosti.

3909. 1) *olim v. d. m. Argentoratensis.*

2) *qui sub finem a.* 1562 *cum Boeclino in Germaniam missus fuerat, ut milites et pecuniam conquireret.*

3) Le chevalier Claude Boecklin recruta des reitres pour les Lyonnais sous la garantie de Sturm; les négociants de Strasbourg lui avancèrent à cet effet 6000 écus (*Schmidt, Sturm. p.* 133).

4) L'argent d'Angleterre arriva et fut conté au Havre. L'amiral vint en personne à Caen pour y faire le payement des reitres. (*Hist. eccl.* II. 260.)

5) *De anno non dubitandum. D.* 22. *Febr.* 1563 *in Senatu Genevensi de pecunia Condaeo mutuo danda actum est, et quidem rogante D. de Roye per ipsum Calvinum. Exstat etiam ep. Friderici* III. *Palatini d. d.* 18. *Ian.* 1563 (*Kluckhohn* I. 365) *ad Ducem Christophorum referentis D. de Roye aliquem D. de la Veufve ad se misisse,* 2000 *equites et* 4000 *pedites conducturum. Denique pugna ad quam in textu nostro alluditur nulla esse potest nisi Druidensis.*

3910.

RÜGERUS CALVINO ET BEZAE.

Commendat iuvenem studiorum causa Genevam proficiscentem.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 122.)

Doctissimis atque praestantissimis viris D. Ioanni Calvino et D. Theodoro Bezae moderatoribus ecclesiae Genevensis dominis ac fratribus suis plurimum colendis.

Genevae.

S. Licet, vir doctissime, a facie tibi sim incognitus neque ulla inter nos unquam familiaritas intercesserit, tamen familiaritatem humanitatemque tuam satis erga me declarasti anno superiori, quum tenue admodum epistolium ad te darem, [1]) quo non contempto mittebas quae petieram scripta tam tua quam D. *Bezae* de causa eucharistica, quae apud nos comparari non poterant, unde adhuc ingentes tuae humanitati gratias ago et habeo. Porro in D. *Beza* bis per Schaffhusiam iter facienti cum D. *Varello* [2]) ipsissime animadverti humanitatem, cum quibus duo convivia celebravi. Inde iam fit, viri doctissimi, ut confidentior, imo impudentior factus ausus sim teneras vestras aures ineptis et incompositis scriptis obtundere, etsi sciam vos alias occupatissimos. Et confido vos viros praestantissimos hoc quidquid est errati in meliorem partem interpretaturos, admittereque ut vel aliquid apud vestram dignitatem scriptum illud valeat, praesertim in negotio quod studia et studiosos attinet quorum summi vos estis fautores. Qui has vobis affert literas Foelix *Heger* Ravenspurgensis per aliquot annos operam dedit bonis literis apud nos, Argentinae, item Heydelbergae, ita ut fructum inde haud poenitendum tulerit. Post in Galliam se conferens non solum ut proficeret in literis humanioribus, sed ut linguam gallicam disceret, impeditus turbis bellicis (sicuti inter arma literae et leges silent) varia tentavit. Tandem quo se verteret nescius, patriam repetiit in qua dum omnia in certum statum redegit, nil consultius tam ipsi quam amicis visum est nisi ut proxima Genevam se conferat (ibi enim florere studia, esse ibidem viros doctissimos) et ita linguam gallicam plenius addiscere queat. Placuit consilium: suscepturus peregrinationem seu profectionem ad vos, me convenit petens literas commendatitias, ne videretur tanquam erro quidam hinc

---

3910. 1) *N.* 3370.

2) *in eo itinere quod pro Waldensibus a.* 1557 *susceperunt.*

inde vagari. Vixit mecum per quadriennium paene, pie honesteque se gessit, sedulo incubuit literis, ita etiam in aliis locis. De erratis iuvenilibus nil dicam. Nam iuxta Terentium ad omnia haec alia aetate sapimus. Ideo dignum eum iudico quod promoveatur a bonis et doctis viris in tam utili proposito. Propterea vestrae curae et fidei commendo vobis hunc *Foelicem*, cui quantum potestis consilio, auxilio operaque adesse dignemini, quo commodo aliquo hospite et hospitio frui queat et si quo modo fieri potest, efficite ut intelligat vel aliquid tamen meam apud vos potuisse commendationem, vilem licet. Si quando lapsus fuerit (sicuti lubrica haec aetas) paternas vestras admonitiones gratus excipiet. Fatemur quidem nos paria non posse referre, attamen ingrati non erimus. Deumque patrem largissimum omnium beneficiorum remuneratorem rogabimus ut ipse iuxta promissa officia vestra collata in pios et studiosos compenset, vosque diutius nobis incolumes conservet. Amen. Valete in Domino, viri praestantissimi.

Nova nulla habeo nisi vobis cognita. Conscribit militem Dux *Wirtembergensis*. Comitia futura sunt Ulmae. Ita etiam Wormatiae. Cantones nostri sunt admirabiles plane, nos ex nostra parte trepidi, etc. Nescio quid haec omnia portendant. Meo quidem iudicio omnia minantur ruinam. Dominus misereatur nostri. Practicae sunt mirabiles. Sed Dominus sedebit eosque irridebit, tandemque sceptro ferreo reget eos.

Schaffhusiae Febr. 1563.

V. H. deditiss. Iacobus Rüoger
minister ecclesiae
Schaffhusianae apud Helvetios.

3911.

MINISTRI GENEVENSES VIRETO.

Agunt de eius reditu quem quidem expetunt, ita tamen ut eius voluntatis et valetudinis magis quam sui desiderii rationem habeant.

(Ex schediasmate coaevo in Bibl. Genev. Cod. 197ᵃ, fol. 272: quod inscribitur: *Literae fratrum iussu ad D. Viretum a me scriptae.*)

S. Quum literas tuas [1]) superiore hebdomada accepissemus, venerande in Domino frater, legimus et relegimus quae prolixe satis ad nos scripsisti, partim conditionem tuam quodammodo deplorans, partim respondens ad ea quae de te quasi ex tuo consensu senatui significaverant qui istic rerum administrationi praesunt. Nos vero literarum tuarum lectione perinde ac par erat affectos fuisse dubitare te minime putamus. Itaque quum propter negotia non licuerit eo ipso die aut postridie rescribere, dilationem nunc non excusamus quae nemini damnum afferre potuit. Quae in calce literarum, quibus de causa *Morelii* agebamus, legisti de tuo ad nos reditu, non miramur si tibi persuasisti nos ex animo et loqui et scribere, qui nobis conscii sumus fraterne de te et sine fuco sollicitos fuisse. Gaudemus tamen gratum tunc tibi fuisse officium nostrum et voluntatis erga te nostrae qualecunque testimonium. Petimus etiam ne cui contrariae suspicioni locum ullum in posterum relinquas. Nos enim et afflicta valetudo tua et periculorum magnitudo in quibus versaris (nos non ita longe absumus) et vetus tua nuper etiam renovata cum hac ecclesia coniunctio tui non sinunt esse immemores. Hoc diserte adiicimus quia incertum relinquis itane de nobis hodie sentias ut quum illa scribebamus, imo tacite suspicionem iniicis ex iis quae postea contigerunt aliud te de nobis comperisse quam literis nostris ostenderamus. Abfuit profecto aberitque semper a nobis haec simulatio, praesertim quando cum fratribus, quando tecum agendum erit. Hoc semper ingenue professi sumus, quod testantur et postremae nostrae literae ad ministros et seniores ecclesiae Lugdunensis: per nos liberam tibi semper optionem esse vel ad nos redeundi vel istic adhuc commorandi. Verebamur enim ne, si te praecise ad reditum hortaremur, diceret aliquis nos vel valetudinis tuae rationem non habere, vel isti ecclesiae, non dicemus nascenti invidere, sed laboranti auxilium denegare. Altera etiam ex parte non minus periculi a sermonibus hominum prospiciebamus, si te diutius istic retineri aperte autores essemus: ne scilicet te hinc a nobis ablegare videremur per speciem vel honestae vel causariae missionis, et nunc opera tua quasi nobis vel nostris minus grata non aegre carere. Vides quae nobis sedulo cavenda fuerint, unde agnoscere potes simplicem et minime fucatam fuisse nostram in primis illis literis orationem. Quanto postea tempore ad te scripserit senatus ut reverteréris, [2]) et quas habere se causas revocandi tui diceret scimus. Meminimus etiam importunitate fratrum Lugdunensium factum ut in haec verba tecum ageret senatus, qui et te diligit et id te non ignorare autumat. Quum te istic esse pateretur quia sic valetudini tuae consultum putabat, illi ne ante mensem unum aut alterum revocareris flagitabant. Ubi impetra-

---

3911. 1) *N.* 3906.

2) *N.* 3876.

verant paulo post mentio iniiciebatur de trimestri tempore, et subinde ad novas postulationes res redibat. Intellexerunt tandem nostri illos hanc sibi viam sternere ut facilius te totum in perpetuum vendicarent. Itaque maluerunt ita ad te scribere ut per te scirent Lugdunenses opera tua se posse uti quamdiu ita tibi commodum videretur et senatui, neque toties quasi diffidentes temporis prorogationem peterent. Certe si instabat et urgebat senatus ut primo quoque tempore redires, eiusmodi scribendi rationem in magistratu et primoribus reipublicae te boni consulere credimus, nostrum non est praestare. Nam quod ad nos, in ministerii ecclesiastici functione absentis tui rationem, quoad eius fieri potuit, semper habuimus, neque grave nobis esse onus prae nobis unquam tulimus, modo valetudini tuae inservires et te aliquando valentem recuperaremus. De literis quae *Payani* fratris culpa interciderunt accidit perincommode: nam quae a te habebat in mandatis viva voce referenda magna ex parte praetermissa putamus. Fretus fortasse scheda illa in qua singula capita ipsi descripseras, non meminit meminisse ut iubebat ille apud poetam. Interim re nobiscum non communicata de te Lugduni retinendo interpellavit senatum, et quod petierat obtinuisse iactavit: quae nobis iusta fuit causa ipsius monendi et reprehendendi, ut te rescivisse existimamus. De literis quas uterque senatus Lugdunensis scripserat, quoniam in hoc etiam capite bene nobis tecum convenit inconsiderate admodum ab illis factum fuisse, plura non dicemus. Fraterne et tamen acriter obiurgatos a te fuisse fortasse in posterum proderit. Quod ad nos, dedimus operam ne ipsorum sive inconsiderantiam, sive praecipitem agendi et scribendi rationem, sive negligentiam (ut tu mavis) odiose exagitare videremur. Interim tamen vides, dum semel admoniti errorem secundis literis duplicant, nos eo devenisse ut non potuerimus ipsorum postulationi resistere, maxime quum tibi gratificari nos arbitraremur. Quid enim aliud coniicere poteramus, ubi publicis literis uterque senatus Lugdunensis, tanquam voluntatis tuae non modo sponsor sed etiam interpres, intercedebat? Et tamen modum tenuimus qui servandus videbatur, ne quid cupide hic a nobis fieri aliquis suspicari posset. Assensi ergo sumus, sed cum exceptione, extra quam si aliter te velle literis tuis senatui vel nobis testatum faceres. Non quidem quod de voluntate tua dubitaremus, cuius certissimum testimonium habere nos arbitrabamur in illis utriusque senatus literis, sed quia fere in eiusmodi rebus expressus (ut inquiunt) consensus et velut subscriptio requiri solet eius de quo agitur. Nunc quod scribis, decrevisse te ita consulere valetudini ut ecclesiam non deseras quae opera tua uti velit et quoad tu dare illi poteris, et ita inservire ecclesiae ut valetudinis etiam rationem habeas, non improbamus, imo Deum opt. max. precamur ut ministerio tuo in finem usque benedicere pergat ad gloriam nominis sui et ecclesiae utilitatem. Caeterum de tota hac re, ut dicis, plenius tecum praesentes colloquemur si Dominus dederit. Et certe optamus ut aliquando nos revisas, si hoc ipso vere (quod iam est, ut vides) id fieri non potest. Tum enim, ut speramus, senatum, quem passim in epistola tua nostrum nominas, tuum etiam esse recognosces. Sic enim nobis tecum iocari libet. Vale, venerande in Domino frater et nobis omnibus carissime, et nos precibus tuis ac quomodocunque aliter poteris adiuva. In causa *Morelii* ecclesiae causam tibi praecipuam fore non dubitamus, cuius certe ordinem bene constitutum ille turbat vertiginosis suis commentis, in quibus tamen mirum in modum sibi placet. Iterum vale.

3912.

BEZA CALVINO.

Belli progressus narrat, ipse de itinere Anglicano serio cogitat.

(Ex apographo Cod. Rhediger. Vratisl. II. 177. — Gillet, Crato. II. 492.)

Pour faire tenir seurement à Monsieur Despeville à ville Dieu.

Quod saepe iam ad te scripsi nunc quoque repeto: vix mihi quidquam hoc uno esse molestius quam [*quod*] itineribus interclusis omnis fere scribendi occasio mihi sit erepta, atque et tibi, quantum possum coniicere, quum ex quo a te discessi ne literam quidem vel a te vel a quoque [1]) alio istinc [2]) acceperim. Caeterum hic est rerum nostrarum status: Aureliensis obsidio tarde [3]) procedit singulari Dei beneficio, quia nobis nullo modo licuisset obsessis opem ferre. Culpa in iis residet qui nos in

---

3912. 1) *lege:* quoquam.
2) istuc *G.*
3) lente *G.* — *Inceperat Non. Febr.* (*Hist. eccl.* II. 262. *Hist. des choses mém. p.* 162.) *Statim ab initio Guisius suburbio quod Portereau vocatur potitus est, mercenariis germanicis illud defendere recusantibus. Viginti tormentis bellicis obsidentium Protestantes non nisi sex opponere potuerunt. Sub finem secundae hebdomadis Dux Reginae scripsit se proximo die urbem expugnaturum, verum d.* 18. *Febr. vulnus lethale accepit.*

hanc regionem suis mendaciis pertraxerunt, quasi paratus esset miles et missum ex Anglia stipendium. Utrumque falsum esse deprehendimus: nam neque multo plures sunt Angli quam requirat portus Gratiensis, neque allata erat pecunia. Ab eo tempore [4]) venti diu adversi nos suspensos tenuerunt: tandem tamen promissi stipendii maior pars appulit, reliquam quotidie exspectamus. Et fertur miles in Anglia conscribi. Quod nisi Deus nos respexisset, ventum esset ad extremum. Sed vide quam opportune nobis adfuerit. Primum omnium [5]) Dominus ita continuit Germanorum animos ut contra spem omnem adhuc quieti nobiscum omnia exspectent. Praeterea biduo Cadomensem arcem, [6]) quae inexpugnabilis videbatur et summi est in his regionibus momenti, nobis in manus sine caede tradidit, hostibus ita repente perculsis, ut vix unius diei oppugnationem sustinuerint. Urbem prius obtinueramus ecclesiae opera et consensu. Ita igitur non tam urbem unam quam totum hunc tractum in manibus habemus, nec quidquam iam nobis obstat quominus absque ullo periculo Britanniam, Andegavos, Turones, et quidquid Aureliam usque protendit invadamus, nisi malint hostes alterum proelium inire. Pedites vero nullos habemus paratos, sed aliunde exspectamus. Equitatu vero nunquam aeque ut nunc valuimus. Hostis e contrario peditatu valet, equitatum fere nullum habet. Itaque, si opus erit, existimo nos certamen non esse detrectaturos.

Dum haec in his regionibus geruntur, ecce Dominus alterum nobis excitavit qui tyrannum nostrum confoderet. [7]) Quid consilii enim habeat Regina nescimus: sed quantum possum coniicere nunquam conquiescet donec se ipsam invitis nobis perdiderit. Certum est paucissimos hostium duces esse superstites, omnibus fere interfectis qui industria et autoritate valebant, quum tamen omnes nostri salvi sint. Itaque quid futurum sit ambigo: sed tamen pacem sperare nondum audeo. *Condensem* tibi affirmo nunquam fortiori animo fuisse: utinam ad extremum usque perseveraret! [8]) Parum abfuit quin elaberetur, sed in ipso articulo detectum fuit consilium.

---

4) Alieno tempore *G.*
5) *sic legimus compendium scripturae, pro quo Gillet nil nisi:* V.
6) *Expugnatam a. d.* VI. *Non Martias.* (*Hist. eccl.* II. 260.)
7) *De Francisci Guisii morte vide Hist. eccl. l. l. Relation de la blessure et de la mort du duc de G. in Mém. de Condé* IV. 240. *Lettre de l'év. de Ries contenant les actions et propos de M. de Guise depuis sa blessure jusques à son trespas. ibid.* 243. *Hist. des choses mém. l. c.*
8) *utinam! Paulo post plane aliter de eo sensit Noster* (*Hist. eccl.* II. 278).

Puto me intra dies paucos in Angliam traiecturum. [9]) Vides quantum onus mihi imponatur. Itaque mihi precibus vestris multo magis opus est quam antea. Cogit nos hostium rabies ad haec consilia descendere, quae tamen spero patriae et Regi fraudi non futura. *Posidonius* nunc demum viget, et sane si pergat dignus erit immortali laude. Quum illi significassem me ad te scribere, rogavit ut se tibi excusarem quod neque antea tam saepe scripserit quam volebat, ac ne nunc quidem scribat immensa negotiorum mole oppressus, et addidit ut communi nomine de rebus nostris ad te scriberem. Sed de his satis.

Iam ad me ipsum venio. Corpore satis valeo Dei gratia, animo paulo melius quam ante. Sed ut dicamus quod res est: nisi me viderem non inutilem hic esse, ut nunc quidem res sunt, vinceret impatientia, neque exspectarem dum a vobis revocarer, atque adeo quibusvis periculis me libenter obiicerem, ut saltem possem vobiscum respirare. Sed quando ita opus est, conabor huius legationis labore defungi, qui utinam sit nunc quidem ultimus! Quod si etiam licebit, inde potius ad vos quam in has tempestates reverti constitui. Qua de re plenius et certius ad te scribam quum Londinum pervenero. Interea rogo te, mi pater, una cum omnibus collegis ut mei memineritis apud senatum, ne longiore mea mora offendatur.

De uxore nihil audio, ex quo est coniicere quam parum tutum sit literas cuiquam committere. Rogo *Normandium* nostrum quod, si haec tibi in tempore reddantur, [10]) aliquid illi de mea valetudine per mercatores nostros scribat. Nam suspecta est mihi ipsius impatientia, quum tamen mederi ne literis quidem possum, priusquam in Angliam appulero. Bene vale, mi pater, Dominus Iesus te conservet et miseram ecclesiam consoletur. Fratribus et amicis omnibus multam salutem precor. Cadomo 5. Martii.

Tuus cuius manum agnoscis.

3913.

BULLINGERUS CALVINO.

Varia tradit quae nova habet, maxime ex Gallia, tam certa quam rumores plus minus vanos. Simul mittit quae nuperrime edidit scripta.

---

9) *Tale iter non suscepit.*
10) *Redditae fuerunt pridie Cal. Apr.*

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 452. — Simler. Vol. 106.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fidelissimo Genevensis ecclesiae ministro domino meo honorando et fratri carissimo.

S. D. Ago tibi gratias quas possum maximas, reverende vir et domine colendissime fraterque carissime, pro illo felicissimo evangelio.[1]) Multa enim in unis literis coniunxisti laeta de liberata obsidione (quae propter exemplum Rothomagi mirum in modum nos torsit) Aurelia per reditum inopinatum *Admiraldi*,[2]) de iuvene rege *Navarrae* et de ipsa regina matre. Dominum oramus ut hos confirmet, et Aureliam, si nondum est liberata, mature liberet pacemque concedat stabilem. Si lupus ille in hoc Christi stabulum irrumperet, quantis nos, Deus bone, malis afficeret.

Redierunt ex castris Guysianis aliquot milites,[3]) et inter hos dux unus et alter. Petunt ab octo illis pagis, vel sex pagis et duobus oppidis, militem recentem, illi vocant supplementum vexillorum in Gallia. Audimus illos mentiri prodigiose, ac inter alia in pugna forte 300 esse desideratos, alios peste exstinctos. Unde iam petunt sibi concedi 1500 vel 2000. Et quidem arbitrantur alii 14 signa nova submittenda, ne si pauculi illi mittantur intercipiantur in itinere. Sciunt enim novum militem vel equitatum Germanicum recentem Lugdunum venturum. Sunt alii qui nullum mittendum suadent. Omnes tamen quotquot audivi mittenda saltem 2000 existimant. Quod si *Admiraldus* obsidione Aureliam solvit, frustra de supplemento mittendo consultant. Si rediit ex Normandia, facile prohibebit ne exercitus possint coniungere. Te valde rogo ut, si quid certi acceperis de Aurelia et copiis *Admiraldi* ac Anglorum, per *Ionvillaeum* scribi ad nos cures.

Besae in Angliam traiecturo[4]) benedictionem a Domino precamur, oramusque ut, si quando ad ipsum scripseris, ipsum nostro nomine salutes humanissime.

Mitto hic Historiam sacramentariam a genero meo *Lavatero* consignatam,[5]) et Orationem alterius mei generi Iosiae *Simleri* in obitum *Martyris*.[6]) Alterum tibi servabis, alterum (quod volueris) *Ionvillaeo* nostro dabis, una cum decem illis batzionibus. Ago illi maximas gratias et meum ei vicissim offero obsequium. Quam primum excusa fuerit responsio mea data *Brentio*[7]) et responsio *Iosiae* data *Stancaro*,[8]) per primum quemque nuncium ad vos mittam. Germanica mea iam excusa est.

Ex Italia alii scribunt, *Lotharingium* a principibus Italiae petiisse auxilia contra Hugonothos. Alii aiunt promissam illi esse certam pecuniam. Alii negant, quod metuant Turcicam classem. Alii scribunt ictum foedus Brusillae non procul a Bononia, ubi convenerint, et foederis imperatorem esse *Sabaudiae* principem, qui communi nomine iussus sit iusto exercitu aggredi, dubium an Genevam primum an Lugdunum. Et haec omnia fieri auspiciis *Lotharingii*. Certa tamen non refero tibi, frater, sed ea tantum quae ex amicorum literis ex Rhaetia missis intellexi. Haec itaque tibi ut rumoribus sparsa scribo. Vale aeternum, una cum symmystis omnibus. Omnes symmystae te salutant humanissime cum omnibus tuis. Dominus servet vos incolumes ab omni malo. Tiguri 8. Martii 1563.

Bullingerus tuus.

Oro vos quam maxime curetis ne haec duo exempla a *Froschowero* in ullius manus perveniant qui typis recuda atque ita damnum det. Iam nunc prodiere recentia ex typographia. Mea vobis exempla mitto: nulli dedisset alii. Festinavi, non relegi.

3913. 1) *Desiderantur literae ad quas hic alludit.*
2) *falsum rumorem refert quum Admiraldi exercitus demum pridie Idus Martii castra moverit, ipse a. d. X. Cal. Apr. Aureliam appulerit.* (*Hist. des choses mém.* 165. *Hist. eccl.* II. 330. 335.)
3) *Baum* II. *App.* 205.
4) *Vide praecedentem.*
5) Historia de origine et progressu controversiae sacramentariae de coena Domini ab a. 1524 usque ad a. 1563 deducta. Tig. Frosch. 1563. 4. *germ.* 1564. 8°.
6) Oratio de vita et obitu P. M. Vermilii. Item scripta quaedam P. Martyris de Eucharistia etc. Tig. 1563. 4.
7) *N.* 3899. 3907.
8) Iosiae Simleri Responsio ad maledicum F. Stancari librum adv. eccl. Tig. ministros de Trinitate et Mediatore I. C. Tig. Frosch. 1563. 8.

3914.

IONVILLAEUS WOLPHIO.

Libelli mutuo missi et libenter excepti. Gallica per Calvinum scribuntur.

(Excerptum ex autographo Bibl. civ. Turic. F. 39 olim Epp. IV. fol. 315.)

Eximio viro D. Ioanni Wolphio ecclesiae Tigurinae fido pastori mihi plurimum observando.
Tiguri.

S. Gaudeo sane, vir integerrime, quod munusculum a *Trecio* nostro acceptum tibi tam gratum fuisse intelligam ex tuis literis, Admonitionem inquam, D. *Calvini* ad Polonos fratres quam typis excudendam curavi, ne incuria tandem evanesceret labor meo quidem iudicio non inutilis. Utinam vero gratius aliquid haberem quod tibi offerre liceret! Iam pro tua humanitate gratiam habeo, quod te missurum libellum non iniucundum polliceris, quem mihi pergratum fore non dubites, quum abs te nihil non gratum prodire possit.

De statu rerum Gallicarum ego libenter quae certo scio vobis seorsim perscriberem, nisi D. *Calvinus* ad unguem, licet pro sua brevitate copiosissima, D. *Bullingero* vestro exponeret quae ipso dictante excipio. Nec mihi dubium est quin eius literae vobis sint communes. Ne igitur actum agam ad illas te remitto. D. *Bezam* salvum et incolumem esse Dei opt. max. gratia, non dubito sed nullae ab eo literae adferuntur: ultimae erant datae sub finem Ianuarii. Nec mirum hoc videri debet quia cum *Amiraldo* in Normandiam profectus est. — — — — — — — — — — — —

Genevae 10. Martii 1563.

Car. Ionvillaeus
tui amantissimus.

3915.

BULLINGERUS CALVINO.

Tristia ex Gallia de capta Aurelia, mira ex Italia.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 757.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino fidelissimo Genevensis ecclesiae pastori Domino meo honorando et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Tristes nos reddunt Helvetici aliquot milites qui hac septimana venerunt ex castris Guysianis [1]) et pro certo referunt, postquam *Admiraldus* relicta Aurelia abiit in Normandiam ad Anglos, *Guysium* omnes post ipsum pontes deiecisse, atque ita illum prohibuisse ab Aurelia quam interim obsederit, magnis tormentis concusserit, tandem et ceperit, captis pauculis aliquot, liberatis captivis et caesis ad unum fidelibus omnibus. Quanquam vero meliora speremus, terret me tamen exemplum Rothomagi. Mallem profecto mori quam audire Aureliam, in qua sunt tot sancti, ab isto lupo irrumpi. Proinde si nos amas mature scribito quid sit actum Aureliae.

eos articulos diligenter domi meae per otium examinem ad Lydium sacrarum literarum lapidem. Postridie igitur venit alius ex compositoribus et hortatur ut ne diutius relucter. Ego, inquam, non possum salva conscientia et existimatione mea ullis articulis subscribere nisi prius bene et diligenter a me domi meae examinatis, et conscientiae meae approbatis: non enim possum subscribere, cui prius non subscribat conscientia, ac miror vos, quum sitis theologi, hanc inire rationem quae contra omnes est leges divinas atque humanas contraque omnem aequitatem. Vesperi itaque illius tertii diei eosdem articulos ad me retulerunt in praesentia nostri *Sturmii*, ut domi meae eos examinem ea nocte: sed hac lege ut ne describam sed mane mox reddam. Adiecerant hic generalia etiam quaedam de coena: ut scilicet doceatur ex verbo Dei, secundum confessionem Augustanam et eius Apologiam, et articulos concordiae inter Lutherum et Bucerum. Summo mane venio ad *Sturmium*, ubi multi alii ex nostris fratribus et collegis. Refero, quid mihi de iis articulis videatur: idem nempe quod de principio dixeram: non esse igitur subscribendum nisi adiecta etiam bona et prudenti protestatione.

Dum haec inter nos deliberantur: compositores iverunt in senatum, ibique suum de actis et utriusque partis scriptis atque sermonibus iudicium retulerunt: atque quum de me dixissent, audio *Petrum Sturmium* praetorem et scholarcham dixisse: Ubi igitur nunc sunt tot et tantae haereses quae *Zanchio* obiiciebantur? Concessum autem nobis fuerat, ut protestaremur voce: sed ut ne ullam eius mentionem in subscriptione faceremus. Hoc etiam fuit mihi suspectum, et veritus sum, ne nostris vellent abuti scriptionibus aliqui ipsorum ad alios, ut simpliciter tali doctrinae subscribant, nostro testimonio permovendos: nolle igitur me subscribere, nisi subscribam etiam meam protestationem, idque eo minus, quod etiam compositores a me admoniti, ut ambiguas voces explicarent, facere id detrectarint. Hic omnes, a minimo usque ad maximum contra me: me unum in causa futurum ut tanta concordia impediatur, ut ecclesia Gallicana evertatur, ut civitate cum infamia eiiciar, magnumque praeiudicium causae nostrae fiat: futurum etiam, ut adversarii contra me tanquam condemnatum e suggestis proclament, ut confirmentur multi, quae per calumniam de me fuerant sparsa, ea fuisse verissima. Ego contra: debere nos urgere, ut causa controversa iudicetur, deinde de nova docendi formula nos responsuros. At alii, non eos venisse ut iudicent, sed ut componant.

Non possum omnia dicere. Relictis igitur collegis qui in eadem causa erant, consului alios amicos et pios viros: quidam dissuadebant, quidam tamen etiam spectatis iis quae possent nisi subscriberem consequi, dixerunt posse me subscribere, etiamsi nullam protestationis mentionem in subscriptione faciam, aut etiam scriptam eam exhibeam, modo coram omnibus voce protester satis fore. Etsi vero haec audiebam, conscientia tamen mea acquiescere non poterat: quod videbam, fieri posse, si non in praesentia, saltem in posterum, ut meo testimonio multi simpliciores seducantur. Quum igitur omnes reliqui collegae irent ad aedes ubi congregati erant Domini, subscribendi articulis gratia: ego renui eo venire: malle me eiici urbe, aut etiam mori, quam ita simpliciter talem doctrinae formulam mea manu comprobare. Quum domum redirem, revocatus fui ab amico, ut saltem interessem: etiamsi subscribere nollem. Redii, sed hic iterum rogare per Iesum Christum, ut velim una cum aliis subscribere, nihil esse periculi, nihil insidiarum, et multa id genus alia. Tandem putavi, me posse salva conscientia, morem amico et fratribus aliis gerere, si ita subscriberem articulis, ut ea tantum probarem atque reciperem, quae pia esse ego ipse agnoscerem, praemissis primum exceptionibus. Quum itaqua ad rem ventum est, dixi me quidem subscripturum: sed haec prius protestari. Primum me nolle, ut hac mea subscriptione ullum fiat praeiudicium aliis ecclesiis, academiis ac veritati. Deinde, neque ut aliquid derogetur doctrinae illi, quam hic per decennium docui, et quae continetur in meis lectionibus, disputationibus, confessionibus. Postremo, ut mihi liceat tam hos articulos, quam Augustanam confessionem, Apologiam, et articulos concordiae, interpretari iuxta regulam verbi Dei, doctrinam Augustini et Lutheri, explicationesque Buceri et confessionem huius Argentoratensis civitatis. Deinde in haec verba subscripsi: Hanc doctrinae formulam ut piam agnosco, ita etiam recipio: Ego Hier. Zanchius. Si quid igitur non agnovero pium, illud me non recepisse manifestum est.

Die insequenti, rediimus, atque hic alia fuit actio. Hortati sunt, ut omnes iniurias, convicia et maledicta utrinque ex animo condonaremus. Hoc facile impetratum fuit. Deinde, ut daremus dexteras amicitiae et fraternitatis. Difficilem etiam hic me praebui: quod conscientia arguerit, non esse dandas dexteras, nisi certior prius fierem, consensionem inter nos esse in doctrina ad salutem necessaria inque vera religione: iuxta dictum Ioannis in altera epistola. Manifestum autem est, *Marbachium* damnasse doctrinam Christi haereseos. Quomodo igitur possum dare ei manum, nisi prius vel ab ipso vel a compositoribus certior fiam, eum non amplius damnare talem doctrinam? Hic *Sulcerus* seorsum mecum agit, et ait, peti ut dexteras demus in testimonium duarum rerum, primum, quod ex animo in eam formam doctrinae subscripserimus, deinde quod etiam ex animo condonaverimus in-

iurias. De controversa doctrina nihil, inquit, mihi dicas: ea non est iudicata, neque ad nos pertinebat eam iudicare: sed ad synodum aliquam. Fuit mihi utcunque satisfactum. Non potui tamen continere me, quum daturus essem dexteras *Marbachio*, quin illum interrogarem: an amplius agnosceret me pro haeretico, et doctrinam quam docui pro haeretica? Hic homo se torquere, et nescio quae coniectis in compositores oculis, verba dicere. Tum compositores iusserunt me de iis rebus tacere. Ita facta est quaedam concordia. In concionibus deinde theologi illi quatuor significarunt populo, omnes tam professores quam pastores esse bonos et pios viros, inventaque esse in eorum scriptis, quibus facile omnia conciliata sint.

Hic est finis nostrae tragoediae, optime pater *Calvine*, quem verbosius explicare volui, ut singula melius intelligeres, et qua in re aut peccatum aut non peccatum sit iudicare possis. Rogo autem, ut boni consulas meam verbositatem. Non ita felix sum, ut tu et *Sturmius*, qui multa paucis et perspicue explicare possim.

Nunc accipe breviter appendicem quandam. Postquam omnia, quae ad narratam actionem pertinent, fuissent confecta, omnesque compositores discessissent, vocati fuimus a Dominis nostris *Sturmius*, *Marbachius* et ego, iussique fuimus: primum omnia, quae ad Acta huius causae pertinerent, in cancellariam ferre: id quod mox ego feci. Deinde, ut ne de iis articulis controversis in schola disseramus aut disputemus. Postremo, ut neque aliquid de iis rebus imprimendum curemus. Quod me attinet, ita respondi: Quamdiu fuero vester civis et professor in vestra schola mandatis vestris obtemperabo: sicut etiam hactenus feci. Die insequenti, [14]) petita tamen venia ab uno Scholarcha et a *Sturmio* decanoque, [15]) discessi Argentina venique ad thermas Badenses, tum animi tum etiam valetudinis gratia, iturus in Rhaetiam ad parentes uxoris meae. [16]) Contuli vero me post thermas Tigurum, et communicavi omnia cum nostro *Bullingero*, optimo amico et patre. Aveo tuum quoque audire consilium, an mihi manendum sit Argentinae, iis legibus quas audivisti. Ego plane dubito: quia tamen sum in propria causa, libenter piorum et doctorum virorum audio consilia. Altera etiam ex parte, si discedam, metuendum est, ne, ut *Sturmius* dicebat, ostium plane lupis aperiatur. Exspecto itaque consilium tuum. D. *Bullingeri* sententia est, ut petam a Dominis, eam mihi docendi libertatem concedi, quam ante hoc dissidium habui: quod si nolint petam missionem: vel primo quoque tempore libere meam in schola explicem sententiam, praesertim de coena. Si Domini taceant, bene: si prohibeant, discedam. Cupiebam ad vos usque excurrere, tum invisendi fratres, tum tecum aliis etiam de rebus colloquendi gratia. Sed difficultas itineris, hac incommoda satis tempestate, me retinuit. Fortasse quum rediero ex Rhaetia Deo volente id efficiam. Rogo vero, cures ut ille dominus, qui hunc tabellarium virum bonum huc misit, excusatum illum habeat, quod non tam cito redierit, unum enim diem amplius nos illum detinuimus hic, ut per illum possemus literas quoque ad vos mittere. Vale, optime pater, et Dominus Iesus te diu ad ecclesiae salutem et regni sui propagationem conservet. Tiguro 18. April. 1563.

14) 20. *Martii.*
15) *Capituli Thomani.*
16) *Primum duxerat Coelii Curionis filiam; alteram habuit Lydiam, sororem Laur. a Lumaga viri insignis in Plurs (Piuro) Vallis Tellinae oppidulo, quam a.* 1557 *sibi matrimonio iunxit.*

3937.

BULLINGERUS CALVINO.

Promiscue multa brevissime ex Anglia Germania Italia Polonia, bellica, theologica et nescio quid non.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 456. — Simler. Vol. 107.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori domino colendo et fratri carissimo meo.

Genff.

S. D. Quae ex Italia accepi ab amicis in praesenti mitto. Ex Anglia scribit episcopus *Sarisberiensis*, res omnes satis habere feliciter, et Scotiam progressus in evangelio facere maximos. Reginam pro ingenio Guysiaco missare solam. Concionator aulicus Ducis Prussiae [1]) missus a suo Principe contulit cum *Brentio* de coena. Sed non potuit eis convenire. Monstra opinionum cudit *Brentius* cum suo *Schmidelino*. Hic, qui alias Iacobus *Andreae*, tui fecit mentionem et quidem non sine contemptu. Ego vero *Weygelio*, [2]) ita enim concionator ille appellatur, de omnibus institui: ut iam rectius de te sentiat. Mirifici sunt Brentiani. Absurdissima tuentur dogmata. Et *Palatinus* hodie pessime apud istos audit, ac Calvinianus appellatur, ab eis

3937. 1) *N.* 3925, *de alio atque h. l. agi videtur.*
2) *sic.*

Spero autem invitis istis omnibus perseveraturum in veritate. Novum bellum [3]) exortum est inter Suedum et Daniae Regem. Fortassis oborietur grave bellum in Italia propter Mediolanum, quod Hispanis cogitare dicitur adimere *Maximilianus* Rex. [4]) Mira est in Polonia conturbatio et altercatio in causa trinitatis et in causa *Blandratae* et *Stancari*. Mox ad te rursus mittam scripta aliquot. Vexamur mirifice ab istis. Optime vale cum fratribus et symmystis omnibus. Omnes mei et omnes fratres te salutant. Festinantissime scripsi 20. Aprilis 1563. Miramur valde quid fiat in Gallia, paxne sit recepta an repudiata? Iterum iterumque vale. Salvus sit D. *Ionvilleus*.

Bullingerus tuus.

Quaeso te ut scriptum hoc, quod tibi mitto, mature remittas ad me. Nullum habeo exemplum.

3938.

SARNICIUS TRETIO.

Multa et varia de rebus Polonicis tradit, simul cum in patriam ut quam primum redeat hortatur, et a theologis Helvetiis literas afferat ad varios proceres Athanasium et Sarnicium ex aequo commendantes.

(Per amanuensem Sarnicii descripta legitur in Cod. Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Epp. Tom. 25, fol. 215. — Simler Vol. 107.)

Exemplum literarum ad Thretium: et rogo D. Bullingerum ut primo quoque tempore per aliquem certum tabellarium hunc fasciculum literarum curet D. Calvino transmitti.

Eximie et colende frater. Redditae sunt mihi literae tuae 18. Aprilis, ex quibus omnia iucunda et laeta accepi, hoc uno excepto quod adventus tuus in dies procrastinatur. Non fuisset autem opus et te ea sollicitudine distineri, et mihi laborem in transmittendis responsis Genevensium [1]) imponere, si inquam eae quas antea ad te direxeram literae integre ad manus tuas pervenissent. Descripseram ego omnia plene et integre, ita quod deinceps promittebam non opus mihi fore amplius scribere ad te quamdiu istic subsistis. Neque adhuc plane despondeo animum quin post discessum huius tabellarii perlata sunt ea quae miseram. Utut tamen est, non gravabor in re tam fastidiosa iterum eundem resumere laborem, ac inprimis de statu istarum hic ecclesiarum delibabo quaedam, postea ad interrogata tua ordine respondebo.

Quae comitia [2]) antecesserunt, quaeve in ipsis comitiis acta sunt, haec per D. *Nemsta*, equitem Polonum qui Tigurum iverat, descripseram. Iam vero nunc de iis quae subsequuta sunt. Sub tempus comitiorum coacta fuit Synodus ibidem, hoc est, Petricoviae, in qua conclusum erat ut quemadmodum ministerio *Gregorii* coetus Cracoviensis defoedatus erat ut iterum reformaretur, ministeriumque praedicationis priori nitori restitueretur erigereturque. Et hoc quidem factum est, Deo sit gloria, sed non sine meo magno labore et maiore periculo. Veniebant tamen interdum me adiutum quidam boni fratres. Scire enim debes iam omnes ministros, exceptis sex illis quos novisti [3]) ad suam stationem rediisse. Nam quod illi schedae, cuius tu mentionem facis, subscripserant, id non fecerant multi ex illis perverso animo: sed a *Lysmanino* circumventi erant, qui quia pro domestico et quieto cive ecclesiae habebatur, eo magis quidam simpliciores se ipsi credebant. Unde factum est ut tale damnum per illum ecclesia accepit* quale vix aliquis opinaretur. Nunc quid meditatur* quove sit animo, Oedipum agere nolo. Sed Protheus est. Certo tamen accepi, inter eum et *Gregorium* gliscere inimicitias, ita quod* inter eos volant acerbiores literae. *Lismaninum Gregorius* accusat levita-

---

3) *Minime novum et diutius duraturum.*

4) *vani rumores.*

3938. 1) *De quibusnam loquatur ambigi potest, quum nesciamus quo temporis momento scripta sit Admonitio quam Opp. T. IX.* 629 *exhibuimus.*

2) *Petricoviae celebrata m. Februario (cf. sequentem) et iam vergente anno* 1562, *ut apparet ex diversis locis Lubieniecii. Ministri quidam antitrinitarii Cracoviae congregati d.* 17. *Maii scribunt (p.* 161)*:* De Synodis Petricoviensi et Cracoviensi quae, ut accepimus, decurrente anno celebratae sunt, *caett. et p.* 152*:* Sarnicius commodam occasionem sacrae tyrannidis invadendae in Com. Petr. a. 62 coactis arripere, ministros qui illuc cum patronis suis frequentes convenerant in partes trahere: tum demum omnia pro libidine agere, synodos convocare, superintendentem eccl. Maioris Poloniae creare: Discordiam virum illum vita non satis probum contra sanctionem synodalem ministerio admovere. Quaesitus tamen dissidio color et indictum ibidem colloquium. Cuius is eventus fuit ut praeter Io. Niemoievium, Hier. Philippovium, Io. Casanovium aliosque viros nobiles Stan. Lutomirscius, Mart. Crovisius, Stan. Pallesius, Geo. Schomannus et alii causam meliorem cum Gregorio tutandam susceperint. — *Schomanni Test. ap. Sand. p.* 194*:* A. 1563 missus sum ab ecclesia cum optimis heroibus Hier. Philippowski et Stan. Lassocki ad comitia Petricoviensia, ubi mox a Sarnicio et aliis senioribus fui infamatus de Arianismo, qua de re ego ne cogitaram quidem. Ubi a nobis palam secessionem fecerunt sine ulla iusta causa. (*Cf. Lubien. p.* 158 *ss.*)

3) *quorum nomina inter modo laudatos quaerenda erunt.*

tis,[4]) *Gregorius* vicissim ab eodem accusatur temeritatis. Hic ideo, quod ante tempus progressus est tam longe in eo dogmate: ille vero quod, quum per manus ab eo hoc dogma acceperit, ab eodem se veluti deseri, dum nihil diserte requirentibus respondet, conqueritur. Merito igitur potest eis illud impingi: En quo miseros perduxit discordia cives.[5]) Parat nunc iter ad Despotam,[6]) nec vult nostram exspectare synodum quae est indicta ad diem 14 Maii.[7]) Sed de *Lismanino* satis: nosti hominis ingenium. Graecus est, vel potius Graeco-Italus. Utraque gens non caret talibus vitiis. Semper autem excipio viros pios et honestos.

Felix ille *Cruciger* occubuit,[8]) et quidem insueto genere mortis. D. *Szafranecius*, vir illustris, ubi eum intellexit labascere iamiamque in candem sententiam animo propendere, dixit ut sibi aliam conditionem quaereret: se enim nolle esse patronum tam foedae doctrinae. Hoc responso accepto Pincoviam commigrare decreverat, iamque ipso die Paschatis coetui suo valedicebat. Absoluta concione derepente concidit, ita ut ne proloqui quidem potuerit, ac ita tandem sequenti die mortuus est. Quae res etiam plurimos movit. Dico enim, si quis istorum potuit cursum verae doctrinae impedire, ille certe talis erat. *Gregorius* est, ut nosti hominem, qui magis audacia pro sapientia utitur. *Lutomirius*[9]) vero indoctus est et tumultuosi ingenii. Hic vero ab utroque vitio procul erat et, quod magnum est, autoritate valebat et gratia. Doleo hominis vicem, eo magis autem quod a vero tramite exorbitavit. Sit autem ei Dominus propitius.

In dies laetiora et magis fausta exspectamus, maxime vero ex ea synodo de qua iam dixi.[10]) Convocatur haec auspiciis magnorum virorum, et quidem orthodoxorum, nempe Castellani Cracoviensis,[11]) Palatini Lublinensis, Castellani Sendomiriensis[12]) (hoc est Capitanei Margenborgensis). Huic enim cessit haec praefectura. Vir singularis prudentiae et pietatis. Sunt et alii plurimi qui literis synodalibus, quae iam sunt publicatae, nomina sua subscripserunt et sigilla apposuerunt, et omnes isti orthodoxi sunt. Optabam ego equidem et alii complures, ut te adesse huic synodo contigisset, et proinde tam sollicite prioribus literis monebam, ut properares et cohortabar. Fuisset hoc absque dubio et tibi et toti ecclesiae perutile. Iam nunc literis tuis respondebo. Literas prolixas, de quibus scribis, nec vidi nec de eis audivi. Nec falleris augurio. Ita est. Nebulones supprimunt omnia. Cupiebam proinde ego ut tu studiose autographa eorum quaecunque toto hoc curriculo scripsere ad vos conquireres et ad me vel transmitteres vel una tecum apportares. Inprimis autem rogavi mitti literas illas *P. Martyris*, literas *Lismanini*, ubi me circumscribere apud illos illustres viros conatus est, similiter Italicae ecclesiae testimonia seu historiam Actorum. Dederas mihi exemplum Pataviae, sed opus est una cum sigillo et subscriptione. Haec et alia per te conquiri optabam, ut cum sigillis tecum apportares. Praecipue vero Capitaneus noster a Margeburga cupit transmitti literas illas seditiosas *Gregorii* quarum aliquot paragraphos inserueras.

Stancaro ut respondeatur a Tigurinis[13]) roga obsecra et urge, ita tamen ut non obliviscantur etiam istius causae. Cupimus enim enavigare ex utrorumque angustiis. Quanquam *Stancarus* iam vela dedisset nec impressionem nostram sustinuisset, nisi hoc novo certamine in pedes erectus fuisset. Attamen res eius in declivi sunt. Mendacissimus homo in praefatione illius libri calumniatur me symbolum Athanasii appellasse symbolum Sathanasii. Ac si ego sinistre de illo symbolo senserim. Testatus sum autem coram te semper, et nunc cum iureiurando testor, de hac re me ne somniasse quidem. Semper reverenter sensi de illo symbolo. Rogo igitur D. *Simlerum* ut huius rei in suo libro mentionem faciat et me ab ea calumnia defendat. Semper enim in suo nativo sensu illud accipiebam et nunc accipio: in cuius rei fidem mitto tibi libellum quem sub alieno nomine edidi. Ita enim amicis videbatur.

Propositum D. *Calvini* de edendo libro ea methodo sicuti scribis mihi mirifice placet, et mitto tibi exemplum tractatus per Christophorum *Leopolitanum*[14]) missi. Det ergo *Calvino*, viro Dei, Deus robur et spiritum suum ut istorum gigantum superbiam comprimat et gloriam Dei illustret. Omnibus amicis, quos hic plurimos habet, rem gratissimam faciet.

Propera ad nos, mi *Christophore*: rem verissimam narro, ita nunc omnium oculi in te sunt defixi ut vix recordari possim ullius hic Poloni adventum cum tanta exspectatione et desiderio ope-

4) *De hoc Lubieniecius p.* 168 *ss. nihil habet.*
5) *Lege:* En quo perduxit miseros discordia cives.
6) *Simlerus conicit hic Despotam Moldaviae* (*Walachiae*) *innui. Radzivilium quidem infra aliter designat not.* 18.
7) *De qua vide Lubien. p.* 161 *seq.*
8) *Idem p.* 159; *Salig p.* 656 *sec. Regenvolscium.* — *Stan. Szafranecius erat Crucigeri patronus.*
9) Stan. Lutomirius, eques Polonus secretarius regis Sigismundi Augusti, superintendens post Crucigerum ecclesiarum minoris Poloniae (*Sand.* 42).
10) *ad prid. Id. Mai Cracoviam convocata.*
11) *Joannis Comitis a Tarnow.*
12) *Joach. Lubomirski.*
13) *Quod factum est a Iosia Simlero in libello:* Responsio ad maledicum F. Stancari librum adv. ecclesiae Tig. ministros, de Trinitate et mediatore I. C. Tig. 1563. 8.
14) *N.* 3288.

riri sicuti tuum. Quare cuperem ut scires frui hoc Dei et hominum favore. Non est aequum ut tam frequenter de adventu tuo sententiam tuam mutes. Venies autem recta Cracoviam. Hic enim nunc maneo et exspecto tuum adventum. Invenies hic coetum fratrum nostrorum qui permanent in orthodoxa sententia celeberrimum. Ex quibus est Doctor iuris *Aichler*, Doctor *Gutteler*, Doctor *Rosarius* medicus, D. *Valerianus* Consul, D. *Vadzan*, uterque *Iostus* et alii plurimi.[15])

Quod scribis D. *Calvinum* ad literas illas superbas dixisse, se nequaquam inducere in animum quod haec aliquis Polonorum scripserit etc., est ita, nec in toto hallucinatus est vir doctus. Non scripsit quidem haec Polonus, ac ne Gallus quidem, sed Mazovita: *Gregorius*, ut nosti, est ex illo tractu Mazurorum.[16]) Scis autem quomodo audiatur apud nos nomen Mazovitarum: non secus atque olim Galilaeorum. Suaviter risi quum primum, dum legerentur tuae literae, haec observaret et visum omnibus moveret noster D. *Valerianus*. Ille fuit autor huius facetiae.

Scripsi antea ad te quod de *Ochino*[17]) mirifice isti hic glorientur ac si eorum partes non obscure foveret. Optarem igitur aliquid tale ab eo edi, ut sic eorum vanitas deprehenderetur.

Tandem me animas et consolaris ut constanter persistam in tam sancto proposito. Equidem, *Treci* observande, Deum continuo rogo ut possem superare omnes Satanae insultus, sed me oportet hic magna certamina sustinere. Novisti quam contentiosa ingenia sint istorum hic: audivisti ex me Patavine qualibus artibus quibusve practicis hic progrediuntur Itali. *Lismaninus* omnes practicas, quas cum illa Regina Sworcia *Bona* exercebat in republica, transtulit in ecclesiam Dei, ita ut vix credam post Papae fraudes similes in mundo reperiri. Iudicare igitur facile potes in quali discrimine hic me manere oportuit. Nunc iam, Deo sit gloria, omnia sunt patefacta, discussa, publicata et in lucem producta, ita ut facile intelligere et paradigma vivum habere queant isti quid sapientia et vafritia humana possit adversus Deum. Nimirum fallitur mundus dum putat se humanis consiliis regi. Suaviter igitur recreatus sum tua consolatione. Sed miror plurimum cur D. *Bullingerus* per hunc publicum tabellarium meis literis nihil responderit, ac ne D. *Calvinus* quidem. Roga Deum ut forti et excelso animo fraudes et sycophantiam diaboli contemnere queam.

Quid tibi transeundo per Germaniam agendum sit interrogas. Facile ipsemet ex iis quas ad te mitto literis intelligere potes, quod Genevae et Tiguri facis, hoc tibi et aliis academiis faciendum erit. Nollem tamen te diutius istic commorari. Propera, propera. Scribant viri pii et docti literas ad istos miseros et infelices fratres, eosque revocent ad stationem suam, ne sibi tantum tribuant sumantque. Et praecipue ad Palatinum *Vilnensem*,[18]) quanquam et is, iam video, cornua deponit. Ante omnia autem cuperem mei, Iacobi *Sylvii*, Pauli *Gilovii, Visnovii*,[19]) ab illis mentionem fieri, ut ita per eos approbetur ministerium et confessio fidei nostrae. Sicut enim hic ab istis videmur in dies defoedari, ita congruum videtur ut eas maculas suo testimonio illi viri pii a nobis depellant et eluant. Ita fiet ut quo magis conspicua erit innocentia nostra, eo magis apti promovendo hic regno Dei reddemur. * Praecipue autem rogo ut in eam sententiam impetres literas ad Palatinum *Vilnensem* et *Despotam*. Erit enim e re ut, postquam tu ipse veneris, una mecum ad utrumque istorum eas, ut ibi causam hanc transigamus. Quare memori memoria tene haec quae nunc dixi. (Quod si vero iam discessit *Trecius*, D. *Calvinum* et D. *Bullingerum* rogatum velim, ut id sponte sua dignentur facere, et tales literas ad manus D. Iosti *Decii* Cracoviam per certos tabellarios absque mora transmittere.) Optarem etiam praefatione aliqua celebrari nomen Castellani Sendomiriensis Stanislai *Miscovii*[20]) et Capitanei Margeburgensis, adeoque totam familiam Miscoviorum quae sola fere inprimis una mecum coniunctis viribus strenue sese opposuit istis nebulonibus, et hactenus invincibili et paene Samsonico animo hanc causam sanctam et piam tutatur. Impetrabis etiam literas ad Castellanum Cracoviensem *Zborovium*, ad Palatinum Lublinensem. Potes habere talium literarum aliquot exempla absque epigraphis, ut postea hic tradantur arbitrio nostro quibus videbitur.

Quod attinet ad res privatas tuas cum D. *Chelmensi*[21]) ac aliis, ne sis anxio animo. Operam omnem impendam ut omnia cum fructu et dignitate tua fiant. Scis enim quod neminem te cariorem amicum mihi sentio. Deus novit.

---

15) *Ex his Aichlerus Cracoviae notarius publicus erat, qui cum Valeriano (Perno) literis communibus Lismaninum accusavit quod Gregorium Paulum seduxerit* (*Lub. p.* 132). *Iostum alterum infra Decium appellat.*

16) *Sandius eum Bresinensem Polonum vocat p.* 43.

17) *qui ergo iam tum cum antitrinitariis Polonis clam rem habuisse videtur.*

18) *Radzivilium.*

19) *Gilovius* ecclesiarum Zathoriensis et Osviecimiensis ducatus superintendens, *Miscowskiorum concionator et Sarnicii contra Greg. Paulum fidus Achates. — Stan. Wisniovius* minister Wieliciensis. (*Lub.* 163.)

20) Palatini et praefecti Cracoviensis. (*Lub.* 193. 222.)

21) Remigius (Remianus *ap. Lub.*) Chelmius, eques Polonus, vexillifer Palatinatus Cracoviensis (*Sand.* 48. *Lubien* 148).

Libellum Valentini *Gentilis*[22]) in sedecimo, ubi oppugnat symbolum Athanasii, da operam ut una tecum adferas. Concionum *Ochini*[23]) tres vel quatuor tomos obsecro ut nanciscaris. Credo Basileae apud *Pernam* inveniuntur. Data Cracoviae 24. Aprilis 1563.[24])

Tuus
Stanislaus Sarnicius servus Iesu Christi.

3939.

SARNICIUS CALVINO.

Dolet priores literas ad eum non pervenisse: iam ad eas eum ablegat quas ad Trecium scripsit. Porro summatim papam eiectum nunciat et sua iurisdictione privatum, Arianos et Moscovitas illos domi hos foris turbas ciere queritur.[1])

(Ex autographa Bibl. nation. Dupuy 102, fol. 163.)

Excellentissimo pietate et eruditione praestanti viro D. Ioanni Calvino, ecclesiae Christi pastori Gene[*vae, a*]mico reverenter colendo.

S. P. Eximie et excellentissime vir, dolenter fero quod meae literae ad manus tuas non perveniunt. Puto enim me luculenter de omnibus rebus quae hic geruntur vobis istic perscripsisse. Nunc quia certus sese tabellarius obtulit, nolui iterum eandem cantilenam recantare. Ac de rebus quidem et statu ecclesiarum nostrarum deploratissimo ex literis *Trecii* utcunque intelligetis, postea nescio de quibusnam rebus, ad vos praesertim qui estis curis et laboribus obruti nedum occupati, scribere debeam. Neque enim viris magnis fastidiosa scribacitate molestus esse volo, neque est aequum. Addam tamen quaedam quae in literis *Trecii* omisi. Iam, Deo sit gloria, comitia regni sunt soluta satis feliciter.[2]) Ac inter alia praeclara ac digna notatu quae istic transacta sunt, illud credo dignum esse auribus vestris: nimirum quod iurisditio papae est prorsus in regno hoc abolita. Vocant autem hic in vulgari usu iurisdictionem papae processum quendam iuris ex quo hic tota dignitas et autoritas eius pendebat. Negabat quispiam sacrificulo decimas vel quidpiam tale admisit, statim excommunicabatur: hanc excommunicationem si quis per annum et sex hebdomadas contemnebat, statim ad praesidem provinciae accusabatur: praeses tamdiu tales excommunicatos divexabat, donec reus solvendo esset. Atque in tantum hic istorum praesidum potestas valebat, ut etiam confiscare talium bona, honore privare, ac demum in exsilium mittere etiam potentissimos liberum eis erat. Hoc igitur iugum, Deo sit gloria, est a Polonis iam excussum. Legatus pontificis S. magno apparatu verborum voluit ab instituto senatum universum et Regem retardare: sed nequidquam. Ad extremum ab armigeris, quum rediret a senatu, ludibrio est exceptus, explosus et coeno conspersus. Adlecti sunt etiam in senatu sex nostrorum ex magnis familiis viri, quae res pollicetur etiam nobis meliora. Moschus arcem quandam nobilem in Plescovia[3]) per fraudem praesidis deditione cepit, proinde nunc exercitus potentissimus a nostris instruitur. Et dedit quidem non parvas turbas Lithuanis hic Moschi insultus, sed longe terribiliores et perniciosiores motus peperit nobis haec fabula Arrianica de qua ex literis *Trecii*[4]) audisti, vir clarissime. Plane nux seditiosorum hominum (ut ille inquit) ad nos convolavit. Pro acceptis igitur a vobis auxiliis ingentes agit gratias tota Polonia: sed adhuc petit ut ea quae adornatis citius perficiatis. Parva sunt ea praemia quae vobis hic reddere pro eo labore et pietate nos possemus: sed ille agonotheta et domitor orbis coeli et terrae liberalius multo pro sua clementia in die iustorum retribuet et compensabit. Quare pergite, o pia pectora, et facite ut viscera caritatis sicuti coepistis, magis ac magis in dies erga nos aperiatis. Me autem peculiariter et precibus et amori tuo, vir amplissime, commendo. Cupio scire quoties intra hoc semestre literae meae ad te pervenerunt. Et *Tretium* nostrum nobis, obsecro, reddite, et si opus est, extrudite.

Data Cracoviae 28. April 1563.

Stanislaus Sarnicius
servus Iesu Christi.

---

22) *Fortasse loquitur de eius* Confessione ad D. Sim. Wurstembergerum Gaii praef. (*Trechsel* II. 471.) *Subiiciuntur ibi adnott. ad symb. Athan.* (*ib.* 480).
23) *Prediche* 1542—44 *s. l. Tom.* V. *Basil.* 1562. (*Benrath, Ochin. L.* 1875. *p.* 298.)
24) *Trecius Turico valedixit prid. Non. Maias* (*Bulling. Besae prid. Cal. Iun. infra*). *Haec igitur epistola demum post eius discessum Turicum allata fuit* (*Bull. Calvino* 24. *Mai*).
3939. 1) *Cf. N.* 3866. 3873.
2) *scil. inter rixas et tumultus pro istorum more. Rex eo perductus fuit ut decreto subscriberet episcoporum iurisdictionem sin minus abolenti attamen minuenti.* (*Eichhorn, Hosius* II. 152.)
3) *Plosk* (*N.* 3931).
4) *i. e. ad Tretium.*

3941.

CALVINUS SYLVIO.

Novum scriptum ad Polonos se scripturum negat priori intercepto aut incuria deperdito, simul miratur eos tam crasso et pernicioso errore abripi potuisse ut spem salutis in Deo secundario locarent.

(Bis descripta exstat a recentiori manu in Cod. Paris. Dupuy. 102, fol. 27 et 51.)

Eximio Christi servo D. Iacobo Sylvio [1]) fratri et symmystae mihi colendo.

De vestris dissidiis adeoque tristi ecclesiarum vestrarum dissipatione ante quatuor menses certior factus, brevem sed dilucidam admonitionem conscripsi, [2]) ut sibi a *Blandrata* et similibus Satanae flabellis caverent fratres. Flagitabat quidem D. Christophorus *Trecius* ut tam *Stancari* delirium, quam *Blandratae* errorem copiosius refellerem: sed quia responsum quod *Stancaro* dederam, gentis vestrae vel incuria vel fraude intercidit, taedio fractus ab hoc labore abstinui. Nec certe iustam lucubrationem mihi unquam extorqueri patiar, donec scriptum illud recepero, quod mihi ad refellendas impuri et protervi conviciatoris *Stancari* calumnias plus quam necessarium est. Nunc tamen tuo et fratris nostri D. *Sarnicii* hortatu communes literas scribo ad Proceres vestros et Cracoviae cives: quod non apud singulos peculiariter idem praestiti, dabitis veniam. Neque enim tantum mihi superest otii, ut abiecta officii mei cura, praeteritis meis popularibus, tot denique occupationibus neglectis, octo continuos dies vobis impendam. Adde quod ab adversa valetudine non tantum relaxationis mihi datur. Tibi vero, integerrime frater, non parum gratulor, quod diffluente magna turba firmus tamen cum paucis perstes in purae fidei defensione. Exhorrui sane quum viderem ministros Poloniae minoris tam subito ad crassam et pudendam defectionem fuisse pertractos. Quid dicam nisi Felicem *Crucigerum* et alios similes arcano Dei iudicio esse fascinatos ut in Deo secundario et deificato spem salutis locarent? Ridicula autem eorum superbia, quod nobis ex suis latebris minitantur, ac si fastuosis suis iactantiis nos omnes possent evertere. Bene autem est quod de propria gloria non certamus, sed tantum ut vera et aeterna Christi deitas nobis incolumis maneat, et ab eorum sacrilegiis asseratur. In quam rem sic incumbe ne eorum pertinacia fatigeris. Vale, eximie vir et ex animo colende frater. Dominus te suo praesidio tueatur, virtute fulciat, donisque spiritus sui magis ac magis locupletet. Magnificum Dominum Palatinum Poscianiensem, [3]) cuius minister es, reverenter meo nomine saluta. Genevae. [4])

3941. 1) *N.* 3866. *In subscriptione Consensus Sendomiriensis se dicit seniorem dioeceseos Chецinskiensis.*
2) *cf. Prolegg. Opp.* IX. 49.
3) *lege:* Posnaniensem, *cui nomen erat Andreae Gorcano.* (*N.* 3932.)
4) *Haec omnino eodem tempore scripta fuit ac praecedens.*


BRUNSVIGAE, TYPIS M. BRUHNII.

CORPUS REFORMATORUM.

VOLUMEN XLVIII.

IOANNIS CALVINI

OPERA QUAE SUPERSUNT OMNIA.



EDIDERUNT

GUILIELMUS BAUM EDUARDUS CUNITZ EDUARDUS REUSS

THEOLOGI ARGENTORATENSES.

VOLUMEN XX.

BRUNSVIGAE

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

(M. BRUHN.)

1879.

BRUNSVIGAE, TYPIS M. BRUHNII.


REF IA.

IANIS

OPE.

GUILIEL UARDUS REUSS

T FILIUM.



IOANNIS CALVINI

OPERA QUAE SUPERSUNT OMNIA.

AD FIDEM

EDITIONUM PRINCIPUM ET AUTHENTICARUM


EX PARTE ETIAM

CODICUM MANU SCRIPTORUM

ADDITIS PROLEGOMENIS LITERARIIS

ANNOTATIONIBUS CRITICIS, ANNALIBUS CALVINIANIS

INDICIBUSQUE NOVIS ET COPIOSISSIMIS



EDIDERUNT

GUILIELMUS BAUM EDUARDUS CUNITZ EDUARDUS REUSS

THEOLOGI ARGENTORATENSES.

VOLUMEN XX.

BRUNSVIGAE

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

(M. BRUHN.)

1879.

THESAURUS

EPISTOLICUS CALVINIANUS

SIVE

COLLECTIO AMPLISSIMA

EPISTOLARUM TAM AB IO. CALVINO QUAM AD EUM

SCRIPTARUM

QUAS MAXIMA EX PARTE E CODICIBUS MANUSCRIPTIS ERUTAS

ADDITISQUE PROLEGOMENIS LITERARIIS

ET ANNOTATIONIBUS CRITICIS ET HISTORICIS ILLUSTRATAS



EDIDERUNT

EDUARDUS CUNITZ ET EDUARDUS REUSS

THEOLOGI ARGENTORATENSES.

VOLUMEN XI.

THESAURI

EPISTOLICI CALVINIANI

TOMUS XI.

EPISTOLAE AD ANNOS 1563 (MAI—DECEMB.) ET 1564 PERTINENTES.

SUPPLEMENTUM THESAURI EPISTOLICI.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

INDEX AUTORUM.

INDEX EPISTOLARUM.

CONCORDANTIAE EDITIONUM A BEZA PROCURATARUM CUM NOSTRA.

MDLXIII.
(MAI. — DECEMB.)

3942.

CALVINUS IENKWITZIO.

Memoriae causa peregrinantis albo amicorum inscriptum votum valedictorium.

(Ex authentico in nostrum usum descriptum est a viro clar. Gillet Vratislaviensi, cuius etiam sunt annotationes textui subiectae.)

Christus Matth. 10.

Christus non vult ut arbitremur quod venerit ad mittendam pacem in terram, sed gladium. Nam venit ut dissidere faciat hominem adversus patrem suum et filiam adversus matrem et sponsum adversus socrum. Et inimicos hominis eos futuros praedixit si qui sunt domestici ipsius. Quae verissima esse reapse experimur hodie. Nostrum autem est Christi consilium in huiusmodi tentationibus sequi quod Lucae 22 dat. Sed nunc (inquit) qui habet sacculum tollat, similiter et peram, et qui non habet vendat tunicam suam et emat gladium. Illudque praeterea nobis persuadere, Christum nobiscum semper futurum usque ad consummationem saeculi, certo illud statuentibus animas nostras in patientia nos aliquando tandem possessuros.

Insigne Regnum Galliae.

Christus vincit Christus regnat
Christus imperat.[1])

3942. 1) *Subscriptio nulla adest sed est certissima manus Calvini. Abrahamus de Ienkwitz Vratislaviensis apud Bituriges studiis operam navaverat, et a.* 1562 *inter bellicos tumultus cum aliis conterraneis, inter quos Jo. Rhediger, Genevam se contulerat ubi per plures menses commoratus est.* (*Gillet Crato* II. 46 *s.*) *Scheda Calvini in libello est duodecima. Sub N.* 15 *alia exstat Bezae qui se dicit* paulo ante per medias mortes ex gallica expeditione favente Deo reversum, *et scripsit haec a. d. V. Idus Maias* 1563. *Sequitur Henr. Stephanus sub N.* 21 *qui Calendis Maiis scripsit. Praeter alios qui eo tempore Genevae versabantur notandus sub N.* 24 *Christophorus Thretius qui* haec scripsit Tigurum Geneva proficiscens d. 15. Calend. Februarii MDLXIII.

3943.

BULLINGERUS CALVINO.

Plura tradit nova, ut plurimum incertos rumores, ex Polonia, Germania, Italia per alios secum communicata.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30. fol. 457. — Simler Vol. 107.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori domino meo honorando et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Scio sane quibus opprimaris negotiorum undis, honorande domine et frater carissime: unde non libenter tibi molestus sum frequentibus scriptionibus, et si quando scribo non morose te urgeo ad respondendum. Permitto hoc tuae benevolentiae. Quia tamen hic *Guilelmus*[1]) Gallus, vir certe optimus, a me literas ad te petiit, saltem ut familiarius colloqui et salutare possit, negare hoc officii non potui. Tu itaque benigne illum excipe et ad constantiam hortare. Aliquamdiu apud *Gualtherum* nostrum habitavit, nunc redit in patriam.

Si quando otium fuerit, respondeas oro ad eas quas superioribus ad te misi literas.[2]) Ex Polonia

3943. 1) *fortasse studiosus quidam.*
2) *N.* 3937.

literas Cracoviae datas ad finem prope Martii [3]) pridie accepi, ac ex his intellexi nebulones illos Italos maxima excitasse dissidia et augere. Nam quidam ex ministris inscitia magis quam malitia ipsorum partes tueri incipiunt, ut operae pretium facores si paulo diligentius de causa trinitatis scriberes.

Simul infausta et calamitates graves referuntur. Irruptionem fecit in Lituaniam Moscus, et capto in finibus eius regionis Polozko [4]) trucidasse dicitur et captivos abduxisse supra 70000 Lituanos. Conspiciuntur in coelo signa quae trepidos alias plus territant. Dominus misereatur eorum.

Ex Italia *Martinengi* [5]) comitis opera habemus, *Moronum* et *Nauagerium* cardinales a pontifice utcunque restituto missos esse Tridentum legatos, [6]) Martii 15. Romam venisse Ludovicum *ab Avila* [7]) a rege Hispaniae ad pontificem et exceptum esse in suum palatium magna cum pompa, prudentes varia de illa legatione suspicari. Addit ille, regem Galliae suum oratorem revocasse ex curia pontificis: [8]) quod pontificiis valde et doleat et suspectum sit. Triremes 14 Turcicas de improviso irruptionem fecisse in litus Orbatelli, [9]) indeque praedam egisse opimam et captivos abduxisse plurimos. Turbationem esse non levem Venetiis exortam ob nescio quam proditionis suspicionem. Feruntur et alia huius generis plurima: quale illud quoque est, *Palatinum* Electorem ad reformandum ecclesias profectum in illa ipsa profectione equo excussum et ab equo raptatum fato functum esse. [10]) Unde colliquescat, inquiunt Lutherani, quam invisus sit Deo Zuinglianismus et Calvinianismus. Ego vero rumorem hunc duntaxat, certi nihil habeo de morte principis. Nugas esse spero. Si vera referunt vivit tamen Dominus. In hoc vale aeternum, una cum symmystis omnibus, inprimis cum *Ionvilleo* nostro. Nostri omnes te et tuos salutant amicissime. Ex Galliis varia incerta, infausta referuntur plurima. Ex *Ionvilleo* certiora et meliora exspectamus. Tiguri 1. Maii 1563.

Legatus noster ex comitiis Basiliensibus [11]) nondum rediit.

Bullingerus tuus.

---

3) *Non exstant. — Italos tu scis Blandratam, Gentilem ei similes fuisse.*

4) *N.* 3931. 3939.

5) *Ulyssis scil.* (*N.* 3935).

6) *Gonzaga et Seripando mortuis missi sunt Roma Cardinales Bern. Navagerius Venetus, tituli S. Nicolai inter imagines, et Jo. Moroni Mediolanensis, ep. Praenestinus, qui concilio praesiderent: quorum hic illud tandem feliciter ad finem perduxit.*

7) *Placentinus, Caroli* V. *dux militaris. Autor fuit libri:* Los commentarios de la guerra del Emp. Carolos V. contra los Protestantes de Alemania (*Thuan.* II. 51).

8) *Lud. de S. Gelais Sr. de Lansac, cum legato Hispano de gradu dignitatis et praecedentiae honore disputaverat et quum de perpetuis concilii procrastinationibus queri iussus fuerit cardinalem Lotharingum adversarium habuerat; itaque dimissionem postulavit et obtinuit: abiit Nonis Iuliis.*

9) *Orbetello in tractu Tusciae meridionali. Caeterum neque de hoc facto, neque de turbis Venetiae ortis alibi quidquam legisse meminimus.*

10) *Vanus rumor.*

11) *De quibus v. N.* 3933.

3944.

CALVINUS MERCERO.

Rumore de eius repentina morte aliquamdiu perculsus iam e morbo revalescenti gratulatur eique promissionem de munere Genevensi adeundo in memoriam revocat.

(Plura exstant exemplaria in Codd. Genev. 107a, fol. 264 et fol. 265, tum 108, fol. 150, Bernae in Tomo Epp. VI. p. 1221, denique ap. Simlerum Vol. 107.)

Biduo postquam mihi redditae fuerunt tuae literae, [1]) ecce repentinum fulmen de morte tua, quod me et alios complures non modo perculit, sed fere attonitos reddidit. In hoc tibi placeas quod nobis acerbissimi luctus materiam dedisti. Ea opinio nos diebus quindecim aut circiter cruciavit, tandem sequutus est nuncius laetior, quum post accepta multa vulnera proiectus esses in flumen, inde fuisse extractum. [2]) Ego in laetitia profuse iocatus sum de felici piscatione. Nunc tuum erit dare operam ut de tua incolumitate prolixe et solide gaudeam. Ubicunque eris, ecclesiae Dei gratulabor, te superstitem manere. Verum nisi fidem datam [3]) praestiteris, fieri non potest quin doleam et conquerar. Quanquam ne tuae constantiae videar diffidere, vel tibi oblique inurere levitatis notam, non longius prosequar. Nihil enim turpius quam ubi nostra causa mirabiliter servatus es redivivum oblivisci quid nobis fueris pollicitus. Memoria repete antehac vel fuisse tergiversatum, vel excusationem attulisse, quibus moras nectere te putavi. Hanc postremam vocem tibi a Deo fuisse vel extortam vel elicitam agnosces. Iam te convaluisse, ac mediocres vires recuperasse confido. Itaque nisi occasionem, quae tibi prima oblata fuerit, celeriter arripias, nulla

---

3944. 1) *deperditae.*

2) *Haagius* (VII. 328) *teste Pasquier dicit eum belli tempore secure Lutetiae mansisse. Etiam Thuanus* (IV. 395) *talia non refert.*

3) *Genevam veniendi.*

restabit excusatio. Vale, ornatissime vir et mihi ex animo colende frater. Dominus qui te eripuit e faucibus mortis, spiritus sui virtute magis ac magis confirmet, donec salvus ad nos pervenias. 5° Nonas Maii 1563.

Carolus Passelius tuus.

3945.

D'AIREBOUDOUSE A CALVIN.

Demande de ministres pour Nîmes.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 109, fol. 123.)

A Monsieur Monsieur Calvin fidele ministre de la parole de dieu.

A Geneve.

Monsieur et pere le present pourteur est un des freres du concistoire de ceste ville, qui a charge de vous demander quil vous plaise leur envoier encores deux ministres pour travailler a ledification de leur eglise comme ils en ont bien besoin. Ils se sont volontairement accordes a tout ce que lon a volu, graces au Seigneur, qui ma esmeu vous en escrire en leur faveur et a leur requeste, attandu quils sont en bonne deliberation de vivre en bonne concorde paix et amitie ainsi quils m'ont promis en presence de Mrss. les contes [1]) lesquels en sont tres aises. Il vous plaira aussi leur escrire quils perseverent tousiours de bien en mieux.

Monsieur et pere, ie seray tousiours bien prest a vous obeir de tout mon pouvoir en ce quil vous plaira me commander, que sera fin, me recommandant humblement a vostre bonne grace, et celle de toutz les freres ensemble a vos sainctes prieres et oraisons, priant le Seigneur dieu vous avoir tousiours en sa garde. De Nysmes estant prest a monter a cheval pour aler a Montpelier le 6. may 1563.

Vostre treshumble et tresobeissant filz
Pierre: d'Airebaudouse: d'Anduse. [2])

3945. 1) *Il aurait dû dire:* consuls.

2) *Nous sommes en mesure de réunir ici divers renseignements relatifs, soit à Nîmes, soit à d'Anduse. La ville avait beaucoup souffert pendant la guerre; cependant depuis le commencement de* 1563 *l'ordre y fut rétabli par le nouveau gouverneur du Languedoc, M. de Crussol. Le* 15. *Février, dans une assemblée des bourgeois l'autorité des consuls, qui étaient protestants, fut reconnue et un traitement pris sur la caisse municipale fut alloué aux quatre ministres dont deux alternativement devaient desservir la ville et deux la campagne. Une nouvelle assemblée tenue le* 7. *Mai reconnut l'autorité du comte de Crussol, et le* 11 *enfin la paix d'Amboise fut publiée par l'Assemblée des Etats.* (*Hist. eccl.* III. 180. *Ménard* IV. 352 *suiv.*) — *D'Anduse avait été ministre à Lyon (jusqu'à la publication de l'édit de Janvier, selon l'Hist. eccl.* III. 216). *Il y avait été envoyé le* 14. *Oct.* 1561 (*Bulletin* XII. 482). *Il retourna à Genève vers la fin de la même année. En Mai* 1563 *il fut prêté à l'église de Montpellier (c'est à cela qu'il fait allusion ici même). Le Reg. du Conseil rapporte, à la date du* 1r *Mars* 1563, *qu'il fut demandé par cette église, et à la date du* 24. *Mai, il est dit que Nîmes le demandait avec un autre encore. Le* 5. *Juillet* (*ibid.*) *un député de Montpellier le demande à perpétuité. Mais Ménard dit p.* 355 *qu'un conseil de ville extraordinaire tenu le* 24. *Oct.* 1563 *fixa l'exercice de la religion et délibéra de pourvoir à l'entretien des ministres:* „La délibération nous apprend qu'il était alors arrivé depuis peu en cette ville un nouveau ministre appelé le Sr. d'Anduze, c'était Pierre d'Aireboudouze.“

3946.

MADAME DE ROYE A BÈZE.

Elle lui communique les dernières nouvelles qu'elle a reçues de France et son projet d'y retourner.

(Bibliothèque de Genève Vol. 196, fol. 61 avec souscription autographe.)

Monsieur de Beze pasteur de leglise de dieu
a Geneve.

Monsieur de *Beze* depuis vostre partement [1]) de ceste ville je nay eu aultres nouvelles de france sinon la confirmation de ce que mavoit apporte *Millet*, [2]) quy est que la Royne et Mr. le prince donnent fort bon ordre par toutes les provinces de france que la paix sentretienne, [3]) jay espoir que vous verrez avec layde de dieu que ceulx qui se monstrent encores rebelles seront chastiez comme jlz meritent. jl marriva hyer ung homme qui vient de la court qui masseure que Mr. le prince est fort bien venu et quil faict tous les jours prescher dedans la mayson du Roy ou beaucoup de personnes se trouvent. [4]) Quant a lestat des affaires de ce pays monsieur *depternay* [5]) est passe et ma mande le bon

---

3946. 1) *Qui doit avoir eu lieu assez récemment puisqu'il n'arriva à Genève que le* 15. *Mai* (*N.* 3952).

2) *Voir la lettre de la duchesse de Ferrare du* 21. *Mars* 1564.

3) *de Thou* III. 409. *Soldan* II. 113.

4) *Lettre de Chantonnay du* 18. *Juin* (*Mém. de Condé* II. 160): Ordinairement l'on presche et se chantent les Psalmes et se font les prieres en la salle du Prince de Condey avec l'assistance de tous ceulx qui y veullent et peuvent aller, en quoy le Roy tres chrestien est moings respecté en sa maison que les Srs. Haultz-Iusticiers ne le sont en leurs terres par le contenu de l'accord.

5) *Languet du* 15. *Mai* (*Epp.* II. 240): D. d'Esternay

racueil et honneste responce que luy a faict Monsieur le duc de *Wirtemberg*. Jay depuis deux jours visite Monsieur le duc de *deux pontz* [6]) a six lieues dicy quy ma grandement satisfaict et contentee sur ce que je luy ay propose et vous puis dire que nous avons bien occasion de louer ung tel prince sy affectionne a la cause de dieu et repoz de toute la chrestiente. Monsieur le duc de *Wirtemberg* ma envoye la responce a la confession [7]) que futes dadvys que je luy envoyasse laquelle je vous envoye jl ma aussy asseure que jl seroyt bien ayse de me veoyr. Je renvoye pour cest effect devers son excellence affin que apres que je lauray veu et sil est possible le Landgrave *dessen* [8]) je machemine en france ou je nespargneray rien de ce que je congnoistray pouvoir servir pour ladvancement de la gloyre de dieu. Pryant dieu quil vous ayt en sa garde. de Strasbourg ce vij de May 1563.

Vostre bien bonne amye
Madelene de Mailly. [9])

3947.

CALVIN A CRUSSOL. [1])

Explications au sujet de la paix d'Amboise.

(Copies Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 150. Vol. 115a, fol. 41. Berne F. p. 38. Ruchat VII. 396. Bonnet II. 500. Trad. angl. IV. 304.)

Monseigneur, si iavois moien de vous escrire plus souvent, il ne tiendroit point à mon vouloir que ie ne men acquictasse. Et de faict encores que les chemins fussent fermez, ie nay point laissé de ce faire quant il me sembloit qu'il estoit requis. [2]) Mais sans necessité ie n'ay point voulu hazarder lettres. Quant à lestat de France, ie le vois si confus de tous costés que ie crains bien que ce ne soit a recommencer plus que iamais. Non pas que le remede ne fust aisé et prompt quant on y vouldroit entendre, mais vous voiez où nous en sommes. Il ne reste donc sinon de nous humilier en patience, actendant que Dieu y pourveoie, comme pour certain ie ne doubte pas que nous nen voions en brief quelques bonnes enseignes. Cependant il nous fault emploier plus vertueusement que iamais, car Dieu veult esprouver les siens à ce coup, leur proposant d'une part de grandes difficultez, et de rechef leur donnant occasion de s'emploier a bon escient a son service. Ainsy, Monsieur, ie vous prie de prendre courage. Et comme vous voiez que Dieu vous a faict cest honneur de vous mectre en exemple et miroir, que vous n'y espargniez rien, de quoy ie me confie tant, que ie ne vous en feray plus longue exhortation. Mesmes, daultant que ie vois que vous avez le soing que les aultres soient exhortez à faire leur debvoir, iay escript à Monseigneur le Prince, [3]) car aussy il m'a donné ouverture par ses lettres que m'a apportees Monsieur *de Beze*. Mais pardonnez moy si ie n'ay pas suyvy le stile que vous eussiez bien voulu. [4]) Car de luy faire accroire que le blanc est noir, cest trop contre

---

missus a Condaeo ad agendas gratias principibus convenit Ambergae Palatinum et ducem Ioannem Fridericum, Stutgardiae vero Landgravium et Wirtembergensem. Hinc proficiscitur ad Bipontinum. — Ant. Raguier Sr. d'Esternay suivit le Prince de Condé et attira au mesme party et à la mesme religion Fç. de Bethune baron de Rosny son beau-frere, pere du duc de Sully. (*Le Laboureur, add. aux Mém. de Castelnau* I. 773. *Haag*. VIII. 363. *Comp. la lettre de Beaulieu du* 14. *Avril* 1564.

6) *Wolfgang, avec lequel elle avait été en négociations suivies au sujet de troupes auxiliaires à lever.* (*Schmidt, Sturm*. 135.)

7) *du* 11. *Août* 1562. *Voir la lettre à Condé qui va suivre.*

8) de Hesse.

9) *C'était son nom de famille. Elle était soeur utérine de Coligny. — Ajoutons qu'à Strasbourg elle était toujours dans la gêne, et avait continuellement recours à des emprunts négociés par les soins de Sturm* (*Schmidt l. c.*). *Elle quitta la ville sans avoir satisfait ses créanciers, ce qui mit Sturm et W. Rihel dans de grands embarras.* (*Comp. N.* 3927.) *Elle retourna en France au mois de Juin.*

3947. 1) Antoine, baron de Crussol (ou Cursol), depuis duc d'Uzès, nommé le 10. Déc. 1561, lieutenant-général dans le Dauphiné, la Provence et le Languedoc, avec mission de pacifier ces contrées, s'employa sérieusement à cette charge. Sa mère avait embrassé la réforme avec zèle. Crussol, sans la professer ouvertement, s'y montra toujours favorable, sans hostilité contre les catholiques. Retiré en son château de Charmes dans le Vivarais, les protestants de Nîmes lui offrirent de se charger de la défense des églises du pays en Août 1562. Il refusa d'abord . . . . . En Novembre il accepta la charge de chef et conservateur du pays à condition que l'on restât sous l'obéissance du roi . . . . Lors de l'édit d'Amboise (19. Mars 1563) il garda son commandement. Toutefois, le maréchal de Vieilleville ayant été chargé de faire exécuter l'édit dans ces provinces, Crussol remit les places du Languedoc, occupées par les protestants, à Ant. de Lévis, comte de Cailus, en Août 1563. (*Ménard, hist. de Nîmes* IV. 336. 343. 354 *comp. Haag*. IV. 128.) — *Calvin paraît avoir été engagé à écrire cette lettre par des communications reçues de la part de Crussol et surtout en vue des dispositions favorables dont celui-ci fit preuve pour la cause de la réforme.*

2) acquis *Bt*.

3) *N*. 3950. *Cependant cette lettre porte une date postérieure.*

4) *Crussol aura désiré que Calvin exprimât sa satisfaction au sujet des conditions de paix acceptées par Condé. Cependant M. de Crussol lui-même montra combien il se méfiait des bons effets de l'édit d'Amboise.*

mon naturel, et il ne me serroit * pas possible. Si est ce que ie me suis tellement moderé que ie croy que vous en seriez satisfaict quand vous verriez de quoy. I'ay pareillement respondu a Monsieur l'admiral, [5]) le priant plus privement de tenir la main a beaucoup de choses, non pas tant pour besoing qu'il ait d'estre picqué, que pour ce qu'il mavoit requis de ce faire. Quant il trouvera bon de monstrer les letres, il n'y a point d'aigreur qui puisse offenser, et y a quelques aiguillons pour inciter celuy qui les verra.

Monsieur, apres m'estre humblement recommandé a vostre bonne grace, je supplieray le pere celeste vous tenir en sa garde, vous gouverner par son esprit en voz entreprinses, vous fortiffier en droicte constance, et augmenter en toute prosperité. De Geneve ce [7] [6]) de may 1563.

3948.

CALVIN A MADAME DE CRUSSOL. [1])

Exhortations chrétiennes.

(Cette lettre se trouve dans tous les documents cités à la suite de la précédente.)

Madame, ie vous escriptz a l'adventure, ne scachant pas si mes lettres vous trouveront au pais du Languedoc, pour ce que la Royne a mandé à Madame *de Roye* quelle vous trouveroit en court a son retour. Mais daultant quil pourra estre advenu que vous naurez pas esté si tost preste, ie n'ay pas voulu faillir à macquicter de mon debvoir pour vous declairer que ie noublieray point a prier Dieu quil luy plaise faire prosperer vostre voiage, et quelque part que vous soiez vous guider par son Sainct Esprit en telle prudence que le monde ne vous soit pas plus que luy. Ie scay quil a tiré par cydevant de bons services de vous: mais vous ne scauriez en toute vostre vie faire la centiesme partie de ce que vous lui debvez en ung iour. Parquoy, Madame, advisez de paier voz arreraiges pour monstrer par effect que cest sans feinctise que nous protestons de nous vouloir separer de toutes ordures et polutions, pour nous desdier purement à nostre Seigneur Iesuschrist, lequel est mort et ressuscité afin que nous vivions et mourions en son obeyssance. Sur tout, Madame, pource que ie ne doubte pas que vous ne soiez sollicitee de nager entre deux eaues ie vous prie de vous tenir sur voz gardes, car quant il est question de gloriffier Dieu, il ne peult souffrir aucune neutralité. Qui plus est, ce qui eust esté supporte aultreffois, ne vous est auiourdhuy nullement licite, car vous avez marché si avant que vous ne pouvez reculer sans danger de cheute mortelle. Combien que ceste exhortation soit superflue envers vous, si ay ie mieulx aymé de vous confirmer sans grande necessité en vostre bon zele, afin que vous congnussiez laffection que iay de vous voir cheminer en telle perseverance que iaye de quoy en louer Dieu, et me resioyr pour le soing que iay de vostre salut.

Madame, apres mestre humblement recommandé à vostre bonne grace, ie supplieray ce pere de misericorde de vous maintenir tousiours en sa protection et vous enrichir de plus en plus des dons de son esprit. De Geneve ce [8] [2]) de may 1563.

3949.

CALVIN AU PRINCE DE PORCIEN. [1])

Éloges et exhortations.

(Copies Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 152; Vol. 115a, fol. 39; Berne F. 189. Ruchat VII. 397. Bonnet II. 505. Trad. angl. IV. 307.)

A Monseigneur Monseigneur le Prince Porcian.

Monseigneur, combien que ie ne vous aye point escript iusques icy, ie n'ay point laissé de vous

5) *comme Crussol paraît en avoir exprimé le désir.*

6) *Le chiffre est ajouté par une autre main.*

3948. 1) *Louise de Clermont, comtesse de Tonnerre, épouse d'Antoine de Crussol, et dame d'honneur de Catherine de Médicis. C'était une femme de beaucoup d'esprit mais asses légère dans ses allures. Toutefois la manière dont C. lui parle prouve qu'il n'avait pas d'elle une opinion défavorable.*

2) *Voir la dernière note de la lettre précédente.*

3949. 1) Antoine de Croy prince de Porcien estoit un des plus vaillans de son tems et fut un des premiers chefs du party Huguenot où il se laissa entraisner par la jalousie qu'il portoit à la maison de Guise. Le prince de Condé l'aima fort. (*Le Laboureur, add. aux Mém. de Castelnau* I. 381.) — *Il avait pris une part active à la guerre de* 1562 *et s'était distingué à la bataille de Dreux, ainsi que plus tard dans l'armée de Coligny* (*Popelinière* I. *f*. 383; *de Thou* III. 759 *et passim; Haag*. IV. 124). *Il mourut en* 1567 *à* 26 *ans. Sa veuve, Catherine de Clèves, comtesse d'Eu épousa en* 1572 *Henri de Guise* (*le Balafré*) *et redevint catholique.*

porter telle reverence que ie debvois, et avoir pareille affection de memploier a vous faire service, moiennant que Dieu m'en donnat le moien: car ie ne puis estre son serviteur, que ie nayme et honore les vertus excellentes qu'il a mises en vous. Mais pource que ie ne pouvois mieulx, ie me suis contenté iusques à maintenant d'avoir souvenance de vous, priant le pere celeste de vous conserver et acroistre en vous les dons de son esprit. Et daultant plus ay ie esté ioyeulx, aiant entendu par le porteur lequel est à vostre service, que de vostre grace vous m'aviez donne ouverture à faire ce que ie n'osois pas, encores que ien eusse bonne devotion. Ie vous remercie doncques humblement, Monseigneur, de ce qu'il vous a pleu me mander le bon vouloir que vous avez envers moy, non seulement pource que ie prise beaucoup d'estre en vostre bonne grace, mais daultant que vous m'avez donné occasion de vous declerer combien ie vous suis affectionné serviteur. Ce pendant daultant que ie ne le puis demonstrer par aultre effect qu'en procurant vostre salut et y applicquant ce que Dieu ma donné, iauray là mon refuge. Cest de vous prier, Monsieur, et exhorter au nom de Dieu de prendre couraige a poursuyvre ce que vous avez si bien et heureusement commencé. Depuis quelque temps vous avez esté pour ung homme de vostre estat et qualité examiné au vif, et Dieu vous a donné vertu invincible pour suffire a tout. Ce a esté une bonne approbation de vostre foy. Mais vous ne pouvez estre trop adverty que ce nest point la fin, et quil vous reste à batailler contre beaucoup de tentations. Car la crestienté ne se demonstre pas seulement à porter les armes et exposer corps et biens pour maintenir la querelle de l'evangile, mais à nous assubiectir plainement en l'obeyssance de celuy qui nous a tant cherement acquis, a fin d'estre gloriffié en nostre vie et en nostre mort. Voicy donc, Monsieur, enquoy il vous fault perseverer, en ne vous lassant point de combatre non pas seulement à lespee contre les ennemys visibles, mais contre tout ce qui vous pourroit distraire ou empescher de bon chemin. Qui plus est, oultre ce que nous sommes tant fragilles et que nous avons a soustenir des combatz interieurs en nombre infini, le diable ne cesse de nous susciter beaucoup de traverses, ou pour nous faire tourner bride, ou pour nous faire refroidir. Ainsy quant il est question de repos regardons au ciel, quelque relasche que Dieu nous donne icy bas pour long temps. Ie ne dicts pas cecy par deffiance, pource que ie me tiens asseuré que Dieu qui vous a donné de si bonnes marques ne vous abandonnera iamais. Mais vous experimentez assez, Monsieur, que nous ne pouvons pas estre trop bien munis pour resister à tant de tentations dont nous sommes incessamment assaillis. Toutesfois ne doubtant pas que vous ne vous exerciez diligemment à lire et ouyr les sainctes exhortations qui vous doibvent servir de glaives et armures, ie ne poursuyvray plus oultre. Ie ne scay si Dieu nous fera iamais ce bien dont vous me donnez esperance, de vous voir quelquefois en ce monde. Le principal est que nous soions recueillis en son royaulme eternel, combien que ie ne laisse point de souhaister cest accessoire.

Monseigneur, apres mestre bien humblement recommandé à vostre bonne grace, ie supplieray le pere celeste vous tenir en sa protection, vous fortiffier de plus en plus par sa vertu, et augmenter en tout bien et prosperite. De Geneve ce 8me de may 1563.

3950.

CALVIN A CONDÉ.

Conseils relatifs à l'usage à faire de la paix d'Amboise, et de la Confession adressée à l'Empereur.

(Copies Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 154; avec corrections autographes; Vol. 115a, fol. 35. MS. de Gotha 404, fol. 66; Berne F. 33; Ruchat VII. 399; Bonnet II. 507; Trad. angl. IV. 309.)

Monseigneur, il n'est ia besoing vous faire longues excuses de ce que j'ay este si long temps a vous escrire, puis que le moien mestoit osté de m'acquitter de mon debvoir. Et encore à present je craignois que les passages ne fussent pas trop surs: mais puis que de vostre grace vous m'avez prevenu par vos lettres que mon frere Monsieur *de Besze* m'a appourtees, [1]) j'ay honte de plus differer, sur tout aiant loccasion du porteur, lequel a ung voiage a faire en court.

Touchant les conditions de la paix, [2]) je scay bien, Monseigneur, quil ne vous estoit pas facile de les obtenir telles que vous eussiez voulu. Parquoy, si beaucoup de gens les souhettent meillures, ie vous prie ne le trouver estrange, veu qu'en cela ilz saccordent avec vous. Cependant si Dieu nous a reculé plus que nous ne pensions, cest a nous de plier soubz sa main. Quoy quil en soit, selon que ie ne doubte point que vous naiez mis peine d'avancer le Royaulme de Dieu tant quil vous a

3950. 1) *Elles sont perdues.*
2) *N.* 3923. 3926. 3929.

esté possible, et de procurer le repos et liberté des Eglises, aussi i'espere bien et suis tout persuadé qu'a lavenir vous continueres pour amener le tout en meilleur estat. Toutesfoys, Monseigneur, je vous prye de ne point mal prendre si de mon costé je vous y solicite, attendu les difficultes qui vous environnent.

En premier lieu si vous ne faictes valoir par vostre authorité ce qui a este conclud a lavantage des fidelles, la paix seroit comme ung corps sans ame: et l'experience a montré par cy devant combien les ennemys de Dieu sont hardis entrepreneurs à mal faire, si on ne leur resiste vivement. D'autre part, sans que nul vous en dit mot, vous voies asses, Monseigneur, selon vostre prudence, combien de gens espient l'occasion de gaigner le haut. Vous scaves leurs practiques, et si vous leurs donnez loisir de vous surprendre, ils ne y faudront pas, et s'ils ont mis le pied en l'estrier, il ne sera plus temps de les vouloir empescher. Cela vous doibt bien induire à donner ordre d'estre si bien accompagné au maniement des affaires, que la porte soit fermee a tous contredisans de pouvoir nuire. Cependant il y aura plusieurs moiens d'eslargir le cours de l'Évangile. Ie considere bien, Monseigneur, que tout ne se peut faire en ung jour, mais ie croi que pour ne point laisser passer aulcune importunité, il vous souviendra du proverbe que le plus tost est le meilleur, afin quil ne se dresse point de nouvelles trammes pour tout dissiper, quand on cuideroit estre en bon train. Et cest a ceste heure quil y faut bien travailler plus que iamais, veu quil semble que Dieu vous y tende la main, et comme il vous a fait ung honneur inestimable de maintenir sa querelle à lespée, il semble aussi quil vous ait reservé les aultres moiens d'amener à perfection ce quil luy a pleu d'accommencer. Puis donc quil luy plaict vous esprouver et exercer en diverses sortes, pour vous approuver tant mieulx, tant plus aves vous de matiere de vous evertuer sans y rien espargner.

I'ay aussi, Monseigneur, ung aultre point à vous toucher. Devant que la iournee imperialle se tint à Francfurt, ou vous envoiastes Monsieur *de Passy*, [3]) je feus requis et exhorte par Monsieur *DAndelot*, de faire une briefve confession en vostre nom, afin quelle fut là presentee. Ie la dressay selon que Dieu me donna. [4]) Monsieur le compte * de Beauvays [5]) l'aiant veue eut bien desire quelle eust esté signee. Mais ni Madame *de Roye* ni Monsieur *de Soubize* ne vous la peurent faire tenir. En la fin je la vous envoyay par ung pouvre garçon, mais il arriva trop tard. Ainsi ceste occasion est passee, *combien quil* [6]) me semble que la dite confession ne seroit pas encore hors de saison, mais qu'elle apporteroit grand fruict, tant dedans le Royaulme que dehors. Au reste il faudroit aviser de changer la preface, et au lieu qu'elle s'adressoit à l'empereur, quelle fut generalle, sans aussi specifier ce qui concerne le fait de la guerre. Si tel changement vous venoit a gre ie me suis ingere de vous advertir par quel bout il seroit bon de commencer, comme vous le verres sur la coppie que je vous envoye. Si vous aimies mieulx la laisser telle qu'elle est, il seroit besoin de faire ung brief advertissement pour servir d'excuse de ce qu'elle na point esté produitte en temps et lieu. Quant est du prouffit qui en pourroit venir, j'en toucheray deulx motz. Vous scaves, Monseigneur *cela* [6]) donnera gout a beaucoup de povres ignorans pour avoir la patience de lire ce qu'ilz reiecteroient autrement. Ainsi ce sera ung moien divin pour gaigner ung nombre infini de gens. Mais on en peut esperer encore plus grand fruict hors du Royaume, d'autant que beaucoup d'Allemans qui sont alienes des Francois pour la matiere de la Cene, ne se tiendront point d'y mettre le nez soubz ombre de vostre nom. Cependant cela sera pour vous acquerir tant plus de faveur. Outre plus, il vous faut prevenir ung danger lequel vous aves desia peu sentir en partie, c'est quon ne cessera de vous tendre des files pour vous envelopper en la confession d'Auspourg, qui nest ni chair ni poisson, et est cause de grandz schismes et desbatz entre les Allemans. Or, Monseigneur, ayant fait une telle declaration, vous auriez formé la porte a touttes les poursuittes qu'on vous scauroit faire, aiant tousiours ce mot de replique que vous ne pouves pas retracter la Confession par vous faicte et publiee, s'il ne vous est montré pourquoy. Je ne protesteray point que je ne cherche icy que la gloire de Dieu, le bien commung de son Eglise, et mesmes vostre honneur, pource que je ne pense point que vous m'avez en reputation dhomme qui regarde à soy. Ainsi i'attendray vostre responce pour entendre vostre bon plaisir, afin d'obeir a ce que vous commanderes.

Pour ce aussi, que jay entendu, Monseigneur, quon traicte de quelque alliance où les Suisses sont compris, [7]) je vous prie pour le bien du Roy

3) *à l'occasion du couronnement de Maximilien comme roi de Rome. Voyez sa lettre de créance du 1r Oct.* 1562 *dans les Mém. de Condé* IV. 38; *son discours sur la religion des Huguenots et l'état de la France ibid.* 56. *Hist. eccl.* II. 156. *N.* 3864. 3838. *Le Laboureur l. c.* II. 28. *Popelinière* I. 338 *v.*

4) *Oeuvres* IX. 753. *Prolegg.* 60.

5) *Odet de Châtillon, cardinal. frère de Coligny.*

6) *Mot écrit de la main de Calvin.*

7) *A cette époque Catherine de Médicis voulait se rap-*

veillier a ce qu'on y poursuive vivement. Je le dy pource qu'il y aura quelques difficultez, dont vous pourriez estre ennuyé. Mais quand tout sera bien considéré, une telle cause ne sera pas laschee [8]) facillement. Je n'ose pas vous recommander ceste ville à ce qu'elle y soyt comprinse, combien que les seigneurs de Berne nos combourgeois ayent promis de nous y ayder, sinon d'aultant que chacun voye à l'oeil que c'est le grand proffit du Roy, et que ce soyt son dommage evident si nous estions laissez en arriere. Je ne m'ose pas aussi offrir, mais c'est asses que vous me trouverez tousiours prest, quand il vous plaira m'advertir, si vous voyez que mon labeur y puisse proffiter.

Monseigneur, apres m'estre tres humblement recommandé à vostre bonne grace, je supplieray nostre bon Dieu vous avoir en sa saincte garde, vous conduire par son Sainct Esprit, fortifier en vertu invincible, et accroistre en tout bien et prosperité. [9])

3951.

CALVIN A LA DUCHESSE DE FERRARE.

Il la complimente au sujet des soins qu'elle a pris pendant la guerre des protestants retirés à Montargis; il promet de lui chercher un nouveau ministre et lui recommande le professeur Porto.

(Copies Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 156 avec corrections autographes; et 157. Vol. 115ª, fol. 31. Berne F. 43; Buchat VII. 400; Crottet p. 96; Bonnet II. 513; Trad. angl. IV. 313.)

Madame, jay experimenté durant ces troubles de guerre, combien tout estoit confus en France, daultant que je n'ay eu nul moien de vous escrire, [1]) lorsqu'il en estoit plus besoing que iamais: maintenant iespere que les chemins seront plus ouvers, et combien que pour quelque temps, quil y aura beaucoup de volleurs et brigans, en la fin Dieu pourvoira pour donner remede a tous desordres. Et de faict, sil n'y mect la main nous serions en pire estat qu'au paravant, car si ceulx qui sont en authorité ne font valloir la paix, advancant l'honneur de Dieu plus qu'il nest la retenu, la religion seroit rendue comme ung corps sans ame.

Ie scay, Madame, comment Dieu vous a fortiffié durant les plus rudes assaulx, [2]) et combien par sa grace vous avez vertueusement resiste a toutes tentations, n'aiant point honte de porter lopprobre de Iesuschrist, ce pendant que lorgueil de ses ennemys seslevoit pardessus les nues: davantage que vous avez esté comme une mere nourriciere des povres fidelles dechassez qui ne scavoient ou se retirer. Ie scay bien que princesse ne regardant que le monde auroit honte, et prendroit quasy à iniure quon appellat son chasteau ung hostel Dieu, mais ie ne vous scauroie faire plus grant honneur que de parler ainsy, pour louer et recongnoistre l'humanite de laquelle vous avez usé envers les enfans de Dieu qui ont eu leur refuge a vous. Iay pensé souventesfois, Madame, que Dieu vous avoit reservé telles espreuves sur vostre viellesse, pour se paier des arreraiges que vous luy debviez a cause de vostre timidité du temps passé. Ie parle a la facon commune des hommes. Car quant vous en eussiez faict cent fois plus et mille, ce ne seroit pas pour vous acquicter envers luy de ce que vous luy debvez de iour en iour, pour les biens infinis qu'il continue a vous faire. Mais ientens quil vous a faict ung honneur singulier, vous emploiant à ung tel debvoir, et vous faisant porter son enseigne pour estre gloriffié en vous, pour loger sa parole qui est le tresor inestimable de salut, et estre le refuge des membres de son filz. Tant plus grant soing debvez vous avoir, Madame, de conserver pour l'advenir vostre maison pure et entiere afin quelle luy soit dediee.

Et a ce propoz, ie ne me puis tenir de vous parler d'un scandalle, duquel j'avois ouy quelque bruict par cydevant. Cest dun ieune homme que vous avez eslevé et marié, lequel a reiecté sa femme pour entretenir une paillarde. Ie me suis enquis de Monsieur *de Biry* comment il en alloit, scachant quil vous estoit sy affectionne serviteur, que vous

---

procher de l'Empereur et négociait un mariage entre Charles IX. et une fille de Maximilien, par son ambassadeur Bochetel, évêque de Rennes. (Le Laboureur l. c. I. 782 ss.) Quant à la Suisse nous ne sachions pas qu'il ait été question du renouvellement d'une alliance qui existait encore.

8) laissée *Bt.*

9) *La date manque dans le texte le plus ancien. Quelques copies ont mis le* 10. *May. Voyez cependant N.* 3947, *note* 3.

3951. 1) *La dernière lettre était N.* 3727.

2) *N.* 3895. 3905. *Hist. eccl.* II. 464: Montargis fut la retraite de plusieurs povres fugitifs avec leurs femmes et enfans, de plusieurs endroits comme de Paris, Melun, Nemours, Sens, Bloys, Tours, voire mesme de plusieurs de la religion Romaine fuyans le tumulte de la guerre, lesquels ceste bonne Duchesse recevoit sous ses ailes nonobstant la furie de son gendre. Au retour de Bourges tout le camp adressa son chemin par Montargis, ce qu'estant signifié à la dite Dame elle entra en un merveilleux souci comment elle pourroit garantir tant de povres familles en un tel danger .... Elles furent retirees au chasteau qui en fut rempli tellement qu'il ressembloit à un hospital.

ne seriez point marrie que ie luy eusse descouvert ce propoz. Il ma respondu du commencement que vous aviez mis payne pour corriger ung tel mal. Toutesfois en la fin il ma confesse, *combien qu'il y ait eu quelque amendement en apparence, qu'on ne sçavoit pas si cela dureroit.* [3]) Je vous prie, Madame, au nom de Dieu qu'en ce cas et aultres semblables, vous soiez vigilante, pour garder vostre maison pure de toutes mauvaises tasches, pour clorre la bouche a tous malins qui ne demandent que davoir occasion de blasphemer le nom de Dieu, et cependant esioyssez vous, comme vous en aviez matiere, parmy beaucoup de tristesses, car ce nest pas ung petit bien que Dieu vous donne une telle aprobation de vous avoir choisie pour estre gloriffié par vostre moien.

Il vous plairra aussy, Madame, me tenir pour excusé en ce que ie nay presentement satisfaict a vostre desir pour vous envoier ung prescheur. [4]) Mais ie ne fauldray de veiller iusques à ce que vous en soiez pourveue. On n'en trouve pas de telz qu'on vouldroit à chascune heure, et nous sommes tant importunez de toutes pars, que nous ne scavons quasy de quel costé nous tourner. Quoy quil en soit, ne doubtez point que vous ne soiez preferee a tous. Mais quant vous seriez icy, vous verriez que ie ne vous prie pas sans cause d'avoir patience.

Il y a ung poinct particulier, Madame, dont Messire *Francisco*, vostre ancien serviteur, [5]) m'a prié de vous escrire. C'est daultant qu'il vous a pleu de vostre grace luy promectre de faire quelque bien a sa fille pour la marier, pource quelle est en age et quil espere luy trouver party, il desireroit bien scavoir vostre bon plaisir de ce qu'il en doibt actendre. Vous sçavez que je nay point accoustumé de vous prier pour nul que ce soit, et quant ce seroit pour moy ou pour les miens ie ne leserois pas faire. Mais puisquil est question de vostre serviteur, lequel il vous a pleu me recommander, ie ne luy ay pas osé refuser ceste requeste, sur tout daultant qu'il s'acquicte fidellement de son debvoir et se porte au contentement de toutes gens de bien. D'aultre costé ses gaiges sont sy petis comme de nous tous, quil luy seroit impossible den vivre, sil n'avoit support dailleurs pour le soulaiger de ses charges.

Madame, apres m'estre tres humblement recommandé à vostre bonne grace, ie supplieray le pere celeste vous tenir tousiours en sa protection, vous fortiffier de vertu invincible et vous accroistre en tout bien et prosperite. De Geneve, ce 10. de may 1563.

3) *Phrase écrite de la main de Calvin.*

4) *Morel et Pierre Antin avaient dû s'enfuir de Montargis à l'approche des troupes catholiques (voir la note 2). Ils se retirèrent au château d'un gentilhomme voisin jusqu'à ce que l'orage fût passé. Ce ne fut pas sans avoir couru le plus grand danger en chemin. Ils se trouvèrent enveloppés par une troupe de gens à cheval et ils étaient perdus si quelques Ecossais, qui étaient du nombre, ne les eussent fait échapper.* (*Hist. eccl.* II. 465). *Morel retourna à Montargis après la paix. Mais il paraît qu'il n'y était pas encore lorsque Calvin écrivit cette lettre.*

5) *François Porto, de l'île de Candie, ancien professeur de grec à l'université de Ferrare, plus tard à Genève* (*N.* 3507. 3523. 3549).

3952.

BEZA MINISTRIS TURICENSIBUS.

Fuse narrat historiam obsidionis Aureliae, Colignaei expeditionem in Normanniam, Guisii caedem et interfectoris supplicium.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Simler Vol. 107. Edidit Baum II. 207.)

Eximiis Christi servis fratribus ac symmystis plurimum observandis Tigurinae ecclesiae pastoribus et doctoribus.

S. Mihi toties et tam multis modis in Gallia periclitanti, patres et fratres in Domino plurimum observandi, nihil optatius fuisset quam vestris tum consiliis iuvari tum etiam exhortationibus recreari. Sed viis omnibus a latronibus obsessis, vix ac ne vix quidem semel atque iterum huc scribere, a vobis autem ne apicem quidem accipere totis octo mensibus potui, adeo ut nuper Argentinae primum de praestantissimi et omnibus modis optimi nostri *Martyris* obitu [1]) audierim, quod vulnus, etsi mihi commune est cum tota Dei ecclesia, mihi tamen etiam privatim gravissimum fuit in recenti suavissimae et utilissimae ipsius consuetudinis memoria, quam ego sane perpetuam, sicut debeo, conservabo. Ergo, ut ad rem redeam, non dubito quin meum tam diuturnum silentium boni consulatis. Nunc vero domum, id est, in huius ecclesiae portum, singulari Dei beneficio reversus, [2]) unde tandem faciam dicendi initium? Ista nempe non tam literas quam integrum volumen requirunt: atque utinam aliquis a Domino excitetur, qui totam hanc historiam, qua certum est nullam unquam magis

3952. 1) *prid. Id. Nov.* 1562.

2) *a. d. III. Non. Maias* (*Reg. du Conseil* 7. *Mai.* — *N.* 3959).

memorabilem exstitisse, satis vere et diligenter possit nostrae huic aetati atque etiam posteris explicare. Paucissimis interea complectar, quae nostrum illud proelium [3]) sunt consequuta, in iis quidem locis in quibus sum versatus. Nam alioqui nulla est Galliae regio, quae peculiaris historiae argumentum non possit suppeditare.

Paulo post proelium cuius et quae forma et quis exitus fuerit abunde iam cognovistis, noster exercitus, *Amiraldo* duce, traiecto infra Aureliam *Ligeris fluvio* Siligoniam, [4]) quam vocant, provinciam invasit et aliquot expugnatis oppidis, totam fere Bituriges usque in ipsis hostium oculis subegit. *Guisianus* aliquot post diebus lento admodum itinere progressus, *Rege* ac *Regina* Blaesos et Amboesiam praemissis et Principe nostro *Condensi* tuto loco inter utramque illam urbem collocato, eam ipsam urbem qua paulo ante traieceramus, quam *Balgentiacum* [5]) vocant, septem infra Aureliam milliaribus, nullo negotio occupavit, ut liberum utrinque ad Aureliam obsidendam, vel ad nos insequendos aditum haberet. *Amiraldus* ubi hoc videt recreato exercitu aliam et ipse urbem, Gerguellum, [6]) quinque supra Aureliam milliaribus, cum ponte insedit, ut tum urbi, si forte obsideretur, succurreret, tum etiam hosti, qua libuisset parte, occurreret. Ita praeteriere dies aliquot, qui in Aurelia muniendis sunt consumpti, nostris proelium minime detrectantibus, *Guisio* vero aliud quidvis potius meditante, nempe quibus artibus Germanum equitem, cui trium mensium stipendium debebatur, a nobis abduceret, et urbem proditione potius quam aperta vi occuparet. Tandem igitur *Amiraldus* relicto in urbe omni peditatu, qui quatuor circiter millibus constabat, et *Andeloto* fratre una cum aliquot nobilium Gallorum equitum turmis urbi praefecto, recta Normanniam versus cum reliquis copiis, id est equitum instructissimorum millibus quatuor et amplius per Bacotiae [7]) campos contendit, pecuniam videlicet et novum militem ab Anglis accepturus. Iter nobis tutum et pacatum fuit, nemine tantis copiis obsistere auso. Sed neque adhuc in portum Graciensem [8]) allata erat pecunia, neque novus ullus ex Anglia miles traiecerat. Erant praeterea venti adversissimi, quae res in extremum discrimen res nostras adducebat, quum peregrinus miles stipendium minabundus flagitaret, et propterea urbi, quam *Guisius* interea gravissime premebat, a nobis succurri nulla ratione posset. Sed et intra ipsa Normanniae viscera versabatur cum exercitu non contemnendo *Ringravius*, Sequana inter ipsius et nostras copias interiecta, et unus ex *Guisii* fratribus, quem *Marchionem* vocant, recens in arcem Cadomensem, [9]) longe munitissimam et nobis proximam erat ingressus, ut omnia nostra consilia impediret. Ecce vero dum in istis summis difficultatibus versamur, et ex altera Sequanae parte, cuius ostia nos a Graciensi portu intercludebant, secundos ex Anglia ventos exspectamus, fratres qui Cadomi mirabiliter ad eum usque diem fuerant a Deo conservati, *Amiraldum* rogant, ut sibi adversus *Marchionem* opem ferat, simulque monent, arcem non difficulter capi posse, munitam quidem illam, sed quae ab imbelli duce et paucis militibus obtineretur. Itaque acceptis ex Graciensi portu quinque peditum Anglorum cohortibus, et militibus aliquot praeterea ex Diepa, qui alter remotior portus ante mensem a nostris receptus fuerat, ad nostros una cum duce fortissimo *Mongommerio* accurrentibus, recta Cadomum cum octo crassis tormentis contendimus. Urbs statim a fratribus traditur, quassantur arcis moenia, adeo ut altero post oppugnationem die, contra omnium exspectationem, ultro se nobis dederet. Qui intus fuerant cum armis quidem dimissi, sed postea spoliati a nostris equitibus et pessime sunt habiti, quibus Rotomagensis clades adhuc ob oculos erat. Ea porro victoria sic fregit hostium animos, accepto etiam de *Guisii* caede nuncio, ut intra decem dies non modo tredecim celebres urbes, in quibus sunt quatuor episcopales sedes, receperimus, sed etiam Cenomani, Andegavi, Pictones, Turones et vicini omnes populi, prorsus in nostra potestate fore viderentur. Dum haec in Normannia geruntur Aureliae *Guisius* [10]) suburbium, quod Ligeris ab urbe separat, una cum pontis castello, partim praesidiariorum militum ignavia, partim proditione capit. Cives ex adverso aliquot pontis fornicibus repente dirutis, et excitatis aggeribus, munitaque insula [11]) quae pontem medium dividebat, oppugnationem fortiter sustinebant, tantisper dum victor noster exercitus superveniret, quum ecce Deus alterum Aod nobis excitavit, qui interfecto *Guisio* non tam urbem illam, quam totam Galliam liberaret. Ab eo tempore, dum nos, persoluto tandem militibus nostris stipendio, ad opem obsessis ferendam accurrimus, de pace agi coeptum. *Condensis* primum et *Conestabilis* in insula, data utrinque suis custodibus fide, ex *Reginae* voluntate convenerunt. Postridie ille in urbem ad nostros, iste ad

3) *Druidense.* (*N.* 3887 *seq.*)

4) *Sologne. De his omnibus cf. H. Eccl.* II. 245 ss. *Hist. des choses mem.* 1599. *p.* 160 *ss. Popelinière I. f.* 350 *ss. de Thou* III. 388; *Soldan*, II. 92.

5) *Beaugency.*

6) *Iargeau.*

7) *la Beauce*

8) *le Havre de Grâce.* (*Hist. eccl.* II 248.)

9) *Caen* (*ibid.* 258).

10) *ibid.* 266.

11) *l'île aux boeufs.* (*ibid.* 278.) *Hoc factum est Nonis Martiis.*

Reginam trans Ligerim, capiendi consilii causa transiit, et ita tandem, sublato illo, quo superstite firma pax nullo modo constitui potuerat, pacis conditiones scriptae, quarum exemplum iam vobis redditum esse arbitramur. Supervenit *Amiraldus*, [12]) quum iam transactum esset, adeo properarant hostes reditum nostrum antevertere, ac initio quidem duriores nobis istae conditiones videbantur, quum praesertim integram in manibus victoriam haberemus: sed tandem spe nobis meliore facta, ne patriae eversionem quaesivisse videremur, nos quoque acquievimus. Paulo post Hispanorum reliquiae secundo fluvio sunt in Hispaniam remissae, et uterque exercitus paulatim dilapsus. Retenti tamen postea Helvetii itemque ex nostra parte Germani equites, ad eorum terrorem qui pacis conditiones accipere recusarent. Nunc ergo proceres in eo sunt ut omnibus tumultibus sopitis pax obtineat. Parisienses, quamvis in pace excepti, et alii multi eorum exemplum sequuti, pertinacissime se Christo opponunt. Ego vero futurum spero ut brevi suae pervicaciae poenas luant, et invitis illis regnum Christi obtineat. Nam toto hoc bello animadversa est singularis erga nos Dei benignitas, et hostium ducibus omnibus, qui alicuius autoritatis erant vel trucidatis, vel eo redactis, ut magnopere nobis non sint metuendi, et ipso *Condensi* Principe cum praecipuis nostrarum partium ad regni gubernacula sedente, nihil nisi optimum sperare possum, nisi forte peccatorum nostrorum magnitudo misericordiae divinae cursum impediat. Ea enim est nostri *Regis* atque etiam ipsius fratrum indoles, quae certa et magna pietatis incrementa piis omnibus non debeat non polliceri. Faxit Deus Optimus Maximus, ut ipsius evangelio coniuncti omnes ipsius gloriae in sanctitate et iustitia serviamus. Ego interea, fratres, quum ab hac ecclesia non essem alia conditione dimissus, quam ut quam primum fieri posset ad se redirem, libens ad meam stationem sum reversus, in qua permanere constitui quamdiu Domino videbitur. Caeterum de tyrannicida [13]) quid fuerit postea constitutum vos audivisse existimo. Initio quidem Dominum *Admiraldum* cum aliquot aliis ac me etiam nominatim inter conscios appellavit. Respondimus quod res erat, et ille ipse nos postea coram iudicibus abunde purgavit. Traditus est postea Parisiensi senatui, id est saevissimis hostibus, non tam iudicandus quam omni crudelitatis genere excarnificandus. Itaque paulo post supra ipsum paene *Guisii* cadaver, primo candente ferro per singulas corporis partes laceratus, deinde amputata dextra, a quatuor equis fuit discerptus, neque hac inaudita saevitia contentum vulgus in discerpti corporis partes saevire prius non destitit, quam nihil prorsus ex eo superesset. Ipse non minus fortis in his omnibus cruciatibus, quam in ipso patrando facinore fuisse dicitur, ac diserte etiam Christi inimicis ultimum exitium propinquum moriens praedixisse. Haec sunt miranda et occulta Dei iudicia, cui sit laus et gloria in sempiternum.

Habetis, fratres, brevem et inconditam multarum rerum historiam, qualem videlicet, festinante tabellario, qui praeter exspectationem occurrit, repente et ex tempore scribere licuit. Rogo ut omnia in bonam partem accipiatis, et me, quemadmodum assidue vos fecisse re ipsa sum expertus, ita etiam porro deinceps Domino commendetis, ut miserum me respiciat, et laboribus nostris benedicat. Ego illum vicissim precor, patres et fratres plurimum colendi, ut vos incolumes tueatur, et regnum suum vestra industria ac diligentia quam longissime propaget, ad nominis sui gloriam et vestram consolationem. Valete. Genevae 12 Maii 1563.

Vester ex animo
Theod. Beza.

12) *ibid* 335.
13) *Poltrot de Méré* (*ibid.* 291—334. *Mém. de Condé.* IV. 285—309).

3953.

CALVINUS HOLBRACO.

Consilium ei rogatus dat quoad tramitem sequendum in causa subscriptionis ab arbitris impositae. [1])

3953. 1) *Ad hanc ep. illustrandam nonnulla ex historia eccl. Argentoratensis repetenda sunt. Frustra Zanchius Marburgensium Heidelbergensium et Basiliensium testimonia pro sua doctrina attulerat, scholarchae eius praelectionibus decreto suspensionis finem imposuere. Die* 22. *Martii* 1562 *colloquium sibi dari petivit et theses suas magistratui cum illis approbationibus tradidit. Die* 24. *Iunii Marbachius cum caeteris ministris refutationem obtulit. Mense Octobri magistratus postulavit a Zanchio confessionem qui suum consensum c. Bucero Capitone et Tetrapolitana demonstravit* (*Opp.* VII. 1. *p.* 278). *Theses ipsae c. caeteris documentis ab Oporino impressae a magistratu suppressae fuere. Interim Holbracus a Marbachio e conventu eccl. pulsus fuit. Magistratus Bipontinum, Wirtembergensem et Basilienses adiit qui legatis missis controversiam istam iudicio arbitrali dirimerent. Mense Februario adfuerunt Iac. Andreae, Künmann Flinsbachius Bipontinus, Basilienses S. Sulcerus et Ulr. Coccius, cum quibusdam consiliariis laicis. Die* 10. *Martii Senatus consultum editum est*: er wolle bei der zu Naumburg 1561 unterschriebenen A. C. bleiben, so wie bei der Wittenberger Concordie v. 1536. Der Tetrapolitana solle man nit gedenken, dieselbe weder loben noch schelten. *Sic tandem Marbachius voti sui compos fuit. Vide: Andreae* Consensum inter theologos et professores eccl. et scholae Arg. de coena et praedestinatione. Arg. 1563.

(Ex Tom. VIII. Opp. Zanchi P. II. p. 137.)

Et brevitati meae et tarditati simul ignosces, optime frater: Verum sat cito si sat bene, et satis prolixa erit responsio, si dilucida. Quod sententiae, quae malo et captioso artificio ad obscurandam veritatis lucem composita est, hactenus subscribere non ausus es, cordate fecisti: praecise tamen ut recuses, non consulo. De praedestinatione nihil palam impium protulerunt arbitri: tantum ut liberali assentatione placarent *Marbachium*, tenebras clarae luci obduxerunt. De coena vero ita pronunciarunt ut docendi libertas tibi sit erepta: nisi velis quotidianis calumniis te sponte obiicere. Nunc ergo exceptiones interponere necesse erit: quae te molestia liberent. Si admissae fuerint, quoad fieri poterit dandam operam censeo ut tua moderatione ecclesiam tuam conserves: cuius dissipationem moliuntur: idque ut facere contendas, etiam atque etiam rogo. Vale, integerrime frater. Dominus tibi adsit, te gubernet sanctosque tuos labores benedicat. Genevae 13. Martii 1563.[2])

3954.

CALVINUS ZANCO.

De formula consensus Argentoratensis cui Zancus subscripsit. Iam subscriptione facta in ea ingenue persistendum esse et nihil ultra sibi extorquendum concedi debere docet.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi P. II. p. 137.)

Eximiae pietatis et doctrinae viro D. Hieronymo Zanco scholae Argentoratensis doctori theologo fratri et amico mihi colendo.

S. Quum audirem *Sulcerum* et Iacobum *Andream* vocatos esse qui vestras controversias suo arbitrio componerent, de uno capite mediocrem spem concepi quod scirem de arcana Dei praedestinatione utrumque recte sentire, interea flexibile esse utriusque ingenium ad captandum favorem. In doctrina vero s. coenae semper infelicem exitum mihi proposui. *Sulcerus* enim, ut morem gerat Lutheranis, medius videri appetit. Ab altero vero quid speres qui totus mancipatus est *Brentio* et se venditat. Sic ergo accidit.[1]) Nam praedestinationem, quam labefactare non audebant, flexiloquis ambagibus implicitam vobis instar thesauri absconditi reliquerunt. In coena autem Augustana confessio in manu *Marbachii* quasi laqueus erit quo vos (si diis placet) quoties libuerit constringat. Verum de re transacta frustra conqueror. Nec vero, me autore, ex subscriptione ambigua[2]) tergiversandi ansam captabis, quia minime ingenuum esset levi cavillo elabi et quod malam astutiam saperet. Unum restat ut prima quaque occasione apud senatum testeris, sincero pacis studio te fuisse adductum ut subscriberes, sed disertis exceptionibus additis, ne tibi in posterum fraudi esset tua facilitas: idem vero nunc iterum profiteri ne quis tibi obiiciat vafre dissimulasse quod libere aperiendum erat. Nihil ad eam actionem opportunius quam si Holbrachum nostrum aggressi fuerint adversarii. Si auditi fueritis et vestra protestatio admissa, vicistis. Sin minus cavete. Vale, eximie vir et mihi ex animo colende frater. Dominus tibi semper adsit, te gubernet ac tueatur. Genevae 13 Maii 1563.[3])

3955.

STURMIUS PRAEFECTIS MILITARIBUS.

Impatienter stipendium sibi debitum flagitantes promissis fideiussoribus et exemplo aliorum ducum proposito placare studet.[1])

Strassb. K. Ordn. 1598, *p.* 62; *I. Pappus*, Widerlegung des unwarh. und falschen Berichts wider die Strassb. KO. v. 1598. *Strssb.* 1611. *p.* 71. *Consensui omnes subscripserunt, etiam Sturmius et Zancus*; *solo Holbraco excepto qui m. Augusto dimissus fuit. Calvini consilium ecclesiae Gallicanae non profuit, cuius aedes d. 19. Augusti clausae fuerunt.* (*S. Andreas am Alten Fischmarkt und Guttenbergsplatz. Cf. Roehrich* III. 109 *seqq. Schmidt in Studien* 1859. *p.* 659.)

2) *De natali huius epistolae non omnino certi sumus (vide Zanchii epp. m. Iunio et Iulio scriptas). Verum in impresso errorem latere nobis manifestum est quum Calvinus a. d.* III. *Id. Mart. nondum consensus Argentoratensis tenorem tam accurate rescire potuerit qui demum quinque diebus postea revera factus et subscriptus fuit. Adde quod in Opp. Zanchi hanc sequitur altera ad ipsum Zancum d. d. 13. Maii eiusdem argumenti. Hac de causa eam potius ad hunc mensem referimus.*

3954. 1) *Cf. Andreae consensum s. concordiam Arg.* 1563 *editam. Quod scriptum Calvinus quum hanc scriberet iam accepisse videtur.*

2) *Hic dubium moveri potest utrum de iam data subscriptione* (*cf. Ep. Zanchi d. d.* 18. *April*) *an de danda loquatur.*

3) *De natalibus epistolae vide quae adnotavimus ad praecedentem. Zanchus quidem m. Maio Argentorato aberat quod Calvinus ignorabat. Cf. N.* 3990, *not.* 7.

3955. 1) *Multum et diligenter Sturmius de pecunia ducibus Gallis partis evangelicae procuranda satagebat. Genevae sae-*

(Exstabat olim in Vol. III. Epp. autogr. Bibl. Semin. Argent. incendio deletae. Sumsimus ex schedis collegae nostri C. Schmidtii.)

Accepi a Lugdunensibus, optimis civibus, et a Ioanne *Calvino*, doctissimo viro, literas quibus rogant ut ipsis adessem, quo senatus noster fide iuberet, stipendium quod vobis debetur, quod quadragintarum* mille librarum est et amplius, ante extremum Iulii aut ut longissime nundinis Francofordianis autumnalibus persolutum iri. Cupit enim rex populum suum liberari exercitibus exteris, et quia magna difficultas est rei pecuniariae non potest tantum stipendium ante istud de quo scripsi tempus confici. Ea de causa sponsores quaerit, et nostram civitatem putat tantae esse apud vos fidei ut illius testimonio contentos vos fore existimarit. Sed novum istud et inauditum in nostra urbe exemplum est, neque tanta pecunia inveniri potest absque consensu singulorum civium: quae actio longa et permolesta fuisset, et fortassis odiosa et importuna reique publicae invidiosa. Itaque nos, ut regi satisfieret et vobis caveretur, hoc consilium dedimus ut vobis, qui praefecti militares estis, pro rege civitas Lugdunensis sponderet literis et signis, bonaeque notae fideiussores obsides mitteret mercatores quatuor locupletes: ut pecunia solvatur ad tempus constitutum, vobis potestas data est legibus vestris sponsores custodire. Istud si Lugdunenses faciant, interposita regis et reginae consiliique regii autoritate, vobis non solum utile verum etiam honorificum erit istud etiam beneficium addere regi regnoque et principi *Condaeo* ad superiora vestra salutaria et gloriosa beneficia praeclareque facta. Neque istud faceretis absque exemplo. Fecerunt idem praefecti militares *Caroli* Caesaris, quum obsidione Metensi discederetur, tum quum militibus stipendium quatuor et amplius deberetur mensium. Idem saepe Georgius *Fronspergius* et comes Nicolaus *a Salm* fecit, et haec consuetudo fuit veteris disciplinae militaris. Quae igitur res necessaria est regno Galliae, et regi futura est gratissima, et apud omnes homines laudabilis, gratissima etiam futura principibus Imperii, inprimis vero quae veteris disciplinae et praeclarorum fidelissimorumque imperatorum semper fuit, ad eam vos praefectos hortamur, ut vestra bonitate optimum Galliae populum in hac diuturna calamitate recreetis. Neque istud vobis scriberem nisi scirem certam solutionem fore, de qua mihi civitas Lugdunensis et viri boni et magni scripserunt, quorum fidei tantum tribuo ut non recusaturus sim, si necessarium foret, me vel in custodiam hoc nomine dedere. Valete. Datum Argentorati xvj Maii anno M D LXIII.

Vestrae dignitatis et existimationis et
felicitatis studiosissimus
Ioan. Sturmius.

---

pius collectae sunt argenti summae. (*Reg. du Conseil* 16. *Iul.* 1562 *et seqq. Grenus.*) *Beza in Galliam vocatus fuerat ut esset partis illius thesaurarius* (*ibid.* 21. *Sept.*). *Ibid.* 7. *Mai:* Grands remerciemens de tous les Seigneurs françois de la religion au sujet des importans services que Th. de B. leur a rendus ainsi qu'à toutes les églises du royaume. — *Languet* II. 240. *d. d. Argent.* 15. *Mai* 1563: Hic magno studio conquiritur pecunia ad numeranda stipendia equitibus Germanicis et hoc negotium agunt Israel Minckel, Georgius Aubrecht et Ioannes Hier (*de quo Mém. de Condé* IV. 497) negotiatores, sed res habet multum difficultatis. Summa est ducentorum millium coronatorum. Reperi hic Petrum Clarum (*de quo Kluckhohn, Briefe Friedr.* I. 384) qui se etiam huic negotio immiscet et scribit ad varios principes, iamque est profectus ad ipsos milites, sed nescio quantum pondus sit habitura eius autoritas. — *Mém. de Condé* IV. 353: Lettre du prince de Condé au prince de Porcien, par laquelle il le prie d'engager les Reitres de se desister de la demande qu'ils faisoient d'avoir la caution des villes de Strasbourg et de Francfort des sommes qui leur estoient dues (*Mai* 1563).

3956.

BULLINGERUS CALVINO.

Nubila tempora sunt et vel procellosa. Basileam Sulcerus turbat, Mombelgardiam Brentius, Poloniam alii, Eberus principes, caritas annonae Turicenses vexat, Zanchus de semetipso triumphum agi patitur. Unum fere solatium est generi sui novum munus.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 511. — Simler. Vol. 107.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori domino meo honorando et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Tuas, honorande domine et carissime frater, 29 Aprilis datas[1]) mature satis accepi et ago tibi maximas pro his gratias. Dominum autem oro ut nostrorum in Gallia animos excitet ad promovendum serio evangelii cursum. Nos praeter ea quae a te accepimus nihil prorsus habemus. Varia quidem sparguntur, sed fere ab adversariis, quae nos excruciant. Proinde exhilaramur omnes, quoties tuae exoptatissimae ad nos perferuntur.

Sulcerus Basileae paulatim conatur ecclesiam

3956. 1) *et deperditas.*

illam a vera doctrina per *Oecolampadium* ibi fundata ad Lutheranam abducere.[2]) Et nunc palam contra nostras ecclesias adiunxit se *Martbachio* et suis, subscripsitque confessioni Augustanae et eius Apologiae, quae qualis sit in x. articulo non nescis. Audio iam initia quaedam occulta pullulare contentionis novae inter Basilienses. Venit heri ad nos Tubinga Michael *Angelus* qui certo affirmavit *Brentium* sub prelo habere librum contra me novum [3]) eumque maledicentissimum. Attulit literas a quodam meo amico qui in haec verba scribit: *Brentii* catechismus in gallicam linguam iussu Principis est conversus et iam a *Volmario*[4]) imprimitur. Mittetur brevi in Galliam legatus qui illos libros illuc perferet etc. Hoc in tempore indicare volui ut paretis ibi antidotum. Utinam vertat aliquis in gallicam linguam Catechesin Palatini Electoris nuper evulgatam. Oderunt illam Lutherani cane peius et angue. Certum est, Wirtembergensem in Gallia omnia tentaturum ut Zuinglianos et Calvinianos adducat in odium multorum etc.

Optime fecisti, mi domine et frater, qui nuper adiecisti epistolam ad admonitionem in gratiam Polonorum fratrum.[5]) Gavisus est *Tretius* mirum in modum. Allata sunt exempla dum ille abituriret. Accessit D. *Ochinum*, qui illi literas promisit in Poloniam quibus testetur se alienissimum esse ab istis Servetanis nebulonibus.[6]) Ingenue et libere cum *Tretio* est colloquutus praesentibus etiam aliis etc.

Illustrissimus *Hassiae* princeps misit ad me Pauli *Eberi* librum de coena,[7]) petens a me iudicium meum de libro illo. At vidisti haud dubie qualis sit. Abstinet quidem a conviciis, neque ita iurgatur ut caeteri. Sed palam contra nos scribit. Nec satisfecit suis Witembergensibus. Plurimos graviter offendit passim. Princeps *Hassus* hoc mense Stutgardiae fuit.[8]) Nam filius eius *Ludovicus* principis *Wirtembergensis* filiam duxit uxorem et nuptias celebravit prope regio luxu instructas, ut audio, non sine multorum offensione qui inopia rerum tantum non emoriuntur. Utinam affinitas illa non mali aliquid det.

Male et imprudenter, meo iudicio, fecit *Zanchus* noster et *Sturmius*, qui subscribendo confessioni Augustanae et Apologiae triumphandi materiam adversariis praebuerunt uberrimam.[9]) Vix credas quam offendantur passim infirmi, quam insolenter exsultent Lutherani insultentque Zuinglianis et Calvinistis. Dominum oro ut huic malo ipse medeatur.

Receptus est hic in schola nostra concorditer gener meus Iosias *Simlerus*[10]) in locum beatae memoriae *Martyris* nostri, et adiunctus est ei collega vir piissimus et doctissimus D. Ioannes *Wolphius*, qui in munere quidem suo perseverabit (est autem pastor insignis cuiusdam in urbe apud nos ecclesiae), sed simul etiam profitebitur. Fiet hoc per vices, quo facilius utrique possit satisfacere. Adempta sunt insuper huic quaedam onera ut iam facilius profiteri possit. Orate pro nobis Dominum ut eorum laboribus benedicat et scholam ecclesiamque nostram conservet etc.

Nulla unquam hominum memoria frumentum veniit tanto pretio quanto nunc. Medimnus tritici, qui vendebatur duobus florinis, nunc emitur quatuor. Interim non invenitur frumentum. Mira ergo est inopia fames et calamitas. Dominus misereatur nostri et avertat iram suam a nobis. Orate pro nobis.

Quid Basileae actum sit in comitiis[11]) tu melius nosti. Ego nondum plene a legato nostro edoctus sum quomodo negotium habeat etc. Undique coarctor miseriis. Dominus adsit nobis. In hoc optime vale, carissime frater. Audimus Genevam rediisse carissimum nostrum fratrem et symmystam *Bezam*. Gratulamur illi felicem reditum, et oramus ut illum nostro nomine salutare digneris. Rependet illi Dominus labores illos quos in Gallia sustinuit maximos et saluberrimos. Merito amatur a nobis et fit plurimi. Salveant *Ionvillaeus* et *Budaeus* caeterique viri boni. Salutant vos fratres

---

2) *Constat eum amicitia cum Marbachio coniunctum fuisse, et Augustanae subscripsisse quum Argentoratum venisset in causa Zanchii. Verum hac occasione paci et concordiae studuisse videtur et Basileae Lutheranismum obtrudere ne per somnum quidem cogitavit* (*N.* 3920).

3) *Qui nobis ultimus innotuit pertinet ad a.* 1562*:* Von der Majestät unsers l. Herrn u. Heil. J. C. auch v. der wahren Gegenwärtigkeit des Leibs u. Bluts im Nachtmal. Wider P. Martyr u. H. Bullinger. Tüb. 1562. 4. *Etiam latine:* De divina maiestate *etc. Cf. Hartmann u. Jaeger* II. 386.

4) *Lectio dubia. De tali versione nihil alibi. Num Volmarii filius aliquis prelum exercebat?*

5) Opp. IX. 641.

6) *Iam non semel libri eius Turicensibus bilem moverant, eumque Bullingerus serio admonuerat ut scripta sua ante impressionem censurae submitteret. Sed eo ipso tempore Dialogos suos Basileae prelo tradiderat, de quibus Beza d.* 5. *Iunii acriter ad Bullingerum questus est.* (*Benrath, Ochin. L.* 1875. *p.* 300.)

7) Vom h. Sacrament des Leibs u. Bluts unsers H. J. C. Unterricht und Bekenntniss D. Pauli Eberi Pastoris der K. zu Witteberg. 1562. Pia et in verbo Dei fundata assertio declaratio et confessio D. P. Eberi etc. de sacratissima coena D. n. J. C. 1563. (*Sixt, P. Eber. Hdlb.* 1843. *p.* 132.)

8) *Rommel, Philipp d. Gr.* I. 584*; Kugler, Hz. Christoph* II. 624*; Heppe, Gesch. d. deutschen Prot.* II. 26. 30.

9) *N.* 3935. 3936.

10) *Adami Vit. theol.* 244 *hoc factum dicit d.* 19. *Iunii. Cf. Läben H. Bullinger's in Misc. Tig. I. P.* 2. *p.* 76. *Ruchat* VI. 502. *Eius imago exstat in Bezae Iconibus. Ipse Simlerus Orationem habuit et edidit de vita et obitu P. Martyris* 1562.

11) *Vide quae adnotavimus ad N.* 3933.

et symmystae omnes et orant Dominum ut is te nobis diu incolumem servet. Tiguri 21 Maii. 1563.

Bullingerus tuus.

3957.

BULLINGERUS CALVINO.

Polonia pontificem in persona legati eiecit. Sulzerus aperte ad Lutheranos transiit.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 62. Exstat quoque Turretini exemplar Cod. 111ᵃ, fol. 217. Simleri Vol. 107.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fido pastori domino meo honorando et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Fuit superioribus diebus civis quidam noster Cracoviae in Polonia: is rediens hasce tulit literas [1]) tibi, care frater et honorande domine, inscriptas. Petivit *Sarnicius* noster ut tuto et mature curarem perferri eas ad te. Quod feci. Si quid respondere velis et nequeas commode Cracoviam mittere, ad me mittas oro. Nam per Sangallum tutissime per me curabuntur. Scribit *Sarnicius* finita esse comitia regni et Romani Pontificis abolitam esse omnem in regno Poloniae iurisdictionem. Legatum Pontificis semel et iterum apud Regem et Senatum voluisse regni statutum infringere, semper tamen infecta re dimissum esse, tandem etiam ab armigeris et nobilibus regis magna cum indignatione explosum atque luto conspersum. Gregorius *Paulus* dimissus est. [2]) Felix *Cruciger* iussus abire ultimum vale dixit suae ecclesiae in die resurrectionis Domini, dum autem descendit ex cathedra sacra derepente concidit in terram nec verbum ab ipso amplius auditum: postera exspiravit. [3]) Quae res plurimum plurimos terruit. Rediere ad saniorem mentem plerique qui defecerant. Haec omnia copiose scribit *Sarnicius*, ac spero eadem quoque ad te fuse ipsum scripsisse. Sum ergo brevior.

Sulcerus adiunxit se partibus *Martbachii* Argentinae et subscripsit confessioni Augustanae et Apologiae. [4]) Redeundo Basileam venit in itinere ad heroinam *Rapoltzstenii* et comitissam *Erbachiam*. Apud has iactavit illam victoriam ac adiecit se non quieturum nisi huc induxerit et redegerit Palatinatum et Zwinglianos. Aiunt ipsum brevi Bernam venturum. Atque utinam non ibi quoque initia faciat contentionibus. Diligenter tamen ibi viros cordatos admonui, invigilent. [5])

Bezam carissimum fratrem salutabis ex me atque meis humanissime, cui multum sane debet ecclesia propter labores eius saluberrimos quos in Gallia propter Christum et ecclesiam sustinuit. Optime vale una cum symmystis et fratribus omnibus. Si quid habes de rebus gallicis, fac sciam. Tiguri 24 ...... [6]) Anno Domini 1563.

Bullingerus [*tuus.*]

3957. 1) *N.* 3939.
2) Greg. Pauli Cracovia ob religionem pulsus a. 1562 contulit se Racoviam ubi grandaevus obiit a. 1591. (*Sand,* p. 43.) *Wissowatii narr. de Unitariis ibid. p.* 212: Greg. Pauli non accersitus (*a synodo Pinczoviensi*) neque auditus, haereseos damnatus est et ministerii functione privatus, tamen a Likovio patrono et aliis auditoribus retentus.
3) *Lubien. p.* 159.

4) *Vide praeced. not.* 2. *Simlerus in margine adscripsit:* d. 18. Mart. 1563.
5) *Totum hoc comma in Cod. autographo a Beza cancellatum est.*
6) *charta deficit. Simleri apographon praebet:* Novembris, *sed in margine addit ipse:* Maii sine dubio. *Cui et nos adstipulamur inspecta ep. eiusdem N.* 3956 *et ad Bezam proxime sequenti.*

3958.

CALVIN A SOUBISE. [1])

Il lui déconseille de continuer la guerre par suite du mécontentement que lui fait éprouver la paix d'Amboise.

(Copie. Bibl. de Genève. Vol. 107. fol. 159; Vol. 115ₐ, fol. 9; Berne F. p. 47; Ruchat VII. 401; Bonnet II. 517; Trad. angl. IV. 316.)

A Monsieur Monsieur de Soubize.

Monsieur, toutes voz deux lettres [2]) mont trouvé en si mauvais poinct qu'il ma esté possible [3]) dy respondre plustost: et encores à present ie ne sçay que ie y pourray faire, d'aultant que les douleurs ou plustost les tormens dune colicque desesperee [4]) ne me peuvent lascher. Parquoy ie vous prieray

3958. 1) *Voir N.* 3926.
2) *perdues.*
3) *sic.*
4) *N.* 3961.

mexcuser en ma briefveté, car l'affliction du corps ma quasy esbesté lesprit. Aiant veu le discours de voz affaires, ie reviens tousiours la de voir et iuger ce qui est licite, et puis possible. Sil estoit question de combatre a bon escient, ie ne vois point a quel tiltre vous le puissiez faire, puisque Dieu vous a desarmé. De reculer et divertir, ie le trouve[5]) bon, et sur tout afin que vous aiez loisir dessaier quelle voulonté et moien auront Messieurs les contes[6]) de vous secourir: car sans eulx ie ne vois pas que vous puissiez soustenir le faictz. Au reste encores qu'ils se ioingnissent avec vous, encores fauldroit il estre fondé en droict: car dattenter rien sans que nous serons appellez et admenez, iamais il nen adviendra bien. Je ne dictz pas qu'il ne se puisse trouver iuste occasion: mais elle ne mest pas encores congnue, et voila pourquoy ie ne vous oseroie pas conseiller de conclurre a faire guerre, si ie ne suis mieulx informé. Les moiens me semblent du tout deffaillir, n'estoit que Monsieur le conte de *Beauvais* attirat son compaignon a faire plus que ie nespere, attendu la nature de tous les deux. Ce pendant ie ne dictz pas que vous quictiez du premier coup la place pour vous mectre en la gueule des loups, mais de contrevenir directement au commandement du Roy, ie ne vois pas que Dieu le vous permette. Il reste donc d'aviser iusques où les excuses se peuvent estendre, tant du delay que ferez de poser les armes, que du refus davoir Monsieur de *Nemours* pour gouverneur. Je considere les inconveniens que vous alleguez. Mais ie me tiens pour toute response au dire d'Abraham: Dieu y pourvoira: comme de faict lapostre nous admoneste quil est fidelle, et ainsy qu'il ne permettra que nous soions tentez oultre nostre portee. Des particularitez ie ny touche point, sinon qu'il seroit bon à mon advis d'escrire à Messieurs les Contes ouvertement, et vous offrir à leur tenir bonne compaignie, en ce qui sera trouvé bon pour leur donner bon courage. Je ne doubte pas que vous n'aiez escript a Monsieur ladmiral de vostre estat, qui servira de sommation pour luy faire prendre la charge et en estre soulagé.

Monsieur, après, etc. De Geneve, ce 25. may 1563.

5) je ne le trouve *Bt.*
6) *Crussol et Beauvais.* Le roi écrivit à Crussol le 11. Mai de congédier les troupes en attendant l'arrivée du maréchal de Vieilleville, chargé de faire exécuter l'édit d'Amboise dans le Lyonnais et les provinces avoisinantes. (*Arnaud* I. 188.)

3959.

BULLINGERUS BEZAE.

Gratulatur ei felicem reditum et laudibus extollit quaecunque in Gallia peregit. Mittit Vermilii effigiem, nunciat Tretii discessum, et alia nonnulla obiter attingit.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 66.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae fidelissimo Genevensis ecclesiae ministro domino honorando et fratri meo carissimo.

Genff.

S. D. Si nullas a nobis accepisti literas, doctissime *Beza* idemque colendissime domine et frater carissime, id quidem factum scias non nostra sed temporis illius turbulentissimi culpa. Alioqui nulla nunquam tui excidit nobis memoria. Ergo quod potuimus fecimus, precibus nostris assiduis te et Galliam Domino Deo nostro commendantes. Agnovimus semper omnem fortunam et pericula omnia nobis esse vobiscum communia et temet ipsum etiam propter nos periclitari. Unde non desinimus gratias agere Domino postquam intelleximus, et qualemcunque pacem Galliae redditam esse, et te ad tuos salvum et incolumem Genevam rediisse. Oramus autem ut pacem confirmet Dominus, et impedimenta cursus verbi omnia e medio amoveat tibique benedicat. Quoniam enim Dominus magna per te contulit Galliae, hortamur ut, quod alias te facturum scimus, pergas Galliae ecclesias consiliis et auxilio iuvare. Tentabit omnia Satan priusquam se patiatur eiici: nunc ergo si unquam alias opus erit precibus et consiliis.

D. *Calvinum* aegrotare[1]) dolemus et Dominum oramus ut illum vobis et universae ecclesiae alioqui afflictissimae donet. Is qua humanitate praeditus est omnia tua per te e Gallia missa nobis communicavit. Unde et pro illa tua diligentia [et pro postremis etiam hoc mense scriptis literis][2]) maximas tuae pietati gratias agimus.

Mitto hic D. *Petri Martyris* beatae memoriae viri sanctissimi iconem,[3]) non tam meo quam omnium symmystarum nomine. Omnes enim pastores et professores ecclesiae ac scholae nostrae iusserunt

3959. 1) *Vide praecedentem.*
2) *haec in margine.*
3) *Cf. Bezae Icones G.* 1580. 4. *Numisma argenteum c. Martyris icone cusum fuit post mortem eius et amicis distributum.* (*Zurich letters* I. 75. 82.) *Cuius exemplar in bibliotheca Turicensi asservatur. Si quid videmus de tali icone hic loquitur.*

scribere haec, hoc est gratulari tibi reduci,[4]) gratias agere, hortari ut pergas gallicanas ecclesias consiliis et auxilio iuvare, nos in vera caritate complecti et symbolum hoc amoris benigne accipere. Omnes omnia felicia tibi precantur.

Superioribus diebus semel et iterum[5]) misi literas ad D. *Calvinum* cum quibus coniunxi literas ex Polonia ad ipsum missas. Spero iam illa omnia ad vos esse perlata. D. *Ionvilleo* maximas ago gratias quod dignatur tam diligenter ad me scribere. Oro me illi excuses quod nihil respondeo. Perpetuum hisce diebus concionandi officium me impedivit. Dices illi D. Christ. *Tretium* Polonum 6. Maii hinc discessisse. Bene vale, carissime frater, et nos nostrumque ministerium precibus tuis Domino commenda. Saluta omnes symmystas inprimis D. *Calvinum*, observandum fratrem nostrum. Veniet ad vos quidam Lituanus, homo non indoctus, sed eximie Brentianus, una cum tribus studiosis. Colloqui cupiunt. Prudentes este. Venantur illi si quid inter nos deprehendere possint dissensionis in dogmate de coelo et dextera Dei. Scis quale sit *Brentii* dogma de ubiquitate et quae contra me scripserit. Aiunt ipsum iam parare novum contra me scriptum. Iterum iterumque vale. Tiguri 31. Maii 1563.

Bullingerus tuus.

3960.

BULLINGERUS CALVINO.

Literae commendatitiae sed aliquatenus Bellerophonteae.

(Arch. Turic. VI. Vol. 117b, ol. C. II. fol. 513. Simler. 107.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori Domino meo colendo et fratri carissimo.

Genff.

vel dentur D. Theodoro Bezae.

S. D. Studiosi hi Borussi Poloni Russi et Lituani[1]) veniunt Tubinga ad me: petiverunt a me literas ad te, frater, ut per ipsas ad te possint accedere. Cupiunt enim colloqui. Ex colloquio autem, quod mecum habuerunt intellexi, seniorem Lituanum, qui iuniorum paedagogus est, eximie Brentianum esse. Libenter enim disputat de loco et motu in coelo beatorum, et de substantiali praesentia et manducatione corporis Christi in coena. Quidam Tubinga veniens affirmavit mihi, *Brentium* adornare scriptum contra me novum et acerbum valde. Suspicor Lituanum illum aliquid venari, si forte deprehendat dissimilitudinem aliquam inter nos sententiarum de coelo et dextera Dei. Scis enim, quale sit *Brentii* dogma de ubiquitate corporis Christi, coeli et dexterae Dei. Verum non est, quod hic te admoneam alioqui prudentem per Dei gratiam satis. Dominus restituat te nobis, care frater. Magno cum dolore audimus te aegrotare. Dominum ergo pro salute tua oramus assidue. Brevior sum, ne molestiam addam aegritudini. Optime vale, et nos omnes amare perge. Omnes nostri te ex animo salutant. Tiguri 31 Maii 1563.

Bullingerus tuus.

3961.

CALVIN A LA REINE DE NAVARRE.

Envoi d'un certain nombre de jeunes ministres, et réclamation relative à la dette contractée à Genève par le feu roi.

(Copies. Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 160. Vol. 115a, fol. 7; Berne, F. p. 50; Ruchat VII. 402; Bonnet VII. 519; Trad. angl. IV. 318.)

Madame, il m'a faict mal que ce porteur ne m'a trouvé en disposition de m'emploier comme ieusse bien voulu pour satisfaire a vostre sainct desir. Mais iay esté par l'espace de 15 jours tourmenté dune cholicque si estrange que tous mes sens et espris ont esté quasy rendus inutiles par la vehemence et la douleur.[1]) Maintenant combien que

---

4) *Genevam rediit a. d. III. Non. Mai.* (*Baum* II. 730) *post absentiam paene biennalem.* (*Reg. du Conseil* 7. *Mai. N.* 3952.)

5) *N.* 3956 *seq.*

3960. 1) *Unum Lituanum commendaverat in praecedenti.*

3961. 1) L'an 63 il se trouva fort souvent mal disposé. Desia 2 ou 3 ans auparavant on voyoit bien que ses anciennes infirmitez se rengregeoyent, c'est assavoir ses douleurs de teste et grandes cruditez qui luy causoyent une defluxion perpetuelle. Il estoit aussi assailli des hemorroides qui luy estoyent plus fascheuses à raison de l'accident qu'il avoit eu en ceste partie 17 ans auparavant. La cause de si grande indisposition estoit qu'en ne donnant nul repos à son esprit il estoit en perpetuelle indigestion. Les coliques s'ensuivirent et puis à la fin la goutte. (*Colladon.* — *Reg. du Conseil.* 22 *et* 24 *juin.* 1563.)

le mal ne mait point lasché, il a commencé de s'adouloir, qui me faict esperer plus grant allegement. En brief, mon frere Monsieur *de Beze* ce pendant avec la Compaignie ont suppleé à mon deffault. Messieurs aussi de ceste ville aiant entendu de par moy les remercimens [2]) que vous leur faisiez, nous ont priez et exhortez de faire le mieulx quil seroit possible. [3]) En la fin on vous a trouvé une douzaine d'hommes. S'ilz ne sont exquis a souhaist, ie vous prie, Madame, d'avoir patience, car cest une marchandise quon ne recouvre pas comme il seroit à desirer. Tant y a que mes compaignons esperent quilz seront moiennement propres et suffisans pour instruire le peuple à vostre contentement. Il reste, Madame, de les mectre en oeuvre et de leur tenir la main forte, comme vostre authorité sera bien requise à les armer et munir contre beaucoup de combatz qui leur seront dressez. Pour ce faire vous estes bien advertie, Madame, quil vous fault armer et munir de vertu et constance den hault, pour ne point fleschir que vous poursuyviez iusques a la fin vostre saincte entreprinse. Quant vous aurez estably quelque ordre, [4]) qui sera bien tost, comme iespere, ie vous supplie treshumblement de renvoier [5]) nostre frere *Merlin*, [6]) duquel labsence nous est ung peu fascheuse à cause du petit nombre que nous sommes.

Au reste, Madame, touchant la somme dont ie vous ay faict tenir propos, Voicy comme il en va. Le feu Roy vostre mary, estant pour lors de bonne affection et se voiant en grandes perplexités, demanda s'il pourroit estre secouru de quelques deniers. Je fis tant quon luy promit de ceste ville iusques à quarante mil frans. Devant quon les peust fournir il envoia à Lion Monsieur *de Malligny*, auiourdhuy vidame de Chartres, auquel il ordonna bailler vingt cinq mil frans pour certains frais qu'il debvoit faire, dont je luy en fis despescher dix mil a sa requeste. Quant c'est venu a paier, ie ne sçavois de quel costé me tourner, car iamais ie n'ay esté homme de finances, et ie vous puis asseurer, Madame, que de si peu que iavois qui estoit quasi rien, ie m'estois espuisé iusques à la monnoie dont il me falloit acheter ma provision chacun iour. Mais Dieu mercy, en la fin la contribution se fist dont le feu Roy vostre mary n'estant point encores diverty, promect à Monsieur *de Beze* de satisfaire, comme il vous pourra testiffier. Parquoy ce que i'en parle n'est point pour estre remboursé dun denier de ce que ie y ay mis du mien, mais pour macquicter envers les amys qui mont aydé en ce besoing, et comme racheter mon honneur. Madame, ie ne vouldroie point importuner vostre Maiesté en façon que ce soit, mais il m'a semblé que pour le moins vous ne trouveriez point mauvais destre informee de la verite du faict pour y pourveoir selon vostre humanité, et comme vous verrez estre raisonnable.

Madame, apres avoir presenté mes tres humbles graces a vostre Majesté, ie supplieray le pere celeste vous tenir tousiours en sa protection, vous enrichir des dons de son esprit, et vous accroistre en tout bien et prosperité. De Geneve, le premier de juing 1563.

---

2) recommandations *Bt.*

3) *Reg. du C.* 4 *juin:* Calvin presente une lettre de la reine de N. qui remercie Messieurs des plaisirs qu'elle a receus d'eux, les priant de tenir main à ce qu'elle puisse avoir ministres pour son pays. — *De Bordenave, Hist. de Béarn et N. par P. Raymond, p.* 116*:* Elle fit venir Remon Merlin, ministre de Geneve et plusieurs autres savans personnages, la plus part de langue gasconne et bearnoise, pour prescher au peuple en son langage, lesquels ayans esté canoniquement esleuz furent envoyez aux lieux où il y avoit plus de gens faisans profession de la religion reformee. Jean de la Rive fut envoyé à S. Palais pour y prescher en langue basque, et Jean de Leiçarrague, ministre de la Bastide traduisit le N. T. en ceste langue. Le 12. Nov. 1573 le conseil ecclesiastique de Bearn lui accorda 50 escus soleil pour le faire imprimer à La Rochelle.

4) *Bordenave p.* 117*:* En un synode tenu à Pau en Sept. 1563 fut dressé un cors de discipline eccl. pour entretenir à l'avenir tout le ministere de l'Évangile en bon ordre, et remettre sus la legitime vocation des pasteurs, diacres et anciens, et le droit usage de l'administration des clefs du royaume des cieux. Et pour l'entretenement du ministère et du college dressé en la ville de Lesca (*Lescar*) elle imposa 15000 livres sur le clergé, desquelles Ant. de la Rose fut esleu receveur par le synode en titre de diacre général. — (La discipline eccl. du pays de Béarn, publiée pour la première fois par Ch. Frossard. P. 1876.)

5) remercier *Bt.*

6) *Il ne retourna que l'année suivante à Genève. La Reine demanda la prolongation de son congé.* (*Reg. du Conseil* 16. *Août.*)

3962.

IONVILLAEUS BULLINGERO.

Calvini morbus ingravescere videtur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 166, olim Epp. Tom. 24, fol. 280. — Simler. Vol. 107.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae fido pastori ac mihi plurimum observando. Tiguri.

S. Haec pauca festinanter, vir clarissime, addere volui, ut intelligas doloribus colicis ac nephre-

ticis D. *Calvinum* adhuc torqueri:[1]) quod quam grave et acerbum mihi sit, nullis verbis possum exprimere. Dolorem vero meum auxit, quum viderem permolestum illi esse, quod ad te scribere non liceret, ac ne dictare quidem ob morbi gravitatem. Et scio quanti te faciat, ut dignus es. Haec sine lacrymis vix scribo. Mihi certe nihil gratius esse potest, quam dum ille potest dictare aliquid, quod ad te excipiam, quia persuasus sum, te eius literis vehementer oblectari. Tu, vir humanissime, *Ionvillaeo* tuo ignoscas, si haec addat. Nam malui quidquid hoc est effundere, quam moerore oppressus apud te tacere. Potuissem, fateor, prorsus silere, sed tua humanitate singulari coactus sum in istos versus erumpere. Interim tuis precibus et totius vestrae ecclesiae apud Deum commendes illum et nos omnes. Vicissim te et reliquos Domino commendabimus. Vale, vir praestantissime, Deum oro ex animo, ut te diu incolumem servet, spiritu suo regat, et tuis laboribus benedicat. *Budaeus* frater te salutat reverenter. Si iam abierit *Thretius* noster,[2]) ut nihil ad me scripserit, mirabor: quum praesertim nihil posterioribus meis literis responderit.

Genevae pridie Nonas Iunii 1563.

Carolus Ionvillaeus
tui observantissimus.

3963.

BEZA BULLINGERO.

Calvinus fere exhaustus est.

(Ex autographo bibl. Turic. F. 62, olim Epp. 27, fol. 10. — Simler Vol. 107.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero domino et patri mihi plurimum observando, Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

Legi, mi pater, quae nuper ad *Calvinum* nostrum scripsisti,[1]) proque tua ista de me sollicitudine vere paterna magnam tibi caeterisque fratribus gratiam habeo et habebo dum vivam — — — — — — — — — — — — *Calvinus* noster nuper concionem habuit, et domi deambulat, sed mirabiliter est exhaustus. Respiciat nos omnes in eo Dominus, idque a nobis avertat, quo nihil tristius possit huic ecclesiae et multis aliis, his praesertim temporibus accidere. Bene vale, mi optime et plurimum observande pater. — — — — — — — — — Genevae quinta Iunii. — — — — — — — — — —

Tuus Beza.

3964.

CALVINUS BULLINGERO.

Admonitio nuper ad Polonos scripta et edita pro tempore ad confutandos Antitrinitarios sufficere videtur. Taederet ipsum denuo in arenam descendere et maxime Patrum perplexis loquutionibus utentium sententias excutere.

(Manu scripta non exstat. Edidit Beza Genev. p. 272, Laus. p. 562, Hanov. p. 631, Chouet p. 373, Amst. p. 170 ubique tamen Bullingeri nomine nescio qua de causa suppresso.)

Nudiustertius tibi scripsi,[1]) venerande frater, per Italum mihi familiarem et vicinum. Heri tuas accepi cum *Sarnicii* fasciculo, ubi literas *Thretio* scriptas inveni, quas remitto. Tametsi autem multa *Sarnicius* putabat me ex illis cogniturum, nolui tamen resignare: ac praestabit ut intactas recipiat. Simul autem recuperavi responsum illud quod mihi perierat, in quo non parum placuit *Thretii* sedulitas. Nescio an expediat novam lucubrationem aggredi contra discipulos *Blandratae*, donec audierimus quomodo excepta fuerit admonitio iam edita cum sua explicatione. Brevitas enim ad quam me restrinxi obscura esse non videtur. Nec vero nebulones illi quidquam obiectant, quod non ante fuerit a me refutatum. Forte unum desiderari potest, ut patrocinium quod sibi asciscunt ex vetustis scriptoribus excutiam. Etsi autem certa hac quoque in parte victoria est, labor tamen erit plenus taedii et molestiae. Ac diabolus per has salebras se iactare, et in his latebris se volutare ipsos docuit, ut sine magno fructu per longos certaminum circuitus nos traherent. Scis quam durus sit et asper sermo Tertulliani: certe stridet magis, quam loquitur. Atqui longum inde volumen contexere necesse foret. In Hilario non tam difficilis ratio, cuius tamen

---

3962. 1) *vide praecedentes.*
2) *N.* 3959.
3963. 1) *N.* 3957.

3964. 1) *Non exstat. Haec vero respondet ad N.* 3957.

sermo valde spinosus est ac perplexus. Si quid adhuc scribendum censeas, consilium tuum hac in parte expeto. De rebus Galliae nihil affertur: unde colligimus omnia sic esse turbata, ut inter spem et metum tam nostri quam hostes pendeant. Extra aulam animos colligunt fratres, nec hostium superbiae succumbunt, vel insultationibus franguntur. Vale, clarissime vir et mihi honorande frater, una cum symmystis omnibus, quos plurimum saluto. Idem faciunt collegae mei et amici. Dominus te incolumem nobis servet laboresque tuos semper benedicat. Genevae, 6. Iunii 1563.

Ioannes Calvinus tuus.

3965.

BEZA BLAURERO.

A Sabaudo periculum imminet: maius etiam a Calvino fere exhausto.

(Ex Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 163, olim Scrin. B. Epp. Tom 28, fol. 585. Adscripsit Blaurerus: *Fragmentum descriptum ex ep. D. Theodori Bezae data ad me* 8. *Iunii, quam ego accepi* 16. *Iunii.*

— — — — — — — — — — — — — — — — —

— Nostris quoque cervicibus videtur maxima tempestas imminere, sive ditionem *Sabaudo* restituerint Bernenses,[1]) sive armis retinere constituerint. Verum utcunque sit, Domini sumus et ut coelum terrae misceatur atque adeo ut nobis etiam sit moriendum, viri et mortui sperabimus in eo qui est nostra fortitudo.

Magis me movet quod *Calvini* nostri vires non tantum afflictas ut antea sed paene etiam postratas video.[2]) Sed ominari nolo quod mihi quavis morte longe esset acerbius. Tantum fortes pergamus donec ad metam sit perventum et assiduis precibus mutuo nos confirmemus. Nam certe vivit Deus noster et plenam iam victoriam nobis est consequuturus.

3965. 1) *N.* 3956.
2) *N.* 3962. 3963.

3966.

LAVATERUS TH. BLAURERO.

Nova quaedam ex Gallia. Calvinus graviter aegrotat.

(Ex autographo bibl. civ. Sangall. MSS. Tom. 38. Epp. misc. IX. fol. 117.)

Clarissimo et humanissimo viro D. Thomae Blaurero Cos. domino suo colendissimo
uff Girsperg by Constantz.

— — — — — — — — — — — — — — — — —

— Novarum rerum te dignum nihil habeo, nisi quod heri quidam mercatores Geneva venientes dixerunt hisce diebus reginam *Navarrae* 14 ministros verbi a *Calvino* postulasse,[1]) quos ille reginae miserit. Metuunt cordati ne quid monstri alatur a pontificiis in Gallia. Dominus misereatur suae ecclesiae. D. *Calvinus* adhuc colicis doloribus torquetur. Dominus eum pristinae valetudini restituere dignetur. — — — — — — — — — — — —

Tiguri 11. Iunii anno 1563.

P. T. addictissimus
Ludovicus Lavaterus.

3967.

BULLINGERUS BEZAE.

Agit de duce Christophoro pro Confessione Augustana Gallis commendanda satagente, deque Lutheranorum in Germania contra Calvinismum insultibus. Tum Ochini orthodoxiam asserit, miseram conditionem deflet.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 6.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae Genevensis ecclesiae fideli ministro domino meo honorando et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Spero te, mi frater, iamiam accepisse nostras literas una cum symbolo amoris incluso.[1]) Tum intelliges literas tuas, quas tu tradideras aurigae, nobis esse traditas. Cura tu sedulo ne prin-

3966. 1) *N.* 3961.
3967. 1) *Martyris icone, nisi fallimur. Vide N.* 3969, *not.* 3.

ceps *Wirtembergensis* libellos[2]) spargat per Galliam et turbas atque contentiones excitet. Sedulus est ille princeps et modis omnibus *Lutheri* doctrinam de coena Domini, hoc est, Confessionem Augustanam cum Apologia omnibus obtrudere satagit. Bonus est alioqui princeps, sed hac in re mire festinans.[3]) Exortae sunt nunc turbae in Saxonia propter Catechismum *Palatini*,[4]) his quidem eum approbantibus, illis eundem abominantibus. Dicunt hi principem factum esse Zwinglicum et Calvinicum. Scis *Sulcerum* subscripsisse Argentinae in causa *Zanchi* Augustanae Confessioni et Apologiae.[5]) Scis *Eberum*[6]) contra nostram doctrinam scripsisse librum de coena, in quo absurda sunt plurima. In germanico exemplo habet nomen *Calvini* quod coniungit cum *Zwinglii* palam, sed in latino non posuit.

Legatus regis Galliae[7]) multa mecum contendit de foedere pangendo cum rege, idque tuo iussu, qui colloquutus sis cum eo Basileae ea de re. Ego finxisse illum omnia arbitror. Neque enim illi fidendum esse audio.

Librum *Ochini*[8]) non legi, nec vacaret legere. Minime autem puto illum facere cum Servetanis, Grybaldistis et Blandratistis, quos palam exsecratur. Et *Thretio* in Poloniam profecturo affirmavit sancte se abominari Italos in Polonia contra adorandam trinitatem disputantes. Promisit etiam illi se daturum literas contra istos nebulones. Ac dedit, ni fallor. Ergo si firmas rationes diluit infirmioribus inscitiae magis et senio deliro quam malitiae tribuo. Superioribus diebus ex casu gravi mortua est eius uxor, relictis illi liberis etc. Admodum est miser.[9]) Puto ipsum afflictissimum aliis non diu supervicturum.

De caeteris scripsi ad D. *Calvinum* et *Ionvilleum*. Te oro ut pergas sedulo ad nos de rebus Galliae scribere. Vale et nos ama. 12 Iunii 1563.

Bullingerus tuus.

Non relegi.

2) *Brentii Catechismum gallice versum* (*N.* 4009).
3) *vox dubia.*
4) *Cf. Sudhoff, Olevian. p.* 140.
5) *N.* 3919. 3956 *seq. et infra saepius.*
6) *N.* 3956.
7) *N.* 3950.
8) Dialogi XXX. in duos libros divisi. Basil. 1563. *Propter hunc librum a Turicensibus solum vertere iussus est.* (*Ruchat* VI. 566; *Meyer, Locarno* II. 168; *Benrath, Ochin.* 299.)
9) *Uxor Ochini per scalae gradus cecidit. Ipse agebat annum sextum supra septuagesimum. Liberi ei erant quatuor aetatis nequaquam provectae.* (*Meyer* 171, *not.*)

3968.

BULLINGERUS CALVINO.

Respondet ad varia argumenta nuperae epistolae. Metuit ne Lutheranismus per Sulzerum Basiliensibus obtrudatur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117[b], olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 514. — Simler. Vol. 107.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori domino meo honorando et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Nihil omnino vel tuarum vel *Bezae* literarum periit. Nam redditae sunt mihi binae tuae literae priores 3. Iunii, posteriores 6. eiusdem mensis scriptae.[1]) Video autem quanti me facias, qui morbo oppressus nihilo minus vel ex lecto pergas ad me dare literas. Unde et maximas tuae humanitati gratias ago et Dominum oro ut te nobis restituat et ecclesiae suae diu incolumem servet. Minime suadeo ut nunc quidquam suscipias laboris, sed hortor ut quietum te serves melioribus. Sat alias et plus nimium exerceris morbo. Non est quod nunc tantillum cogites de confutandis *Blandratae* impiis discipulis. Exspectemus potius et videamus quomodo isti admonitionem tuam[2]) velint excipere. Res atque tempus opportune quid facto opus sit suggerent. Atque utinam tu interim convalescas.

Verissima sunt quae tu scribis de Tertulliano et Hilario. Ab huius lectione abhorrui semper. Illum non illibenter legi quod brevibus multa dicat et argumentis densa et nervosa sit eius oratio, licet dura et scabra.

Exemplum epistolae ad *Tretium* per *Sarnicium* scriptae[3]) exhibebit tuae humanitati noster ille *Ionvilleus.* Non sine ingenti gaudio legi serenissimam *Navarrae* reginam petivisse a vobis ministros.[4]) Faxit Christus ut multo cum fructu suo fungantur munere, et Gallia afflictissima pacata tandem cervicem Christo servatori submittat. Bene monuisti ne credamus quae nonnulli spargant de Principe.[5]) Sunt qui iactant ipsum in aula quidem esse, sed contemptum et privatum, et adeo gubernatorem primum non esse ut ne quidem sit in nu-

3968. 1) *Imo prior nobis periit, posterior illa est quam Beza sine nomine Bullingeri edidit.*
2) *N.* 3914. 3956.
3) *N.* 3938.
4) *N.* 3961.
5) *Condaeo. Carolus IX. a. d. V. Cal. Iul. absoluto anno aet.* 14 *sui iuris declaratus est.*

mero eorum qui gubernant. Addunt illum sese subiicere decretis Tridentini concilii. Et haec magna confirmant confidentia. Proinde optime feceris si curaveris ut vel *Beza* vel *Ionvillaeus* diligenter scribant de rebus Galliae (nolim alioqui te his vexari), de quibus nihil certi, nisi ex vobis, habere et adversariis obiicere possumus.

Vide, mi frater, diligenter invigiles ne Lutheranismus cum Brentianismo serantur in Gallia. Paulus *Eberus* edidit librum de coena Domini [6]) contra nostram doctrinam. Nihil differt in sententia a dogmate *Lutheri:* in proponendo variat. Nam blandulus est et blandiloquentia sua conatur ad se attrahere lectores. Absurda et ineptissima habet plurima. Tui mentionem facit in germanico libro, in latino *Zuinglium* nominat, nomen tuum omittit. Nescio cur fecerit. Sub finem testatur se nolle ab hac sua sententia discedere vel latum culmum etc. Hunc librum *Sulcerus* pluribus commendat atque obtrudit. Sed et articulis illis Argentinae in causa *Zanchii* compositis subscripsit, [7]) Augustanamque confessionem una cum Apologia recepit, quam nostrae ecclesiae ob causas quas nosti nunquam voluerunt recipere. Utinam non cogitet ille Basileam a nostris abstractam ecclesiis coniungere cum Lutheranis. Habet *Coccium* [8]) symmystam adiutorem. Dominus compescat eos. Sed desino te obtundere. Si saperem brevior essem. Sed condona mihi hoc meum peccatum. Vale. Dominus Iesus restituat te nobis et vires tibi conferat, ut diu possis prodesse ecclesiae Dei. Tiguri 12. Iunii 1563. Salutant te symmystae cum tuis omnibus, maxime vero filii mei, generi, affines omnia tibi imprecantur felicia.

Bullingerus tuus.

3969.

GRINDALLUS CALVINO.

Gallasium Londino relicto Genevam redeuntem laudat et aegre dimitti affirmat. Calvino autem utpote fere soli superstiti ex primis reformationis columnis valetudinis curam enixe commendat.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 124. Zurich Letters II. Ser. N. 42.)

---

6) *N.* 3956.
7) *N.* 3919. 3936.
8) *Köchli, ibid.*

D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori fidelissimo ac fratri suo in Christo carissimo.

Genevae.

S. D. Multum tuae pietati, clarissime D. *Calvine*, atque adeo universae vestrae ecclesiae debemus, qui D. *Gallasii*, viri doctissimi, copiam tam diu nobis fecistis, [1]) qui et ecclesiam suam, quam adveniens valde perturbatam invenit, D. *Cognato* [2]) successori suo pacatam ac bene iustitutam reliquit, et mihi nostrisque ecclesiis consilio ac prudentia magnopere profuit. Equidem non libenter illum dimisissemus, nisi iustiores discedendi causas haberet quam optamus. Coelum nostrum ipsius constitutioni parum (ut videtur) conveniens valetudinem eius valde afflixit et coniuge carissima (ut de liberis interim taceam) orbavit: adeo ut quem nunc reddimus valetudinarium, si alteram hyemem apud nos egisset, verendum esset ne non omnino redderemus. Valde igitur erat necessarium ut ad pristinum aerem ad valetudinem recuperandam rediret. Nihil autem magis in votis habemus quam ut uterque vestrum in communi patria evangelium libere annunciare possitis. Hoc etsi isto rerum statu, partim propter quorundam cunctationem vel potius tarditatem, partim propter aliorum praeproperam (ne quid gravius dicam) transactionem, minime sperandum esse videatur, tamen non dubitamus quin Deus ipse rationibus nobis incognitis, ut non gloriemur in hominibus, hoc totum negotium feliciter sit confecturus.

Doleo ex animo te ista aetate et tam tenui corpore in podagricos dolores (nam ita mihi retulit *Gallasius*) incidisse. Non dubito autem quin studiorum ac laborum intemperantia quadam hoc malum tibi contraxeris. Posthac igitur remittendum est tibi aliquid de pristinis laboribus et lucubrationibus intempestivis, ne dum tibi non parcis morbum in immensum augeas et ecclesiae minus prosis. Intuere in Nazanzenum *, qui dum de vitae austeritate, quam iuvenis utcunque sustinebat, aetate provectior nihil remittit perpetuo fere decumbere est coactus et ista ratione ecclesiae minus utilis redditus. Quia tu cum *Bullingero* ex primis illis columnis paene soli superestis, vobis quam diutissime (si ita Domino visum fuerit) frui cupimus. *Brentium* studio praetereo, qui nunc suscepto pessimae causae patrocinio non videtur nos amplius pro fratribus agnoscere.

3969. 1) *reducem Genevae a. d. V. Non. Iul. sistit Reg. du Conseil. Postea Aureliam se contulit.*

2) *Io. Cousin, minister fuerat apud Cadomenses quibus missum dicit Reg. de la Comp. m. Maio* 1559. *Iam a.* 1560 *s.* 1561 *Londinum se contulerat, tum a.* 1562 *rursus Cadomum. Postea diu Londini mansit.* (*Zur. Letters II. N.* 66. *Bulletin* VI. 190. XI. 25. *Haag* IV. 101.)

De regni et ecclesiae nostrae statu optime referre potest D. Gallasius, qui istas defert, ut his de rebus scribere hoc tempore opus non sit. Salutes quaeso meo nomine D. *Bezam* ac caeteros symmystas tuos, D. *Antonium* etiam professorem hebraicum.[3] Dominus Iesus pietatem tuam nobis et ecclesiae suae quam diutissime incolumem conservet. Londini 19. Iunii 1563.

Deditissimus tibi in Domino
Edmundus Grindallus
episcopus Londinensis.

3970.

LARCHER[1] A CHASTEILLON.

Il est arrivé et installé à Héricourt et invite Chasteillon à le venir voir, en lui recommandant son fils, écolier à Bâle. Il désire voir le libelle de Baudouin contre Calvin.

(Autographe de la Bibliothèque de Bâle.)

A mon tres cher frere M. Sebastien Chasteillon professeur grec en luniversite de Basle.

S. Trescher frere, jarrivay avec tout mon mesnage a Monbeliard le vendredi devant St. Jehan et le jour suivant fusmes transportez a Hericourt et presente le dimanche apres.[2] Et graces au Toutpuissant et seul bon y sommes parvenus en bonne sante et prosperité nonobstant le chemin tresmauvais quavions trouve lespace de quatre lieues d'Alemaigne. Touttefoys je y ay este fasche trois ou quatre jour d'un caterre que le changement de lair mavoit cause. Mais jen ay este tantost gnery, Dieu mercy. Je vous ay voulu advertir de cecy au plustost que jay peu a fin quen advertissiez nos amis a scavoir *Sulcere, Oporin*, le medecin *Regné*[3]) et mon filz. Je vous prie sil est possible que nous veniez voir es jours caniculiers et que ameniez *Nicolaus* en faisant par jour deux lieues et que soustiendray les fraiz diceluy. Car sa mere desire le voir. Je le vous recommande tousjours et vous prie vous prendre garde sil sera ......[4]) aux lettres et sil profite et continue daller a lescole. Dites a *Bernard* que je le prie quil le conduise tousjours bien et que je le luy renverray. Dites aussi audit *Nicolas* que je luy mande quil soit bon enfant ne faisant mal a personne, quil ayme Dieu et garde ses commandemens et que le prie tous les jours afin quil soit avec luy et le conduise. Mandez moi de vos nouvelles. Ma femme et moy saluent la vostre et toute vostre famille. Dites a *Nicolas* que sa mere, la marene, son grand pere, ses oncles et tantes se recommandent a luy. Dieu soit tousjours avec vous et les vostres. Amen. Ce 26 de juing 1563.

Je vous prie mapporter ou envoyer *Balduinus* contre *Calvin* et men recouvrer ung.

Le tout vostre
J. Arquerius.

---

3) *Ant. Chevallier* (*N.* 3030) *Tremellii gener et successor in cathedra hebraica Cantabrigiae* 1569 *obiit a.* 1572.

3970. 1) *Pour compléter ce que nous avons dit ailleurs sur lui, nous ajouterons qu'il était né à Bordeaux vers* 1516. *Il mourut à Héricourt en* 1588.

2) Le 22. juillet la régence de Montbéliard annonce au duc Christophe, l'un des tuteurs du jeune comte Fréderic, que Jean Arquerius a été installé le mois précédent ministre de l'église d'Héricourt, et qu'il devient urgent de congédier le curé de cette ville et de commencer à établir la réforme dans les villages des seigneuries d'Héricourt, Châtelot et Clémont, dont les habitants paraissent disposés à l'accueillir. (*Duvernoy, Ephém. p.* 272, *comp. ibid. p.* 329, *au* 30 *Août* 1565.)

3) *nom douteux.*

4) *mot illisible.*

3971.

ZANCHUS CALVINO.

Quid consilii ceperit si denuo Lutherani subscriptione sua non contenti ultra urgeant.

(Ex Opp. Zanchi Tom. VIII. P. II. p. 153.)

S. Quod tardius forte, quam exspectabas, observandissime pater *Calvine*, respondeam,[1]) id ideo fit, quod tardius etiam quam volebam domum reversus[2]) tuas accepi literas, nimirum 13 huiusce mensis Iunii. Placuit tuum consilium.[3]) Faciam igitur ut consulis, modo iusta occasio mihi detur, posteaquam in scholam reversus meum coepero facere officium. Omnino enim in scholam prius esse redeundum, et libere sed cum modestia docendum, et inde non quaerendam, sed exspectandam esse occa-

3971. 1) *Cf. N.* 3954.

2) *ex itinere in Vallem Tellinam uxoris patriam facto Redierat circa Idus Iunias.* (*Schmidt p.* 670.)

3) *utrum dimissionem postulare debeat an Argentorati manere, et quibus conditionibus.*

sionem, aut protestandi meamque subscriptionem explicandi, aut dimissionem petendi, censent alii amici, inter quos est etiam D. Eustachius *Chersetanus*,[4]) qui pro hoc tempore nundinarum dignatus est apud me hospitari. Video multa mihi esse devoranda.[5]) At modo placeam Christo et pro mea virili ipsius regnum promoveam, satis mihi fuerit. Neque vero illa subscribendi formula alio animo usus sum, quam ut significarem, etsi articulis subscribebam, me tamen haud iuxta aliorum, sed iuxta meam, quam piam esse scio, interpretationem subscribere: ut plane reapse eadem sit haec subscriptio, licet verbis diversa, cum illa, qua etiam de principio, quum huc veni, Augustanae confessioni subscripseram, sed cum hac exceptione, modo orthodoxe intelligatur. Sed de iis satis.

Quae agantur in mundo digna quae a te intelligantur, credo tibi ab aliis permultis significari: ut de bello inter Danum et Suecum,[6]) Anglum et Gallum, de equitatu Germanico, quem Schwartzreutter vocant:[7]) huius imperatorem, literis a *Landgravio* hic acceptis, mox ad *Landgravium* advolasse, et opinionem esse, totum hunc equitatum mittendum ad Suecum. Haec atque alia nova relinquo aliis scribenda. Ego me toto animo tibi commendo. Rogo vero Deum patrem per Iesum Christum, ut te diu nobis conservet. Vale. Argent. pridie Calend. Iulii Anno 63.[8])

Tuus ex animo
H. Zanchius.

3972.

ZANCHUS GRINDALLO.

Idem argumentum fusius etiam expositum.

(Ex Opp. Zanchi Tom. VIII. P. II. p. 139. — Zurich letters II. Ep. 43, p. 60.)

4) *Quercetanus, qui Francofordia relicta fortassis in Galliam proficiscebatur.*

5) *Exstat in archivis nostris Thomanis Sylburgii famuli eius epistola d. d.* 8. *Iul.* 1563 *ad Samuelem Conradi filium Hubertum qua hic dicit Zanchum post reditum a ministris maxime a Marbachio summa cum diffidentia imo hostiliter exceptum fuisse.* (*Schmidt p.* 669, *Röhrich.* 114.)

6) *de Thou*, III. 487 *et passim.*

7) *Rhingravii. Cf. Languet* II. 249. *Bartholdt* 519.

8) *Idibus Iuniis redux fuisse videtur. Ipse ad Garnerium d. d.* 10. *Iul.:* Non ita multum ante nundinas nostras (24. *Iun.*) *et iam* 14. *Iun. praesens erat in Capitulo.* (*Schmidt* 670.)

Tarditati meae ignosces, observande domine. Nuper enim redii ex finibus Italiae:[1]) et prope infinitas reperi quibus respondendum sit literas.

Aves intelligere, quomodo compositum sit nostrum dissidium: dicam breviter. Propositum fuerat de principio Dominis nostris, ut audio et video, ita in hac nostra controversia sese gerere, ut quoad eius fieri posset, salva et sarta tectaque maneret utriusque partis dignitas: idque propter ministerium, tum concionatorum in ecclesia, tum nostrum in schola. Tametsi igitur per istud biennium, quo causa fuit apud Dominos acta, optime ex perlectis actis utriusque partis scriptis, et multarum ecclesiarum academiarumque de meis thesibus iudiciis, cognoverunt, actionem contra me ab adversariis institutam, fuisse iniquam, et doctrinam meam, quae accusata damnataque fuerat tum novitatis, tum haereseos, neque novam, neque haereticam esse: noluerunt tamen vel pronunciare de causa, vel saltem ut disputatione decideretur permittere: sed accersitis quatuor theologis[2]) et aliquot iuris peritis,[3]) partim Tubinga, partim Biponte, partim Basilea, curarunt ut per istos dissidium componeretur. Isti praesentibus etiam quatuor ex senatu legerunt acta et utriusque partis scripta: perspicue viderunt, insignem et mihi et veritati factam fuisse iniuriam. Retulerunt ad senatum suum iudicium de scriptis et actis. Hic D. Petrus *Sturmius* Scholarcha palam dixit: Ubi igitur nunc tot et tantae haereses, quae *Zanchio* obiiciebantur? Egerunt deinde seorsim cum utraque parte pro concordia. Quum ventum est ad me: primum disertis verbis dixerunt compositores, partem adversam idem quod et nos, de praedestinatione sanctorum sentire, probare enim doctrinam Augustini, Lutheri, Buceri: iis autem tribus post scripturas totam meam doctrinam copiosissime confirmaveram in meis lectionibus et confessionibus: tantum superesse aliquid controversiae de coena. Etsi igitur legerint meam confessionem de coena, se tamen cupere adhuc clarius ex me audire quid sentiam de praesentia corporis Christi in coena. In mea enim confessione nihil de praesentia disputaveram, sed tria tantum praecipua capita explicaveram: primum, non sola symbola percipi, sed etiam rem ipsam, verum corpus Christi et verum eius sanguinem, hoc est Christum ipsum. Alterum, utrumque manducari ac bibi, non ore corporis, sed spiritus, hoc est fide. Tertium, idque a fidelibus tantum. Hic respondi, me de hac quaestione non libenter disputare, quod ne unum qui-

---

3972. 1) *Cf. praecedentem.*

2) *Vide N.* 3934.

3) Wolf a Köteritz, ducis Wolfgangi Palatini consiliarius, Henricus Schwäblin Lic. eiusdem consiliarius, D. Kilian Bertz, ducis Christophori, Daniel a Renchen, Obervogt zu Newenburg.

dem verbum apertum de praesentia corporis Christi in coena in scripturis reperiam. Sed tamen ne putent me subterfugere et non audere explicare etiam de hac quaestione meam sententiam, dicturum me quod sentiam. Principio, me nullo modo posse admittere, praesens esse corpus Christi in coena corporibus nostris, illam enim rem dici alicui esse praesentem, quae sese aliquo modo ei, cui dicitur esse praesens, communicet et ab ipso percipiatur. Illam vero dici esse absentem, quae nullo modo sese communicet et percipiatur ab eo cui dicitur esse absens, sive ea res (quantum ad localem vel longinquitatem vel propinquitatem attinet) sit propinquior vel remotior. Deambulabat ibi *Sulcerus*, quum Iacobus *Andreae* assidens mecum ageret de coena. Exemplum igitur ab ipsis desumtum attuli in haec verba: Vos domini compositores dicimini esse et vere estis mihi, hoc est, corpori meo praesentes, quia ipsi vos communicatis mihi et meis sensibus et a me percipimini, dum ego meis oculis vos video et auribus audio, et tam mihi praesens est D. *Sulcerus*, qui deambulat, quam vos reliqui qui assidetis: quanquam quod localem distantiam et propinquitatem attinet, ille remotior sit a me quam vos, et vos quam ille propinquiores. Qui vero foris sunt extra hoc hypocaustum (erant enim aliquot famuli dominorum foris) dicuntur abesse: quia illos nec audio nec video, nec ullo corporis sensu percipio. Manifestum est autem, verum et substantiale corpus Christi non communicari corpori meo in coena: nullis enim sensibus corporis id percipio: quum nec oculis videam, nec auribus audiam, nec naribus olfaciam, nec manu tangam nec palato gustem, non possum igitur ullo modo dare, corpus Christi praesens corporibus nostris esse in coena. Caeterum quin idem corpus Christi verum et substantiale praesens sit menti meae in coena, ubi maxime efficax est, infitiari non possum, quum extra controversiam sit, illud vere fidelium mentibus communicari et ab ipsis vere percipi: oculo enim fidelis mentis seu interioris hominis videtur, eiusdemque manu capitur et ore comeditur, atque ita comeditur, ut illius virtutem et effecta salutaria in nobis ipsis sentiamus. Non possum igitur simpliciter negare veram et substantialem, hoc est veri et substantialis corporis Christi in coena praesentiam: sed in eum sensum, quem explicavi. Hic Iacobus *Andreae* cum admiratione: Profecto, inquit, vos idem sentitis, quod et nos. Audivisti, inquam ego, sententiam meam D. D. Si haec est quoque vestra sententia, gaudeo mihi, gratulor vobis et ecclesiae. Nunc, inquit ille, video, cur tot argumentis confutes (nempe in mea confessione) id quod nos dicimus: Corpus Christi ore etiam corporis manducari: quia putatis, nos ita sentire, corpus Christi ore nostri corporis manducari, quasi corpus Christi nostrum os et corpus attingat. Omnino, inquam, ita e vestris scriptis iudicavi vos sentire. Minime, minime, inquit ille, ita sentimus: sed nos ita loquimur propter unionem sacramentalem. Tum ego: Si non aliter sentitis, non damno istam loquutionem. Nam et ego admitto, propter sacramentalem unionem, id attribui corpori Christi quod proprium panis, et contra pani id quod proprium est corporis Christi. Sed de manducatione indignorum, quid sentis, inquit ille? Si nomine indignorum, respondi, intelligatis homines plane impios, qui vera fide destituti sunt, non possum admittere ab illis corpus Christi manducari. Si vero homines fide quidem praeditos, sed ea imbecilliori et solutioris vitae quam Christianum deceat, non refragor. Tales enim fuerunt illi Corinthii, quos Paulus docebat, quia indigne manducarant corpus Domini, a Domino iudicari, hoc est, castigari, ne cum hoc mundo damnarentur. Non potuit inter nos de hoc articulo conveniri. Sed ego non dubito, inquit ille, quin si diligentius hunc etiam articulum examinaveris, sis in nostram sententiam venturus. Satis, inquam ego, diligenter examinavi, et aliter quam sentiam sentire non possum. Bene, satis est, inquit, de coena dictum: agimus gratias Deo, quod in hoc etiam articulo de coena, non est magna discrepantia inter vos: quum utrique fateamini veram et substantialem praesentiam.

Ita discessum fuit. Conceperunt deinde articulos quosdam de praedestinatione: hos dederunt utrique parti inspiciendos: sed mihi cum tanta festinatione exhibuerunt legendos, ut nollent eos vel unam noctem apud me pernoctare. Tandem ubi viderent, me nolle illis subscribere, nisi prius a me diligenter domi examinarentur permiserunt, sed hac lege, ut neque describerem neque curarem describendos. Adiecerunt illis, ut etiam de coena aliquid statuerem, saltem in genere, confessionem Augustanam et articulos concordiae inter Lutherum et Bucerum. In articulis de praedestinatione, nihil deprehendi aperte impium et quod non posset bona conscientia admitti, quemadmodum et postea D. *Calvinus* tum ad me tum ad pastorem nostrum scripsit. Tantum vidi, ita eos artificiose fuisse compositos, ut tamen liquido appareret, compositores magis curasse, ut articuli controversi obductis quibusdam tenebris sepelirentur, quam ut veritas aperta luce explicaretur. Haec fuit una praeter alias causas, cur diu, hoc est ad extremum fere usque, restiterim ne subscriberem. Tandem quum viderem, per me unum tantum stare, ne sublato tanto dissidio, quod erat non inter unum aut alterum, sed inter omnes ministros una ex parte, et omnes professores ex altera parte, pax et consensio fieret, et viderem, me salva conscientia posse subscribere, praemissa praesertim protestatione, assensus sum.

Quum igitur ventum esset ad locum ubi erant domini nostri et compositores, omnesque professores et aliquot alii: post actas gratias iis quibus debebantur, dixi me subscripturum, sed praemissa prius hac protestatione: primum, me nolle, ut hac mea subscriptione aliquod fiat praeiudicium aliis ecclesiis, academiis, et veritati, deinde nolle ut aliquid derogetur illi doctrinae, quam hic Argentinae docui per octennium, et quae continetur in meis praelectionibus, disputationibus, confessionibus: postremo ut mihi liceat tam Augustanam confessionem, Apologiam et articulos concordiae, quam hos praesentes articulos, interpretari iuxta regulam verbi Dei, doctrinam Augustini, Lutheri et Buceri. Deinde conditionaliter subscripsi in haec verba: Hanc doctrinae formulam, ut piam agnosco, ita etiam recipio: Ego Hieron. Zanchius. Postridie condonatis omnibus iniuriis, datae fuerunt dexterae societatis et *φιλαδελφίας*.

Ita compositum fuit dissidium, ut nihil detractum sit de veritate doctrinae. Interim tamen non desunt qui improbent factum: sed isti non perpendunt, quid sit illud: Christus non sibi placuit, neque cogitant, quanta mala secum adferant dissidia. Cur propter pacem inter tot et ministros et professores unius civitatis, non debuissem Augustanae confessioni et eius Apologiae subscribere, eo praesertim modo quo subscripsi: et admissa mea a compositoribus explicatione, et deinde etiam protestatione? Offenduntur illis verbis Apologiae: Corpus Christi adesse in coena vere et substantialiter. At ego explicavi quo pacto admitti possint: et illud dici praesens esse vere et substantialiter participatur. [4]) Quum sol est supra nostrum hemisphaerium, et suum verum et substantiale corpus nobis visendum, et per corpus calorem atque lucem participandam communicat, an non dicimus et quidem recte: solem nobis esse praesentem vere et substantialiter? quemadmodum et contra, quum progressus ad aliud hemisphaerium, quia non amplius sese videndum et participandum nobis communicat, dicimus abesse: quum tamen quoad localem propinquitatem aut longinquitatem, tam procul distet a nobis, quum est supra nostrum, quam quum est supra aliud hemisphaerium? Quid igitur prohibet, quin etiam dicamus corpus Christi adesse vere et substantialiter illis quibus vere et substantialiter se communicat? At, inquiunt, alii non ita intelligunt et interpretantur ut tu. Neque ego subscripsi, aliorum interpretationibus, sed tantum verbis Augustanae confessionis, idque iuxta illum sensum quem ego pium esse agnosco, et interpretatio mea fuit admissa. Aliter certe *Calvinus* iudicat, cuius iudicium longe pluris facio quam multorum aliorum, quia vere spiritum Dei habet, et magis spectat ecclesiarum aedificationem, quam gloriosam in nostris phrasibus, dictionibus et syllabis pertinaciam. Is ad pastorem nostrum scribit, sibi non probari, ut simpliciter recuset subscribere, et consulit ut subscribat, modo addantur et admittantur exceptiones: et ad me scribit, ut tester magistratui, me serio pacis studio adductum subscripsisse: sed cum illis exceptionibus, et me idem etiam nunc profiteri et confirmare. Si spes ulla fuisset vel impetrandae disputationis, in qua palam triumphasset veritas: vel audiendae definitivae, ut vocant, sententiae de tota controversia: vel tollendi aliqua alia mediocri ratione dissidii, ego nunquam subscripsissem. Sed quum nihil horum possemus sperare, quid obsecro agendum nobis erat? Credo te, quae tua est pietas atque prudentia, non aliter quam nos fecimus facturum fuisse. Quod si fallor, ignosce huic meo de tua pietate iudicio: ignosce etiam rogo non iam amplius brevitati, sed nimiae meae prolixitati, et vale, meque in numero amicorum tuorum conserva. Iubeo vero salvere meos quatuor compatres, generosos D. *Wrotum*, *Koocum*, Henr. *Knollum* et de *Hetonem*: et cupio ut cum illis communices et aliis doctis hanc nostram compositionem: et quid de ea et tu et illi sentiant, ad me candide scribas. Dominus Iesus suo vos spiritu semper regat ac protegat. [5])

4) *Hic evidenter error in textu. Sensum assequi poteris ex loco simili in ep. ad Garnerium N.* 3978.

5) *De die et mense nihil certi habemus, de anno vero non est quod dubites.*

3973.

SAMPAULINUS CALVINO.

Vix ex miseriis belli Dei gratia ereptae iam in aliud malorum mare inciderunt ecclesiae.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 217.)

Ornatissimo et doctissimo viro D. Passellio.

S. Quo in statu sint res nostrae et quid firmi certique hoc tempore sperare possimus, ex fratre qui ad te has perferendas suscepit plane intelliges. Ego vero quotidie atque adeo in horas verissimum esse comperio quod tum ex verbo Dei tum ex doctissimis tuis explanationibus didici, praecones scilicet et studiosos evangelii semper accinctos et veluti sublato in altum altero pede paratos esse debere ad sequendum quo Deus vocaverit. Caeterum vix coepimus ex miseriis postremi belli eluctari et adversus

inaudita vitiorum monstra virtute verbi divini pugnare, quum in aliud malorum mare incidimus, quod nisi Deus avertat, ex bello terra marique suscepto in nostras ecclesias effundetur. Ita enim sunt comparata hominum ingenia ut bello deteriora fiant. Porro non est quod nostras ecclesias pluribus tibi commendem, scio enim quantae tibi sint curae. Vale, frater carissime, et in isto evangelii promovendi flagranti studio constanti fortique animo esse perge. Dominus te cum tuis fidelissimis collegis diu suae ecclesiae incolumem servet. Uxor et filioli mecum tibi ex animo salutem plurimam dicunt.[1])

Tuus ex animo
F. Sampaulinus.

3974.

CALVINUS BULLINGERO.

Gravissimo morbo cruciatus tandem aliquantulum levationis sentit. Res Galliae quo in statu sint exponit, ubi non male cederent nisi principum mollitie impedirentur.

(Plura exstant huius epistolae exemplaria, autographon nullum. Describimus ex codice Sangallensi MS. Vol. 41. Epp. XII. fol. 224. Contulimus praeterea Genevensia Cod. 107a, fol. 266, et Cod. 108, fol. 151, Bernense Tom. VI. p. 1222, Turicense F. 43, olim VIII. fol. 435 in quo legitur: *Haec data Blaurero*, denique Simlerianum Vol. 107, qui se sumpsisse dicit ex originali Ionvillaei in bibl. Schmidiana in Wollishofen. Versionem anglicam habes Tom. IV. p. 320.)

S. Dictare haec celeriter me cogit boni quidem sed parum considerati hominis incogitantia, qui filios istuc missurus non ante me admonuit de eorum discessu quam dum eos volebat dimittere. Nunc magno dolore levatus sum, ex quo calculum sum enixus nucleo avellanae fere parem.[1]) Quia mihi valde molesta erat urinae retentio, equum ex consilio medici conscenderam ut agitatio ad calculum eiiciendum me iuvaret. Domum reversus ecce sanguis faeculentus loco urinae: postridie calculus e vesica in canalem prorupit: hinc acerbiores cruciatus. Longius dimidia hora totius corporis concussatione conatus sum [*me*][2]) liberare. Nec tamen quidquam profeci, nisi subsidio aquae calidae adiutus. In[*terior*][3]) canalis undique exulceratus fuit, ut largus sanguis proflueret. Nunc mihi revixisse videor quia data est bidui relaxatio.

De statu Galliae copiosius scriberem si plus suppeteret otii. Lugduni reddita sunt templa sacrificis,[4]) quatuor tantum nobis relicta, ex quibus unum astute falso praetextu impetratum fuit. Qui ante urbi praefuerat[5]) revocatus est, homo sedati mansuetique ingenii, papistis exosus quia nobis favet. Animos ubique pii colligunt. Multis in locis hostes adhuc tumultuantur, ac tam incendiis quam caedibus exsultat eorum rabies. Eo tandem prorumpent ut suos quoque patronos sensuri sint implacabiles.[6]) Conestabilis mitescit indies. Regina, tametsi Principi blanditur, levis tamen et versuta nullam spem vel perquam exiguam nobis facit. Etsi autem[7]) nihil in ea sincerum, morem tamen gereret[8]) si videret hominem cordatum et magnanimum. Quanquam curia Parisiensis tandem consiliarios qui profugi erant admisit, multi tamen se munere abdicarunt, hoc est, pecunia commutarunt. Id aegerrime fert Cancellarius, qui vellet illic quam plurimos esse nostrae partis. Itaque severe istas resignationes quantum in se est prohibet. *Admiraldus* domi[9]) adhuc quiescit. Frater eius in aula est. *Connestabilis* vix tandem extractus ut contra Anglos exercitum ducat. Aut *Condensis* mollitie et ignavia nihil turpius, aut brevi continget aliqua mutatio. Vale, ornatissime vir ac observande frater. Dominus te incolumem tueatur, donis suis magis magisque locupletet ac labores tuos secundet. Saluta[10]) diligenter omnes symmystas. Collegae etiam mei qui nunc

---

3973. 1) *Nisi omnino fallimur scripta est post finitum bellum civile a.* 1562—1563. *Sampaulinus, olim Viviacensis, fuit minister in Montélimart* 1560—61 (*Arnaud* II. 427), *postea ap. Dieppenses.* — *Cf. N.* 3350. 3449. *Dieppae scripta videri potest quum de bello terra marique suscepto sive potius minante dicat.*

3974. 1) *Calculo eum laborasse dicit etiam Beza in Vita C. commentario in Iosuam praefixa p.* 44, *Colladonius tacet p.* 102, *nescio utrum casu an de industria. In Vita a Nickelio edita p.* 34 *legitur:* Calculum alioqui nunquam nisi aliquot ante mortem mensibus senserat.

2) *Exemplar Sangallense in margine lacerum.*

3) Interea *S. om. totum Tur.*

4) *Hist. eccl.* III. 243: Le mareschal de Vieilleville fut envoyé à Lyon, pour passer puis apres en Dauphiné et en Languedoc: la venue duquel, comme il estoit homme d'esprit paisible et qui ne s'estoit iamais rendu partial en ces derniers troubles, servit de beaucoup pour adoucir les esprits. La paix fut publiee, lieux assignés à ceux de la religion qu'ils bastirent depuis à grands frais . . . . . Mais peu à peu ils furent fort mal traittés. L'effect monstra que le texte de l'Edict et l'intention de ceux qui manioient les affaires ne s'accordoient pas.

5) François d'Agoult, Comte de Saulx, gouverneur de Lyon depuis 1551 (*ibid.* 215).

6) that even their protectors will feel that they are implacable.

7) ante *Tur.*

8) *Plures add.* Principi.

9) *i. e. in dominio suo Châtillon.*

10) *Hos ultimos versus praebent exemplaria Genevensia, Bernense et Simlerianum, non vero Sangallense et Turicense.*

apud me sunt, et e quorum coetu ad haec dictanda paulisper me subduxi, vos omnes salutant. Genevae 2. Iulii 1563.

Iohannes Calvinus tuus.

Ne [11]) Lutheranismus vel obrepat vel invehatur in Galliam sedulo advigilo, mihi crede. Aptissima [12]) ratio visa est si confessio *Condensis* et aliorum procerum nomine a me scripta nunc edatur,[13]) qua fidem famamque suam obstringat et conetur Germanos principes ad nos pertrahere. Exspecto dum mihi respondeat. *Admiraldus* eum urget. Si elicita fuerit subscriptio, [14]) haec res pariet nobis iucundos ludos. Interea melior est ecclesiarum conditio quam existimes, et maior libertas: quia sua illis religio manet intacta. Confessio regi oblata cum Catechismo illis permittitur. Denique nulla mixtura. [15]) Timendum vero non est ne papistae Augustanam confessionem, si centies obtrusa fuerit, recipiant.

Quia meae in Ieremiam praelectiones proximis nundinis edentur, librum placuit *Palatino* dicare. [16]) In praefatione breviter complector totius controversiae summam. Ita fiet ut *Brentius* se contra me vertat. [17])

Pater [18]) puerorum qui has tibi reddent rogavit ut eos tibi commendarem. Porro molestiam tibi exhiberi non cupit, sed quum tulerit occasio, ut inquiras quam modeste se gerant et cures in officio contineri.

Ionvillaeus tuus te reverenter
et ex animo salutat. [19])

Io. Calvinus tuus.

11) *Hoc post-scriptum habet Cod. Sangallensis, item Turicensis uterque et Genev.* 107ᵃ. *In Turretini apographo Cod.* 108 *est initium alius epistolae d.* 19. *Iulii scriptae quam vide infra.*
12) Probatissima *Tur.*
13) *Opp. IX.* 753. *Prolegg. p. lxi. Prodiit quatriduo ante Calvini obitum.*
14) If we could bring *people* to subscribe.
15) things are strangely mixed up.
16) *Hic subsistit Cod. Tur.* F. 43. *De libro ipso vide ad N.* 3986.
17) *Hic subsistit Cod. Sangall. qui hoc loco subscriptionem ponit.*
18) *Haec ex Codd. Genev.*
19) *Haec solus Simlerus.*

3975.

IONVILLAEUS BULLINGERO.

Queritur se a Trecio nihil accepisse antequam is Turicum reliquerit et miratur an fasciculus literarum et libellorum ipsi missorum in eius manus pervenerit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 166, olim Scrin. B. Epp. Tom. 24, fol. 282.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae fido pastori mihi plurimum observando.

S. Literas tuas 12 Iunii scriptas, [1]) vir clarissime, ad 23 accepi, quibus respondere si vellem copiosius mihi non licet propter nuncii discessum repentinum. Nam hac ipsa hora D. *Calvinus* pro singulari sua humanitate et summa erga me benevolentia significat, si quid velim istuc scribere, ante duas horas abiturum qui literas meas perferat: et quia aliis negotiis distrahitur, paulo post se scripturum ad te et me vocaturum ut excipiam. Dum exspecto ut me accersat, haec pauca tibi breviter: de eius valetudine nihil scribo, quum minime dubitem, quin more suo tibi significaturus sit.

Trecium abiisse 6. Maii intellexeram ex D. *Calvino* cui scripseras, sed nullas prorsus ab eo literas accepi: quod mihi tam molestum non est, quam quod vereor ne acceperit fasciculum literarum, quem illi mittebam ante initium Maii. Tibi inscripseram, quia tunc quoque D. *Calvinus* scribebat et ad te mittebat exemplar expositionis quam Admonitioni suae ad Polonos addiderat. Mittebam etiam ad *Trecium* 15 vel plura exemplaria ut D. *Gualthero, Wolfio, Lavatero* et aliis amicis daret. Verum nihil unquam responsum accepi, ut nunc credam interceptum fuisse fasciculum illum — — — — — — — Quod mihi pergrave ac molestum esse fateor non modo ob illa quae commemoravi exemplaria, et quae typis excudenda curaveram, ne intercideret illa explicatio: sed quia adiunctae erant literae a D. *Calvino* ad *Sarnicium* et Iacob. *Sylvium* pastores Polonos, quibus respondebat. [2]) Quod si nondum forte videris illam expositionem, mitto unum exemplar, ut intelligam ex te, an fasciculum acceperis, in quo erat inclusa cum D. *Calvini* ad te literis: Remitto exemplar literarum ad *Trecium*, quod statim D. *Calvino* reddidi ut volebas. — — — — — — — — — — — — — Genevae raptim 2. Iulii 1563.

Carolus Ionvillaeus tui observandiss.

3975. 1) *Habemus illo die duas ad Calvinum et Bezam scriptas, nullam ad Ionvillaeum.*
2) *Non exstant.*

3976.

BEZA FARELLO.

Varia nova ex Gallia et regionibus septentrionalibus. Calvini morbus. Controversia cum Castalione.

(Ex bibliotheca pastorum Neocomensium.)

S. Habeo quidem multa quae scribam, sed pleraque ex hoc nostro fratre cognosces. Lugduni tria templa obtinuimus et gubernatoris D. *de Saux* aequitate factum est ut tolerabilis illic sit ecclesiae status. [1]) In Campania, [2]) solis Trecensibus exceptis, res satis sunt compositae. De Burgundia [3]) quoque multa meliora iam nobis nunciantur. In aula multi conqueruntur *Principem* nostrum non ita fervere ut oportuit et certum est nondum domitos esse Parisienses, quamvis multi iam ex nostris in urbem sunt regressi. Sed ex iis qui magistratu fungebantur, plerique suos, quos vocant, status vendiderunt, pauci sunt constantes, quidam etiam ultro Sorbonicae confessioni, quamvis nemine cogente, subscripserunt, ut constet vere Christum dixisse, difficile esse divitem ingredi regnum coelorum. Sed ab hominibus non pendemus, et quod ad me attinet, sicut adhuc feci, nunc quoque optime spero.

Bellum fervet inter Daniae et Suetiae reges, quod procul dubio, nisi Deus remedium attulerit, magnam Germaniae partem secum trahet, quia neque futurum suum generum *Lantgravius*, neque uxoris fratrem *Augustus* deseret, et mihi nunciatur magnam equitum nostrorum partem recta adversus Danum contendere. Habes de his rebus plura quam putaram.

Venio iam ad ea quae proprie nostra sunt. *Calvinus* noster eiecto magno calculo gravissime excruciatus, [4]) fere iam ex eo quidem morbo, Dei gratia, convaluit et te plurimum salutat. *Remondus* [5]) ex dextra tibia decumbit, *Portus* [6]) graecus professor periculose aegrotat, caeteri optime habent et egregie schola nostra promovetur. Non possumus mittendis ministris satisfacere. Itaque hunc fratrem nuper Mompelgardo eiectum [7]) libenter eo misissemus, nisi suam senectutem et alia incommoda esset causatus. Si placebit istic eum retinere, recte feceritis si alium pro eo miseritis, sed industrium et alicuius autoritatis et doctrinae hominem qui Matisconensem ecclesiam instauret. Cuperem etiam alium aliquem caelibem nancisci, quem ad optimum quendam et primi ordinis nobilem mitterem. Et rogo ut, si potes, nos hic iuves.

Nunc respondeo *Castalionis* Defensioni, [8]) vel potius accusationi, quae absente me Basileae fuit excusa. Audio fore ut Lausannae professor constituatur, [9]) qua de re tu fortasse liberius quam ego *Musculum* et *Hallerum* admonueris. Sed tamen de re tota deliberabis. Ego quidem spero me ita hominem excepturum ut dignus est. Bene vale, mi pater, et perge nos Deo commendare, Dominus Iesus te servet et sanctis tuis laboribus benedicat. Gubernator Lugdunensis vestrates pro sua custodia retinuit, papistis frustra reclamantibus 3ª Iulii.

Tuus Beza.

3976. 1) *Vide omnino N.* 3974.
2) *Hist. eccl.* II. 376 *ss. Hist. des choses mém. p.* 169.
3) *Hist. eccl.* III. 430. *Hist. des choses mém. p.* 276 *ss.*
4) *N.* 3974.
5) *Chauvet.*
6) *N.* 3951.
7) *Duvernoy, Ephém.* 1563. 14. *Mai p.* 178*:* La régence fait connaître aux princes tuteurs qu'elle a congédié Mtth. Watelet ministre à Montbéliard, et ses confrères Bén. Pascal de Vandoncourt, Jean Biney de Valentigney, Renaud Angon de S. Julien et Jean Tiersant de Dampierre, imbus comme lui de la doctrine de Calvin sur la prédestination, qui tous cinq se sont retirés auprès de leur idole à Genève.

8) Responsio ad defensiones et reprehensiones Seb. Castellionis quibus suam N. T. interpretationem defendere adv. Bezam et eius versionem vicissim reprehendere conatus est. Gen. 1563. 8. (*Tract. theol.* I. 425 *ss.*) *Praecesserat:* Seb. Castalionis Defensio suarum translationum Bibliorum et maxime N. Foederis. Bas. 1562. 8. Antequam iudices cognosce.

9) *N.* 3758. 3861. *Castellio dudum vocationem illam sequi recusaverat.*

3977.

CALVIN A SASSENAGE. [1])

Exhortations à un nouveau converti.

3977. 1) *Au dos du MS.* 107 *on lit:* Pour ung baron du Dauphiné. *M. Bonnet suppose qu'il s'agit de Louis de Marcel, baron du Poët, l'un des principaux chefs du parti protestant dans le Dauphiné. Nous ne sommes pas de cet avis. Voici ce qu'on lit dans Arnaud, Hist. des Prot. du Dauphiné* I. 211*:* Le baron Laurent de Sassenage avoit été fait prisonnier par les protestants dans son château de Lans le 7. Janvier 1563, puis conduit à Valence. Il paraît que son séjour au milieu des réformés le gagna à leur parti. Noël, pasteur de Grenoble, dans un post-scriptum d'une lettre du 19. Mai aux ministres de Genève (*Bibl. Vol.* 197ª) dit: Les présentes déjà écrites est arrivé l'un des ministres de M. le baron de Sassenage, lequel m'a prié avertir M. Calvin de faire réponse audit sieur baron touchant le ministre qu'il demandoit, et lui faire quelque mot d'exhortation à bien persévérer, car il est grand terrier, et faut (comme il dit) 14 ministres en ses terres. Il fait diligente réformation par toutes ses terres. Aussi font Messieurs ses enfants. Mais sa femme et ses autres parents s'efforcent de le détourner. Vous plaise l'avoir pour recommandé. Ce fut là ce qui provoqua la lettre de Calvin.

(Copies Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 161; Vol. 115a, fol. 11; Berne F. p. 53; Bonnet II. 522.)

Monsieur, vostre lettre et le recit que ma faict le porteur de vostre estat, mont donne ample matiere de me resioyr et de glorifier Dieu du changement quil a faict en vous, quant par sa volonté infinie, il vous a recueilly en son troupeau, duquel vous aviez esté tant eslongné iusques icy. En cela voions nous comme il a cree une fois le monde de rien, aussy quant il luy plaist de nous reduire a soy, cest comme sil formoit des creatures nouvelles. Mesmes il desploie sa vertu doublement, domptant la rebellion par laquelle nous resistons a sa grace, en tant quen nous est. Comme il vous a renge a lobeyssance de sa verite de laquelle estiez ennemy, afin que vous congnoissant estre sien en deux sortes, vous soiez tant plus incité a vous adonner du tout à luy, comme vous y estes oblige. Et voila pourquoy par la bouche de son prophete Isaie, il magnifie sa misericorde, disant quil a este trouve de ceulx qui ne le cherchoient pas, et quil sest declere à ceulx qui ne s'enqueroient point de luy, et a dict: Me voicy, à ceulx qui ne l'avoient point congnu. Puis donc qu'il vous a retiré dun si profond abisme où vous estiez plongé, il reste, Monsieur, non seulement que vous luy faciez honneur et hommage dun tel bien, mais aussy que vous mectiez paine a vous acquicter de voz arrerages, vous emploiant dun zele tant plus ardent à poursuyvre la course laquelle vous avez commencé bien tard. Si des nostre enfance nous avions bataillié vertueusement et faict merveilles, sainct Paul dict quil ne nous fauldroit point regarder à tout le passé de peur destre refroidis ou retardez à ladvenir. Mais quant nous avons esté longtemps inutilles, et mesmes que nous avons contrarié à la saincte volunté de Dieu, la memoire de noz faultes passees nous doibvent* solliciter à nous efforcer tant plus. Et ie vois, Monsieur, que Dieu a besongné en vous, non seulement pour vous faire recevoir la doctrine de salut, mais aussy vous donne couraige de procurer que voz subiectz vous ensuyvent et vous tiennent compaignie à servir celuy auquel appartient tout empire souverain du ciel et de la terre. En quoy ie vous ayderay le mieulx quil me sera possible, comme aussy tous mes freres et compaignons, et ny a celuy qui ne desire semploier à vous faire service. Nous regarderons donc quel moien il y aura dadresser gens suffisans et propres a enseigner, afin que Iesuschrist domine paisiblement où il vous a donné superiorité. Seulement, Monsieur, prenez couraige a perseverer, comme vous avez bien commencé, et comme Dieu vous a eslevé en degré dhonneur, que vous soiez en exemple a tous.

Sur quoy, Monsieur, apres m'estre humblement recommandé à vostre bonne grace, je supplieray nostre bon Dieu, vous tenir en sa garde, vous fortiffier de sa vertu et acroistre en tout bien et prosperité. De Geneve, ce 8me de juillet 1563.

3978.

ZANCHUS GARNERIO.

Fuse narrat quo pacto adductus sit ut Augustanae subscriberet pacis servandae causa sed praemissis exceptionibus.

(Ex Zanchi Opp. Tom. VIII. P. II. p. 141.)

Non ita multo ante nundinas nostras,[1]) frater observande, domum ex finibus Italiae redii: filius vero tuus nuper a me accepit quidquid reliquum fuerat ex pecuniis apud me relictis.

De nostra autem compositione non praestat ut multa scribam. Veritas de principio maiori parti fuit cognita, iudicium Capituli fuit auditum: atque ita auditum, ut tandem viderint, Capitulum factum esse partem, propter bonitatem causae. Iudicia Academiarum, ecclesiarum et aliorum multorum doctorum virorum lecta: mea supplicatio visa: in qua 61 calumniae depulsae latine et germanice, taceo de iis quae Capitulum egit et exhibuit. Neque disputatio, neque colloquium, neque sententia vel Senatus vel theologorum ullorum, interpretari potuit per integrum biennium et amplius. Quidquid scribebatur, declamabatur, dicebatur contra me, audiebam quidem ex parte: sed in totum, ne bonam perderem causam, prudenter dissimulavi et pertuli. In scholam redire nunquam iussus fui: hoc tantum perpetuo petii ut dicerent illi quorum intererat, an doctrinam mihi obiectam et vere a me traditam, iudicarent haereticam et novam esse necne: nunquam potui hoc audire. Dederam librum quendam imprimendum,[2]) in quo sola doctrina defendebatur, sine ullius hominis mentione, praeterquam semel *Marbachii*, sed cum laude, sine conviciis, sine criminationibus: fuit proditus et suppressus.

Tandem venerunt arbitri[3]) vel potius compositores, omnes contrarii, vel saltem suspecti: nullus enim a *Palatino* Electore. Isti acta legerunt, et utriusque partis scripta: retulerunt suum ad senatum

3978. 1) *Idibus Iuniis id factum fuisse docet N.* 3971, *not.* 8.
2) *Oporino* (*N.* 3936).
3) *ibid.*

iudicium. Hic bonus Petrus *Sturmius*, cuius funus heri fuit: Ubi nunc, inquit, sunt tot et tantae haereses quae *Zanchio* obiiciebantur? Spes certa fuerat mihi facta disputationis vel saltem colloquii. Interim nihil minus curabatur, vocatur vero utraque pars seorsum. Mecum ita est actum, ut totam de praedestinatione et perseverantia doctrinam et probarint ipsi compositores et dixerint, adversae parti non improbari. De coena vero ita, ut admiserint hanc meam de praesentia corporis Christi explicationem, corpus Christi non esse praesens corporibus nostris, quum non se illis communicet. Neque enim aut oculis aut ore, aut aliis sensibus corporis percipitur: sed praesens esse animis fidelium, quod illis vere communicetur et ab illis percipiatur. Illam autem rem dici esse praesentem, quae aliquo modo percipiatur, et eatenus esse et dici praesentem, quatenus communicatur atque percipitur: etiamsi, quod distantiam et localem propinquitatem attinet, aliquando ea res sit remotior, aliquando propinquior. Exemplum habemus in sole: quum supra nostrum est hemisphaerium, non ita multo magis propinquus, nobis est: quam quum occidit, interim tamen dicimus nobis esse praesentem, quum vero occidit, absentem: unde hoc? a definitione praesentiae, quia scilicet tum nobis communicat suum corpus spectandum, et per corpus calorem atque lucem participandam: quum vero occidit, non amplius nobis communicatur. Ad exemplum in auditoribus qui intersunt concioni. Tu concionans, tam praesens es illis qui sunt ad portam templi quam qui astant pulpito. Quamobrem? quia tam illi quam isti vident et audiunt te. Propinquitas igitur aut distantia loci non facit vel praesentiam vel absentiam rei per se: sed ipsa communicatio vel privatio communionis. Haec similia fusius ad te nunc quam ibi tum. Interim tamen sententiam intellexerunt et probarunt. Manducationem oralem, ut vocant, ita explicarunt, ut dixerint, se minime sentire, corpus Christi ore corporis nostri manducari: quasi illud nostrum os attingat: sed tantum propter unionem sacramentalem se ita aliquando loqui. De manducatione impiorum non convenit inter nos. Caetera, fuerunt meis explicationibus et responsionibus contenti. Conceptos igitur articulos aliquot de praedestinatione obtulerunt subscribendos. Quum urgerem controversos esse iudicandos et an essent haeretici vel novi nec ne esse pronunciandum, articulos propositos non venisse in controversiam: responsum fuit, non venisse se ut iudicent, sed ut componant: iudicium pertinere ad aliquam synodum: in suo eos manere statu: curare se tantum, ut tollatur hoc dissidium atque scandalum scholae et ecclesiae. Quid tu hic egisses? Articuli nil in se continebant apertae impietatis: tantum videbam obscurari veritatem. Si non subscripsissem impediebatur concordia, causa bona periclitabatur: eiiciebar ut homo turbulentus et concordiae inimicus. Videbar autem, me posse subscribere salva conscientia, praesertim quum liceret protestari. Interim tamen restiti propter alias causas usque ad extremum. Tandem iudicavi, praestare subscribere, quam diutius repugnare. Sum itaque primum ita protestatus coram omnibus compositoribus collegisque meis: primum me nolle, ut hac mea subscriptione ullum fiat praeiudicium aliis academiis, ecclesiis, veritati: deinde ut nihil derogetur doctrinae, quam hic docui per 8 annos, quae etiam continetur in meis lectionibus, disputationibus, confessionibus: postremo ut liceat mihi tam August. Confessionem et Apologiam, Articulosque concordiae inter *Lutherum* et *Bucerum*, quam hos praesentes articulos, interpretari iuxta regulam verbi Dei, doctrinam Augustini, *Lutheri*, *Buceri*. Deinde ita subscripsi conditionaliter: Hanc doctrinae formulam, ut piam agnosco, ita et recipio: Ego Hieronymus Zanchius. *Calvinus* ad me scribit[4]) ut tester me sincero pacis studio adductum subscripsisse, et ut maneam in sententia idemque profitear, sed additis exceptionibus, quas feci coram compositoribus. Et ad *Holbrachum* scribit, ut si urgeant adversarii per Dominos subscriptionem: (non enim adhuc subscripsit, me etiam praeter alios dissuasore) ne simpliciter eam recuset, sed admittat, praemissis exceptionibus, quemadmodum videlicet et ego feci.

Nunc habes omnia et argumentum, unde possis iudicare de tota actione, et defendere veritatem contra homines male iudicantes. Non est tamen haec mea epistola spargenda, praesertim hoc tempore: quia ea abuterentur nonnulli. Oportet autem uti modestia et patientia, propter Dominum, non enim sibi Christus placuit. Incipiam profiteri Mosen. Vale et ora pro me. Argentorat. 10. Iulii 1563.

3979.

LA REINE DE NAVARRE AU SÉNAT DE GENÈVE.

Elle demande la prolongation du congé de Merlin. [1])

(Archives de Genève. Pièces historiques. Liasse 1713 avec souscription autographe.)

---

4) *Literae non exstant.*

3979. 1) *Voir N.* 3961 *et ci-après N.* 3988.

A magnificques Seigneurs noz treschers et bons amys les conseil et Scindicz de Genefve.

Magnificques Seigneurs noz treschers et bons amis. Pour ce qu'en la conduicte direction et accomplissement de loeuvre que nous avons entreprins a lestablissement du pur service de Dieu en nostre pais nous avons desia experimenté combien jl a pleu a sa bonte de se servir des graces dont jl a doué nostre trescher et bien ame maistre Raymond *merlin* et que nous ne sommes encores qu'a la moictyé de la besongne estant le plus difficille a perfaire Nous vous pryons aultant que peult avoir de force envers vous le desir de l'advancement du regne de Iesuchrist nostre Seigneur qui vous doibt estre une affection commune avecques nous, vous nous veillez* encores prester ledit *merlin* jusques a la fin du mois de decembre prochainement venant et prolonger de nouveau jusques la ladite licence et conge que luy avez donnez et prandre pour satisfaction quil se desfault dung coste a ce quil vous doibt Oultre le bien que nous esperons quil fera cependant icy Nous en prandrons lobligation et lacquict dessus nous pour le recconnoistre envers vous et vostre republicque de tous les effectz bienveillans et amitie que nous pourrons Pryant Dieu, magnifiques Seigneurs noz treschers et bons amis, quil vous ait en sa tressaincte garde. Escript a Pau le xv^{e} jour de Juillet 1563.

Vostre bonne amie
Jehanne

3980.

ZANCHUS STURMIO.

Parat se ad excessum.

(Ex Opp. Zanchi Tom. VIII. P. II. p. 143.)

Observande D. *Sturmi*, et amicorum meorum optime, scio tibi cordi esse gloriam Dei, et veritatis defensionem. Tu vero non ignoras, quales iam triumphos per totam Germaniam nostri contra veritatem, sine ulla pugna et ante victoriam egerint. [1]) Non te etiam latet, occasiones victoriae praesertim pro gloria Dei et veritate evangelii non esse negligendas. Quid etiam *Calvinus*, vir Dei, scripserit et consuluerit tenes.[2]) Ergo sinas me uti hac divinitus oblata occasione ad veritatis defensionem. Agitur gloria Dei, salus totius civitatis, defensio veritatis, nostri etiam omnium: immo et omnium eorum qui testimonium dederunt meis thesibus existimatio. Ego vero non pro iis omnibus paratus sum non solum ex urbe, sed e vita excedere. Mecum roga Dominum Iesum, ut mihi adsit. Ego certe nolo amplius languere, et cedere carni ac sanguini. Vale, vir optime: et una Dei gloria tam tibi quam mihi sit proposita. Ex meis aedibus. 16. Iulii 63.

3980. 1) *Cf. Languet Ep. ad Zanchum d. d. 27. Dec. p.* 159. *Schmidt p.* 670.

2) *N.* 3971. 3978.

3981.

CALVINUS BULLINGERO.

Succincte tradit nova quaedam ex Gallia, ubi evangelium indies magis propagatur. Colignaeus apologiam scripsit occasione necis Guisiani quam Turici germanice verti oporteret.

(Exstat in Cod. Genev. 107$_{a}$, fol. 267 et 108, fol. 151 in hoc tamen incipit a parte posteriore Ep. N. 3974 falso distincto textu. Sed et Simlerus separatam habet l. l. Bern. VI. 124. Versio anglica IV. 323.

Ex quo ad te nuper scripsi nihil novi allatum est ex Gallia, nisi quod Deus per pueros serio ludere videtur. Dux *Aurelianensis* [1]) protervia *Guisiani* pueri offensus sagitta quam manu tenebat eum percussit. Ille statim ad matrem: mater ad *Reginam*, quae filium verbis leniter obiurgatum hortata est ut *Guisiano* ignosceret. Libere respondit, se non posse adduci ut unquam ferret eius conspectum, nec eum modo sibi esse odio, sed totam familiam quae regno exitialis fuit. Itaque coacta fuit mater eum ex aula abducere. Sed Parisiis vesanam populi temeritatem fovet atque accendit. Quotidie etiam novi motus exsurgunt. Nulla est prorsus curiae autoritas. Vulgus armatum impune iudicia omnia evertit. Haec iustissima est merces ut in latrocinii autores redundet licentia. Regina quantum potest nobis adversatur. *Condensis* tacet. Excusat *Admiraldus* quod domi malit exspectare occasionem, quam se proiicere in manifestum periculum. [2]) Quoniam ipse et comes *Rupis Focaldi*

3981. 1) *Postea Henricus III.*

2) *Languet Epp.* II. 246 *d. d.* 29. *Iun.*: Nuper sum exspatiatus ad Amiralium qui hinc abest triginta milliaribus.

et *Beza* accusati fuerant [3]) a percussore *Guysiani*, communem defensionem [4]) ediderant quae statim oblata fuit consilio Regis: verum quia non satis exempti erant omnes scrupuli declarationem edidit *Admiraldus*. [5]) Mittimus exemplar excusum. Si quis apud vos esset idoneus interpres, optandum esset germanice vulgari proximis nundinis. Liber esset vendibilis, ut minime timenda sit iactura typographo: sed festinatione opus esset. Rem tuae et aliorum fratrum prudentiae credimus. Si tuo iudicio expediat in lucem prodire, forte aliqua invenietur apud vos ratio.

Lugduni adhuc pacata sunt omnia. Sacrifici modeste se continent, imo nostris adulantur. Missam uno tantum in loco [6]) hactenus luserunt, et quidem in profano altari, quia nullum sacrum erat. Monspesuli, Nemausi, et in aliis urbibus nostri adhuc templis fruuntur, quia nemo ex adversa parte repetere audet. In Normannia obsidetur Portus gratiae [7]) quem Angli occupaverant.

Haec in praesentia habui quae superioribus adderem. Rogo ut tibi et D. *Gualthero* curae sit editio Apologiae, si tempus suppetet ac bonus typographus se offeret. Vale, clarissime vir et frater mihi venerande. Collegas omnes meo et fratrum nomine salutabis, simulque tuam familiam. Dominus vobis adsit, vos gubernet spiritu suo laboresque vestros benedicat. Genevae 19° Iulii 1563.

Ioannes Calvinus tuus.

3982.

IONVILLAEUS WOLPHIO.

Notitia novorum librorum Calvini qui iam sub prelo sunt.

Petiit a me ut Principi nostro significarem, se non ideo abesse ab aula ut otium sectetur aut ut suis privatis rebus consulat et piorum causam deserat, sed quia intelligit suam praesentiam esse ingratam iis qui rerum potiuntur.

3) have had their attention called to the assassin *etc.*

4) Response à l'interrogatoire qu'on dit avoir esté fait à un nommé Jean de Poltrot sur la mort du feu Duc de Guyse par Mr de Chastillon Admiral de France et autres nommez audit Interrogatoire, 12e de Mars 1562 (i. e. 1563), signé Chastillon. La Rochefoucaut. Th. de Besze. *Mém. de Condé* IV. 285. (*Cf. Hist. eccl.* II. 291.)

5) Autre Declaration du Sgr. Admiral quant à son faict particulier 5. May 1563. (*Mém. de Condé* IV. 339.)

6) only one mass.

7) Le conseil de France par lettres patentes du 6. Juillet publia la guerre contre les Anglois et 15 iours apres le Havre fut assiege, le Connestable estant chef en l'armee. (*Hist. des choses mém. p.* 289.)

(Excerptum ex Cod. F. 39, olim Epp. IV. fol. 493 Bibl. civ. Turic. autogr.)

— — — — — — — — — — — — — — — — — — Miraris quid hic typis excudatur. (Ita enim scribis in tuis ad me literis quas in feriis pentecostes dedisti et quas postremas accepi). Commentarii D. *Calvini* in Harmoniam 4 Mosis librorum eduntur a Henrico Stephano: [1]) Praelectiones eiusdem *Calvini* in Ieremiae prophetias et Lamentationes, a *Crispino*: [2]) haec ut spero proximis nundinis venum exponentur. Alia non puto imprimi, quae sint eius momenti, latine dico. Nam Anth. *Vincentius* Conciones D. *Calvini* in librum Iob [3]) (quae dum pro suggestu concionaretur exceptae iam ante aliquot annos fuerant a quodam scriba, sicuti eiusdem praelectiones latinae a nobis excipiuntur) curavit typis excudendas, opus insigne et rarum, quod utinam qui latinum faciat inveniatur. — — — — — — — — — — — Genevae 19. Iulii 1563.

3983.

BEZA BULLINGERO.

Res Gallicas obiter attingit maxime vero versatur in semetipso purgando quoad necem Guisii: simul mittit Admiralii apologiam germanice vertendam.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 13.)

Eximio Christi servo D. Henricho Bullingero patri mihi plurimum observando et Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

3982. 1) *Colladon p.* 103: Il mit en lumiere son commentaire sur les 4 derniers livres de Moyse redigez en forme de concordance. Davantage furent imprimees ses leçons sur Ieremie qu'il avoit exposé en l'escole..... Au reste il traduisoit lors en Francois ses Commentaires sur les 4. derniers livres de Moyse, reconferoit la Translation du premier *etc. cf. Besae Vita ed. Nickel p.* 34. — *Prodierunt illi sub-titulo:* Mosis ll. V. cum I. Calvini commentariis. Genesis seorsum, reliqui quatuor in formam harmoniae digesti. Gen. 1563. H. Stephanus.

2) *N.* 3974.

3) Sermons de M. Jean Calvin sur le livre de Iob. Recueillis fidelement de sa bouche selon quil les preschoit. Gen. 1563. fol. *Cf. Besae praef. ad vers. lat. Colladon p.* 60: Audit an 1554 il print pour les sermons ordinaires de sa sepmaine le livre de Iob quil commença le 26 iour de Fevrier.

— — — — — — — — — — — — — — — — —

Quae nunc in Gallia geruntur ex *Calvini* nostri literis [1]) cognosces. Miserrimum statum esse oportet eorum qui unius mulieris (et quidem cuiusmodi?) imperio reguntur. Plerisque locis adeo negliguntur regis edicta de nostris recipiendis, [2]) ut populi etiam fiant ferociores, quoniam nemo est prorsus qui seditiosos compescat. Itaque multi infirmi deficiunt, multi summis difficultatibus premuntur, multi etiam intereunt. Sed tamen bene sperare non desinimus. *Princeps* noster, [3]) ut uno verbo dicam, non satis habet animi. *Amiraldus* domi est. [4]) Plurima igitur obtinere quotidie adversarios minime mirum est quibus nullus sese opponet.

Accipies autem una cum his literis responsiones duas *Amiraldi* ad falsas tyrannicidae accusationes, quibus etiam mea purgatio inserta est. [5]) Harum responsionum altera iam pridem in Normandia fuerat a nobis edita: alteram autem *Amiraldus* nunc primum certis de causis adiecit. Accipies etiam simul declarationem eorum quae in consilio regis super hac accusatione acta sunt a *Condensi* et *Amiraldi* cognatis cum regis conclusione. Haec autem omnia si possent his nundinis germanice versa prostare, gratissimum esset omnibus nostrarum partium proceribus. Edita enim iam est accusatio ab adversariis et per Germaniam sparsa, absque responsione, cuius loco additum est in extremo tyrannicidae fuisse alteram manum praecisam antequam ab equis discerperetur, quod falsum est. Sed illud quoque falsissimum quod morti vicinus *Amiraldum* et me perseveraverit accusare. Nam quod ad primam illam accusationem attinet ad quam respondimus, miser ille centies inculcavit falsam esse et metu a se extortam. Me vero nominatim tertio quoque verbo purgavit. De *Amiraldo* modo hoc modo illud dixit, ut solent qui supplicii horrore sunt correpti. Rogo te quantum possum ut si quis istic commodus interpres reperiatur, hac in re nobis gratificemini ut ista calumnia tempestive diluatur. — — — — — Genevae 20. Iulii.

Tuus Beza.

3983. 1) *N.* 3974. 3981.
2) *Soldan* II. 111 *sq.*
3) *Condé.* (*N.* 3950. 4007. *Languet d. d.* 29. *Iun.* *p.* 247.)
4) *Languet d. d.* 20. *Iun.*: Omnes incurrunt in Amiralium et putant in eius interitu suam salutem consistere, et forte opprimerent eum nisi Connestabilis susciperet eius patrocinium.
5) *N.* 3981, *not.* 4. 5 *et infra* 4001. 4009.

3984.

ZYKOVIUS [1]) CALVINO.

Proponit quaestiones varias quae ipsi, homini simplici ut videtur et sanae rationis, negotium facessunt, maxime circa trinitatem, tum etiam circa nomina pueris baptizandis imponenda. [2])

(Ex apographo Cod. Paris. Dupuy 102, fol. 109.)

Gratiam et pacem a Deo patre et Domino Iesu Christo.

Ignotus tibi sum, clarissime domine *Calvine*, notior autem aliis et D. *Bulingero* qui meos filios domi suae duobus annis aluit. Audaciam tamen ad te scribendi sumpsi, quod sciam vos viros doctos habere vocationem hanc ut nos infirmos et non instructos doceatis, et si quando erramus ut nos corrigatis. Video esse hic turbas in religione, quae multos et me ipsum offendunt, in praecipuo articulo religionis de s. Trinitate. Ego vero, quia scio talem Trinitatem nos debere credere, ubi sunt tres unius deitatis seu naturae divinae, Deus pater, filius Dei et spiritus sanctus, ubi Christus mediator est deus et homo ad Deum patrem, nolo de ea re plus nunc inquirere. Sed quia mirabilia hic audio: varii enim varie nunc docent de fide et de invocatione. Dicunt alii quod in oratione dominica, quum dicimus Pater noster, intelligendus sit sub nomine patris et filius et spiritus sanctus, ita ut invocetur Deus Trinitas, non Deus pater per filium. Deinde cantiones hic fere omnes habemus in quibus invocant unum Deum in Trinitate. Et conclusiones cantionum multarum hoc fine clauduntur ut sit benedictum nomen Dei unius in Trinitate, vel Trini, aut Dei Trinitatis. Istis enim terminis utitur nostra lingua: alios non habet quantum ego scio. At dicunt ministri quidam te etiam hoc probare: quod an verum sit velim scire. Ego lego etiam quaedam tua scripta, etsi omnia non intelligo, sed non invenio ullam tuam orationem talem in Commentariis Prophetarum, sed semper ad Deum patrem per filium, et in vestris caeremoniis coenae Domini et baptismi, tum coniugii etc. Scio apud vos psalmos tantum cani, quod apud nos non fit, et tamen multo melius esset. Iam enim de istis non dubitaremus si etiam nihil aliud apud nos cantaretur. [3]) Deinde

3984. 1) *Nomen sumimus ex annotatione Simleri ad Ep. Calvini d. d.* 12. *Sept.* 1563. *Erat is Burggravius Cracoviensis.*
2) *Quaestionibus illis proponendis tum temporis motus in Polonia exorti ansam praebuisse videntur.*
3) *De canticis ecclesiasticis iam tunc in Polonia usurpatis ap. scriptores nihil legisse meminimus.*

et isti hic, qui contendunt secum, dicunt quod symbolum apostolicum dividendum est, quum dicimus: credo in Deum, et deinde interposito puncto patrem dicunt, quod ego in tua Catechesi et Institutione non vidi. Sic et Symbolum Nicenum dividunt: Credo in unum Deum, et interposito puncto dicunt: Patrem, quod testantur confessiones impressae nuper Polonicae.[4]) Te quoque idem sentire dicunt. An ita sit et mihi credendum rogo ne pigeat describere.

Deinde etiam contentio fuit hic inter nos an baptizandi sint nomine eorum qui olim idolatrae erant,[5]) ut apud nos Stanislaus fuit. Quidam ministri dicunt, nomina eorum non amplius usurpanda, sed ex Novo et Veteri Testamento sumenda, et praecipue ab iis abstinendum quos adhuc hic papistae colunt, eorum templa, ossa et altaria habent, ut Stanislaus Polonus adhuc hic pro deo colitur et nullus alius fuit a quo hoc nomen usurpatum sit praeter hunc. Rogo ut etiam possim scire morem vestrae ecclesiae. Scio te occupatum esse aliis et magis utilibus: sed quia etiam me istis posse non parum iuvari scio, rogo ne etiam unam quadram horae te insumere scribendo mihi poeniteat. Gratissimae mihi erunt literae tuae et aliis fratribus. D. *Bulingerus* tuas literas una cum suis ad me transmittet, pro quo ego etiam gratias agam vobis et Dominus rependet. Me orationibus vestris commendo. Datum Cracoviae 20. Iulii anno 1563.

V. D. amicus et frater in Domino
Sta^us^.[6])

3985.

THENAUDUS [1]) CALVINO.

Tristem depingit ecclesiae Polonicae statum, dissidiis et haeresibus turbatae. Cuius pertaesus de reditu in patriam cogitat.

(Ex apographo Cod. Paris. Dupuy 102, fol. 167.)

Clarissimo theologo D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori fidelissimo domino et tanquam patri in Christo carissimo.

Genevae.

4) *Tales quoque nobis non innotuerunt.*
5) i. e. an quodlibet nomen, vel paganae originis, usurpandum in baptismo puerorum.
6) *Stanislaus.*
3985. 1) *N.* 3209. 3267.

S. D. Procul dubio mirum tibi videbitur, vir clarissime, quod tam raras ab eo tempore quo in Poloniam veni ad te dederim literas. Vix enim me abhinc toto quadriennio [2]) semel ad te scripsisse memini. Ac quamvis lubens pigritiam in scribendo mihi ascribi posse agnoscam, tamen diuturni mei silentii haec inprimis causa fuit quod nihil dignum haberem auribus tuis, et quod copiosius ex multorum literis percipere potuisses, tibi significare supervacaneum fore iudicabam. Ipse quidem superiore anno Gallias nostras invisere cogitabam et de inclinata afflictaque in istis ecclesiis doctrina de trinitate orthodoxa praesens tecum disserere: sed furor ingensque procella civilis belli Gallici me ab itinere revocavit. Ac tum illud tempus, quod cum meis necessariis dulcissimis ac piis colloquiis consumere sperabam, lacrymis ac lugubribus orationibus transigere' oportuit. Nunc vero, quum Dei opt. max. auspiciis post funestam illam cladem non modo uno Holoferne sed etiam aliquot dirissimis Ciclopibus exstinctis laetissima pax nostris sit restituta, constitui tuo praesertim fretus iudicio ac consilio, si quid opera nostra studiumque nostris hominibus, quorum causa natus sum, prodesse possit, reflexa velificatione in dulcissimum natale solum renavigare ac remeare. Quemadmodum enim olim te annuente in Sarmatiam veneramus, ut verae religionis progressum hic iuvaremus, ita etiam eandem nisi te connivente tuoque nutu deserere ac relinquere minime decrevi. Equidem magnae causae sunt quae me de discessu cogitare suadent ac impellunt: quas si pro tua singulari pietate ac prudentia merito expendere volueris, nihil mihi levitatis aut inconstantiae attribuere poteris. Praetereo quidem quod biennium abhinc Biturigibus [3]) literas a fratre et aliis meis necessariis accepi, quibus me ad messem uberrimam colligendam perpie invitabant. Magnum quidem pondus eorum adhortatio apud me habuit: ingens, fateor, calcar mihi addiderunt, quo me ad patriam iuvandam in eradicandis Antichristi sentibus et dumetis mutuas operas conferrem et compararem.[4]) Sed paululum me retinuit mei muneris ratio ac vocationis, ne tam temere me de statione mea moverem. Ac quum virus dirissimae et perniciosissimae haereseos, quod a vestris transfugis hic sparsum est, indies magis ac magis sicut gangrena crescat, sic ut vix obrui et opprimi posse putem, diutius miseram istarum ecclesiarum faciem intueri nequeo, et iam plane de discessione cogitare mihi fas et liberum esse puto. Tam horrendum sane schisma inter verbi ministros grassatur, ut

2) *N.* 3004. 3098.
3) *ex quibus ipse oriundus erat.*
4) *sic.*

nisi Deus sua clementia illis adfuerit, immanem dissipationem ecclesiae apud istos imminere putem. Ille tabellarius [5]) quem scripto tuo non ita pridem nomine suppresso admonuisti, adeo illo accensus est, furit et callum obduxisse videtur, ut monstrum mihi alere videatur, infaustumque foetum parturire. Hunc maxima ministrorum et eorum qui fere primarii sunt eruditione turba sequitur, ac ei succenturiari videtur, sic ut, si qui adhuc vere pii ac orthodoxi sint, huiusmodi factiones ac furiosos conatus hic mecum non sine lacrymis intueantur. Dolenda profecto hominis illius a vera sententia defectio, qui olim * quum fuerit tui nominis studiosissimus et ex tuis lucubrationibus multum (ut ille saepenumero in frequenti multorum corona testatus est) profecerit, tam cito in contrariam auram se abripi passus sit.

Copiosissime ac fusissime mihi de istis rebus scribendum esset, nisi sperarem me Deo volente coram aliquando haec explicaturum. Quod tutius meliusque fore spero quam per literas ista singillatim referre. Quum itaque tanta sit hic in ecclesia ἀταξία ut quot capita tot sensus: mihi iustum videtur alio vela vertere, et in patriam, ubi Christo apertae sunt fores, contendere. Quamobrem, vir clarissime, ut tuam hac de re sententiam consiliumque audirem, data opera meum hunc tabellarium illuc mittere non dubitavi, quo bene re tota subducta a te percipere possim, quid mihi modo faciendum censeas, tuumque hac de re iudicium perscribas velim. Quod te facturum pro tua quum pietate tum etiam erga me benevolentia confido. Bene vale, vir clarissime. Dominus Deus te quam diutissime incolumem conservet ad amplificationem regni Christi totiusque vestrae Galliae ex tot afflictionibus aliquantulum respirantis solatium. Amen. Pinczovia oppido Poloniae 21. Iulii 1563.

Tibi tanquam patri in Christo addictissimus
Ioannes Thenaudus Biturigus.

5) *Quem hic notet non assequimur. Lismaninus quidem epistolis Calvini onustus venerat, sed pridem. De Statorio minus etiam cogitandum, nam hunc vix tabellarium dicere poterat. Caeterum Pinczovia sedes erat praecipua Antitrinitariorum, quos Pinczovianos vulgo appellabant.* (*Wissowatii Narratio compend. ap. Sand.* 211.)

3986.

CALVINUS FRIDERICO ELECTORI PALATINO.

Dedicatio Praelectionum in Ieremiam.

(Ex editione principe Genev. ap. Io. Crispinum 1563 fol.)

Illustrissimo Principi ac Domino D. Friderico Palatino Rheni ac sacri Romani Imperii Electori etc. Domino suo clementissimo Ioannes Calvinus plurimam salutem precatur.

Quum a viris probis et idoneis testibus celebrarentur heroicae tuae virtutes, Princeps illustrissime, inprimis singularis pietas, par fovendae propagandaeque verae religionis studium et aequabilis in tota vita moderatio: humanitas vero, qualis vel in homine privato vix reperiri posset, non tantum ex aliorum relatu cognita, sed proprio experimento mihi perspecta foret, pridem optavi, quia mihi privata qua te colebam observantia non satisfaciebat, eam publico monumento ad posteros testatam facere. Id novit generosus D. Ebhrardus* Comes *ab Erpach*, quem hac de re consului. [1]) Nunc vero, ut hoc officio defungar, non tantum oblata mihi videtur iusta occasio, sed imposita quaedam necessitas. Nam quia sanam et orthodoxam de sacra Christi coena doctrinam, quam reverenter amplexus eras, in tua ditione libere et cordate asserere non dubitasti, perinde contra te insaniunt turbulenti et importuni homines ac si totam Germaniam labefactasses. Cum suis ergo tumultuosis clamoribus ad tuam Celsitudinem oppugnandam prosiliunt, et quia autoritate et potentia nequeunt, temeritate et protervia instructi maledicta evomere non dubitant, quorum sobrios homines pudet: neque id modo, sed quia te occidere non est in eorum manu, putidos de morte tua rumores [2]) confingunt, quasi scilicet ad solem obscurandum sufficeret muscarum conspiratio. Ac tu quidem, illustrissime Princeps, constanter pro animi tui magnitudine, et pro honoris gradu in quo te Deus locavit, tuto eorum stoliditatem despicis. Verum quando in te lacessendo adeo ferventer satagunt, simulque ad te invidia gravandum nomen meum admiscent, mei quoque officii esse duxi ad refutandas eorum calumnias quod tam odiosum esse volunt nomen clypei loco opponere. Nam certe indigni sunt quorum causa vel minimum digitum tollat, vel etiam verbulum proferat tua Celsitudo. Mihi quidem, si de eorum

3986. 1) *Talis epistola non exstat. Cf. tamen N.* 3992, *not.* 1.
2) *N.* 3943.

barbarie expostulare libeat, quod hominem de ecclesia Dei non male meritum, et cuius laboribus adiuti, quamvis dissimulent, se venditant apud imperitos, tantopere abominantur, ad fucandam hanc ingratitudinem nullus illis color suppetet. Dum ergo Calvinismum obiiciendo aliqua infamiae nota tuam Celsitudinem aspergere conantur, nihil aliud quam suam pravitatem cum stultitia frustra et magno suo cum dedecore produnt. Quod si quid sibi consequi videntur apud sui similes, ex opposito apud pios, eruditos, compositae mentis integrique iudicii homines mea vox personandis iustis tuis laudibus, ut spero, exaudietur. Fingunt quidem eiusmodi rabulae et fortiter clamitant, tanquam pro aris et focis se dimicare: verum an ita sit iudicare cuivis facile ac promptum est. Et ab excutiendis quidem eorum deliriis supersedebo, quando maior eorum pars quid garriat non intelligit: tantum capita breviter attingam in quibus ab ipsorum magistris, quos tamen nihilominus amo, dissidemus.

Christi carne et sanguine vere nos in sacra coena pasci, non secus ac panis et vinum corporum sunt alimenta, ingenue fatemur. Si quaeritur explicatio magis dilucida, carnis et sanguinis Christi substantia spiritualis nobis vita est, eaque sub panis et vini symbolis nobis communicantur: quia Christus mysterium coenae instituens neque fallaciter quidquam promisit, neque lusit inanibus spectris, sed quod re ipsa dabat externis signis repraesentavit. Nunc de modo communicationis restat quaestio. Hinc vero nascitur conflictus, quod subscribere eorum imaginationi recusamus qui loci praesentiam exigunt. Dicimus, quamvis in coelo sit Christus, arcana tamen et incomprehensibili spiritus eius virtute ad nos penetrare gratiam illam, ut caro eius nobis sit vivifica, nos autem simus caro ex carne eius et ossa ex ossibus eius (Eph. 5, 30). Ab illis contra, nisi se Christus in terra sistat, nulla eius admittitur communicatio. Porro ut localis praesentiae odium fugiant, commentum Ubiquitatis minus probabile fabricare necesse est: quod si non videmus posse cum fidei principiis conciliari, ruditati saltem nostrae ignoscant. Hic non sequimur proprium sensum, sed quantum intelligentiae divinitus nobis concessae modulus capit, Christi corpus esse ubique minime cum scriptura consentaneum est. Verum quantumvis reclamet Christus ipse et apostoli, ut immensitas deitatis in carnem competat, sufficit illis personalis unio. Atqui nemo hactenus praeter Eutychen docuit, sic permixtas fuisse naturas, ubi Christus homo factus est, ut quod deitati proprium erat humanae naturae commune fieret. Equidem nolo ex hominis damnati nomine illis odium conflare: monendi tamen sunt ut propius et attentius secum reputent, quorsum bonos quoque, doctos et perspicaces abripiat contentio, ubi tantum ad causae suae patrocinium feruntur. Certe quum in concilio Ephesino hoc refutandi Nestorii optimum esset compendium si unio personalis communicaret inter naturas quod cuique est proprium, hoc proferre, quia pro summa absurditate repudiatum esset, nemini venit in mentem. Itaque valde miror eos qui nobis adversantur, in quem labyrinthum se demergant, non considerare. Nam si deitatis immensitas Christi carni convenit, quia Deus manifestatus est in carne (1. Tim. 3, 16), pari quoque ratione divinitas eius et doluit et esuriit et morti fuit obnoxia et denique mortua. Neque enim effugient quin mutua sit argumentandi ratio. Pronunciavit Christus adhuc mortalis se nescire quando futurus esset dies iudicii (Marc. 13, 32). Annon his verbis palam et articulate aliquid humanae naturae vendicat quod ad divinitatem transferre fas non esset? Quod de communicatione proprietatum obtendunt intempestivum est et, quod bona eorum pace dixerim, in re minuta hallucinantur. Quia filio hominis tribuere quod deitatis proprium est, ac rursum transferre ad deitatem quod non nisi humanitati convenit, impropria et aspera est loquutio: ne rudes impingerent confuse res diversas miscendo vel improbi rixandi materiam arriperent, hanc figuram vocarunt orthodoxi scriptores *ἰδιωμάτων κοινωνίαν*. Quod de verbis illi dixerunt ad rem parum considerate trahitur. Agebat Christus in terris quum dixit filium hominis in coelo esse (Ioh. 3, 13). Ne quis male exercitatus putaret immensum fuisse Christi corpus, obviam itum errori fuit familiari admonitione, propter unitatem personae verbis pronunciari de filio hominis, quod tamen non quadrabat nisi divinitati. Verba Pauli sunt apud Lucam (Act. 20, 28) Deum redemisse ecclesiam sanguine suo. Ne quis inde conciperet Deum sanguineum, ad nodum expediendum valere debuit eadem admonitio: quia idem est homo et Deus, verbo tenus ad Deum transferri quod in naturam humanam proprie cadit. Quum patribus loquendi figuram ad simplices docendos accommodare propositum fuerit, vel perperam vel parum verecunde alio trahitur ut proprietatum communicatio realis sit mixtura utriusque naturae. Atqui sedet Christus ad patris dexteram, quae ubique diffusa nullo spatio locorum capitur. Fateor sane, et immensam esse Dei dexteram et quacunque patet simul extendi Christi imperium, quod sessionis voce scriptura metaphorice significat. Nam quod passim Deo asseritur nunc ad Christum transferri extra controversiam est: ideoque tantundem valet Sedere atque mundi gubernationi praeesse, quod Christus cum patre commune habet. Imo, quia per illum pater mundum sustinet, potentiam suam exserit in administratione rerum omnium, praecipue vero in ecclesiae gubernatione praesentiam suae gratiae ex-

plicat, proprie regnare dicitur in eius persona. Unde sequitur, ipsum quodammodo esse ubique, quia loco includi non potest qui omnes coeli et terrae partes fovet ac tuetur, omniaque sursum et deorsum suo imperio moderatur ac temperat. Dum nunc Christum nomino totam unigeniti filii personam complector, ut est in carne manifestatus. Ipse, inquam, Deus et homo ubique est imperio virtuteque incomprehensibili et infinita gloria: sicuti claris effectis eius praesentiam experiuntur fideles. Neque vero abs re praedicat Paulus (Eph. 3, 17) eum in nobis habitare. Verum quod de immensitate virtutis dicitur, quae in donis spiritualibus, invicto auxilio totaque nostra salute apparet, ad essentiam carnis torquere minime consentaneum est. Utinam saltem multis, qui parum considerate nobis succensent, in mentem veniret dictum in scholis papalibus tritum ac celebre: Christus ubique totus est, sed non totum! (Lib. 3 Sentent. dist. 22) Repudient licet, quia barbaries Petri Lombardi non arridet teneris ac delicatis eorum auribus: quod tamen scite dictum est, a quocunque manaverit, libenter amplector. Sed miror unde istae lautitiae, quum *Westphalo* eiusque similibus arrideat Berengarii palinodia, Christi corpus dentibus atteri et in ventrem deglutiri, cur distinctio sobria fastidio sit, Christum mediatorem esse ubique integrum, sed non carnis respectu quae finibus suis continetur, quum infinita sit eius potentia et operatio in terra non minus quam in coelo sentiatur. Duae sunt usitatae voces, unio et unitas: quarum prior ad naturas duas refertur, altera soli personae convenit. Unitatem carnis et deitatis asserere eos quoque, nisi fallor, puderet qui tamen in hanc absurditatem imprudenter se coniiciunt: quia nisi differat suaque proprietate distinguatur caro ab essentia divina, confusa permixtione in unum coalescent. Quod cavillando facete interrogant, qua in plaga coeli empyrei sedeat Christus, fruantur sane bellis istis speculationibus. Ego quum ex spiritu sancto didicerim eum esse supra omnes coelos (Eph. 4, 10), ex communi scripturae usu coelum nomino quidquid extra mundum est: ideoque mihi sufficit, dum quaerendus est Christus, tollendas esse sursum mentes, ne si in terra subsidant crassis superstitionibus implicentur.

Haec est totius controversiae summa quam nimis pertinaciter exagitant praecipui adversae partis duces. Nisi forte alterum caput addere libeat, quod contendunt impios non minus fieri participes carnis et sanguinis Christi quam optimos Dei cultores. Ac nos quidem fatemur peraeque utrisque offerri, et qualecunque sit hominum discrimen, Deum tamen semper manere similem sui: ideoque eorum qui se perperam ingerunt vitio nihil decedere ex sacramenti natura. Indignis ergo quum det Christus corpus suum, tantum de receptione superest disceptatio. Nos vero Christi capaces negamus esse quos diabolus mancipatos tenet et in quibus sedem habet. Neque tamen interea reiicimus loquendi formam: sacramento tenus ab illis Christum recipi, modo ne praeposteri interpretes Augustini verba depravent, quibus sacramentalis esus est substantiae perceptio absque gratia: quod insipidum commentum Augustino incognitum fuit. Ratio quam adducunt, ut infirma est, nullo negotio refellitur. Christum venisse obiiciunt, non modo electis in salutem, sed reprobis in iudicium. Nempe sicut evangelium odor est mortis in mortem pereuntibus (2 Cor. 2, 16) non receptum sed reiectum. Quis enim fando unquam audivit mortiferam esse Christi perceptionem? Quod si incredulis damnationis materia est Christus, quia ab ipsis respuitur, non video qui conveniat, eius carnem recipiendo damnationem sibi accersere. Excipiunt, esse nihilominus obseratos ne admittant eius gratiam. Verum ut sibi fidem adstruant, inprimis commentum istud probare necesse est, eos qui sunt a Christo alienissimi comedere eius carnem quasi exanimem et omni sua virtute orbatam et vacuam.

Fideliter et absque fuco exposui cur tam hostiliter hodie nobiscum decertent qui se iactant esse *Lutheri* discipulos. Qua eadem de causa Philippum *Melanchthonem* virum ob incomparabilem rerum optimarum scientiam, summam pietatem aliasque virtutes aetatum omnium memoria dignum, quem sibi magistrum esse antehac professi sunt, nunc diris et exsecrationibus mortuum devovent. Ac mirum est, ut sibi favorem acquirant, tam superbe Augustanae confessionis patrocinium obtendere, cuius autor ipse maxime idoneus et fidus debuit esse interpres. Turbulentos rabulas intelligo, apud quos neque humanitas neque pudor ullus viget. Nam qui excellunt in illa parte aliquanto modestius sibi temperant. Et tamen iure conqueri mihi licet quosdam illiberaliter agere, dum nomen meum, quod germanica lingua impetiverant, in latino libro expungunt. [3]) Hoc quidem surdo maledicere est.

Verum illis omissis ad tumultuosos clamatores redeo, qui fere similes sunt phreneticis Zelotis, quorum apud Iosephum fit mentio, [4]) quorum intemperie accensum fuit funestum bellum quo consumpta fuit Iudaea. Nullum atrocius reperiunt maledictum, quo tuam Celsitudinem incessant, illustrissime Princeps, quam nomen Calvinismi. Unde vero tanta odii in me acerbitas, non obscura est coniectura. Nam quum victoriae compendium in eo positum esse duxerint, si oppresso et sepulto causae statu perstringerent simplicium oculos, nihil mirum si urantur, discussas esse ignorantiae nebulas in qui-

3) *Alludit ad Eberum. Cf. N.* 3956. 3968.
4) *In margine legitur:* de bello Iudaico l. 14 et 5 (*sic*).

bus secure exsultabant. Maxime vero ad insaniam usque eos torquet, quod tibi rem totam probe et solide compertam esse vident, ut doctrina, de qua incognita triumphos agebant, summae autoritatis patronum nacta iustaque et firma cordatissimi Principis defensione freta, liberiore cursu propagetur. Ac te quidem, qui sponte satis animatus es, ad perseverantiam hortari supervacuum foret. Quo tamen despecta muliebri eorum impotentia consilium non minus feliciter quam dextre susceptum persequaris, non inutilis ad te confirmandum visa est ratio, si insigne aliquod meae erga Celsitudinem tuam observantiae pignus exstaret. Officium autem pro tua incredibili humanitate non ingratum fore putavi si meos in Ieremiam commentarios amplissimo tuo nomini dicarem.

Fateor quidem non ea cura elucubratos esse qua dignus erat tam praeclarus liber: quia dum pro suggestu doceo ex ore meo fuerunt excepti. Et certe antehac me puduit in lucem prodire quae non accuratius et longa meditatione limata politaque essent. Veritus etiam sum ne in arrogantiae crimen traherent malevoli, quod subitos et incompositos sermones et mediocri auditorio destinatos passim legendos obtruderem. Etsi autem hoc secundum diluere promptum est, quia me invito excusum typis fuit primum volumen, ut tamen ab omni excusatione supersedeam aliorum iudicio adducor. Aequos et sinceros lectores intelligo, qui fructum ex hoc labore non poenitendum percipi affirmant. Adeoque operae pretium quidam fuisse existimant, ut nota esset haec mea extemporalis docendi ratio, cuius simplicitas multos ostentationis nimium cupidos sanaret ab illo vitio. Ut non omnibus satisfaciat eruditio ac dexteritas, sedulo certe dedi operam ne ab aequis et humanis lectoribus desideretur religio et fides. Nec vero arrogantiae notam vereor si ingenue profitear, hunc librum nullo modo me passurum in lucem exire, nisi confiderem ecclesiae Dei fore utilem ac frugiferum. Quod si forte morosis quibusdam et rigidis exactoribus munus tua Celsitudine dignum non censebitur, rara tamen humanitate tua fretus, illustrissime Princeps, iucundum fore confido. Ac si hodie superstes in terris ageret Ieremias ipse, ad commendationem, nisi fallor, accederet eius suffragium, quia suas prophetias agnosceret non sincere minus quam reverenter a me fuisse expositas:[5]) addo etiam ad praesentem usum utiliter accommodatas. Neque tamen de excusatione nimis anxie laboro, modo obtineam, non nisi immodico testandae qua tuam Celsitudinem prosequor venerationis studio me peccasse. Atque, ut quod initio attigi nunc omittam, nisi me tibi obstrictum sentirem, quod ad excipiendos Christi exsules qui ad te profugiunt adeo facilis es ac propensus, me ipse ingratitudinis damnarem. Dicit apud poetam barbara mulier:[6])

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Pudeat omnes Dei cultores et Christi servos quibus par est conditio, saltem non idem sentire. Mihi quia impar animo est succurrendi facultas, saltem hoc restabit, quidquid in eos beneficentiae confertur mihi libenter ferre acceptum.

Tringinta anni elapsi sunt[7]) ex quo voluntarium mihi exsilium a Gallia indixi, quia inde exsulabat evangelii veritas, pura religio et integer Dei cultus. Nunc ita peregrinationi assuevi ut nullum me patriae desiderium tangat. Equidem ita sum hic peregrinus[8]) (unde semel eiectum me fuisse, quando ita sum revocatus, non est cur me unquam poeniteat vel pudeat) ut indigenae non alio me loco ducant quam si atavos citare possem huius urbis cives. Sed quo mitius mihi Deus pepercit, maior pro fratribus meis tam Gallis quam Flandris cura me sollicitat: et eadem, quoniam liberaliter a tua Celsitudine excepti[9]) fuerunt, me stimulat atque impellit ad profitendam cui me officium astringit gratitudinem. Nec vero te pigeat, illustrissime Princeps, si quando iu exteris et quidem linguae nostrae hominibus deceptus fueris, in cursu tuae solitae mansuetudinis pergere. Sciunt omnes quam improbe tibi illuserit audacissimus rabula, simulque impurum, superbum et perfidiosum animal, denique monstrum ex multa foetida colluvie conflatum, Franciscus *Balduinus*, iurisconsultorum tamen solers compilator. Nam quum ex gente Atrebatum oriundus sub evangelii praetextu in tuam se clientelam contulisset, iuris civilis professor in celebri tua schola Heidelbergensi tua liberalitate creatus, quum se totum demerendo tam munifico Principi addicere deberet, hunc sibi commodum fore gradum putavit ad novas conditiones pro more suo captandas. Itaque, simul ac spes nescio quas olfecit, deserta statione spretoque quod male et fraudulenter

5) *Hoc vero plurimi omnium temporum commentatores non minus confidenter de suis libris praedicaverunt: ast quotusquisque prophetarum et apostolorum eos suffragio suo ornasset! Imo saepissime mirati essent, sibi tam sublimia et tam profunda tribui de quibus nunquam cogitarunt.*

6) *Virg. Aen.* I. 630.

7) *Ratio temporum non accurate definita videtur. Colladon p.* 14: Il partit de France l'an 1534 (*et quidem m. Septembri aut Octobri*). *Bezae Vita ed. Nickel p.* 4: Paulo postquam Aureliae insignem illum libellum edidisset quem Psychopannychiam inscripsit secedere ex Gallia statuit. *Verum talem editionem nunquam exstitisse suo loco docuimus.*

8) *Reg. du Conseil* 25. *Déc.* 1559: L'on prie M. Calvin d'accepter la bourgeoisie. Il a beaucoup remercié de cest honneur.

9) *Francofurdenses, Metenses, Trevirenses et alii Galli profugi.*

adeptus erat munere honorifico ad hostes verae puraeque religionis, cuius se nomine venditaverat, transiit.[10]) Ac primo quidem, ac si quid verecundiae residuum foveret, clandestinis artibus obrepsit, secretas proditiones agitavit cum Cardinali *Lotharingo* in cuius gratiam se insinuaverat. Summa huc tendebat ut adulterina doctrinae et caeremoniarum mixtura dissiparentur ecclesiae Gallicae. Verum quia nulla ostendebatur occultae fucataeque perfidiae merces, non modo ad defectionem apertam prosiliit, sed in flagitio adeo se impudenter iactat ut apostatas sui similes canina protervia superet. Bene tamen est quod nebulonis unius improbitas tuae erga alios humanitatis cursum non abrupit. Cuius constantiae merces tibi repensa est quod inter ornamenta scholae tuae numerari possunt exteri quidam homines suis virtutibus satis noti et celebres, quamvis a me non nominentur. Etsi vero neque ex meo praeconio neque ex operis huius dedicatione, quidquam tuae Celsitudini accedit, temperare mihi non potui quin hac saltem officii parte defungi studerem. Vale, illustrissime Princeps. Deus te magis ac magis donis suis spiritualibus locupletet, te diu incolumem statumque amplissimae dignitatis tibi ac tuis florentissimum conservet. Genevae decimo Calendas Augusti M. D. LXIII.

3987.

DIGNAULX[1]) AUX MINISTRES DE GENÈVE.

Dénonciation des méfaits de Cosme Brevin ministre destitué.

(Autographe de la Bibl. de Gotha. Cod. 404 p. 30. — Bretschneider p. 209.)

A noz bons S^rs et peres Messrs les M^trs de Gve.

Grace et paix.

Messrs et freres en nostre Sr Iesus Christ, comme *Hubert* a ioué sa Tragedie entre nous, avant que partir: ainsi Cosme *Brevin*[2]) a ioué sa comedie, comme nous verrons cy apres. Ainsi voilà comme l'Ennemy se contrefait, et se met en toutes guises pour tromper les simples: et tourner en moquerie la predication de l'Evangile, rendant, tant qu'il peut, odieux ce Christ que nous annonçons. Il est vray que *Cosme*, aiant esté deposé de son Ministere, estoit indigne qu'on fit recueil de ses singeries, pour y occuper les saincts personnages, qui s'employent a meilleures choses: mais pource que cest homme là à demy enragé, nous ayant mordu de prés, s'en est allé d'icy avec deliberation de nous mordre de loin, force nous est, d'entrer en defense de nostre innocence, la quelle Dieu fera apparoistre comme l'aube du iour. Parquoy, Messrs et freres, il vous plaira adiouster plus de foy aux defenses de toute une congregation, escrites en simplicité et verité, qu'aux calomnies d'un homme escervelé, lequel ie croy, non obstant ses deguisemens, vous estre assés descouvert de soy-mesme. Bien vous soit. De Praviglerm[3]) ce 23 de Iuillet 1563.

Vre frere et humble serviteur
DIGNAULX
pour et au nom de tous ses freres.

Response excusatoire contre les calomnies de Cosme Brevin, à bon droit deposé du Ministere.

Cosme *Brevin*, il y a ia quelques années qu'il vint entre nous: lequel tant mieux fut-il receu de tous, quil faisoit apparoistre d'un beau tesmoignage, que nostre tres honnoré pere et frere M. *Calvin* rendoit de luy. Et, outre ce, nous sçavions bien, que l'homme avoit esté maistre d'escole à Neuf Chastel, en bonne reputation devant M. Guill. *Farel*. D'avantage, nous n'ignorions aussi, que luy-mesme n'eust esté Ministre à Montbeliard par l'espace de 4 ans: bien estimé de tous: et aimant plus estre dechassé de là avec ses compagnons qu'adherer à *Tossanus*: toutes lesquelles choses considerees, il est advenu, qu'on l'a trop long temps supporté, esperans, qu'il se corrigeast. Mais à propos, des l'entrée de sa venue il commença de se rendre ridicule tant en ses presches, que prieres publiques. Et ce en iettant des brocards: usant de paroles affectées: faisant des gestes et exclamations par trop passans mesure: de sorte, qu'on a veu le peuple se baigner aux risées et badinages

10) *Fridericus Elector ad Christophorum Ducem d. d. 28. Iul.* 1561 *ap. Kluckhohn* I. 191*:* Was D. Balduinum anlangt besorg ich er ist der religion nit gewegen, ist ayn christ nach gelegenheyt und ist wider meynen willen hineyn getzogen, vileycht büberey anzurichten.

3987. 1) *ou* Dignaulx. *Les lettres du nom sont entrelacées et Br. a imprimé:* DIGALX. *C'était sans doute un ancien de l'église.*

2) *pasteur depuis* 1552 *à Etobons dans le Montbéliardais, avec les filiales Belverne et Couthenans.* (*Goguel, réf. de Mtb. p.* 53.)

3) *Ce nom ne se trouve pas sur notre carte* (Pratum Guilermi?).

de cest homme: et plusieurs retournez du presche à leurs maisons, se souvenoyent mieux de ces plaisanteries (comme l'homme est plus enclin au mal qu'au bien) que de quelque bon propos: et prenoyent de là matiere de rire: brocardant l'un contre l'autre à l'exemple et imitation de leur pasteur. A ceste cause ledict *Brevin* en une congregation tenuë au Pral,[4]) a esté soigneusement adverti par M. Estienne *Noël*,[5]) en la presence de ses freres, qu'il changeast telles manieres de faire: et, pour mieux esprouver le tout, on advisa qu'on luy feroit faire en l'assemblee des freres les prieres, qu'on a accoustumé de faire soir et matin. Quoy faisant, on apperceut, que tant s'en faut qu'il se fut amandé pour noz sainctes admonitions: que mesmes les plus severes en l'oyant ne sçavoyent s'ils devoyent plourer ou rire. D'ont apres on l'exhorta par deux fois en ladicte congregation. Or apres cela nous a esté souvent rapporté, que tant s'en faut que ledict *Brevin* laissast de continuer, comme il avoit commencé: que mesme il alloit de mal en pis: tellement, qu'il brocardoit et blasonnoit les Rois et princes. Exemple, quand en ses presches ou prieres il faisoit mention du Roy *Francois* 2 de ce nom, il le nommoit Francois cucuc: *Philippe* Roy d'Espagne il nommoit Philippin coquin: et parlant de *Philibert*, prince de Piémont, il disoit Philibert qui file. Semblablement il detordoit le nom d'aucuns Srs comme pour dire *Bourdillon*, il n'avoit honte de dire brouillon merdillon, s'il eust voulu dire *Monbrun*, il iargonnoit monvert, monbrun, monrouge. Plusieurs gentils-hommes, passans par Fenestrelles, l'alloyent ouir, lesquels il appelloit couchons blancs, pour raison de leurs cappes, ou feautres blancs, qu'ils portoyent pour la pluye. Entre autres, deux de la compagnie de Monsr *de Tarrides* se sentans lardez en ceste maniere, sortirent du temple, et ayans rencontré un autre des Ministres luy dirent: N'estoit la reverence que nous portons a la parole de Dieu, nous luy eussions donné un coup de dague.

Veuës ces choses, les freres Ministres du valcluson[6]) ont esté envoyez audict *Brevin*, pour luy remonstrer toutes ces choses: et luy faire les reprehensions et exhortations convenables au nom de tous: mais il a mesprisé tous advertissemens: tant que, poursuyvant à brocarder, a mordu non seulement les forains, mais principalement ceux de sa paroisse.

Et, qui plus est, en a excommunié plusieurs, voire les nommant, et publiant par nom et surnom en pleine assemblée, estant sur chaire, et ce pour causes legeres: comme, d'avoir beu à la taverne une pinte de vin entre quatre, lesquels aussi n'estoyent coustumiers d'y aller, ny s'enyvrer. Item, les Syndiques pour lors dudict lieu, n'ayans voulu mettre une clef au four commun, furent excommuniez: pour laquelle excommunication il refusa le Baptesme à l'enfant de l'un diceux combien qu'il le fist plusieurs fois offrir par autres non excommuniez. Et est à noter que cest homme estant en chaire, et brocardant icelluy syndique, disoit en ceste maniere: Robin robinet, nourri bien ton cayet, afin qu'il soit gras a carlever: entendant parler du fils de ce Syndique, qui estoit à baptiser, lequel fils il nommoit cayet, c'est a dire porceau. Et cecy luy ayant esté maintenu en face à la congregation, le iour qu'il fut debouté de son Ministere, n'a peu contredire un seul mot. Et de peur d'abuser du temps en recitant plusieurs autres semblables choses sorties d'une mesme boutique, de peur aussi d'offenser vos aureilles, nous nous deportons de raconter le reste.

Or le 3 iour de Fevrier 1563 ou environ nostre congregation generale estant à Fenestrelles, se presenta le Chastelain dudict lieu au nom de la plus part du peuple, faisant complainte, comment ils estoient divisez en leur parroisse à cause des procedures dudict *Brevin* contre eux. D'avantage il alleguoit qu'il se presentoit afin de nous remonstrer les brocards susdicts contre le Roy, Srs et autres pour lesquels il ne pouvoit de moins (comme Chastelain et Officier de sa Majesté) que de nous en advertir: requerant que par nostre moyen il y fut prouveu: ou autrement que, pour sa descharge, il auroit recours à sa Majesté: ne pouvant porter l'iniure de son prince, le nommant Francois cucuc, comme dessus. Comme donc nous examinions tout cecy, se presentoient à nous de plus en plus amples informations contre ledict *Cosme*. A cause de quoy, ouyës les voix de tous, il fut deposé dudict lieu et classe: veu aussi que tout le païs estoit desia abbreuvé de toutes ces choses, ausquelles a esté par trop supporté long temps: d'une part pour ce qu'il avoit tant de bons tesmoignages d'excellens personnages, comme dit a esté: qu'il s'estoit vaillamment porté, et d'un droit pied par le passé en l'Evangile de Christ: d'autre part, hors-mis ce que dict a esté, il estoit bien estimé entre nous, ayant quelque literature, preschant purement un seul Jesus Christ, sobre, chaste, aumosnier, et au reste irreprehensible en ce qu'on a peu voir. Or, pour l'indigence d'ouvriers, nous n'avons pensé le degrader du tout du Ministere, esperans que le Sr en ceste grande et extreme necessité s'en serviroit ailleurs,

4) *Probablement Villa de Prali, communauté vaudoise au fond de la vallée de S. Martino au pied du mont Viso.*

5) *Pasteur à Angrogne et depuis* 1562 *à Grenoble.* (*Arnaud* II. 415.)

6) *La vallée de Pignerol en remontant vers Fénestrelle est arrosée par le Cluson.*

s'il changeoit les dictes manieres de faire et d'enseigner.

Estant donc rappellé ledict *Cosme* par les freres pour luy notifier sa depposition pour les causes que dessus, il ne contredist aucunement: ains accepta le tout en apparence d'une humilité admirable à un chacun, remerciant Dieu, que les moyens luy estoient presentés de s'en aller, comme desia il l'avoit desiré. En quoy il a assés monstré, qu'il disoit contre sa pensée, comme on verra cy apres.

Or comme la congregation estoit parachevée, et que les freres se departoyent les uns ça, les autres là, voicy *Brevin* qui, retournant, se presente a quelcuns des freres, demandant au nom de Dieu quelque tesmoignage, et ne fut, disoit-il, que pour servir au S[r] en quelques escoles, puis qu'il n'estoit du tout degradé du Ministere. Ce que luy fut concedé par celuy qui lors presidoit en mon absence, et quelques autres avec luy, et non de toute la congregation. Et ceux, qui luy concedoyent ne pensoyent à mal: mais estimoyent, que ledict *Cosme* estoit prest à partir d'icy, et qu'il sen serviroit aux fins susdicts. Si confessent, qu'ils nont esté assés prudens et advisez de luy donner un tel tesmoignage, comme l'issue l'a monstré. Car ce menteur et homme plein de feinctise, incontinent apres avoir eu entre mains ce tesmoignage, il se pense estre bien armé et equippé de tout en tout: et s'en retire tout coyement de Fenestrelles à Pinache [7]) (lieu auquel il avoit premierement esté Ministre en venant de Geneve, et depuis on l'avoit mis a Fenestrelles) et là arrivé d'un front impudent ose prescher de son authorité: et, qui pis est, a eu l'audace de degorger mesdisances et diffamations contre la s. congregation de Dieu, qui l'avoit deposé, abbayant de loin, comme un chien enragé, qui seroit à l'estache: concil d'Herode: concil de Caiphe: concil de Trente. Voilà comment ce diable, qui sembloit jusques icy un Ange, non seulement detracte des hommes, mais blaspheme contre le s. Esprit, lequel il ne peut douter qu'il ne preside aux s. congregations.

J'ay oublié cy dessus un mot notable, c'est que *Cosme*, ayant finement obtenu son tesmoignage, devant que partir de Fenestrelles, quelcun des freres encore mal advisé, estimant, *Cosme* s'en veut aller, il veut prendre congé du peuple, luy permit de faire un presche. Tellement que par ce presche il embrasa et attisa de sorte les courages et volontez du populaire, que le presche fini les uns se banderent contre les autres: les uns le voulans, les autres non: de sorte qu'il s'en sont ensuyvis tels tumultes, divisions et desordres qu'il a esté danger de grands esclandres, meurtres et effusion de sang. Dieu soit benit, qui par sa providence a conduit le tout autrement.

Mais retournons à propos, ledict *Brevin* faisant ainsi des siennes à Pinache, comme dict est, en une congregation apres, nous avons censuré le Ministre du dict Pinache, nommé M. *Henry*, [8]) de ce qu'il avoit permis prescher l'homme, et ne s'y estoit opposé: veu que ledict *Henry* n'ignoroit ce qu'on avoit faict à Fenestrelles. Et avec ce avons enioinct audict M. *Henry*, qu'estant retourné en son Eglise, il defendist la chaire audict *Cosme*, et au peuple de luy donner audience: disans que l'Eglise, qui avoit deposé *Brevin*, c'estoit à elle de le reintegrer et non à luy-mesmes. Ce que ledict M. *Henry* fist: mais à son inhibition *Cosme* s'opposa: protestant que si le peuple le vouloit escouter, qu'il poursuyvroit à prescher.

Nous deuement advertis de ces choses, avons adressé lettres tant aux Eglises que Pasteurs, pour s'opposer à cest homme: et ne luy prester l'aureille aucunement, lesquelles lettres nous vous envoyons pour estre icy plus briefs: et vous informer mieux de la verité. Lesquelles lettres commencent ainsi. Aux Eglises etc.

Or ledict *Cosme*, ayant bien entendu la teneur desdictes lettres, et ayant gaigné les cueurs du peuple, voire du Ministre M. *Henry*, poursuit à prescher: et le peuple a l'escouter, voire M. *Henry* mesmes. Quoy bien entendu nous a semblé bon d'envoyer à Pinache deux freres Ministres, avec charge d'esteindre par sainctes remonstrances ce feu: à quoy faire aussi leur avons baillé lettres: les unes escrites de ma main, commençant, Grace et paix etc., les autres plus longues escrites par M. *Fr. Guarin*. [9]) Les freres s'en sont allez pour exploiter leur commission: mais combien peu ils ont avancé, soit envers le peuple, soit envers M. *Henry*, ou *Cosme*, les lettres que nous ont rescrit lesdicts deux freres, contenuës en l'autre page de mes dernieres lettres, en font foy, comme il vous plaira voir: afin de mieux voir l'impudence et irreverence, avec lesquelles *Cosme* s'est rué contre les deux bons serviteurs de Dieu, voire contre toute la congregation etc.

Et afin de vous donner pleine mesure, Mess[rs] et freres, voire peres en nostre S[r], nous dirons un mot des gestes et contenances de ce badin. C'est qu'on l'a veu en preschant tournoyer en chaire 3 fois de suyte, comme une rouë de moulin. Aussi prendre

7) *Pinace sur le Cluson près de la Perosa.*

8) *Personnage inconnu.*

9) *Arnaud* II. 399: François Guérin pasteur à Montelimart en 1568, puis dans le Val Cluson, et avant ou après (*cette dernière supposition est erronée d'après la présente lettre*) à St. Germain, Pramol et Saluces en Piémont. (*Muston Israël des Alpes* III. 383.) Il mourut en 1609.

son bonet de la teste, et le tenir entre ses mains, faisant semblant de l'epouseter. Outre plus, il a despouillé une fois sa robe en preschant, et la tirant d'une main hors la chaire, la scouoit devant tout le peuple comme en detestation de quelcun, à son conte. Finalement (car on feroit un livre qui voudroit escrire au long les actes de cest homme) il frappoit de ses pieds et mains si tres fort sur la chaire, qu'on l'eust iugé hors du sens commun, comme il est: et tant qu'il faisoit abbayer les chiens de tous costez: tant ceux qui estoient dedans le temple,[10]) que ceux qui estoient bien loin: et mesme un entre les autres l'est venu prendre aux iambes: soit pour le mordre, ou pour se iouer etc.

Voila tres-honnorez peres et freres en nostre S[r], noz defenses contre les calomnies de *Brevin* sinon qu'en changeant d'air, il ait changé de courage, et se soit repenti par les chemins: mais ie crain plus, non pas pour nous, mais pour luy, qu'en tout lieu il soit semblable à soy-mesme et qu'il n'ait aggravé son mal en abusant de vous, comme des vaisseaux consacrez au S[r] et neantmoins s'en voulant servir pour recevoir ses ordures et vilainies. Dieu ait pitié de luy. De Praviglerm ce 23 de Iuillet 1563.

Vostre fils, frere et humble serviteur
DIGNAULX [11])
au nom de ses freres et par l'ordonnance d'iceux
I. Bouer pasteur. [12])

3988.

MERLIN A CALVIN.

État religieux et ecclésiastique du Béarn.

(Autographe de la bibliothèque de Genève. Vol. 112, fol. 154. — Bulletin XIV. 230.)

A Monsieur Monsieur d'Espeville.
A Villefranche.

Salut par nostre Seigneur Iesus.

Monsieur et treshonnoré pere, ie vous ay escrit du quinsieme de ce mois [1]) par le mesmé messagier qui portoit les lettres de la royne de *Navarre*,[2]) qu'elle addressoit a vous, a monsieur *de Bese* et a messieurs, par lesquelles elle requiert que ie luy soye octroye iusques à ce que ce pays soit reformé. Il est vray que ie n'ay pas veu les lettres, mais elle le m'a ainsi recite. Ce messagier la estoit par elle envoyé à monsieur le conte de *Beauvais*, [3]) et croy que de là elles vous seront fidelement envoyees. Quant à moy ie desirerois estre vers vous pour faire ma charge. Car outre le plaisir que i'espere y recevoir, tant avec vous autres comme avec ma famille, ie reçois icy tant de fascheries que ma sante en est interessee tellement que i'ay eu quelque petite fiebvre, laquelle Dieu merci n'a pas este de longue duré. Ces fascheries là ne me sont pas causees du costé de la royne. Car ie puis asseurer que i'ay en admiration sa constance, laquelle ie vous prie de confermer de plus en plus par vos lettres. Mais c'est de ce que ie vois ceux qui font profession de l'Evangile y donner plus d'empeschement que les adversaires mesmes. Ceux qui ont le plus de puissance dans ce pays apres la royne, et sans lesquels il est difficile de faire quelque chose de bon, sont ceux qui retardent le plus la reformation. On nous propose des merveilleux dangers maintenant de la sedition de ceux du pays, tantost de l'Espagnol, puis de *Montluc*, [4]) et mesme de France. On fait courir des bruicts que les aprests [5]) de guerre sont tous dressés pour nous courir sus si on remue rien en la religion. On monstre le peu de moyen qu'on a de se defendre. Et plust à Dieu que ce dernier ne fust pas vray. De quelques lieux nous en sentons desia les menaces, et crain qu'elles ne soyent solicitees par ceux qui s'y devroyent opposer. Ie suis contrainct de m'opposer à tout cela et de discourir sur les affaires des guerres des princes et des moyens pour y resister. Vous dires que i'en parle comme un clerc des armes. Ie le confesse. Mais souvent ie rencontre mieux que ceux qui se glorifient d'y cognoistre beaucoup. Cependant la constance de la royne surmonte tout cela. Et ne faut qu'on pense qu'elle soit beaucoup solagee des siens. Car il y en a bien peu qui ne s'opposent a son sainct voloir, les autres se conforment à sa volonte, mais c'est sans y donner aide. Quant à moy ie ne suis guie-

---

10) *Probablement ce n'était pas le berger mais les brebis qui les y avaient amenés.*
11) *ut supra.*
12) *autre main.*
3988. 1) *La lettre est perdue.*
2) *N.* 3979.
3) *S'agit-il du Cardinal Odet de Châtillon, ex-évêque de Beauvais qui se démit de ses fonctions ecclésiastiques en* 1561 *et se maria en* 1564, *ou bien de Louis Goulard, seigneur de Beauvais etc. gendre de Talleyrand, prince de Chalais, et que la reine de Navarre avait nommé gouverneur de son fils? Il périt à la S. Barthélemy* (Bordenave 115). *Cette dernière supposition n'est guère probable d'après ce qu'on lira plus bas vers la note* 34.
4) *qui était toujours en Guienne avec ses bandes.*
5) aperts *Bull.*

res plus solagé de mes compagnons,[6]) excepté de souhaicts et possible de prieres, et souvent par imprudence ils aggravent le fardeau, duquel peu s'en faut que ie ne soye accablé. Voyla qui iusques a present a empesche la reformation. Je scay que celuy qui alla à vous pour avoir des ministres[7]) vous recita des autres nouvelles, selon que luy mesme le nous a confessé. Mais c'estoit partie pource qu'il esperoit trouver la chose ainsi reformee a son retour, partie à fin qu'il obtint plus de ministres.

Mais à fin que ie rende conte de ce que i'ay fait par deça et que ie puisse estre censuré en ce que ie meriteray, ie vous feray brief et fidele recit de tout ce que i'ay faict icy, et des empeschemens que i'ay eus et ay encores maintenant. Estant arrivé icy,[8]) d'autant que le bruict estoit par tout ce pays que la royne attendoit seulement la venue de celuy qu'on estoit alle querir dans Geneve pour reformer son pays,[9]) ie luy donnay conseil d'envoyer soudain par tout le pays des commissaires qui missent par inventaire les reliques et les documens des Eglises à ce que rien ne se perdist. Je ne le luy peux iamais persuader, qui a esté cause qu'on en a esgaré plusieurs lesquels on ne scauroit maintenant scavoir ny recouvrer. Incontinent apres ie solicitay la royne et les ministres de s'assembler en un synode pour aviser quelle devroit estre la reformation en ce pays, à fin qu'estant par un synode ratifiee elle eust authorité. Et pource que ie n'ignorois pas que la glus grande partie s'en reposeroit sur ce que ie leur en dirois, ie couchay par escrit une reformation,[10]) de laquelle ie prins l'exemplaire sur l'eglise de Geneve, autant qu'il me fut possible, à fin qu'il y eust conformité es Eglises. Ie la divisay en quatre poincts. Le premier est des ministres: ou ie monstrois comment et par quel ordre ils devroyent estre eleus et deposez, quelle discipline il y doit avoir entre eux, et quel ordre on doit tenir es colloques et es synodes. Le second est des diacres: ou ie monstrois comment ils doyvent estre eleus et deposes: quelle est leur charge, et la dessus ie traitois des biens ecclesiastiques, a quoy ils doyvent estre appliques et par qui ils doyvent estre maniez. En cecy ie confesse n'avoir pas suyvi ce qui se fait a Geneve, d'autant que le magistrat les a tellement saisis, qu'il ne fait pas grande difference entre ce bien la et le sien. Mais il ne faut ia craindre qu'on n'en revienne bien là et possible pis, quelque instance que ie sache faire au contraire. Le troisieme est des anciens et surveillans: ou ie traite comme aux autres de leur election et deposition, et quelle est leur charge, et la dessus ie traite des consistoires, quel ordre on y doit observer, quelles sont les causes, les procedures et les punitions ecclesiastiques. Le dernier est des escholes et du college, lequel la royne desire dresser[11]) en ce pays. En ce point ie m'en remets en tout au college de Geneve, excepte qu'il faut qu'on entretienne icy des escholiers aux depends de l'Eglise: en cela ie monstre quelle discipline on y pourra garder. Cest escrit icy fut leu et approuvé en nostre synode[12]) et n'y changea on rien, excepté qu'on ordonna que les excommunies seroyent proclamés au presche tous les premiers Dimanches des moys. Quant à moy ie me contentoye de ce qu'on en observe à Geneve. Mais ie ne le peux obtenir des autres. Il fut presente à la royne, signé au nom du synode, et fut fort bien prins d'elle et de son conseil. Il a depuis servi de clorre la bouche à plusieurs qui rompent les oreilles de sa maiesté d'une infinité de calomnies, comme si nous nous voulions faire evesques ou papes, et abbattre l'authorité du magistrat, et autres tels propos, ce que i'avois bien preveu auparavant.

Cela fait la royne fait convoquer ses estats,[13]) ce qui a este depuis longuement dilayé. Quant à moy, soudain que ie l'eux entendu ie iugeay que nous en pourrions recevoir un grand proffit ou dommage. Parquoy ie m'informe diligemment de la façon qu'on y tenoit et de ceux qui s'y assembloyent. Je trouve que trois sortes de personnes y estoyent convoquees: les ecclesiastiques, les gentilshommes et les conseils,[14]) lesquels on appelle Jurats, desquels l'office est perpetuel. Quant aux ecclesiastiques, ils n'y viennent pas tous, ains seulement les deux evesques de ce pays, les Abes et quelques certains autres beneficiers. Quant aux gentilshommes et Jurats ils y viennent tous. Je trouve, m'estant informé, que la dixieme partie des nobles n'estoit pas à l'evangile, ny la cinquiesme partie des Jurats: et vous laisse à penser quelle esperance on pouvoit avoir des ecclesiastiques. Parquoy à bon droict ie commance de douter que l'issue des estats nous seroit grandement pernicieuse

6) *Les ministres envoyés de Genève.*

7) *En* 1557 *Pierre de S. Martin était allé chercher Boisnormand* (*Bordenave p.* 53). *Peut-être faut-il ici songer à Hesperien* (*ci-dessous note* 37).

8) *N.* 3904.

9) *C'était lui-même.*

10) *Ce fut la base de la Discipline eccl. acceptée par le Synode et éditée par Ch. Frossard. P.* 1877.

11) d'instituer *Bull.*

12) *Ceci ne cadre pas avec le récit de Bordenave* (*p.* 117) *qui fut pasteur à Nay* (*Basses-Pyrénées*) *depuis* 1565, *et qui dit:* En un synode tenu à Pau l'an 1563 au mois de setembre fut dressé un cors de discipline pour entretenir le ministere de l'Evangile en bon ordre et remettre sus la legitime vocation des pasteurs, diacres et anciens et le droit usage de l'administration des clefs du royaume des cieux *etc.*

13) *Bordenave ne fait pas mention de ce fait.*

14) consuls *Bull.*

3) *Cui nomen erat Comiti* de Sault (*Hist. eccl.* III. 216 *seqq. et ap. de Faye, l'Egl. de Lyon cf. N.* 3995).

sequuturi consilii: nam grave erit omnibus, non convenire synodum. Si conveniamus, veremur ne quid turbemus et ne iis praebeamus occasionem quam captant qui nobis parum favent. Tu et *Beza* noster melius nostis quam nos omnes, qualis sit totius regni status, et quid magis hoc tempore expediat. Quamobrem quaeso vos ut primo quoque tempore significetis quid consultius futurum iudicaveritis. Praestitisset quidem nullum de synodo verbum fecisse apud Gubernatorem, si id ex officio licuisset: nam etsi impense favet causae nostrae, timet tamen ne ullum det sinistris suspicionibus locum suspicacibus, quibus nostra omnia sunt suspecta. Et dum huic malo mederi conamur, augetur magis.

Hactenus hic omnia satis tranquilla fuere, et nostra ecclesia in dies augetur magis ac magis. Provinciales suo more ferociunt, nec ullum dant edicto regio locum.[4]) *Villevillius* nihildum apud illos effecit. Audivistis etiam, opinor, quo pacto excipiantur fideles, et in Burgundia et aliis locis innumeris. Sed curae erunt Domino, qui ita reiiciuntur ab hominibus. Mitto ad te exemplar responsi quod adiectum est libello supplici oblato Gubernatori, ex ipsius consilio et sententia, quem ad aulam misit. Multam salutem dico collegis et symmystis omnibus. Vale optime et diutissime, vir eximie et mihi plurimum colende. Lugduni 28. Iulii 1563.

Tuus Petrus Viretus.

3994.

BEZA BULLINGERO.

Libellum Turici germanice edendum iterum commendat et hac occasione chartam variis rebus maxime ad Galliam pertinentibus implet.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 156.)

Eximio Christi servo, D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando, Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

S. Exspecto responsum ad ea quae nuper ad te dedimus et iterum rogo ut, si satis commode fieri potest, edatur vestra lingua scriptum illud [1]) quod istuc misimus. Qui nuper a vobis venit mihi dixit te non satis bene valere, quod nobis fuit permolestum. *Calvinus* noster melius quidem habet quam antea et munus suum obit, sed cum infinitis malis luctatur. Suspicamur vicinum nostrum aliquid in nos moliri, adversus quem Dominus hanc ecclesiam servet. Aliquis est sparsus rumor de pace inter Anglum et Gallum, sed incertus.[2]) Ecclesiae pleraeque male in Gallia vexantur, quoniam summa est impunitas. Denique ibi viget *ἀναρχία*, et nisi Deus illius regni misereatur, subsequentur aliae calamitates prioribus etiam acerbiores, si quid modo ad illas addi potest. Lugduni tamen satis adhuc pacata omnia,[3]) et Dei gratia iam nobis obiici non potest rebellio, ne ab hostibus quidem, quum soli regiis edictis pareamus. *Amiraldus* cogit amicorum copias, ut aiunt, quibus se tueatur adversus Guisianae familiae potentiam. Quid sit futurum nescio. Sed nisi cohibeatur improborum licentia, ingentia mala evenire necesse est. Dominus Iesus interea nos soletur et per medias tempestates et in portum dirigat naviculam suam. Qui tibi reddit has literas, Frisius natione, pie et perhoneste vixit in hac schola quem etiam hoc nomine tibi commendo. Collegas omnes rogo, mi pater, ut ex me salutes, et Deum precor ut te incolumem servet ecclesiae suae sanctisque tuis laboribus benedicat.

Genevae 29. Iulii.

3995.

CALVINUS BULLINGERO.

Pauca ex Rotomago et Lugduno.

(Describimus ex scheda Ionvillaei Cod. Genev. 107ᵃ, fol. 267 v. coll. c. Cod. 108, fol. 151 v. Bern. VI. p. 1225 et Simleri Vol. 107. Versio anglica IV. 325.)

S. Nihil habeo in praesentia scriptu dignum, nisi quod Rotomagenses [1]) audacia et pervicacia certant cum Parisiensibus. Itaque missus est unus

---

4) *Hist. des choses mémor.* p. 275: Le conseil du Roy fut contraint apres l'Edit de pacification envoyer le President de Morsan avec certain nombre de Conseillers de Paris en Provence, lesquels firent telles executions d'aucuns voleurs et meurtriers que depuis la Provence ne s'est plus mutinee de la sorte qu'elle fit durant ces premiers troubles. (*Hist. eccl.* III. 380. *Lambert, hist. des guerres de rel. en Provence* I. 191.)

3994. 1) *N.* 3981.
2) *N.* 3991, *not.* 5.
3) *N.* 3974. 3976.

3995. 1) *Soldan, Prot. in Frankr.* II. 112. — *Mense Iulio Rotomagum missus est Mareschallus de Bourdillon, qui protestantes a catholicorum vexationibus defenderet.*

ex Marescalis qui eorum furorem compesceret, nostrisque securitatem praestaret. Non esset difficile sanare omnes tumultus, imo sponte conciderent, nisi eos *Regina* clandestinis artibus foveret. Aliud quidem simulat, certum tamen est per emissarios ita agere ut quod palam decretum est in Regis consilio, irritum sua improbitate faciant nihili homines. Certe scelerum impunitas satis ostendit, eam probare quidquid ad nos opprimendos spectat. Quid cogitet *Admiraldus* nescio. Heri literas ab eo accepi,[2] quibus tantum significat mihi et *Bezae*, propediem se hominem data opera missurum, per quem nos sui consilii certiores faciat. Verum ex literis *Subisii*, qui simul erat, coniicio, eum adhuc aulam fugere, partim quia non vult temere periclitari, partim ne expeditionem contra Anglos suscipere cogatur.[3] Comes *Sausensis*[4]) Lugdunensis praefectus, quocum mihi antehac nulla consuetudo intercessit, mihi de tranquillo urbis statu gratulatur. Provinciales vero nostros admittere pertinaciter recusant.[5] Armis tandem erunt subigendi, et desperatio eos praecipites agit. Vale, clarissime vir, mihi ex animo venerande frater. Collegis omnibus plurimam salutem, uxori et toti familiae. Dominus vos omnes tueatur incolumes. Genevae 29° Iulii 1563.

Ioannes Calvinus tuus.

Ionvillaeus tuus reverenter et ex animo te salutat.

3996.

CALVIN A CRUSSOL.

Il lui représente qu'une position équivoque entre le protestantisme et le catholicisme est contraire tant à la conscience qu'aux intérêts du premier.

(Copie ancienne Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 162. — Ruchat VII. 404. Bonnet II. 524. Trad. latine de Bèze ed. Gen. p. 273, Laus. p. 562, Hanov. p. 632, Chouet p. 374, Amst. 171. Trad. franç. Berl. p. 376; Trad. angl. IV. 326.)

Monseigneur, celuy auquel vous aviez donné charge de m'exposer le scrupule duquel vous desirez davoir resolution sest acquitté de son debvoir.[1] Devant que y respondre je rendz graces a Dieu de ce quil vous a si bien touché de son esprit que vous neslargissez point vostre conscience pour vous dispenser comme beaucoup dautres, lesquelz toutesfois apres sestre bien excusez devant les hommes, sont contraints de se condamner devant Dieu. Maintenant pour venir au poinct, je scay que vous nentendez pas de vous deguiser comme nageant entre deux eaux. Mais seulement vous demandez si aiant faict protestation toute notoire de vostre chrestiente, il vous sera licite d'accompagner la Royne[2] tant en quelques processions qu'en autres actes d'idolatrie. Sur quoy, Monseigneur, vous aves à regarder deux choses, premierement de ne point contrister les enfans de Dieu ou leur estre en scandalle, ou degouster les infirmes ou ignorans. Pour le second de ne point donner occasion aux ennemis de verité de ne point lever leurs crestes et faire leurs triomphes, mesmes de ne point leur ouvrir la bouche pour blasphemer le nom de Dieu et se mocquer de la vraye religion. Nous debvons estre songneusement attentifs a ces deux considerations, comme aussi elles nous sont fort recommandees. Puis doncques que le S. esprit vous deffend notamment de contrister voz freres en cest endroit, pensez combien il y aura des pouvres gens navres en le coeur, quand ilz vous verront faire les montres avec une bande qui marche pour despiter Dieu. Quant au scandalle, vous voiez combien il sera grand et s'estendra loing. Car beaucoup se prendront à vostre exemple, mesmes les hypocrites qui iusques icy ont eu honte de leur lascheté, se taudiront de vostre ombre. Dautre part il n'i a doubte que vous ne faciez enorgueillir les malins, non seulement pour vilipender l'Evangile, mais aussi pour se fortiffier en cruauté contre ceux qui ne vouldront caller la voille. Brief d'autant plus que vous regarderez a toutes les circonstances, vous jugeres que Dieu y seroit offensé en plusieurs sortes. Il ne reste que lexemple de Naaman. Mais la diversite est si grande entre les personnes, que vous ne pouvez appliquer ce quil a faict à vostre usage. Il n'i avoit homme que luy au pais de Syrie qui craignoit Dieu, ne que eust devotion de le servir, parquoy il n'i avoit nul

---

2) *Deperditas, ut et Soubisii.*
3) *Condaeus expeditioni illi se adiungere coactus est.*
4) *Anglus:* Comte de Lancy *cf.* N. 3993, *not.* 3.
5) *N.* 3993.

3996. 1) Crussol avait donc fait demander l'avis de Calvin sur la conduite à tenir, étant disposé favorablement pour le protestantisme, mais ne voulant pas rompre avec la cour ni renoncer à sa position politique. Il avait bien servi la cause protestante, mais il ne l'avait pas embrassée ouvertement. Calvin lui fait comprendre qu'une position équivoque ne convenait ni à son honneur et à sa conscience, ni aux intérêts du protestantisme. Crussol resta catholique, quoique M. Haag (IV. 130) en dise trop en affirmant qu'au fond du coeur il l'était réellement.
2) *Les éditions latines mettent un N. ici et plus bas.*

danger de scandalle. Nul fidele ne pouvoit estre fasché, comme sil eust expose la vraye religion en opprobre. Il ne pouvoit desbaucher ceulx qui eussent ià estez introduitz au bon chemin, ne degouster les autres pour ne point entrer. Plustost il despitoit toutte sa nation aiant son autel a part pour y adorer le Dieu d'Israel. Le tout est de ne se point attacher au faict precisement, mais suivre ce qui est d'edification. Le reste de voir si pour cela vous debvez plustost quitter lestat, que de ne point complaire a la Royne. En quoy il nous fault tenir la reigle de st. Paul de ne point faire mal afin qu'il en advienne du bien. Je vois bien quel prouffit peut revenir a l'Eglise que vous tenies ce lieu la, et quel dommage il faudroit craindre, si vous en estiez hors. Mais en telles perplexites, si nous fault il faire cest honneur a Dieu de nous reposer sur luy quil scaura bien pourvoir a tout. Cependant il me semble, Monsieur, que vostre excuse sera assez favorable, veu que la Royne nignore pas que selon la religion que vous tenez,[3]) vous ne pouvez vous mesler parmy leurs ceremonies sans offenser Dieu, pource que vostre conscience y repugne. Qui plus est, i'espère qu'elle trouvera vostre magnanimité meilleure que si vous fleschissiez. Elle vous a bien souffert estre absent long temps, elle vous permettra bien doncques destre malade trois iours lan. Combien que ie ditz cecy par forme de risee,[4]) car de contrefaire le malade, ce seroit avoir honte de l'Evangile. Quand vous aurez bien poisé toutes ces remonstrances, ie ne doubte pas que vous ne conceviez avec st. Paul que nous ne pouvons pas estre participans de la Cene de Iesuschrist, et nous montrer parmy les idolatries, sur tout quand nous donnons mauvais exemple. Mais ie vous prie, Monsieur, de vous y evertuer, et prier Dieu de vous y tenir la main forte, et vous revestir des armes quil vous a donnees pour batailler constamment, assavoir de vous exercer diligemment en sa parole.

Monseigneur, apres avoir presenté mes humbles recommandations à vostre bonne grace et celle de Madame vostre femme, ie prieray le pere de misericorde vous tenir en sa garde, vous conduire en bonne prosperité et vous donner heureuse arrivee. De Geneve ce dernier iour de Juillet 1563.

Vostre humble serviteur

Ian Calvin.

---

3) *Calvin le croit donc sérieusement converti.*

4) je ne dits pas cecy par forme de ruse *Bt.* — Atque hoc quidem per iocum.

3997.

CALVINUS DELPHINATIBUS.

Hortatur ad pacem et moderationem ne adversariis praetextus calumniarum ultro offeratur.

(Manu scripta non exstat. Edidit Beza Genev. p. 274, Laus. p. 564, Hanov. p. 633, Chouet p. 375, Amst. p. 171. — Versio gallica in ed. Berol. p. 382. Textus gallicus authenticus quem Beza vertit non exstat.)

Hactenus ad vos non scripsi, dilectissimi fratres, quod exspectarem ut res inter vos paulo melius se haberent: quando aliter fieri non potest, quam ut bellorum exitus plurima satis perturbata et inordinata relinquat. Nec tamen eam omnium restitutionem sperabam, in qua nihil desideraretur: quum nihil tum meis literis opus fuisset. Sed quoniam in mediis illis fervoribus non ita me a vobis commode auditum iri iudicabam, meliorem occasionem, quae nunc videtur offerri, mihi opperiendam duxi. Habeo igitur duo summa capita, quae vobis proponam. Unum est, ne valde illorum exemplo sinatis vos duci, qui sibi persuadent sese quam optime de Deo meritos esse, quod pro ecclesiae iure adversus tyrannicam audaciam secundum edicta principalia asserendo arma tulerint, pericula adierint, facultatum detrimentum sustinuerint. Imo eo usque insolescunt nonnulli, ut sibi deberi iactitent quod in evangelii possessionem alii missi sint. Atqui si ita Domino visum est, ut tam honorato usui vos impenderet, non est quod eo nomine vobis placeatis, aut remittatis manus, quasi opere ad finem usque perducto: sed potius ut inde sumatis animum pergendi in melius quod reliquum est longioris viae. Quum si postquam tam bene coepistis cessare contingeret, essetis tanto minus excusabiles. Alterum sequitur, quod quum belli occasio eam licentiam invehere soleat ut optimi etiam tum sibi excidant, videndum esse ne profusiones illae et insolentiae quibus multi addicti fuerunt a vobis deinceps retineantur. Quum potius malum ipsum quod ita iam inhaesit stimulare vos debeat ad remedium tanto studiosius requirendum. Eorum vero quae tam inordinate gesta sunt omnis apud vos sepelienda est memoria, nisi ut illis ingemiscendo a Deo veniam precemini, atque ab eiusmodi rebus serio pedem referatis. Quum vero facultas a Deo iam oblata sit, ut cum aliqua pace conveniatis in nomine ipsius, ad ipsius verbum audiendum, ad promovendam vestram fidem, ad vos in ipsius timore confirmandos per illa media quae in ecclesia ipse instituit: sic ad tanti beneficii usum legitime praestandum incumbite, ut aliquatenus etiam quae secus ante acciderunt, compensare studeatis. Optandum erat sane, ut omnes sese iisdem animis ad

filium Dei agnoscendum adiungi paterentur: sed quum illud sit decretum patris, ut exstet inter medios hostes filii regnum, sustinete patienter quod non sine moerore a vobis audiri potest. Interea vero ne pudeat adhaerere Domino cum perpetua demissione et humilitate, dum impii quasi victores passim exsultant. Ac si illud vos angit, quod ipsa coelestis veritas, quam omni rerum praesentium comparatione superiorem nobis esse oportet, ita despecta iaceat inter illos, vos ipsi operam date, ut errantes reducantur in viam. Ut eo perveniatis, vestro inprimis exemplo illos afficite, ut quod ad vos non accedunt pudorem ipsis afferat. Nominatim ut rectus ille ordo, qui soliditatis vestrae in Christum fidei fructus sit, exstet apud vos, cuius testimonio agnoscere cogantur Deum inter vos praesidere. Scitis hoc ipsos in ore habere, quod nihil aliud quam vagantem et effraenem licentiam invehere quaeramus. Ergo ipsis re ipsa commonstrandum est, nos non alio animo excussisse Antichristi iugum, quam ut Christi ipsius iugum admitteremus. Atqui res longe aliter se habet. Qui enim intolerabiles illas conscientiarum fidiculas in papatu sustinuerunt, quique horribilem illam animarum carnificinam tolerarunt tamdiu, nunc evangelium obtendunt ut anormes et exleges vivant. Sic istis accidit quod de falsis apostolis ad Corinthios querebatur Apostolus. Nempe, inquit, omnia illorum placide admittitis, et tantum non deosculamini, quum interea ad paternam obiurgationem servorum Dei ita refractarii sitis (2. Cor. 11, 20). Plerique autem hoc magis probarent, ut se quisque pro arbitrio gereret, quibus satis esse videretur, quod verbum Dei publice doceretur. Quasi vero perperam instituta sit a Domino in ipsius ecclesia disciplina, quae omnes in officio contineat. Atque ut familiari exemplo hoc constet: quaenam esset vita nostra et vigor, si anima ita corpori inesset, ut vel deessent nervi interea, vel officium non facerent? Sic omnino anima ecclesiae verbi auditione constat, ita ut etiam nervorum locum obtineat ordo et politia constituta apposite, ad bonum corporis illius habitum conservandum. Atque eo spectat illud Apostoli, quod Deus noster non sit autor seditionis sed pacis (1. Cor. 14, 33). Illud praeterea vel unum abunde esse oportuerat, ut nihil aliud obstaret nobis ne difflueremus ad malum: unum, inquam, ecclesiae reformatae nomen quod gerimus. Quod si quis hic timendum putat, ne sub regiminis spiritualis titulo species aliqua dominationis invehatur, aut ne ministri sibi plus quam licet tribuant et sua potestate abutantur: vestrum est ei rei prospicere, atque eam moderationem adhibere in iis quae apud vos his de rebus statuenda sunt, ut neque constringatur quisquam in sua vocatione, neque etiam fines legitimi transsiliantur. Adeoque ut illi ipsi, qui regendis aliis praesunt, arctioribus etiam disciplinae vinculis quam alii ex medio coetu contineantur. Summum igitur hoc est, quod a vobis per Dominum unice contendo, quantum et vos patris coelestis praesidio fovendos et ovium nativam docilitatem illi exhibendam a vobis exoptatis, ut mansueto animo admittatis, quidquid ipse praescribit, tum in vestram salutem, tum praesertim ut obstruatur os impiis, ne per illos vestra ulla occasione nomen ipsius blasphemetur. Dominus et pater misericordiarum complectatur vos suo praesidio, spiritu regat, atque omnibus suis bonis locupletet. Genevae, 31. Iulii 1563.

3998.

CALVINUS HENRICO NAVARRENO.

Dedicatio Commentarii in libros Mosis. [1])

(Ex editione principe. Genev. excud. Henr. Stephanus 1563 fol.)

Illustrissimo Principi Henrico duci Vindocinensi regni Navarrae haeredi Ioannes Calvinus.

Quod hunc meum laborem tibi dicare veritus non sum, illustrissime Princeps, ut sub tuo nomine in lucem exeat, si consilium in eo meum plerique reprehendant, nihil mihi novum vel inopinatum accidet. Obiicient enim ex hac inscriptione odium tibi conflari apud improbos qui iam plus satis tibi infesti sunt. Verum quando in hac tenera aetate [2]) *inter varios terrores et minas ea te animi magnitudine Deus instruxit ut nunquam a sincera et ingenua fidei professione fueris abductus, meo testimonio confirmari quod palam vis omnibus manifestum esse, quid tibi noceat non video. Quando itaque te evangelii Christi non pudet, iustam mihi fiduciae materiam dare visa est haec tua libertas ut tibi gratularer de tam felicibus exordiis, et in posterum ad invictam constantiam hortarer. Nam quod optimis quibusque naturis accidit, ut sint flexibiles, adulescentibus, usquedum magis compositi fuerint, commune est.*

Quod si quibus displiceat meum studium, modo nobilissimae Reginae matri tuae probetur (quod futu-

---

3998. 1) *Olim Genesin separatim editam principibus Saxonicis dicaverat* (*N.* 1991); *nunc ab illis Lutheranismi rigidissimi hyperaspistis se ad alium convertit, cui magna ex parte iisdem verbis totum Pentateuchum nuncupat. Quae nova praemisit aut addidit literis cursivis exprimendum curavimus.*

2) *Natus erat a. d. XVII. Cal. Oct. a.* 1550.

rum confido), tam iniqua eorum iudicia quam malignas obtrectationes despicere licebit: ego saltem nihil morabor. Unum forsan parum considerate a me factum est, quod eam non ante consului, ne quid nisi ex eius sententia et voluntate aggrederer. Verum huius quoque rei in promptu est excusatio. Equidem si incuria praeteriissem, non imprudentiae modo, sed temeritatis et arrogantiae me ipse damnarem. Verum quum prorsus desperassem de tam matura editione, eo quod me typographus in nundinas vernas reiiceret, festinandum certis de causis non putavi. Interea, dum alii vehementius et acrius instant, repente mihi nunciatur, quod pertinaciter mihi negatum fuerat, posse ante quindecim dies ad finem usque opus perduci. Ita mihi adempta praeter spem, neque tamen invito, petendae veniae facultas. Tametsi, quo propagandae Christi doctrinae puraeque fidei et pietatis desiderio flagrat praestantissima Regina, [3]) *de eius voluntate non admodum anxie laboro, quin hoc meum officium libenter amplexetur suoque patrocinio defendat. Quantopere a superstitionibus ac corruptelis, quibus foedata et inquinata fuit religio, aliena sit minime dissimulat. Ac inter turbulentas agitationes seriis documentis cognitum fuit plus quam virilem animum in foemina habitare. Atque utinam viros tandem pudefaciat, ac utilis aemulatio ipsos ad imitationem stimulet. Nam quum sibi adeo modeste temperaret, vix quisquam putasset plus quam violentos impetus ita placide sustinere et simul animose repellere. Et intestinis certaminibus quam serio Deus eam exercuerit, pauci sunt testes, in quibus ego unus.*

Tibi sane, illustrissime Princeps, melius quaerendum non est exemplum ut te ad solidam virtutum omnium effigiem formes: ad quem scopum ut aspires, contendas, enitaris, singulari modo te obstrictum esse cogita. Nam et heroica quae in te refulget indoles, si a te ipso degeneres, minus excusationis relinquit, et educatio, non vulgare excellentis naturae subsidium, instar est alterius vinculi ad te in officio retinendum. Nam ad castam disciplinam accessit liberalis institutio. [4]) *Iam tinctus literarum rudimentis non abiecisti, ut solent fere omnes, prae fastidio earum studium, sed in excolendo ingenio alacriter adhuc pergis.*

Quod autem hic liber nomini tuo inscriptus prodit in publicum, perinde valere cupio ac si Deus quasi iniecta manu de integro sibi te vendicet, quo liberius Christi discipulum profitearis. Et certe nullum abs te matri, reginae nunquam satis laudatae, obsequium continget gratius quam si te maiores in pietate assidue progressus facere audiat. Etsi autem aetatis tuae captum superant multa quae in hoc libro continentur, non tamen praepostere tibi legendum offero, et quidem ut in attenta eius lectione sedulo te exerceas. Nam quum adolescentes oblectet rerum veterum cognitio, mox ad eos annos pertinges, in quibus historia tam creationis mundi quam vetustissimae ecclesiae non minore cum fructu quam oblectatione te occupet. Et certe, si merito pravam hominum socordiam damnat Paulus, quia illustre gloriae Dei speculum, quod illis in mundi opificio assidue offertur, clausis oculis praetereunt, atque ita iniuste supprimunt veritatis lucem: non minus turpis ac pudenda fuit quae saeculis fere omnibus grassata est originis et creationis humani generis ignorantia. Et certe paulo post conditam Babylonem credibile est earum rerum memoriam obsolevisse, quas assiduo sermone agitari celebrarique decuerat. Nam quum profanis hominibus sua dispersio quaedam a puro Dei cultu emancipatio esset, curae illis non fuit, ad quascunque appellerent terrae plagas, quod de creato et instaurato mundo a patribus audierant secum deferre. Ita factum est ut nulla gens, exceptis tantum Abrahae posteris, vel ex quo fonte orta esset ipsa, vel quando coepisset esse universum hominum genus, duobus continuis annorum millibus sciverit. Nam quod libros Mosis Ptolemaeus tandem in graecam linguam vertendos curavit, laudabile magis quam fructuosum (tunc quidem temporis) fuit eius studium: quando lumen, quod e tenebris eruere conatus erat, nihilominus hominum incuria suffocatum delituit. Unde colligere promptum est, qui ad cognoscendum mundi opificem totos ingenii nervos intendere debuerant maligna potius impietate hoc captasse ut sponte caecutirent. Floruerunt interea liberales doctrinae, viguerunt praeclara ingenia, lucubrationes omne genus fuerunt editae, atqui de mundi conditi historia altum silentium. Quin summus philosophus, qui et acumine et eruditione reliquos omnes antecelluit, mundum aeternum esse disputans quidquid habebat solertiae huc applicuit ut Deum sua gloria fraudaret. Quanquam paulo religiosior fuit eius magister Plato, seque aliquo uberioris notitiae gustu imbutum ostendit: exigua tamen quae delibat veritatis principia tot figmentis corrumpit ac miscet ut magis noceat quam prosit fictitium illud docendi genus. Qui vero ad scribendas historias studium suum contulerunt, homines ingeniosi et literis expoliti, quum pleno ore iactent se ultimae vetustatis fore testes, antequam ad Davidis aetatem appellant, multa et turbida faece perfundunt suas lucubrationes: supra vero dum conscendunt immensam trahunt mendaciorum colluviem. Tantum abest ut ad prima mundi exordia sincero liquidoque narrationis contextu perveniant. Volentes autem nescisse quod non procul quaerendum erat, si modo ad verum discendum animos adiicere placuisset, claro documento sunt Aegyptii: quorum prae foribus quum accensa esset verbi Dei

3) *cf. N.* 8961.

4) *duce D. de la Gaucherie saepius iam laudato.* (*Muret, hist. de Jeanne d'Albret p.* 85.)

lampas, rerum a se gestarum (quindecim scilicet ante conditum mundum annorum millibus), putidas fabulas nullo pudore iactarunt. Nec minus puerile insulsumque Atheniensium commentum, qui se *αὐτόχθονας* gloriati, quum sibi disiunctam a reliquo genere humano originem assererent, barbaris quoque ipsis se fecerunt ridiculos. Quanquam autem omnes plus minus eodem ingratitudinis crimine fuerunt impliciti, eos deligere operae pretium putavi quorum eo minus excusabilis est error quo sibi inter alios omnes magis sapere visi sunt.

Sive autem universae quae olim fuerunt gentes velum sibi data opera obduxerint, sive illis sua tantum ignavia obstiterit, incomparabilis thesauri loco haberi meretur Mosis liber, qui saltem creationis mundi indubiam nobis fidem facit: qua sublata indigni sumus quos terra sustineat. Historiam diluvii, quae non minus formidabile in humano genere deleto divinae ultionis quam suave gratiae in eodem instaurato speculum continet, in praesentia omittam. Una haec utilitas inaestimabile libro pretium statuit, quod res apprime cognitu necessarias solus ostendit: quomodo post exitialem hominis lapsum ecclesiam sibi Deus adoptaverit: quisnam fuerit verus eius cultus, et quibus pietatis officiis se exercuerint sancti patres: quomodo pura religio hominum ignavia ad tempus collapsa quasi postliminio in statum integrum redierit: quando apud certum populum deposuerit Deus gratuitum aeternae salutis foedus: quomodo ex uno homine et sterili et caduco propeque semimortuo et (quemadmodum Isaias vocat) solitario, paulatim fluxerit exigua soboles, quae repente in multitudinem ingentem excrevit: quam inopinatis modis et extulerit et tutatus sit electam a se domum, licet inopem, omnibus praesidiis nudatam et ad quosvis aestus expositam [*quum eam*] [5]) multiplices hostium copiae undique cingerent.

Porro quam necessaria sit harum rerum cognitio ex suo quisque usu et experientia iudicium faciat. Videmus quam tumultuose papistae fallaci ecclesiae titulo simplices territent. A Mose depingitur genuina ecclesiae facies quae discussis illis praestigiis inanem metum eximat: fucati etiam splendoris pomparumque ostentatione in stultam sui admirationem rapiunt minus perspicaces, imo hebetant ac dementant. At si ad eas notas quibus ecclesiam designat Moses oculos convertimus, nihil amplius inanes larvae ad fallendum habebunt momenti. Saepe nos conturbat fereque exanimat eorum paucitas qui puram Dei doctrinam sequuntur, ac praesertim dum cernimus quam longe lateque regnum obtineant superstitiones. At quemadmodum olim Dei spiritus per os Isaiae prophetae Iudaeos ad rupem unde erant excisi respicere iubebat, ita eodem nunc quoque per Mosen nos revocans, quam perversum sit multitudine ecclesiam metiri, ac si in turba consisteret eius dignitas, admonet. Si quando minus floreat passim religio quam optandum sit, dissipetur piorum corpus, statusque ecclesiae bene compositus pessum eat, non modo labascunt nobis sed penitus diffluunt animi. Atqui dum in hac Mosis historia ecclesiae structura ex ruinis, collectio ex laceris frustis ac vastitate ostenditur, merito tale gratiae Dei specimen in bonam fiduciam erigere nos debet. Quando autem tanta est humani ingenii ad fingendos alienos cultus propensio, ne dicam lascivia, nihil nobis utilius quam regulam pure riteque colendi Dei a sanctis patriarchis petere, quorum pietatem hac praecipue nota designat Moses, quod ex solo Dei verbo pependerint. Quamlibet enim longum in externis caeremoniis sit discrimen, quod tamen inflexibile semper vigere debet utrisque est commune, ut religio ad solum Dei arbitrium nutumque formetur.

Nec me latet quanto uberior hic materia suppetat, et quantum infra eorum quae breviter attigi dignitatem subsidat mea oratio: sed quia opportunis locis alibi singula a me, quanquam non quo par erat splendore et ornatu, plenius tamen et copiosius tractata sunt, nunc mihi satis fuit breviter commonefacere pios lectores quantum operae pretium facturi sint si veteris ecclesiae exemplar, quale a Mose expressum est ad suos usus prudenter aptare discant. Et certe ideo nos sanctis patriarchis in spem eiusdem haereditatis Deus adiunxit, ut superata quae nos separat temporum distantia mutuo fidei et patientiae consensu eadem certamina obeamus.

Quo maiore odio digni sunt turbulenti quidam homines, qui nescio quo furiosi zeli oestro perciti ecclesiam nostrae aetatis plus satis dissipatam assidue discerpere conantur. Non loquor de professis hostibus qui aperta vi ad perdendum quidquid est piorum funditusque delendam eorum memoriam incumbunt, sed de morosis quibusdam evangelii professoribus qui non modo fovendis dissidiis novam subinde materiam suppeditant, sed pacem, quam pii doctique homines libenter colerent, sua inquietudine perturbant. [6]) Videmus ut inter papistas, quamvis capitalia inter se aliis in rebus certamina exerceant, maneat tamen scelerata contra evangelium conspiratio. Quam exiguus sit eorum numerus qui sinceram Christi doctrinam tenent, si cum ingentibus conferatur illorum copiis, dicere nihil attinet. In-

5) *Sic textum refingere conamur qui alioqui non sibi constat. Verum iam olim* (*N.* 1991) *eadem eius forma evidenter imperfecta occurrerat.*

6) *Hinc septem versus prioris textus omissi sunt.*

terea emergunt quasi e sinu nostro audaculi scriptores, qui non solum errorum nebulis sanae doctrinae lucem obscurant, vel pravis deliriis simplices dementant, ac minus exercitatos: sed profana dubitandi licentia totam religionem sibi convellere permittunt. Nam quasi putidis suis ironiis et cavillis genuinos Socratis discipulos se probent, nullum illis magis plausibile est axioma quam fidem esse liberam, ut liceat quavis de re ambigendo scripturam instar nasi cerei (ut loquuntur) flexibilem reddere. Itaque hoc proficient tandem qui illecebris novae huius academiae capti nunc dubiis speculationibus indulgent, ut semper discendo nunquam ad scientiam perveniant veritatis.[7])

Hactenus de historiae utilitate breviter quoad locus ferebat disserui. Porro ut legis doctrina, cuius obscuritas antehac multos deterruit, familiariter innotesceret, nescio quam dextre, certe fideliter, elaboravi. Erunt, non dubito, qui uberiorem locorum explicationem desiderent. Ego vero, qui natura prolixitatem fugio, duas ob causas in hoc opere fui restrictior. Nam quia isti quatuor libri iam sua longitudine quosdam deterrent, veritus sum ne, si in ipsis enucleandis liberius stilo indulgerem, plus accederet fastidii. Deinde quum in progressu de vita saepius desperaverim, succinctam expositionem dare malui quam mutilam relinquere. Videbunt tamen sinceri lectores sanoque iudicio praediti, sedulo me cavisse ne quid perplexum, ambiguum vel obscurum, astute aut negligenter praetermitterem. Quum ergo scrupulos omnes discutere conatus fuerim, non video cur de brevitate quispiam queratur, nisi forte tantum velit ex commentariis sapere. Atqui libenter patiar eiusmodi homines, quos nulla explere potest verbositas, alium sibi magistrum quaerere.

Quod si experiri libeat, re ipsa cognosces ac tibi credes verissimum esse quod praedico. Puer es: atqui Deus, quum reges proprium sibi legis volumen scribere iussisset, ab hac classe pium Iosiam non exemit: quin potius in puero nobilissimum exstare piae eruditionis specimen voluit, quod senum socordiam coargueret. Et tuum exemplum docet quantopere intersit a teneris assuescere. Nam ex radice, quam in te egerunt quae imbibisti religionis principia, non modo germen efflorescit sed propemodum maturitatem quandam spirat. Ergo ad eum qui tibi propositus est scopum infatigabili studio enitere. Neque te morentur vel conturbent nasuti homines, quibus minime videtur tempestivum pueros ad praecocem hanc (ut loquuntur) sapientiam vocari. Quid enim absurdius vel minus ferendum quam, ubi te circumsident omne genus corruptelae, hoc remedio arceri? Quum servos quoque vestros corrumpant aulicae delitiae, quanto summis principibus insidiae periculosiores, qui omnibus et lautitiis et delitiis ita affluunt ut mirum sit non in lasciviam prorsus diffluere? Nam certe naturae propemodum repugnat copiis voluptatum sine voluptate perfrui. Inter delitias vero illibatam manere castitatem quam difficile sit plus satis usu patet. Tu vero, illustrissime Princeps, quidquid ad voluptatum seminarium pullulat venenum puta. Nam si te iam demulceat quod continentiam et temperantiam suffocat, quid non adultus concupisceres? Asperior forte est haec sententia, magnam corporis curam esse magnam virtutis incuriam: verissime tamen ita loquutus est Cato. Hoc quoque paradoxum vix forte admittet communis vita: Maior sum et ad maiora genitus quam ut mancipium sim corporis mei, cuius contemptus certa est mea libertas. Facessat ergo immodicus rigor quo omnis iucunditas tollitur e vita: sed quam lubricus ex securitate et indulgentia ad proterviendi licentiam sit lapsus, nimis multa exempla demonstrant. Quanquam tibi non cum luxuria modo sed cum aliis compluribus vitiis bellandum erit. Tua comitate, modestia, verecundia nihil suavius: sed nullum est tam mansuetum ac compositum ingenium quod assentationibus inebriatum non ad feritatem et truculentiam degeneret. Iam quum innumeri adulatores totidem sint ad inflammandum variis libidinibus tuum animum flabella, quanto te ad cavendum acrius intendere convenit? Nec vero, dum te admoneo de aulicis blanditiis, aliud postulo quam ut moderatione instructus te inexpugnabilem praebeas. Vere enim ille: non esse in laude ponendum si quis Asiam nunquam viderit, verum summa laude dignum si quis pudice et continenter in Asia vixerit. Id quum assequi maxime sit optabile, facile compendium praescribit David, si modo imiteris eius exemplum, dum praecepta Dei suos consiliarios esse praedicat. Et certe quidquid aliunde consilii suggeratur, nisi hinc sapiendi facias exordium, evanescet. Superest itaque, generosissime Princeps, ut quod de sancto rege Ezechia apud Isaiam legitur subinde tibi in mentem recurrat. Praeclaras enim eius dotes enumerans propheta hoc maxime elogio eum commendat, quod thesaurus eius erit Dei timor. Vale, illustrissime Princeps. Deus te suo praesidio tueatur incolumem, donis spiritualibus magis ac magis exornet omnique benedictionum genere locupletet. Genevae pridie Calendas Augusti M. D. LXIII.

---

7) *Reliqua non iterum edita sunt.*

3999.

CALVINUS ET BEZA VIRETO.

De synodo Gallorum convocando et quibus modis a Rege aliquid obtineri possit. [1])

(Ex Codd. Genev. 107a, fol. 268 et 119, fol. 57 coll. c. Epp. Bern. VI. 1118 et Simleri Vol. 107. Prius illud exemplar subscriptum est: *D. Petro Vireto Calendis Augusti* 1563.)

Vix fieri aliter potuit quin synodum impedirent quibus nihil gratius est quam ecclesiarum dissipatio. Sperant enim, ubi cessaverint conventus, nos fore scopas dissolutas, et certe omnia statim diffluent ac improbi protervique homines in effraenem licentiam erumpent. Denique hoc artificio durius oppugnatur religio quam si palam saevirent hostes. Periculo itaque obviam eundum et omnia tentanda. Neque tamen censemus ante habendam esse synodum quam impetrata a Rege fuerit venia. Nihil autem ut in re perplexa utilius visum est, quam supplicem libellum Regi offerre, cuius formulam scripsimus, ut inde sumatis quod visum fuerit, si vobis probabitur nostrum consilium. Ubi vestram modestiam cognoverint aulici et parendi facilitatem, quamvis non flectantur, saltem retinebitur eorum crudelitas, ne noceant. Simul ac de vestra sententia facti erimus certiores, adiuvabimus quantum in nobis erit et speramus aliquid tandem posse obtineri. Porro quia in multis locis exortae sunt lites, gliscunt dissidia, petulanter ferociunt, quaedam ecclesiae pastores pro libidine sibi accersunt vel repudiant, denique infinita negotiorum congeries in hanc synodum reiecta erat: venit nobis in mentem una ratio, ut a vobis pauci eligantur, qui huc veniant et si non possint controversias omnes dirimere, saltem provideant ne graviorem iacturam accipiant ecclesiae, si nulla cognitio interposita fuerit. Sumerent autem a singulis ecclesiis breves commentarios, reversi postea rescriberent quid actum esset: nam si quid agatur sub regis ditione erit calumniis obnoxium. Vos igitur expendite quid maxime expediat. Vale, eximie vir et integerrime frater. Symmystae omnes nostri te et fratres plurimum salutant. Dominus vobis adsit. Genevae Calendis Augusti. [2])

Fratres tui et symmystae
Ioannes Calvinus
Theodorus Beza.

3999. 1) *cf. N.* 3993 *et sequentem.*
2) *quae sequitur supplicatio ad Regem, si quid videmus, Calvini opus est, de quo hic loquitur. In supplementis reperies aliud Genevensium scriptum ad eandem synodum pertinens.*

4000.

REQUÊTE DES MINISTRES FRANÇAIS.

Ils demandent la permission de tenir des synodes.

(Bibliothèque de Genève. Carton 197aa.)

Au Roy et a son Conseil.

Supplient treshumblement les ministres de la parole de Dieu et les deputez et eglises reformees de vostre royaulme assemblez en la ville de Lion iusques au nombre de [1]) pour tenir le Synode qui avoit este assigne il y a desia ung an passe Comme ainsy soit quilz pensassent que vostre maieste, Sire, ne trouveroit point maulvais quilz continuassent a faire ce quilz ont acoustume par cydevant. Mais aians entendu ce que Mr. le Conte *de Sault* vostre Lieutenant provincial en ce pais nous a declare quil ne vous venoit point a gre et ne iugiez point expediend pour ceste heure que ledict Synode se tint, actendu que les troubles ne son pas encores bien appaisez du tout Nous desirans vous obeir comme voz treshumble subiectz et mesmes puis quil vous a pleu de vostre grace nous tenir en vostre protection avec liberte danoncer la pure parole de Dieu et administrer les sacremens, nous sentans par cela tant plus obligez a ne rien faire ny attenter qui desplaise a vostre maiesté, nous sommes incontinent deportes de poursuyvre plus oultre, mesmes avons contremande ceulx qui debvoient venir afin quil ne semblat point que nous pretendissions contrevenir oblicquement a la deffence faicte par vostre maieste. Cependant nous avons advise, Sire, de vous presenter ceste requeste, esperans quant vous et vostre conseil, aians entendu les remonstrances qui y sont contenues, non seulement vous nous laccorderez mais desirerez que ceste ordre davoir des Sinodes soit observe comme il est necessaire pour le bien public de vostre royaulme et le repos de voz subiectz. Vous scavez, Sire, que les . . . . . [2]) ne sont iamais si bien reduictz quilz naient besoing destre tenus en bride. Les uns seroient trop hardis a entreprendre, les aultres meneront vie dissolue, les aultres esmouveroient troubles et contentions, les aultres feroient bandes a part. Beaucoup derreurs pourroient pulluler, il se commectroit de grans abus, lesquelles choses nameneroient pas seulement scandalles mais

---

4000. 1) *Le nombre est laissé en blanc Comp. N.* 3993. *Le Synode commença le* 10. *Août et ne fut troublé en aucune façon.* (*Aymon* I. 22.)
2) *mot douteux* (proces?).

des confusions beaucoup ausquelles il seroit difficile de remedier. Or puis que le remede ne peult estre que par le moien dun Sinode annuel Vous pourrez voir, Sire, vous et vostre conseil, que cest une chose plus que requise. Car cest pour entretenir les eglises en bonne concorde et union, reprimer toute temerite et audace, empescher que beaucoup de faulses doctrines ne se sement, quil ne se face plusieurs sectes et pourvoir a ce que chacun se gouverne paisiblement et en son degre. Nous scavons bien, Sire, que voz iuges et officiers doibvent tenir la main a telles choses, et quen vostre authorite ilz doibvent punir les delinquans, et aussy nous nentendons pas empescher le cours de vostre iustice en facon que ce soit. Mais il est impossible que voz officiers viennent a bout de pourvoir a ce que nous avons recite cy dessus tellement quil ny a plus grant soulagement pour eulx que quant nous aurons les Sinodes pour censurer et corriger noz vices. Que si on se doubte que nous traictions daultres affaires ou que nous attentions rien en preiudice de vostre iustice, quil vous plaise, Sire, ordonner de voz officiers telz que bon vous semblera qui y soient presens iusques a ce quil y soit . . . . [3]) pourveu que les choses soient plus tranquilles et que vous serez bien informe, Sire, de toute la facon et procedure que nous tenons. Et ce faisant vous nous obligerez de plus en plus a prier que pour la prosperite de vostre estat royal de vous estre tant plus affectionnes subiects et serviteurs, et procurer que tous ceulx que nous enseignons facent le semblable, et cependant pourverrez au repoz de vostre royaulme, prevenans les dangers que nous avons notez cy dessus et sur tout que voz pais ne soient infectez de meschantes sectes et pernicieuses.

4001.

CALVIN ET BÈZE A COLIGNY.

Affaire de l'impression du Mémoire apologétique. Jugement sur les procédés du Cardinal de Chastillon. Regrets au sujet de l'absence de Coligny de la cour. [1])

(Autographe de Bèse, Bibl. nat. Coll. de Béthune Vol. 8702. al. 8193, f. 76. — Bonnet II. 528. Trad. angl. IV. 328.)

A Monseigneur Monseigneur ladmiral.

Monseigneur, ayant receu voz lettres par le Seigneur de *Verac*, nous avons bien aperceu qu'il y avoit eu de l'erreur, quant a l'impression de vostre response. Mais l'excuse en est bien aisee de nostre costé. Car ayant entendu que la copie que vous envoyastes povoit estre desia publiee, et ainsy que la diversité eust esté trouvee maulvaise, combien que l'advertissement vinst bien tard, toutefoys nous supersedasmes iusques a ce qu'il vinst lettres de vous, ausquelles vous n'en faisiez nulle difficulté, et ainsy nous pensasmes que vostre intention estoit que nous deussions passer plus oultre, ce que nous fismes. Or depuis l'arrivee du Seigneur de *Verac*, nous n'avons peu mieulx faire que de mettre ordre et diligence a faire translater la dicte response en Latin et en allemand. D'imprimer en francois la copie qu'il nous a aportee, il nous a semblé que le meilleur estoit de différer iusques au retour de nostre messager. Maintenant nous ne fauldrons a diligenter, que vous soyez satisfaict le plus tost qu'il sera possible. Il y a un aultre mal, que desia une partie de la premiere impression estoit vendue: le reste sera tenu serré.

Il nous fait bien mal que le voyage de Monsieur le Conte [2]) ayt esté retardé, pource qu'il estoit a desirer qu'il arrivast bien tost a la Court. Mais nous voyons bien qu'il a eu bonne raison de ce faire, tant pour ne se point hasarder, que pour sonder les affections qui povoyent estre cachees. Si la response est telle que nous desirons, elle servira beaucoup a la seureté tant de luy que de vous, et vous donnera ouverture pour prendre conseil plus certain.

---

3) *mot illisible.*

4001. 1) Poltrot avait déclaré dans ses premiers interrogatoires avoir reçu de l'argent de Coligny pour assassiner le duc de Guise; il dénonça en même temps Soubise, La Rochefoucauld et Bèze. Mais il révoqua toutes ces accusations avant, pendant et après la question et même au moment du supplice. La protestation de Coligny (12. Mars) est empreinte du cachet de la plus complète sincérité. Il ne cache nullement sa haine contre Guise; il ne dissimule pas la joie qu'il éprouve de sa mort; il déclare que depuis le fait de Vassy il l'a tenu pour ennemi public de Dieu, du roi et du repos du royaume. Il confesse que depuis ce temps-là, quand il a ouy dire à quelqu'un que s'il pouvoit il tueroit le duc, il ne l'en a destourné; mais sur sa vie et sur son honneur, il ne se trouvera que jamais il ait recherché ni sollicité quelqu'un à ce faire, ni de paroles ni d'argent, directement ni indirectement. Quant aux 20 écus que Poltrot avait dit avoir reçu de lui, c'est qu'il délibéra de l'employer comme espion . . . . . . Il s'était retiré à Chastillon sur Loing pour se soustraire à la vengeance dont le menaçaient les Guises. C'est là qu'il rédigea sa seconde déclaration du 5. May (*Hist. eccl.* II. *passim*) *cf. N.* 3981. 3983.

2) François, comte de La Rochefoucauld, prince de Marcillac, un des principaux chefs du parti protestant. Incriminé, comme l'amiral, puis disculpé dans les dépositions de Poltrot, il fut enveloppé avec lui dans le massacre de la Saint-Barthélemy (*Bonnet*). *Il avait épousé en secondes noces Charlotte de Roye soeur de la princesse de Condé, et nièce de Coligny.*

Touchant le bonnet rouge,[3]) nous savons bien que ce n'est pas chose de telle importance que beaucoup la font, mais vous savez, Monsieur, qu'il n'est pas en nous de l'absouldre du tout, ny de prendre la defense de sa cause: comme de nostre part nous ne pouvons pas en saine conscience l'exempter, qu'il n'y ayt quelque infirmité en cest endroict. Ce sera bien assez, ce nous semble, si aulcuns s'en offensent par trop, de moderer leur zele et rabatre ceulx qui l'escarmoucheroyent: tellement que sans l'approuver nous monstrions que le faict est supportable, et que pour cela on ne doit pas laisser de l'avoir en telle estime qu'il merite. Quant à vous, Monsieur, nous remercions Dieu de ce que vous estes resolu, si tost que Monsr. le Conte, apres estre arrivé en Court, vous aura mandé qu'il n'y fait pas trop maulvais, de vous acheminer. Car on a cognu par vostre absence, combien il eust esté profitable que vous y fussiez tousiours demouré, et mesme il semble que tout doibve aller de mal en pis, si Dieu n'y pourvoit bientost, ce que nous esperons qu'il fera par vostre moyen. Ainsy estant persuadez qu'il vous a reservez a cest usage, nous vous prions, Monsieur, tant qu'il nous est possible, de ne laisser passer la moindre occasion que ce soit. Car vostre face, quoy qu'il en soyt, estonnera voz ennemis.

Touchant l'alliance, nous remettons a un aultre temps a vous en mander, pource qu'aussy bien n'en pourriez vous rien entamer a cest'heure.

Monseigneur, apres nous estre humblement recommandez a vostre bonne grace, nous suplions le pere celeste vous tenir en sa protection, vous fortifier de sa vertu, et vous accroistre en toute prosperité. De Geneve, ce cinquiesme d'Aoust.[4])

Vos humbles serviteurs,[5])

Iehan Calvin
Theodore de Besze.

3) *Allusion à Odet de Coligny, cardinal de Châtillon. Il a déjà été dit qu'il embrassa ouvertement la réforme en* 1561 *et renonça à ses dignités ecclésiastiques. Mais ayant été déposé solennellement le* 31. *Mars* 1563 *et cité devant l'Inquisition, il reprit les insignes du cardinalat pour montrer son mépris de l'autorité papale. Il parut dans ce costume le* 17. *Août au lit de justice à Rouen où Charles IX. se déclara majeur. Le* 1r *déc.* 1564 *il se maria en habit de Cardinal avec Elisabeth de Hauteville. (Haag.* III. 373.) *Calvin évidemment ne pouvait approuver de pareils procédés.*
4) *Le traducteur Anglais a mis le* 5. *Juillet.*
5) *Autographe de Calvin.*

4002.

CALVIN A COLIGNY.

Post-scriptum, ou supplément de la lettre précédente.

(Autographe. Bibl. nat., même Vol. fol. 77. Bonnet II. 531.)

A Monseigneur Monsieur Ladmiral.

Monseigneur ie vous escrivy dernierement[1]) a la haste des lettres deffroy, comme iestois saisy de grande destresse. Laffaire est celluy que vous avez devine. Or ie ne doubtois pas, combien que vous feussiez sollicite, que vous auriez eu la prudence de vous y gouverner si dextrement quil ny auroit que redire. Toutesfois ce scrupule me rongeoit le cueur, comme si vous neussiez prevenu, vos ennemis eussent prins occasion de faire grandes crieries. Ceste creinte doncq mavoit esmeu a vous advertir que la venue de lhome ne pourroit estre secrete et qu'on presumeroit merveilles si de vostre coste vous ne descouvriez ce qui seroit expedient pour vous exempter de toute calomnie. Or, Monseigneur, comme vous avez peu recueillir combien vostre reputation mest precieuse, aussi ie ne doubte pas que vous naiez bien prins le tout. Ce pendant ie loue Dieu que vous aviez bien proveu a tout ce que ie desirois.

Monseigneur, apres m'estre de rechef humblement recommande a vostre bonne grace ie supplie nostre Dieu et pere vous guider, maintenir et augmenter en toutes ses richesses spirituelles. Ce mesme iour.

Iavois tellement despeche la lettre que nul nen avoit rien sceu: tellement que monsieur de Beze sest esbahy de ce quil nentendoit pas. Iavois aussi oublie a vous dire, Monseigneur, que nostre frere *des Gallars*[2]) est icy attendant response de vous. C'est monsieur *de Saules*.

Vostre humble serviteur,

Iehan Calvin.

4002.1) *Allusion à une lettre perdue, et non à la précédente.*
2) *N.* 3969.

4003.

CALVIN A MADAME DE COLIGNY.

Après une grave maladie de la dame.

(Copie ancienne Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 164 Vol. 119, f. 59. Berne F. 57. Bonnet II. 532. Trad. angl. IV. 331.)

A Madame Ladmiralle.

Madame, ce que ma lettre vous fust envoiee sans y avoir mis le nom nadvint pas tant par ma sottise ou nonchallance, que par la trop grande hatifveté de Monsieur *de Beze*, lequel les print de moy estant malade, et sans regarder sil y avoit nom ou dacte du iour il les ferma et mit au pacquet. Mais cest bien assez que vous aiez devine de qui elles estoient venues car ma main ny eust gueres adiouste de grace. Tant y a quune aultre fois ie y veilleray de plus pres. Au reste, Madame, ie rens graces a Dieu de ce quil vous a remise en convalescence dun mal qui estoit bien a craindre comme mortel. Combien que ie naye point este en soucy pour ce danger particulier. Toutesfois ie nay point laissé davoir eu memoire de vous, car cest bien raison que tant Monseigneur ladmiral que vous soiez recommandez a tous vrais serviteurs de Dieu, au nombre desquelz iespere davoir lieu combien que ien sois plus que indigne. Vous scavez, Madame, comment il nous fault faire nostre profit tant des chastimens que nous recevons de la main de ce bon pere, que du secours quil nous donne en temps opportun. Il est certain que toutes maladies non seulement nous doibvent humilier en nous mectant devant noz yeulx nostre fragileté, mais aussy nous faire entrer en nous mesmes afin quaians congnu nos pouvretés, nous aions tout nostre refuge a sa misericorde. Il y a aussy quelles nous doibvent servir de medecines pour nous purger des affections de ce monde, et retrencher ce qui est superflu en nous, et puis quelles nous sont messages de mort, nous debvons apprendre davoir ung pied levé pour desloger quant il plaira a Dieu. Ce pendant il nous faict gouster sa bonte, toutes fois et quantes quil nous en delivre, comme ce pendant il vous a este utile, Madame, de congnoistre le danger ou vous estiez, et dont il vous a delivree. Il reste que vous concluiez avec St. Paul, Quant nous avons este retirez de plusieurs mors par sa main, quil nous en retirera encores a ladvenir. Et ainsy prenez tant plus de courage pour vous emploier a son service, comme vous considerez tresbien que cest pour cela quil vous a reservee. Je suis tres ioyeux que Monseigneur ladmiral se delibere d'aller en cour a la premiere occasion qui soffrira. Jespere que ce voiage servira beaucoup et en diverses sortes, comme nous prierons Dieu aussy quil face prosperer * en voiage.

Madame, apres mestre humblement recommande à vostre bonne grace, ie supplieray nostre Dieu et pere vous tenir tousiours en sa garde, vous enrichir de ses dons spirituels, vous conduire tousiours afin que son nom soit glorifie en vous. De Geneve, ce 5 daoust 1563.

4004.

BULLINGERUS BEZAE.

Libellus Colignaei apologeticus Germanice vertitur. Sulzeri Lutheranismus suspectus.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 8.)

Clarissimo viro D. Th. Bezae Genevensis ecclesiae fidelissimo ministro domino colendissimo et fratri carissimo.

S. D. Iam nunc tuas una cum *Calvini* nostri literas accipio quibus certior fieri cupis quid *Gualtherus* et ego instituamus de libro Gallico nobis misso quem cupitis in nostram converti linguam et imprimi. [1]) Caeterum Michael ille *Cunerus* [2]) alioqui optimus in itinere haesit diutius propter infirmitatem corporis. Proinde hisce demum diebus librum nobis tradidit. Accepit hunc D. Georgius *Cellarius* et conabitur reddere. Cum *Froschovero* colloquuti sumus qui non difficilem se nobis praebuit, modo mature satis vertatur. Ego urgeo. Nam scitis usque ad nundinas paucos superesse dies quibus imprimere possunt typographi. Nobis ista res cordi erit et diligentiae nostrae nihil deerit.

Revalui utcunque, sed torpor membrorum occupat corpus sentioque et capitis et stomachi dolores perpetuos. Faciat Dominus quod bonum est in oculis eius.

Tigurum, Berna et Schaffhusium indigne ferunt quod *Sulcerus* et *Coccius* in compositione Argentoratensi subscripsit * Confessioni et Apologiae Augustanae. [3]) Iam enim nunc fama oberrat, Basi-

4004. 1) *N.* 3981. 3994. 3995.

2) Ennerus? *nomen lectu difficillimum.*

3) 3936. 3956. 3957. 3968. *Ruchat* VI. 564: Soulzer ayant souscrit avec les pacificateurs à Strasbourg la conf. d'A. etc. on le trouva très mauvais en Suisse. Etant allé à Berne on le fit venir devant le conseil qui lui en fit des reproches. Zurich Berne et Schaffhouse en écrivirent aux seigneurs de Bâle et leur firent de graves remontrances pour les exhorter à demeurer unis avec eux en la foi. Les Bâlois firent réimprimer leur confession de 1536 et obligèrent tous leurs

lienses se seiunxisse ab aliis Helvetiae urbibus et recepisse Lutheri doctrinam in coena. Consultarunt ea de re urbes. In ipsa consultatione Bernam venit *Sulcerus*. Vocatus in senatum et rogatus quid egerit Argentinae, respondit acta contineri deposita apud senatum Basileae. Ideo scriptum est Basileam et postulata acta. Responderunt Basilienses nulla se habere acta et a *Sulcero* audisse tantum relationem de dissidio praedestinationis composito. Urbes, quum certo norint illum subscripsisse, amplius quid facto opus sit consultant. Quidquid evenerit scribam primo quoque tempore. *Sulcerus* egregius est tergiversator. Dicitur libros Pauli *Eberi* (in quo nominatim *Calvinus* vituperatur)[4]) et Martini *Kemnitzii*[5]) suis commendare etc.

Plura non possum: festinat tabellio. Salvus sit D. *Calvinus*, D. *Ionvilleus* et fratres omnes. Vale. Omnes nostri vos salutant. 8. Augusti 1563.

Bullingerus tuissimus.

4005.

IONVILLAEUS BULLINGERO.

Autor ei est ut Calvini exemplum sequutus epistolas per amanuenses scribi curat.

(Ex Cod. Epp. Tom. 24, nunc Plut. VI. Vol. 166. Arch. Turic. fol. 284. — Simler. Vol. 107.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae fido pastori et mihi plurimum observando. Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

Non erat, vir ornatissime, quod tu ipse manu propria ad me scriberes: plus quam satis fuisset, si quis alius ex amicis praestitisset. Et certe mihi dolet quum video te aegrotum nihilominus scribere, quod sine labore et taedio a te fieri non potest. Ego quidem ante aliquot annos, quum viderem D. *Calvinum* assidue in scribendis literis prope obrui, nec uti amanuensis opera, rogavi ut tandem sibi parceret, et addidi non minus gratas fore eius literas alterius manu descriptas, modo sua manu obsignaret: respondit se vereri, ne quispiam male interpretaretur, vel putaret se negligi, nisi ipsemet scriberet. Tum excepi, quod ad rem facere mihi videbatur. Denique passus est tandem se vinci, ut nunc aliorum opera utatur. Haec paulo prolixius tibi narravi, clarissime vir, ut intelligas, quantopere cupiam, ut sanitatem tuam diligenter tuearis ac iuves. Scio quam saepe tibi scribendum sit et ad quam multos. Consultissimum igitur fuerit meo iudicio, si posthac habeas, qui te onere gravissimo sublevet et excipiat, quidquid scriptum voles. Quod ut facias obnixe rogo, ac spero te hoc modo longe melius habiturum. — — — — — — — — — — — — Genevae 10. Augusti 1563.

Carol. Ionvillaeus tui observantiss.

4006.

BEZA GRATAROLO.

Testes sibi et testimonia expetit quorum ope in Castellionem tutius impetum faciat.

(Ex Tomo III. Tractatuum theol. p. 257.)

Mi *Gratarole*, gratiam tibi habeo pro tua ista in me benevolentia rogoque ut, si quo modo fieri possit, id mihi praestes de quo postremis tuis literis ad me scripsisti, ut tempestive respondeam. Ab illo sane nihil mihi metuo, imo cupidissime hanc occasionem amplectar improbissimi hominis[1]) nominatim appellandi, quod adhuc facere nolui ne omnem ei resipiscentiae spem viderer praeclusisse. Verum hoc amabo rescribe si quam fecero in mea responsione mentionem *Bellii* et Theologiae Germanicae,[2]) et ille se eorum librorum autorem infitietur, num id possim ita secure affirmare ut, si necesse fuerit, testibus etiam aut idoneis argumentis convinci possit.[3]) Nam de re ipsa, id est, quin revera libros illos ac praesertim praefationem Bellianam ediderit non dubito, sed videndum nobis est ut non tantum detegatur iste verum etiam convincatur, ut tandem omnes norint quae sit sancti istius viri conscientia. — — — — — — — — — —
xi. Augusti.

---

ecclésiastiques de la signer. Soulzer penchoit assez ouvertement vers le luthéranisme et on l'accusoit de vouloir introduire la C. d'A. à Bâle, mais n'étant pas le plus fort il signa comme les autres. Ainsi cet orage fut calmé.

4) *N.* 3957. 3968.

5) *Chemnitzius Brunsvigensium concionator fuit inde ab a.* 1554, *serio Lutheranus non tamen ex fanaticis.*

4006. 1) *Castellionis.*

2) *a Castellione in latinum conversae* 1557.

3) *Ergo hucusque ultro et sine iusta causa quasi Bellius ipse fuerit suspectum habuerunt et talem publice traduxerunt.*

4007.

CALVINUS BULLINGERO.

Novissima refert quae ex Gallia accepit, de bello, de rebus aulae et procerum tam amicorum quam adversariorum, de synodo Lugdunensi, de piis in Provincia caeti. Dedicatio Ieremiae iam facta erat quum accepit consilium contrarium.

(Cod. Genev. 107ª, fol. 269. Cod. 108, fol. 158, Bern. VI. 1120. Simler. Vol. 107.)

S. Si interdum leviora quaedam scribo, non vereor ne id tibi displiceat, quando nihil aliud mihi propositum est quam tibi obtemperare. Portum Gratiae deditione receptum esse a Gallis, [1]) iam nisi fallor audistis. Praesidium suo arbitrio Galli in turri locaverant. Dati quoque erant obsides donec Angli relicto oppido in patriam redirent. Conditio apposita fuit ut naves et arma utrinque redderentur. Sed postea scriptum fuit eos pactis satisfecisse. Pax igitur in Normannia, nisi Regina *Angliae* ultro bellum inferat, quod minime probabile est. Nunc quando a metu secura est *Regina* brevi animum suum deteget. Certum est hactenus eius perfidia hostes nostros tantum ausos fuisse ut Regis edicta palam repudient, in quibus dictandis liberalis est erga nos Cancellarius qui ex animo nobis favet. Sed clandestinis Reginae artibus quidquid in consilio bene decretum est eluditur. Forte animum eius flectet uxor comitis *Cursolii* [2]) quae antehac pro arbitrio huc et illuc eam traxit. Est autem animosa mulier quae possessione dominii non facile cedet. Nihil non promittit, aliquid facturam spero. Simul ac Cardinalis *Castilionensis* fratri *Admiraldo* indicaverit, nihil in aula esse periculi, simul se coniungent. Ipse quidem *Admiraldus* nobis scripsit, se ad serios conatus paratum esse, a principe [3]) nihil sperandum, non tantum quia mollis est ac ignavus, sed quia fatuus et in voluptates pudendas prorsus diffluit. *Genlius* [4]) qui occultis proditionibus eum perdidit et turpiter demum transfugit in castra hostium, summis est in delitiis. Frater eius qui Bituriges prodidit, multis fidelissimis amicis praefertur. *Nemorsus* [5]) perinde familiaris est ac si nunquam fuisset apertus hostis: modo se volutet in gremiis scortorum, regem se putat. Quod tamen de concilio Tridentino apud vos iactatur vanum est. [6]) Neque enim fatetur se a religione descivisse. Indicta erat Lugduni synodus [7]) quam Rex suo edicto peragi vetuit. In causa est praefectus, vir probus alioqui, sed nimium timidus, qui dum sibi privatim cavere vult rem totam discussit. Consilium dedimus fratribus quod putavimus esse utile. Ubi de sua sententia nos fecerint certiores, summa contentione nitemur novam indictionem impetrare. Provinciales adhuc sunt in armis. In Delphinatu et lingua Oscitana res tranquillae, quin etiam ex sacrificis et monachis multi testati sunt se missam non expetere. Ita quum nemo prohibeat, relinquunt tamen templa vacua.

Sero mihi redditae sunt tuae literae quibus monebas ne *Palatino* meas in Ieremiam praelectiones dicarem. [8]) Res enim iam erat transacta. Consilium satis tempestive a *Gasparo* [9]) nostro petieram. Nescio qui factum sit ut non responderit. Caeterum si qua erit offensio facile diluetur, nec magnopere laboro quum gratiam non captaverim. Vale, clarissime vir et mihi observande frater. Dominus te incolumem servet laboresque tuos benedicat. Collegis omnibus plurimam salutem. Genevae 12. Augusti 1563.

Ioannes Calvinus tuus.

4008.

OSTROROGIUS BULLINGERO.

Ex itinere per Helvetiam, ubi etiam cum Calvino conversatus est. [1])

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Scrin. B. Epp. Tom. 25, fol. 243.)

4007. 1) *N.* 3994. *de Thou* III. 418.
2) *N.* 3948.
3) *Condaeo.*
4) François de Hangest Sr. de Genlis mourut sans enfans et fut le dernier de cette illustre maison. (*Le Laboureur Add. aux mém. de Castelnau* I. 367.) — *Castelnau* I. 117: Quelques uns des Huguenots se retirerent au camp du Roy, entre autres Genlis lequel avoit tousjours esté serviteur de la maison de Guise. A demy malcontent de Condé et de l'Admiral, il s'en alla avec le mot du guet. Davaret qui refusa de l'accompagner rapporta cette nouvelle qui estonna fort le Prince, lequel fit soudain changer le mot, combien que Genlis asseurast Davaret qu'il ne feroit rien contre eux ny changeroit de religion. (*De Thou* III. 361. *Hist. eccl.* II. 216. 445.)
5) *Brantome, hommes ill. éd. Buchon* I. 407: Ce prince fut en son temps un des plus parfaits et accomplis gentilshommes, fort aymé de tout le monde et principallement des dames, desquelles (au moins d'aucunes) il en a tiré des faveurs et bonnes fortunes plus qu'il n'en vouloit.
6) *Cf. Bullingerum N.* 3968.
7) *N.* 3993. 3999.
8) *N.* 3992.
9) *Oleviano.*

4008. 1) *N.* 3992. *Videtur filius fuisse Comitis Iacobi, iam olim Crucigeri et Stancari patroni, qui postea cum uxore Barbara Stadnicia fratribus Bohemis se adiunxit, Georgium Israelem aliosque ministros in suam ditionem accersivit et praefectus maioris Poloniae obiit a. d. V. Cal. Apr.* 1568. (*Regenvolsc.* 106 *et passim. Salig.* II. 585. 667.)

Reverendo viro, pietate et singulari eruditione praestanti D. Heinrycho Bullingero, ecclesiae Dei Tigurinae pastori vigilantissimo domino et patri in Christo observandissimo.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Iter id quod a me hoc tempore susceptum erat iam Dei beneficio magna ex parte emensus sum. — — — — — — — — — Ut Bernae ea quae visu erant digna conspicere possemus tuae ad virum optimum D. *Hallerum* effecerunt literae. Quid autem dicam de D. *Calvino*, *Beza*, *Ionvillaeo* et aliis qui ut primum tuam agnoverunt manum, protinus suam nobis obtulerunt operam. Quanquam sane D. *Calvinus* adeo erat occupatus ut vix pauca quaedam nobiscum conferre potuerit: id ipsum tamen quod contulit adeo gratum est ut vix quidquam amplius. Geneva deinde post triduum Basileam versus per Soloturnum discessimus, hucque die II. huius mensis pervenimus. Iamque id quod restat itineris brevi Deo volente conficiemus. — — — — — — — — — — — —
Vale. Datae Basileae 14. Augusti 1563.

Tuus ex animo totus
Venceslaus ab Ostrorog.

4009.

BULLINGERUS CALVINO.

Nova ex Gallia. Colignaei apologia translata edetur. Dux Christophorus de Lutheranismo Gallis obtrudendo satagit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 516. — Simler. Vol. 106. Inscriptio desideratur.)

S. D. Incredibilis et intoleranda est Pagorum nostrorum [1]) insolentia. Victorias suas in Gallia partas ad astra usque evehunt. Gallos illos haereticos factos, fortes alioqui, Germanos item equites, et iam Anglorum gentem indomitam fugarunt, fuderunt et vicerunt, inquiunt, nostri milites, licet pauci sunt numero: unde claret, religionem vel fidem nostram, quam defendere et in Gallia incolumem conservare satagimus, veram et victricem esse fidem, requirique a nobis ut illam putidam haeresim ubique et in omnibus haereticis persequamur, neque unquam tam victoriosam fidem deseramus etc. Proinde rem fecisti nobis omnibus gratissimam qui significaris ultimis tuis literis regem deditione Portum gratiae recepisse. Ideoque gratias agimus tibi pro literis illis 12 huius mensis scriptis. Studiosi illi mature reddiderunt. Possumus ex illis respondere iis quos Pagi vana sua iactatione dementare conantur. Atque utinam describat aliquando *Ionvillaeus* noster omnem historiam recuperationis illius paulo copiosius. Fama enim est plures utrinque ante deditionem occubuisse, multos etiam ex militibus Helveticis.

Froschoverus iunior accepit responsionem *Admiraldi* ad confessa *Pultroti* et promisit se impressurum, si non in hac urbe, saltem alibi. [2]) Sero tamen satis absolvit illam interpres. Ubi exempla accepero, unum et alterum ad vos mittam. Quod autem praeterita aestate futurum dixi, id iam factum esse denuncio. Dixi principem *Wirtembergensem* diligenter laborare ut aliquibus in Gallia *Brentii* doctrinam de coena et ubiquitate obtrudat atque commendet. Iam vero in haec verba scribit Tubinga amicus quidam: Princeps paucis ante diebus hic fuit, duxit secum principem quendam Lituanum admodum puerum, [3]) quem aiunt Argentinae operam literis daturum. Inter coenandum dixit *Wirtembergensis* se vehementer mirari quod Zwinglianis inter alia de coena dogmata id maxime videatur absurdum quod Deus esse dicitur in omni herba, saxo atque etiam in diabolo. Adfuit tunc quoque tuus ille *Brentius*, qui dicitur novum contra te librum scribere, aut etiam iam absolvisse. Catechesis Brentiana, [4]) de qua hac aestate tibi scripsi, iam dudum et versa est in gallicam et impressa. Exemplaria ad unum omnia iussu Principis ad ipsum sunt missa, eorumque circiter 200 in hac civitate colligata, quae missa sunt in Galliam. Submittentur et plura alia impensis Principis. Conatur his modis omnibus crassam illam *Lutheri* doctrinam de coena contra *Zuinglium*, *Oecolampadium* et *Calvinum* in Gallicas invehere ecclesias. Utinam conatus illius inanes redeant, et ne dissidium aliquod excitet in Gallia quod cursum evangelii ut in Germania impediat etc.

Haec ex Tubinga. Putavi autem ex officio meo esse hoc tibi serio et mature indicare, ut pro tua vigilantia et prudentia pravis obvies conatibus. Praeterea quod scribam in praesentia non habeo. Omnes nostri te una cum tuis omnibus salvere

---

4009. 1) *catholicorum*.

2) Gasp. de Coligny warhafftige bestendige Verantwortung und Widerlegung aller Puncten welche Johann v. Poltrot, so den Hertzogen von Guyss vor Orleans erschossen, soll bekennt haben. Auss d. Frans. 1563. 4.

3) Radzivilii filium ut puto (*Simler*, *ex Lasitii ep. ad Bull. d. d. Non. Sept.*).

4) *N.* 3956.

iubent. Singulariter autem *Ionvilleum* nostrum humanissime salutabis. Vale aeternum. Dominus te nobis diu incolumem servet. Tiguri 22. Augusti 1563.

Tuus Bullingerus.

4010.

GRINDALLUS ZANCHIO.

Rogatus quid de subscriptione eius Augustanae facta iudicet, se Calvini iudicium suum facere testatur, timet vero ut vel illa adversarii contenti sint futuri.

(Ex Zanchii Opp. Tom. VIII. P. II. p. 140.)

S. D. Quod tam copiose ad me de dissidii vestri compositione scripsisti, clarissime D. Doctor *Zanchi*, gratias ago: quod autem petis, ut meam aliorumque amicorum tuorum sententiam ea de re perscribam, id hoc tempore plene praestare non potui. Amici enim illi tui, quos nominasti, Londino iam diu abfuere propter pestem ibi grassantem. Quod ad me attinet, tantum tribuo pietati ac prudentiae tuae, ut de omnibus actionibus tuis bene sentiam. Accedit etiam (uti ais) D. *Calvini* calculus, qui subscriptionem tuam, cum illis conditionibus et exceptionibus approbavit, quod me multum confirmat. Nam illius iudicio multum soleo tribuere. Hoc unum metuo, ne priores adversarii, nisi tu tibi in istis controversiis silentium prorsus indixeris (quod hoc tempore, quum veritas a quibusdam libris editis oppugnatur, durum esset) ex hac compositione gradum sibi struant ad novas turbas excitandas, ac tum simplicem subscriptionem, quae literis consignata est, urgeant: exceptiones vero illas et protestationes, quae viva voce tantum factae sunt, non agnoscant. Sed de futuris incertum est iudicium: ea igitur Domino commendemus, qui tibi etiam (non dubito) os et sapientiam dabit, cui non poterunt resistere adversarii veritatis. Vale in Domino quam optime. Ex suburbano meo Iubalmiensi ad ripam Thamensis 23. August. 1563.

Tuus in Christo
Edmundus Grindallus
Episcopus Londinensis.

4011.

WOLPHIUS LISMANINO.

De turbis dogmaticis in Polonia ita disserit ut facile intelligat aliquis ipsum Lismaninum a Turicensibus non omnino absolvi.

(Ex apographo Bibl. civ. Turic. F. 41, olim Epp. Vol. VI. fol. 508 v. — Simler. Vol. 108.)

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

— Quod de libertate et progressibus doctrinae evangelicae scribis [1]) pergratum perque iucundum cognitu fuit: sed rursus triste et acerbum illud, quod eorum qui profitentur evangelium factionibus id tantopere impediatur. Quae culpa ab iis qui inde ad nos scribunt [2]) omnis in *Blandratam* et *Gentilem* coniicitur. Hos enim scribunt blasphemos Arrii errores isthic suscitasse. Ac quanquam *Blandrata* sit astutior et certe ut fertur venenum suum tegat, tamen ex eius propositionibus quid sentiat non obscure colligitur. Quae etiam prius Genevae erroris eius indicia praebuerit, *Calvinus, Bullingerus* et alii dudum indicarunt. Tuque eos hoc ipso solum offendisti, quod ei locum in ecclesia dedisse diceris. Qua de re D. *Tretius* tibi coram plura commemorabit. [3]) Cum eo copias tuas adversus hoc hominum genus ut coniungas te vehementer etiam atque etiam rogo, ne et damnum maius detur ecclesiae et turpis contumeliae nota doctrinae bonae inuratur. Cur non potius symbolis priscis statur? Cur non usitatae phrases retinentur? Cur non posita et in aliud tempus commodius dilata rei illius exquisitione, papatus potius coniunctis copiis expugnatur? Ac si *Stancarus* negotium facessat ecclesiae, non opus est nobis adversus hunc armis Arrii. Qua de re pluribus ad te verbis antea scripsi — — — — — — — — Tiguri 23. Augusti.

Ioannes Wolphius tuus.

4011. 1) *Scripserat m. Maio ut colliges ex ep. Nov. 23.*
2) *Sarnicius maxime, fortassis etiam Threcius.*
3) *Hunc Lismaninum convenisse dubium est, si epistolam supra laudatam perpenderis.*

4012.

BULLINGERUS CALVINO.

Anxius est propter statum rerum in Gallia quo novum militem mittunt Pagi catholici.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 458. — Simler Vol. 108.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae ministro fideli domino meo colendo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. De *Brentii* et *Ducis* eius conatibus librisque in Galliam missis monui tuam pietatem proximis meis literis. Nunc valde sum anxius propter fratres in Gallia, ne quid eis accidat adversi. Lucernae enim in vicinia nostra novus conscribitur miles in Galliam ducendus. Multi metuunt lanienam parari fidelibus. Multi aiunt recrudescere bellum Gallo-Anglicum. Sunt qui dicunt, Regem Lugdunum venturum. [1]) Ego quid sit minime cogitare, nedum dicere possum. Moneo saltem mature, quod miles Lucernae conscribitur. Tu pro tua vigilantia fac ne hoc ignorent viri primores in Gallia, et illi quos haec scire refert. Si frustra anxius sum, condona hoc mihi: ego certe Galliae ecclesias amo, et has monere non desinam, amabo perpetuo. Bene vale. Tiguri 27. Augusti 1563. Festinantissime.

Tuus Bullingerus.

Salutant te fratres et symmystae omnes. Saluta D. *Besam*, D. *Ionvilleum*, et caeteros.

4013.

CALVIN A MADAME DE SENINGHEN. [1])

Exhortations à la constance dans la foi évangélique.

(Ancienne Copie. Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 165. — Vol. 115a, fol. 13; Berne F. 60; Ruchat VII. 405; Bonnet II. 584; Trad. angl. IV. 332.)

A Madame la Comtesse de Seniguan.

Madame, combien que ie ne vous aie point escript iusques icy, ce n'a point esté faulte de bonne devotion de memploier a vous faire service, et aussy que ie naye eu memoire de vous envers Dieu, comme ie suis oblige. Mais daultant que les lettres ne vous peuvent point apporter grant profit, ioinct que mon frere Monsieur *de Beze* satisfesoit assez pour nous deux, ie men suis deporté. Mais en la fin craignant de faillir à mon debvoir, ie nay point voulu differer plus long temps.

Or, Madame, ie remercie Dieu en premier lieu de la constance qu'il vous a donnee pour ne point estre esbranlee de quelques troubles qu'il y ait eu en France, mais quen perseverant vous avez monstre que vostre foy estoit bien fondee et avoit pris vive racine pour demourer immuable. Il reste de prendre aussy courage a ladvenir, car encores qu'il ny ait point de si rudes assaulx quon les a veus, le diable a beaucoup de moiens pour destourner les enfans de Dieu du bon chemin, et ne fussent que les mauvais exemples qui les environnent de tous costez, plusieurs sont volages, aucuns de tout prophanes. Les uns se refroidissent, les aultres sont delicatz, les aultres s'abandonnent à mener vie dissolue. Bref tout est plain de scandalles. D'aultant plus donc avez vous besoing, Madame, de vous tenir sur voz gardes et vous fortiffier, tellement que vous soiez comme ung miroir pour ramener au bon chemin ceulx qui sont en train de sesgarer.

Cependant a ce que ientens, Dieu vous exerce pour vous faire praticquer que cest de patience, remectant vostre vie entre ses mains, daultant que vous estes fort debille et affligee de beaucoup de maladies, dont iay aussy ma part, pour estre en mesme praticque. Mais quoy qu'il en soit, nous avons bien a nous contenter quen languissant nous sommes soustenuz par la vigueur de l'esprit de Dieu. Et au reste que si ceste loge corruptible va en decadence, nous scavons que nous serons restaurez en brief pour ung bon coup et à perpetuite. Quoy quil en soit, nous avons occasion de mieulx congnoistre que vault l'evangile, quant il ny a point de repos ni contentement pour nous en ce monde.

4012. 1) *Imo Rotomagum se contulit ibique a. d. XVI. Cal. Sept. in solenni coetu (lit de justice) se in suam tutelam venisse declaravit simulque edictum pacis confirmavit et sub poena capitis omnes arma deponere iussit Parisienses. Ergo pro tempore sine causa suspiciones istas circumferebantur.*

4013. 1) *Françoise d'Amboise, épouse de Charles de Croy, comte de Seninghen (Senigan, Seneghen, Mém. de Condé* II. 84), *mère d'Antoine de Croy, prince de Porcien. Le connétable de Montmorency, sous prétexte de la fuite du duc d'Arschot, son parent, lui avait intenté un procès et l'avait fait emprisonner. Lorsqu'il eut été fait prisonnier à St. Quentin, les Guise, plutôt par haine pour lui que par affection pour elle, profitèrent de l'occasion pour la consoler et la soulager dans ses malheurs. Elle mourut en* 1566 (*de Thou* III. 759. *Hist. eccl.* II. 235).

Madame, apres mestre humblement recommande a vostre bonne grace, je supplieray nostre bon Dieu vous fortiffier de sa vertu, vous avoir en sa protection, et vous accroistre en tout bien et prosperité. De Geneve, ce 28me d'aoust 1563.

4014.

CALVINUS ZANCHO.

Discessum eius praevidens quo modo puero cuidam sibi concredito prospicere optime poterit exponit.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi P. II. p. 154.)

Tempestive accidit ut te balbus disertum redderet. [1]) Necesse enim fuit quod tibi extorsit ingenue semel profiteri. Qualiscunque sequetur eventus, non est tamen cur te importuni hominis vel proterviae vel versutiae obviam ivisse poeniteat, ne de oppressa veritate triumphum ageret, quod certum est ex silentio tuo captasse. Interea si infeliciter successerit, scholae olim florentissimae dissipatio me angit. Sed nostrum est, ubi officio perfuncti sumus, Dei consilio acquiescere. *Holbrachum* etiam nostrum quod simul aggressus est, quo insolentius se iactat, sua superbia, ut spero, praeceps agetur. Quod tibi migrandum erit, puero quem educas, ego et *Beza* prospectum vehementer cupimus: loquor de filio D. *Moisii*, [2]) quem pater vestrarum turbarum ignarus nuper nobis commendavit. Et eius rogatu, quamvis res apud vos tranquillae essent, eramus ad te scripturi. Vir est integer ac cordatus, generoso animo et pro suis in ecclesiam officiis dignus cui studia sua pii omnes impendant. Ergo si isthinc discedas, puerum negligere nefas nobis esset. Nihil autem melius reperimus, quam ut Heidelbergam mittas ad *Immanuelem*, vel Tigurum tecum [3]) deducas, et apud *Gualtherum* nostrum deponas, qui libenter hanc curam suscipiet. Nihil patri gratius fore spondemus quam si consilio nostro obtemperes. Vale, eximie vir et mihi colende frater. D. *Sturmio* et *Holbracho* multam salutem precor. Quia videtur regina ad fovendas nostras ecclesias serio animum adiicere: si pergat, respirabimus. Dominus te incolumem servet, spiritu suo gubernet, virtute fulciat. Genevae 4. Cal. Septemb. 1563.

4014. 1) *Alludit ad ea quae ipse Z. narraverat N.* 3971. 3972. 3990. *Quem vero balbum dicat, utrum Speccerum an alium id definire non ausimus.*
2) *de Mouy* (*N.* 3990).
3) *Mense Novembri Zancus Clavennam se contulit, Aug. Mainardi successor.*

4015.

CALVINUS SARNICIO.

Ad Blandratam ergo nunc Lismaninus quoque transiit. Quem novo scripto sigillatim refutare si susciperet operae pretium se facturum non putat.

(Ad manus erant praeter antiquissimum Ionvillaei exemplar in Cod. Genev. 107a, fol. 271, recentiora Cod. Genev. 119, fol. 58, Cod. Paris. Dupuy 102 fol. 26, Cod. Bernensis Epp. T. VI. 1119 et Simleri Vol. 108.)

Eximio et fideli Christi servo D. Stanislao Sarnicio fratri et symmystae mihi colendo.

S. Ergo hoc tempus est seriae probationis: Deus ita ubique habenas Satanae laxat. De lugubri Galliae nostrae statu vix audeo verba facere. Nam post innumeras strages, urbium direptiones et promiscua latrocinia hostes evangelii non minus petulanter quam ab initio saevire pergunt. Quaesita fuit pacificandi ratio, sed regis autoritas a multis spernitur, nec finis apparet donec armis cohibita fuerit atque adeo subacta adversae partis rabies. Interea per totam Germaniam turbas concitant homines importuni ut puram doctrinam adulterent.

Apud vos, postquam *Stancarus* nullum non movit lapidem ut omnia turbaret, ex opposito emersit *Blandrata*, qui primum religionis fundamentum convelleret. Nec vero miratus sum, hominem non tantum pravo sed perdito ingenio apud vos, ubi plus est licentiae, idem moliri quod hic quoque tentaverat. Verum ubi ex literis tuis cognovi magnam hominum turbam ab illa furia repente abreptam esse, vehementer fui perculsus. Nuper quum mihi oblata esset tabula quaedam, [1]) in qua Christus fiebat adventitius nescio quis deus, Admonitionem scripseram, [2]) quae iam ut spero ad vos pervenit. Nunc, ut gliscenti in dies malo aliquid remedii afferre iterum studerem, sancta tua exhortatione adductus sum. Utinam non infructuosus sit labor! Quod autem tam acriter contendis ut stilum contra *Lismaninum* stringam, [3]) ignosce, colende frater, si voto tuo

4015. 1) *Greg. Pauli* (*Heberle in Tüb. ZS.* 1840, p. 182).
2) *Opp.* IX. 633. *Prolegg. sliz. cf. N.* 3914.
3) *Talia in N.* 3938 *non leguntur. An recentior aliqua intercidit?*

non protinus obsequar. Pridem, quia mihi suspectus erat, serio denunciavi apertum me hostem fore si *Blandratam* foveret. Perfidiose respondit, se ab eius erroribus esse alienissimum. Fefellit, ut video: nec vero tunc aliter iudicavi. Verum quia de *Blandrata* publice et privatim libere professus eram quod opus erat, putavi me officio esse defunctum, quia idem iudicium ad omnes eius asseclas patebat. Parum vero humaniter mecum agis, dum mihi praestandum censes quidquid delinquit *Lismaninus*, quia commendatione mea ornatus ad vos venerit.[4]) Quasi vero non hic ostentasset magnifica encomia quibus eum Poloni usque in coelum extulerant. Quum ad vos reverti in animo haberet, et miro promovendi evangelii zelo se flagrare simularet, fratres hortatus sum ut eum amice amplecterentur, qui pro sua autoritate futurus esset utilis adiutor. Verum quando hanc legem mihi praescribis, posthac in commendandis hominibus parcior ero et cautior, atque ut in eo laudando liberalior fuerim, cur non vestrae potius experientiae quam verbis meis creditis? Scio te aliorum causa id postulare, sed nemo tam caecus est qui non videat, damnato *Blandrata* simul involvi *Lismaninum*, ut supervacuum sit hominem relicta causa vexari. Quin potius tibi et aliis persuasum esse cupio, me cum impietate magis congredi quam adversus ipsas personas confligere. Nec dubito quin ultro ad hunc affectum sis propensus: sed quia saepe contentio caliginem obducit, obsecro te, mi frater, ad oppugnandum diabolicum errorem totis nervis enitere. Si se opposuerit *Lismaninus*, viriliter eius insaniae resistendum erit. Si clandestinis artibus se occultet, Deus brevi eius fraudes protrahet in lucem. Vale, eximie vir et frater mihi ex animo colende. Dominus tibi semper adsit, spiritu prudentiae gubernet laboresque tuos benedicat. Genevae.[5])

4) *Vide epp. ad Polonos scriptas m. Dec.* 1555.

5) *De tempore scriptae epistolae haec habe. Aliquamdiu post Martium et pacificationis edictum exaratam esse patet. Videtur maxime respicere literas Thretii N.* 3932. *Simlerus de m. Augusto cogitavit, quem nos sequuti sumus quamvis non omnino confidenter, et si tu minus recentem putaveris non obloquemur.*

4016.

CALVIN A SASSENAGE.

Cette lettre n'est qu'un post-scriptum à celle du 8 Juillet, laquelle, à ce qu'il paraît, n'avait pas été expédiée. [1])

(Copie Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 161. v. Vol. 115ᵃ, fol. 12. Berne F. 55. Bonnet II. 536.)

Monsieur, j'ay recouvré ceste lettre laquelle ie pensois que eussiez receue. Depuis quelle fust escripte, nous avions trouvé ung homme lequel vous eust esté propre au iugement de toute la compaignie, et daultant que nous pensions que vous le deussiez envoier querir incontinent, vous lavions exhorté de se tenir prest, ce quil a faict. Cependant nous avons bien entendu que vous desiriez quil eust patience iusques à la my aoust. En la fin iay receu voz lettres par lesquelles vous mandez que le messager a charge de l'emmener. Mais ie ne sçay comment il sest faict que nul nest venu de par vous, et combien quon nous ait dict que celuy que vous nous aviez envoie, soit retourne, le tout a esté si confus quil a semblé a la compaignie demploier ailleurs ou il y avoit necessité urgente celuy qui vous estoit assigné, asçavoir à la ville de Beziers. Ainsi, Monsieur, il vous plaira mexcuser, si iay actendu et differe iusques à ce que ieusse de voz nouvelles plus certaines.

Monsieur, apres etc. De Geneve ce 6. septembre 1563.

4017.

ZANCUS BULLINGERO.

In eo est ut Argentorato valedicat, eversa ecclesia Gallicana et schola exsultantibus adversariis tradita.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi p. 127.)

Brevi, ut spero, videbo vos, optime pater *Bullingere*. Quid senatus responderit legato ecclesiae Clavennensis audies ex ipso. Exsultant adversarii, tristantur amici. Ego ago gratias Deo quod tandem me hinc, ubi nihil amplius poteram ecclesiae Christi prodesse, eripiat, et eo ubi spero ope-

4016. 1) *Elle est écrite sur le même feuillet que le N.* 3977. *En bas on lit:* A Monsieur le Conte.

ram et ministerium meum haud fore infructuosum vocari. Saltem inde potero causam bonam, quae oppressa hic fuit annos duos cum dimidio, cum aedificatione ecclesiae tueri. Reliqua coram. Dominus Iesus te diu incolumem nobis servet. O miseram Christi ecclesiam quae subinde veteribus et optimis patribus et doctoribus orbatur, a novis vero imperitis ac furiosis hominibus invaditur, dilaniatur. Misereatur Deus sui populi. Amen. Quanto dolore conficiar quod in tali statu hanc relinquam scholam, imo totam civitatem, eversa etiam ecclesia Gallicana, quae annos circiter triginta puram hic retinuit doctrinam ac religionem, tu melius potes cogitare quam ego verbis exprimere. Vale igitur in Domino et meo nomine saluta fratres, D. *Iosiam* et reliquos omnes. Argentinae 7. Septemb. 1563.

4018.

CALVINUS BULLINGERO.

A Quinquepagicis non est quod sibi et suis metuat, etiam Lutheranismus Gallis frustra obtrudetur. Interim puer Carolus veniam aetatis impetravit et altera ex parte Turicenses minime solliciti videntur quoad periculum Genevensibus a Sabaudo imminens.

(Ex autographo Ionvillaei in Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 166, olim Epp. Tom. 24, fol. 53. Inscriptio desideratur sed subscriptio Calvini adest. Apographa habes antiquius in Cod. Gen. 107a, fol. 269 v. recentiora in Cod. 108, fol 134 et 158 v. item in Cod. Bern. VI. 1121. VII. p. 116 et ap. Simlerum Vol. 108. Vers. angl. IV. 334.)

S. Quod se vicini vestri[1]) insolenter efferunt ac iactant, miror eiusmodi naeniis vos moveri, quae potius spernendae ac pro nihilo ducendae erant. Nam ubi sua illa stratagemata ediderint nescitur in tota Gallia. Duo vexilla Aureliae locata sunt in praesidio. Quosdam ex illis somnolentos nostri expergefecerunt, verum absque sanguine. Hactenus illic quieti sederunt, nunc uvis ingurgitandis strenue incumbunt, non secus ac turdi famelici. Qui in obsidione Portus Gratiae fuere superiore clade[2]) admoniti ut sibi caverent non progressi sunt ad iactum telorum. Galli, qui fuerant audaciores, acriter sunt repulsi, et quum fossas duxissent emissa fuit magna vis aquarum ab Anglis quae eos circumveniret. Magna igitur strages fuit edita. Ex eo tempore bombardis duntaxat pugnatum fuit donec pulvis deficeret. Quod quum Anglos lateret ad deditionem sunt compulsi. Nunc bellum recrudescere certum est. Ultro enim et citro captivi tenentur legati contra ius gentium. En cur res suas gestas vicini vestri ebuccinent.

A copiis quas nunc Lucernae conscribi admones nostri sibi non metuunt. Quid enim si contra hostes armentur? Nam Regis consilio displicuit milites in Germania ipsorum sumptibus colligi, et illis severe interdictum ne pergant. Detecta etiam fuit scelesta conspiratio quae eorum autoritatem infringet. Interea summa contentione *Regina* de filii maioritate certat.[3]) Vixdum annum decimum tertium egressus est, se tamen ipse maiorem pronunciavit in curia Rothomagensi, idque de sententia matris et procerum, in quibus primus numeratur frater dux *Aurelianensis*, puer annorum undecim. Vides quo ludibrii reciderit antiquus regni illius splendor. Parisienses decretum illud repudiant[4]) et merito. Nam quum septem sint supremae curiae in Gallia, sex nonnisi ad ius dicendum creatae sunt. Sola autem Parisiensis olim quae ad universum regni statum spectabant tractare solita est. Quanquam si quid ratione fieret tres ordines vocandi erant. Quidquid sit, Rex invita natura maior fiet, nec aliunde quam a se ipso veniam aetatis impetrabit, quam aliis concedere in arbitrio principis esse leges docent. Ubi fuerit urbem ingressus populi tumultuantis insaniam compescere propositum est. *Connestabilis* edictum, quo data est ecclesiis nostris libertas et securitas promissa, pertinaciter defendit ac debere vigere censet.[5])

De Augustana confessione[6]) causam non video cur tantopere simus anxii: frustra enim obtrudetur, quia neque eam quisquam ex papistis admittit, nostri vero strenue reiicient. Ne quid tamen detrimenti ex nostra incuria contingat operam dedimus et porro dabimus. Sed quid vos interea?[7]) Privatim

---

4018. 1) *Cantones catholici.*

2) *Siti, peste et tormentis bellicis ad deditionem coacti fuerant Angli.* (*Hist. des choses mém.* p. 289; *Mém. de Condé* IV. 560; *Popelinière* I. 366; *de Thou* III. 418.)

3) *Cf. N.* 4012. *Mém. de Condé* IV. 574; *Languet* II. 258.

4) *Mém. de Condé* IV. 582 *sqq.*

5) *Ibid.* IV. 319 *exstat eius epistola de hac re scripta.*

6) *N.* 4009.

7) *N.* 3956. *Languet d. d.* 15. *Sept.* (II. 261): Ex quo Sabaudus restitutus est in suam ditionem celebrati sunt plures conventus ad componendas controversias inter ipsum et Bernates et plurimum in ea re laborarunt Helvetii. Postremo Bernates (*declararunt*) se constituisse nihil prorsus restituere Sabaudo quum toties recusarit non iniquas conditiones a se propositas. Antequam autem id responsi darent convocarant ordines suae ditionis et ex iis percontati erant quid vellent restitui. Qui quum omnes respondissent se nolle quidquam restitui, Bernates dixerunt verendum esse ne Sabaudus conetur sibi adempta armis repetere et propterea monuerunt eos ut diligenter de ea re cogitarent nec in magistratum culpam

sibi pro more suo consulit senatus vester, ac omnibus aliis perditis suam ditionem fore salvam putat. Ignosce si asperius loquor, quia hactenus ne minimum quidem signum dedit eius sollicitudinis quam temporum necessitas flagitabat. Queruntur certe Bernates in consultationibus nunquam apparuisse studium aliquod publicae salutis. Hodie, si *Sabaudo* reddantur tres praefecturae, undique obsessi procul ab auxilio facile opprimemur. Neque enim contentus hac parte erit *Sabaudus*, sed eam recipere non dubitat quo melior sit bellandi conditio. Etsi autem in extremum discrimen adducti sumus, non tamen postulo nos respici, sed tantum communis periculi haberi rationem. Iterum ignosce: donec aliter se gerant vestri homines, nihilo magis quam stipites eos malis nostris affici credam. Sed Deus ita nos destitui ab hominibus patitur, ut discamus mentes nostras ad ipsum dirigere et in eo habere defixas. Vale, ornatissime vir et mihi honorande frater. Dominus te diu servet incolumem, spiritu suo regere pergat laboresque tuos benedicere. Salutem multam precor omnibus collegis. Genevae 9. Septembris 1563.

Iohannes Calvinus tuus.

Ionvillaeus tuus reverenter
et ex animo te salutat.

4019.

BEZA BULLINGERO.

Gualteri translatio apologiae pro Admiralio. Ipsius libelli contra Balduinum et Castalionem. Brentii Catechismus. Helvetii milites in Gallia, et alia eodem pertinentia.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 168.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando Tigurinae ecclesiae pastori.

Tiguri.

Tandem mihi redditae sunt tuae literae [1]) quas 8 Augusti ad me dederas. Gratiam tibi habeo et observando nostro fratri *Gualtero* de libelli illius translatione, quam scio fore *Amiralio* gratissimam. Quidquid in ea sumptuum factum erit, ubi me certiorem feceris, resarcietur. Gaudeo te meliuscule valere et Dominum rogo ut te totum nobis restituat. Iam ereptus nobis est vir ille incomparabilis D. *Martyr*. Subsequutus est D. *Musculus*. [2]) Utinam nos respiciat Dominus in suis organis, quae quam rara sint nunquam nisi illis amissis sentiemus. *Calvinus* noster a calculo liberatus ad tempus, iam totum mensem cum podagra luctatur, ita afflicto corpusculo ut nunquam illum aspiciam (aspicio autem quotidie) quin consolatione egeam.

Subscriptoris illius, [3]) de quo ad me scribis, impudentiam non possum satis mirari. Utrum enim turpius est vel subscripsisse ei doctrinae quam nemo paene ignorat ipsum clam semper fovisse, an vero aliis suasisse quod ipse non probet? Sed mihi magis etiam displicet nostrorum tarditas. Quid enim hic longo consilio opus est quum de scelere satis constet? Et quod ad me attinet, nunquam illum existimo haec ausurum fuisse, nisi sibi tempestive de remedio prospexisset. Ac proinde vix quidquam unquam aliud accidisse puto in his regionibus quod minus dissimulari debeat aut maiori contentione sit urgendum: quoniam alioqui ita serpet malum ut brevi nullum remedium patiatur.

Scripsi his diebus tumultuarie duas responsiones, unam adversus perditissimum apostatam *Balduinum*, [4]) qui nunc in Flandria ecclesias a fundamentis eruit, alterum ad *Castellionis* accusationes. [5]) Utramque ad te mitto, sed illam inprimis depravatissime excusam. Tu leges quum libebit. Ibi videbis quod monstrum tamdiu aluerint Basilienses fratres, quibus hanc ipsam ob causam responsum meum dicavi, ut tandem intelligant quid cum sua ista mollitie proficiant. Nam si haec monstra in nostris visceribus fovere diutius constitutum est, nemo non videt quorsum sit res evasura.

Quod de Brentiano catechismo [6]) monuisti recte fecisti, mi pater, et paternam tuam in Gallicas ecclesias benevolentiam pro tuo more testatus es. De qua tibi, sicuti par est, omnium nomine gratiam habeo. Rogandus est Dominus inprimis ne satanicis istis furoribus aditus patefiat. Nos sedulo fratres admonuimus. Et hoc tibi audeo Dei benignitate fretus polliceri, mi pater, vix aut ne vix quidem inventurum illum in Gallicis ecclesiis, non

---

reiicerent si inde bellum oriretur. Sed omnes responderunt se semper paratos fore ad propulsandam vim si quam conetur Sabaudus inferre. *Cf. Ruchat* VII. 17 *seqq.*

4019. 1) *N.* 4004.

2) *Obiit Bernae a. d. III. Cal. Sept. annum agens sextum supra sexagesimum.*

3) *Sulzeri.*

4) Responsio ad Fr. Balduini Ecebolii apostatae calumnias. Gen. 1563. 12. (*Tract. theol.* II. 199. *Heveling p.* 39.)

5) *N.* 3976.

6) *N.* 4009.

tantum christianis sed etiam papisticis, qui Eutychianum illud dogma non sit execraturus. Tantum metuendum est a quibusdam aulicis, qui fortassis hanc occasionem arripient ut puerum regem in nos quasi omnibus execrabiles incitent, et a circulatoribus quibusdam monachis, qui quoniam a veris pastoribus arcentur passim iam obambulant, ut in tanta pastorum raritate in gregem Domini invadant. Sed tamen omnino spero istos quoque Satanae conatus irritos fore, et sedulo vigilabimus ne quid per negligentiam peccetur.

Caeterum quae nunc nobis ex Gallia nunciantur haec sunt: Aiunt omnino fore ut edictum obtineat. Rhotomagi sancita est regis pubertas.[7]) Inde igitur rex, iam suo iure utens, Lutetiam extremo mense proficiscebatur, cum peditum decem millibus et equitum circiter duobus: ubi speramus fore ut omnia componat, et inde fertur regnum cum copiis peragraturus. Sed puer est, dices. Fateor, quam multa sint metuenda video. Sed in summa quamvis etiam tyrannidem puto tolerabiliorem ἀναρχίᾳ. Dominus providebit. Magna adhuc multis locis confusio. Varii rumores de perniciosissima coniuratione feruntur. Bellum inter Gallum et Anglum iam exardescit. Quid futurum sit Deus solus novit. Interea constitutum est pastoribus pergere et omnia Deo committere.

Lucernae cogi novum militem[8]) mirum non est, quum nec bellum illud administrari nec rebelles compesci absque externis copiis possint, paucissimi autem ex vetere illo Helvetico exercitu supersint. Itaque quum legerem quod ad *Calvinum* nostrum de illorum fastu scripsisti, venit mihi in mentem vernaculi cuiusdam nostri proverbii, natos esse superbos ad verbera. Vicerint, mi pater, vicerint isti quantum volent. Sed ut pestem et alia flagella omittam, hoc tibi possum oculatus testis affirmare, in illo nostro proelio restitisse quidem illos fortiter, sed ita fuisse a nostris equitibus ruptos, caesos, attritos, ut vel ipsi diabolo potuerint misericordiam movere.[9]) Utinam ergo, si quiescere nolunt, nuquam felicioribus victoriis potiantur. *Guisiani* iam feruntur in aulam ivisse ut a Rege petant ius sibi adversus *Amiralium* dici.[10]) Hoc, ut spero, nunquam recusabit *Amiralius*, et si iure certetur facilis erit controversiae decisio. Sin minus, non dubium est quin magni tumultus exoriantur, quos utinam Dominus ita moderetur ut sint hostibus suis exitio et omnibus servis Dei consolationem et refrigerium afferant. Certe nisi funditus eversa illa maledicta familia Galliam vix quieturam spero. Quidquid audierimus statim ad te perscribemus. Bene vale, mi pater, et valetudinem cura. Dominus Iesus te conservet et sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. D. *Gualterum*, D. *Simlerum*, D. *Lavaterum*, D. *Gesnerum*, omnes denique mihi colendissimos fratres et symmystas qui istic sunt cupio meo nomine quam officiosissime salutari. Genevae 9. Septemb.

Tuus Beza.

---

7) *De his rebus saepius in praecedentibus. In collectione documentorum quae inscribitur Mémoires de Condé Tom. IV. plures habes Regis et Reginae literas tam ad Parlamentum quam ad Connestabilem scriptas de illo edicto promulgando* (p. 311 *seqq.* 553). *Cf. Languet Epp.* II. 254.
8) *N.* 4009. 4018.
9) *N.* 3887. *Baum* II. *App.* 198 *ss. Hist. eccl.* II. 240: L'abatis des Suisses fut merveilleux desquels furent tués 17 Capitaines.
10) *Languet d. d.* 4. *Sept. p.* 257: Agitur per quosdam, et praecipue per viduam Ferrariensem matrem Guisiae, de componenda controversia inter Guisios et Castillionaeos .... *Idem d. d.* 15. *Sept. p.* 262: Tota familia Guisiaca est in hac urbe stipata satis magno satellitio. Petunt a rege ut iudicium instituat de autoribus caedis Guisii. Sed nescio an haec satis civiliter petant tam multis stipati. Castillionaei dicunt primum instituendum iudicium de caede patrata in oppido Vassy, et praeterea recusant iudicium senatus huius urbis. Quod antea fecit Condaeus et impetravit ut de suis et suorum controversiis cognosceret senatus ille quem Magnum Consilium nominant. Card. Castillionaeus fortiter agit in aula suam et fratrum causam. *Documenta huc pertinentia exstant in Mém. de Condé* IV. 667. 493. *Cf. Journal de Bruslart ibid.* I. 136.

4020.

CALVINUS BULLINGERO.

Sulzerus lutheranizans urgendus ut aperte suam sententiam declaret. Etiam Argentorati ecclesiola Gallicana oppressa. Polonorum vero ipsum iam taedet.

(Ex autographo Ionvillaei Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 105, olim Scrin. B. Epp. Tom. 1, fol. 542; habent Codd. Genev. 107a, fol. 270 et 108, fol. 159; item Simlerus Vol. 108 ex Bern. VI. 1123.)

S. Unum mihi nudius tertius[1]) exciderat de *Sulcero.*[2]) Si quid fuisset in vestris hominibus animi, statim conventum indici oportuit ut reliqui socii graviter cum Basiliensibus expostularent, et tandem ab ipsis exigerent ingenuam et apertam sententiae suae declarationem. Ita in arenam protracta fuisset vulpes. Atque in ea re curanda vos cessare miror. Nam si haec dissidii materia fove-

---

4020. 1) *N.* 4018.
2) *Vide praecedentem.*

tur, in apertum ignem paulo post erumpet. Vobiscum optime consentiunt Bernates, Scaffusiani, Sangalenses, ut nihil sit periculi a minima controversia. Si ergo pastores earum urbium postularent a *Sulcero* quid sibi velit, turpiter cogeretur a temeraria subscriptione discedere, ad quam eum mera ambitio impulit, vel saltem detegeret quod hactenus occultavit. Nisi enim valde fallor alio adspirat. Certe nisi occurritis non sine vestra ignominia iactabunt adversarii Helvetios iam esse divisos. Iam vicit *Marpachii* importunitas ut Gallis fuerint clausae templi fores.[3]) Ita ecclesiola quae 25 annis floruerat, furioso huius bestiae impetu eversa est. *Sturmius* et *Ottomannus* pastorem demulcent, quo se ad mediam aliquam rationem inflectat. Volebant me habere suffragatorem, sed consilium dedi quale mihi veritas dictabat.

Respondeo literis D. *Stanislai* cuius cognomen manu eius scriptum non potui legere.[4]) Nisi mihi novus stimulus fuisset additus, tacere in animo habebam, quia mihi suspecta nunc est ea natio quod pauci sincere agunt. Quum tamen intelligam liberos eius fuisse tuos contubernales, officio deesse nolui. Responsionem meam rogo ut perferendam cures. Vale, clarissime vir et mihi plurimum observande frater. Collegis omnibus salutem plurimam. Genevae 12. Sept. 1563.

Ioannes Calvinus tuus.

Ionvillaeus tuus reverenter et ex animo salutat.

4021.

IONVILLAEUS BULLINGERO.

Pauca habet de rebus Polonicis deque Calvini lucubrationibus ad easdem spectantibus.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 166, olim Epp. Tom. 24, fol. 285. — Simler. Vol. 108.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae fido pastori plurimum mihi observando. Tiguri.

3) *Mense Iulio vergente controversia inter Lutheranos et Gallicanos recruduit. Hubertus et Holbracus ex capitulo exclusi, Speccero et Marbachio declarantibus se cum illis amplius nil commune habere posse* (*Schmidt, Zanchi* 672). *Holbrachus eiectus est urbe et ecclesia clausa d.* 19. *Augusti, et sic Calvini opus ipso etiam superstite eversum.* (*Maeder, notice hist. sur la paroisse réf. de Str. p.* 13.)

4) *N.* 3984.

S. Nudius tertius, clarissime vir, literas tuas accepi, in quibus erant inclusae, quas ex Polonia acceptas misisti. Heri fasciculum illum tuli ad D. *Calvinum:* perlegit ipse, quas D. *Stanislaus* scripsit, a quo etiam nuper [*literas*] acceperat.[1]) Alia duo scripta cursim vidit, nec perlegit. Sub finem alterius scripti Gregorii *Pauli* minas risit. Aderat D. *Beza.* Denique vanis istorum imaginationibus et ineptiis se breviter iam respondisse dixit. Tunc aliud non addidit. Hodie quum *Linettus*[2]) noster Lugduno reversus esset, illi D. *Stanislao* respondit paucis ad ea quae petit, eumque ad suam Admonitionem et Epistolam remittit, nisi copiosiorem huius rei tractationem petere malit ex aliis eius libris. Tandem scribit, fore ut aliquid *Gregorius* iste extorqueat. Haec summa est literarum, ac paucis quaestionem de Invocatione solvit. Exemplar, quod perbreve est, mittetur tibi, si ita videatur. Caeterum spero aliquid contra *Stancarum* aliquando scripturum. Iam literas illas Polonicas remitto. Lubenter quidem, si quid amplius dictare vel dicere libuisset de alia controversia, excepissem ac tibi misissem: sed hominis brevitatem nosti. Si qua in re alia meam operam tibi fore usui putes, ex animo obsequar. Tuo nomine D. *Calvinum,* D. *Bezam, Budaeum* et alios salutavi, qui te omnes reverenter salutant. Tuos omnes salvos esse cupio. Dominus te diu servet incolumem, spiritu suo regat laboribusque tuis benedicat. Genevae 12. Septembris 1563.

Carolus Ionvillaeus tui observantissimus.

4022.

FORWERCKIUS CALVINO.

Quid proprie sibi velit tu videas. Certe latinitas non magis Ciceronem suum sapit quam ipsum boni viri nomen Quiritem.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 49.)

Illustrissimae pietatis primario antistiti apud Genevos religiosissimo D. Ioanni Calvino. Benefactori suo reverenter observando.

S. Etsi, vir religiosissime, non nesciam T. R. longe praestantius donum decere, tamen, quia Ab-

4021. 1) *N.* 3984.
2) *Linerus?*

diarum indignissimus abiectissimusque cathechistarum nec non postremae sortis viduus et haud temere publicus pie D. D. Archicalefactor sum (tractant, quod dicitur vulgo, fabrilia fabri) ac placuit hocce levidense * quidem munusculum continens valde simplex Carbonarii symbolum sed minime leniter aut simpliciter nos de rebus omnibus maximis pertinentibus ad salutem animae nostrae commonefaciens T: R: transmittere, [1]) nihil addubitans quin id quidquid est in optimam sis rapturus partem. Simplex profecto veritas nunc diaboli fraude et humana sophistica sapientia fere omnino e medio tollitur pessundaturque. Numquid enim tot fere sunt evangelia, quot fanaticorum paradoxa? parum considerantur vota et gemitus Principis tam pastorum quam Regum terrae cuncta verbo potentiae moderantis qui in agone suo intentissime orat aeternum patrem ut

Sint unum, doceant unum fateantur et unum.

Heshusium a Rege *Maximiliano* in aulam suam vocatum, D. *Eberi* libellum cum praefatione tua [2]) denuo impressum esse, commendari et magnifieri, vir bonus ex illustri scola Electoris *Augusti* ad me scripsit: quam possum humiliter rogo, si ita est, ut mecum communicare velis, hac siquidem beneficentia me tibi totum devincies, vir optime. *Illyricus* reversus ex Venetiis [3]) scripsit contra recentes *pildsturmer und protbrecher zu Haidlberg.* [4]) Compater meus D. Primus *Truber* [5]) in Labaco citra consensum Caesaris, Episcopi ibidem residentis et Capitanei Cariolanorum sonat purum Christi dogma latine, almanice ac slavonice omnium confidentissime.

Gloria sit Christo: fidei concordia nobis:
Errores noscant pectora dura suos.

Noribergae 12. Septembr. Anno Gratiae 63°.

Tuae ac aeternae pietatis
studiosus
Gregorius Forwerck
Aegidianus Catechista.

4022. 1) *Haec omnia cimmeriis tenebris obvoluta.*
2) *Quid hoc est?*
3) *Aestate a.* 1563 *Venetiis fuit et in patria.* (*Preger, Flac.* II. 230. *Erl.* 1861.)
4) *Fortasse alludit ad libellum:* Widerlegung eines kleinen deutschen calvinischen Catechismi so in disem 1563 Jahr sampt etlichen andern irrigen Tractetlin ausgangen (*ib. p.* 258). *Alium Pregerus de quo h. l. cogitare possis non recenset.*
5) *Cf. Sillem, Pr. Truber der Reformator Krains. Erl.* 1861. *p.* 84. *Labacum est Laibach. Forwerkius eum saepius Norimbergae videre poterat. Per annos* 1561—1564 *plures* (24) *libros slavicos* (*tam glagoliticis quam cyrillicis typis exscriptos*) *edidit Truberus, ex parte sumptu L. B. ab Ungnad et ducis Christophori qui ipsum ministrum fecit Uracensium.*

4023.

JEANNE D'ASSYE [1]) A CALVIN ET BÈZE.

Elle demande des pièces qui établissent la culpabilité d'un ministre accusé, mais qu'elle a lieu de croire innocent.

(Original avec signature autographe. Bibl. Gen. MS. 112, fol. 12.)

A Messieurs de Speville et de Besze ministres de la parolle de Dieu.

Grace et paix par nostre seigneur Jesuschrist.

Messieurs. Je receus dernierement une lettre de Monsieur *de la Faverge,* [2]) m'advertissant de vostre part de me prandre garde de monsieur *le Prevost* [3]) quy nous a icy annoncé la parolle de Dieu despuis ung an ença ou d'advantage, a cause de certaine accusation que lon luy mect en avant par della. Dequoy je vous remercye tous tres affectueusement du soing et bonne affection que vous avez a landroict de moy et de ceste petitte Eglice quil a pleu a nostre bon dieu et pere non seullement assembler icy mais aussi luy maintenir et conserver durant les plus grandz troubles et contre la rage des plus furieux ennemys de sa parolle. Car je ne desire tant chose en ce monde que d'oster ung scandale de ma maison ou je congnoistrois quil y seroit m'estant enthierement vouee au Seigneur. Parquoy ayant entendu le dict advertissement, je nen ay pas faict si peu de cas que je n'aye faict appeller le dict *Prevost* pour en entendre de luy meismes la verité lequel ores qu'il fust prest de partir pour s'en aller par della. A cause qu'il y a plus de deux ans qu'il n'a veu sa femme ny sa famille. Si est ce qu'entendant ce faict il a differé son dict voiage jusques a ce qu'il se soit purgé de la dicte accusation me priant de la faire juger par devant le consistoire plus prochain dicy qui est Montaulban. Auquel se soubsmect enthierement pour recepvoir telle correction et punition quil en ordonnera. A ceste cause je vous prye tres affectueusement, Messieurs, de me voulloir envoyer les chefz et poinctz principaulx de quoy on le charge, avecques preuves suffizantes afin de les remectre par devers ledict consistoire a la censure et correction duquel il sest soubzmis a ce quilz y puissent asseoir jugement tel que de raison et que

---

4023. 1) Jeanne d'Assy de Cantelou, femme d'Antoine de Chaumont. (*Haag* III. 421, *éd. Bordier* I. 415.)
2) *N.* 3399. 3475 *sq.*
3) *Ce nom se rencontre fréquemment et appartenait à différentes personnes.* (*Haag* VIII.)

ce scandal (si scandale si trouve) soit effacé: non seullement de luy Mais aussi de ma maison ou je proteste que je ne veulx souffrir ny endurer aulcune chose scandaleuse et n'ay point veu faire ny ouy dire audict *Prevost*, durant quil a esté ceans, chose qui ne fut bonne et selon la loy de nostre Dieu. M'asseurant que sil se fut de tant oblyé, qu'il y a heu icy tant que les troubles ont duré assez bonne compaignie de gens craingnans dieu qui s'y estoient retirez de toutes partz quil neust sceu tant soit peu broncher que lon ne l'eust bien relevé. Parquoy je vous supplye de rechef au nom de dieu de faire en sorte que par vostre moyen jen puisse congnoistre la verité et en cest endroict je sallueray voz bonnes graces de mes plus affectionnees recommandacions et a dieu

Messieurs auquel je prye vous avoir tous en sa saincte garde. D'assie ce xij^me Septembre 1563.

Vostre hobeissante et affesionnee
comme seur Janne Dassye.

4024.

CALVINUS INCERTO. 1)

Accersit eum Genevam, tale aliquid ibi reperturum cur itineris suscepti eum non poeniteat.

(Ex Codd. Genev. 107ᵃ, fol. 273 et 108, fol 157. — Simler Vol. 108. Bern. VI. 1125.)

Hanc epistolam ex lecto dictare cogor ubi decumbo ex dolore capitis, et iam totum mensem podagra vel lecto vel sellae me affixum tenuit. Hac audita excusatione, epistolae huius brevitati facile ignosces praesertim quum de nuncii discessu hodie primum factus fuerim certior. Si parata fuissent itinera et mihi compertum fuisset quonam in loco consisteres saepius te interpellassem. Et tamen ex quo allatum fuerat, te quasi redivivum convalescere, mihi persuaseram, simul ac confirmatus esses, te ad nos venturum, sicut fueras pollicitus. Nunc quum instet hyems, si fidem praestare in animo est, tollenda est omnis cunctatio. Certe nisi equum brevi conscendas, nullus erit deliberandi finis. Quo autem consilio te accersam non potes, nisi in re praesenti, penitus cognoscere, sed quia tua et nostra plurimum interest ut te ad familiare colloquium hic sistas, non modo rogo sed obtestor ut celeriter accurras neque opportunitatem exspectes qualis tibi esset optanda. Quoniam id te facturum non dubito, cave ne opinionem meam frustreris, nec apud me labascat probitatis tuae fides.[2]) Quod iam ante testatus sum, iterum denuncio hic te aliquid reperturum cur nunquam poeniteat itineris suscepti. Vale, ornatissime vir et mihi plurimum colende frater. Dominus te spiritu suo semper gubernet, sustineat sua virtute, tueatur ac brevi ad nos incolumem adducat. Genevae 13 Septembris.

Ioannes Calvinus tuus.

Quum has literas ex lecto mihi D. *Calvinus* noster dictasset, nolui committere quin haec quoque adiicerem ut me tui memoriam conservare intelligeres. Salve igitur, mi frater, et vale, et nos brevi invise.

Tuus Beza.

4025.

CALVINUS ZIKOVIO. 1)

Breviter et non sine taedio respondet ad quaestionem de trinitate sibi propositam.

(Ex autographo Ionvillaei in Cod. Goth. 404, fol. 13. Eiusdem manu scripta exstat in Arch. Turic. Epp. Tom. 24 nunc Plut. VI. Vol. 166, fol. 55. — Habet et Turretini Codex bis 108, fol. 136 et 159 et Bernensis VII. p. 121 et VI. 1123 denique Simlerus Vol. 108. — Edidit Bretschneider p. 59.)

Magnifico et praestantissimo viro D. Stanislao Burgr.[2])
Cracoviensi, mihi plurimum observando.

Magnifice Domine, quod brevius literis tuis respondeo non fit vel fastidio vel negligentia: sed quia toties rem unam repetere mihi supervacuum

---

4024. 1) *Turretinus adscripsit:* Suspicor hanc epistolam ad Viretum scriptam esse quod quae ea complectitur in eum optime quadrant. *Omnino fallitur vir doctus, nisi dixeris epistolam a.* 1558 *scriptam fuisse quo tempore Beza iam Genevae adfuit, Viretus adhuc Lausannae haerebat. Et hoc sane nobis quoque arrideret nisi Calvinus hic affirmaret se iam totum mensem podagra laborare, quod ipsum paucis ante diebus Beza quoque Bullingero scripsit* (*N.* 4019). *Verum m. Sept. a.* 1563 *Calvinus minime Viretum tali modo Genevam accersere poterat ut eum equo conscenso accurrere iuberet, simul dicens se ignorasse quonam in loco consisteret.*

2) *Haec ad Viretum a Calvino scribi non potuerunt.*

4025. 1) Zykowsky *Simler. Gothanus in tergo Cikonski. Cf. N.* 3984.

2) *Burgravio.*

videtur labor. Quid de Trinitate sentiam, satis copiose exposui multis locis: quod si compendium magis placet, videor hanc quaestionem satis perspicue complexus in mea Admonitione quam Genti vestrae destinavi, cui deinde accessit epistola in usum quoque vestrum peculiariter composita. Quantum ad Invocationem attinet, nihil absurdius est quam fingere, sub patris nomine comprehendi filium. Etsi enim ubi indefinite ponitur nomen Dei, tam filius intelligi debet et spiritus, quam pater: relatio tamen inter personas confusioni directe opponitur: sicuti pater suo elogio clare a filio distinguitur. Facessant ergo crassae illae et delirae imaginationes, filium esse patrem, et simul esse mediatorem, qui apud se ipsum intercedat et gratiam nobis conciliet. Hac simplicitate contenti simus, in una Deitate comprehendi tres personas: sed dum inter se comparantur, suam cuique distinctam esse proprietatem. Haec copiosius exposita reperies in duabus illis chartis, quarum exemplaria tibi mitto, si forte nondum ad te pervenerint: et fortasse superbus quidam et insipidus Thraso, qui apud vos est, Gregorius *Paulus*, mihi aliquid brevi extorquebit. Vale, clarissime vir et magnifice Domine. Coelestem patrem oro, ut te confirmet in fidei perseverantia, donisque spiritus sui magis ac magis locupletet ac incolumem tueatur. Genevae 13. Septembris 1563.

Tuae Dominationis studiosissimus
Iohannes Calvinus.

4026.

GALLASIUS CALVINO.

Colignaeo autore in eo est ut Nemausum petat. Balduini impudentem invectivam recens impressam in eiusdem usum gallice vertit: cui omnino respondendum censet.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 27. — Edidit Liebe p. 54 ex quo descripsit Simlerus Vol. 108.)

A Monsieur Monsieur Despeville.

S. Statueram, Aureliam progredi [1]) quo me tum amicorum consilia, tum etiam publicae et privatae rationes invitabant. Sed aliter D. *Amiralio* visum est, qui me iter reflectere [2]) et Nemausum [3]) proficisci cupit. Quibus rationibus moveatur, quia se ad vos perscripturum dixit, nunc supersedeo. Ego, tametsi hoc durum et laboriosum sit, tamen, ne me ipsum quaerere videar, multum refragari nolo. Quid moliantur adversarii et quis status rerum sit, ex D. *Amiralii* literis plenius intelligetis. Item, quid adversariorum nomine scripserit *Balduinus*: [4]) cuius furiosam invectivam transscribendam curavi, ut ad *Bezam* nostrum mitteretur. Responso enim opus est, quo compescatur impuri canis latratus, et adversariorum rabies sedetur. Iam excusa habet exemplaria in manibus, quae Antverpiae typis mandavit. Praetexuit tamen Francofurti nomen, sed falso. Nec dubito, quin ea ipsa de causa illuc se contulerit, idque ageret quum ipsum in Brabantia esse intelligeremus. Ut se multum torqueant, nihil effecturos spero. Resistet Dominus superbis, ac perdet impios apostatas. Valde me anxit os illud impudens dum scriptum eius legerem, sed multo magis dum in linguam nostram verterem: quod me facere iussit D. *Amir.* ut melius intelligere posset. Plura alias. Nunc enim vix quidquam addere me sinit catarrhus, qui oculum mihi dextrum et malam biduo iam graviter infestat. Bene vale, mi pater. Dominus angores et animi et corporis tui sublevare velit. D. *Bezam* cui hae communes erunt, caeterosque fratres salvere cupio.

Castalioni 17. Septemb. 1563.

Tui observantissimus
N. Gallasius.

4026. 1) *Mense Iulio vergente ex Anglia redux Genevam venerat et ibi per aliquod tempus ministerio functus erat* (*Reg. du Conseil.* 30. *Iul.*, 2. *Aug.*, 3. *Sept.*), *mox vero in Galliam rediit, ubi a.* 1564. *Aureliae sedisse scimus, et sequenti Lutetiae synodi nationalis moderatorem fuisse.*

2) *Apud eum pro tempore commorabatur ut ex subscriptione disces.*

3) *Ménard, hist. de Nimes* IV. 354: Il n'y avait alors (*Juillet* 1563) que trois ministres à N., ce qui ne suffisait pas pour le grand nombre de religionnaires et même de malades dont la ville était remplie. Le conseiller P. Rozel, député au synode de Lyon, fut chargé d'aller à Genève pour tâcher d'en avoir d'autres. *P.* 355: *Au mois d'Octobre, il était arrivé un* nouveau ministre appelé le Sr. d'Anduze. *Gallasius ergo non ivit Nemausum.*

4) *Pro Guisianis puta* (*N.* 4019).

4027.

CALVIN ET BÈZE A CONDÉ.

Ils avaient demandé s'ils doivent faire imprimer la confession adressée aux États d'Allemagne. N'ayant pas eu de réponse ils se proposent de le faire maintenant, mais prient que lui en publie une de son côté.

(Copie. Bibl. imp. Coll. Dupuy, Vol. 102, fol. 46. — Bonnet II. 537; Trad. angl. IV. 337.)

Monseigneur, il y a desia assez long temps que nous vous priasmes qu'il vous pleust nous faire entendre vostre bon vouloir touchant la Confession qui avoit esté faite durant la guerre, [1]) pour clore la bouche à vos ennemis qui faisoyent à croire par leurs calomnies ce que bon leur sembloit, et celui qui l'avoit faite ne s'estoit point avancé de sa fantaisie, mais en avoit esté requis et sollicité par M. *DAndelot*, [2]) lequel estant pour lors en Allemaigne, cognoissoit combien un tel remede seroit utile et necessaire. Or elle vous fut alors addressee, mais les passages estans clos, on ne peut avoir responce si vous trouveriez bon qu'elle fust jmprimee, ce que nous n'eussions jamais voulu attenter sans vostre congé. Depuis nous avons esté jnduits et esmeus par bonnes raisons que le temps estoit aussi opportun que jamais. Nous ne sçavons à quoy il a tenu que nous n'ayons sceu vostre bon vouloir, sinon que nous pensions bien qu'au millieu de tant d'affaires, cecy peut avoir esté oublié. Maintenant nous sommes contraints, Monseigneur, de vous en refreschir la memoire, voire, si besoing est, vous jmportuner. Car nous avons esté advertis que le duc de *Wirtemberg* a fait translater un Catechisme en François tout expressement, pour renverser la doctrine que nous tenons de la Cene. [3]) Nous prevoyons beaucoup d'inconveniens, ausquels il seroit besoing d'obvier. Nous ne doubtons point qu'il ne vous en face present, s'il ne l'a desia fait, pour vous induire a quitter la pure simplicité en laquelle vous avez esté enseigné. S'il n'en peut venir à bout, comme nous esperons qu'il sera frustré de ce costé, son dessein est de braver cestui-ci et cestui-la pour rendre la foy que vous tenez odieuse. Il pretendra aussi d'en gaigner quelques uns, de susciter des picques, et bander les uns contre les aultres. Or il nous semble que vous n'ayez remede plus propre que de publier vostre [4]) confession, tant pour lui couper broche que pour rabatre par vostre constance ceux qui cuyderoyent vous intimider sous ceste ombre, et aussi pour instruire les jgnorans, et prevenir les blasphemes dont vous seriez chargé, si vostre cause n'estoit cognue. Vous ne croiriez point, Monseigneur, le profit qu'il en reviendra au pais d'Allemaigne, et possible que luy qui vous pense gaigner, sera confus et viendra au point. L'occasion est la meilleure du monde de luy rendre la pareille, puisqu'il vous a convié le premier. Parquoy nous vous supplions qu'il vous plaise nous mander ce que nous aurons a faire, car sitost que nous aurons le mot, nous ne faudrons à faire toute diligence. L'adresse sera seure, a Lyon chez Monsieur le . . . . . . [5]) *Aubrec*, lequel est de vos bons serviteurs. Outre ce que par deux fois la copie vous a esté envoyee, et ne doutons pas que vous ne l'ayiez leue et approuvee, vous en pourrez avoir l'advis de M. le cardinal de *Chastillon*, pour estre tant mieux conformé en vostre jugement.

Au reste, Monseigneur, nous ne pouvons aussi omettre de vous prier en general non seulement d'avoir la cause de nostre Seigneur Iesus Christ pour recommandee, à ce que le cours de l'Evangile soit avancé, et que les povres fideles soyent en seureté et repos, mais aussi de monstrer en toute vostre vie que vous avez profité en la doctrine de salut, et que vostre exemple soit tant dedifier les bons, que de clorre la bouche à tous mesdisans. Car d'aultant plus que vous estes regardé de loing, estant eslevé en si hault degré, tant plus devez vous estre sur vos gardes qu'on ne treuve que redire en vous. Vous ne doubtez pas, Monseigneur, que nous n'aimions vostre honneur, comme nous desirons vostre salut. Or nous serions traistres en vous dissimulant les bruits qui courent. Nous n'estimons pas qu'il y ait du mal ou Dieu soit directement offensé, mais quant on orra dire [6]) que vous faites l'amour aux dames, [7]) cela est pour deroger beaucoup a vostre authorité et reputation. Les bonnes gens en seront offences, les malins en feront leur risee. Il y a la distraction qui vous empesche et retarde à vaquer à vostre debvoir. Mesmes il ne se peut faire qu'il n'y ait de la vanité mondaine, et il vous faut surtout donner garde que la clarté que Dieu a mise en vous, ne s'estouffe et ne s'amortisse. Nous esperons, Monseigneur, que cest advertissement vous sera agreable,

4027. 1) *Oeuvres* IX. 753. *Prolég. lxj. Elle fut imprimée en Mai* 1564. (*Comp. N.* 3950.)
2) *N.* 3833.
3) *N.* 4009.
4) une *Bt.*

5) *abréviation illisible.*
6) quand on nous a dict *Bt.*
7) Le prince de Condé estoit amoureux de la Damoiselle Isabelle de Limeuil l'une des filles que la Reine luy avoit baillée pour le desbaucher, comme l'ambition trouve tout loisible pourveu qu'elle atteigne à ses desseins. (*Disc. merveilleux de la vie de Catherine de Medicis, dans le Recueil de pièces servant à l'hist. de Henri III. Cologne* 1663. 4. *p.* 263. *Ce discours est attribué à Bèse, de Serres et autres.*) — Une autre femme cherchait à séduire le prince; c'était la veuve du maréchal de S. André. Elle n'avait d'autres attraits à ses yeux que sa fortune immense. Il eut assez peu de délicatesse pour accepter les dons d'une femme que la passion rendait prodigue et n'embellissait pas. (*Lacretelle, Hist. de France pendant les guerres de rel.* 1814. II. 149. *Comp. Jules Delaborde, Eléon. de Roye* 1876. *p.* 239.)

quand vous considererez combien il vous est utile. Monseigneur etc. De Geneve ce 13. septembre 1563.

Vos treshumbles freres,
Jean Calvin.
Theodore de Beze.

4028.

BULLINGERUS BEZAE.

Apologia Amiraldi germanice impressa est et iam divendita. Tres urbes Basiliensibus de Sulcero scripserunt. Balduini inconstantia notatur, item Castellionis versio. Brentius contra Catechismum Palatinum.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 9.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae Genevensis ecclesiae fideli ministro domino meo colendissimo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Libellus ille Gallicus editus pro illustri principe *Admiraldo* contra *Bultrotum* [1]) Germanice opera *Froschoveri* est impressus, et Franckforti supra mille sunt divendita exempla. Mittam ad te per proximum nuncium exemplum, quamvis non ignorem te non intelligere.

Nostri sane tardi non sunt. Diligenter enim scripserunt tres urbes, Tigurum, Berna ac Schaffhusium, [2]) ad magistratum Basiliensem de subscriptione Sulcerana, qua confessionem Augustanam cum Apologia approbavit. Nondum tamen a Basiliensibus datum est responsum. Exspectatur. Ubi certum aliquid habuerimus intelliges.

In libris illis tuis ad me missis et contra *Balduinum* et *Castellionem* scriptis [3]) nihildum legi: ita me fatigant negotia et non admodum firma corporis sanitatisque meae constitutio. Legam quamprimum potero. Nunc pro munere maximas tuae humanitati gratias ago. Semper ego abhorrui a versione Castellionea. Semper mihi *Balduini* inconstantia et petulantia,[4]) posteaquam lubricum se exhibere coepit, displicuit.

Brentius non modo in Gallia turbas excitare cogitat, sed et Palatinatum vexat. Audio enim illius scripti quod missum est ad Principem *Palatinum* contra Catechismum praecipuum autorem esse *Brentium.* [5]) Rogo Dominum ut convulsae afflictissimaeque ecclesiae suae adsit et turbatores ecclesiarum vel convertat vel evertat — — — — — — — — — Tiguri 28. Sept. anno 1563.

Tuus ex animo
Bullingerus.

4028. 1) *N.* 4004. 4009.
2) *Vide sequentem.*
3) *N.* 4019.
4) *N.* 4026.

5) *Alting, hist. eccl. Palat.:* In ducatu Würtembergico Io. Brentius et Iac. Andreae censuram scripserunt Catechismi Palatini qua octodecim eius quaestiones notant ac carpunt. Additae quoque quaestiones sex ad ipsum Pr. Electorem de s. coena, quarum scopus fuit ut ab instituto eum revocarent. *Exstat cum responsione in Z. Ursini Opp. theol. Heidelb.* 1612. *fol. T.* II. 55 *ss.*

4029.

BULLINGERUS CALVINO.

De valetudine Calvini suam συμπάθειαν testatus, agit de partibus Bernatum et Turicensium in negotiis Sabaudicis et Gallicis, et Sulzerum propter subscriptionem Augustanae a tribus urbibus apud Basilienses denunciatum docet.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 517. — Simler. Vol. 108.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo Domino meo observando et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Quum audiam ex aliis magno meo dolore te alias exhaustum esse et nihilominus negotiis innumeris oppressum, merito tibi maximas ago gratias, domino et fratri meo, quod pro unis binas ad me scribis ac mittis literas: [1]) merito tibi parco et molestiam molestiae non addo, sed brevissimis tibi respondeo. Intellexi quid cum Rege sit factum Rothomagi. [2]) Dominum oro, ut ipsum spiritu suo imbuat et regat et a pravis consiliariis liberet ac tueatur. Si Bernates conqueruntur de Tigurinis, [3])

4029. 1) *N.* 4018. 4020.
2) *ibid.*
3) *Ruchat* VII. 22: Le duc de Savoye ayant été dans ce temps là attaqué d'une grosse maladie cet incident rompit la négociation. Tout fut suspendu pour quelques mois. En Septembre et en Décembre il y eut de nouvelles négociations entre Berne et les députés de Savoye pour savoir comment

quod consiliis suis nunquam eis pro salute Galliae adesse voluerint, iniuste conqueruntur, et in alios retorquent, quae aptius ipsis inhaererent. Interim fateor, parum consuli Galliae, si nos mutuum accusemus et excusemus. Bernates a nostris in causa Sabaudiae adiuti sunt, prout nostri ab istis sunt edocti, et quantum quidem potuerunt. Semper a nostris audivi, si loco essent Bernatum nunquam se quidquam cum *Sabaudo* acturos, nisi salva libertate et religione iureque omni Genevensis urbis.

Dudum, mi domine et frater, subscriptio Sulcerana confessioni Augustanae et Apologiae facta ab urbibus tribus tractari coepit. Scriptae sunt nuper literae ad amplissimum Basiliensis urbis magistratum, quibus petunt urbes tres, cum *Sulzero* agat, ut et subscriptionem rursus eluat et nihil contra confessionem nostram communem vel in urbe, vel extra urbem agat. Exspectatur iam responsum. Ille impudens et ambitiosus curat se hac septimana doctorem creari. Quasi parum fuerit, quod antea vocatus ad ministerium doctorem egit in ecclesia. Oro Dominum Iesum ut ipse ecclesiam suam custodiat, et nos servet a malo. Vale aeternum. Dominus confirmet te, ut diu ecclesiae suae et nobis omnibus prodesse queas. Salutant te fratres et symmystae omnes. Saluta tu quoque symmystas tuos omnes, fratres nostros. Tiguri 28. Septemb. 1563.

Bullingerus tuus.

Studiosum hunc iuvenem pium et diligentem tuae humanitati commendo.

4030.

IONVILLAEUS BULLINGERO.

Commendat ei causam Pellissariorum apud Rhaetos agendam.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 166, olim Epp. Tom. 24, fol. 287. — Simler. Vol. 108.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae fido pastori plurimum mihi observando. Tiguri.

S. Etsi D. *Calvinus* ex animo tibi commendat *Pellissariorum* [1]) causam, quae apud Rhaetos agitur, quidque nunc ab his postulandum sit exponit: quia tamen hominibus illis me privatim obstrictum sentio, nolui partibus meis deesse. Petunt igitur, clarissime vir, literas commendatitias ab amplissimo senatu vestro ad Rhaetos omnes, qui apud Curienses conventum publicum habituri sunt ad 3 Idus Novembris proximi, vel ad Martini festum, quod idem est. Facile vero intelliges ex literis D. *Calvini* rogari amplissimum senatum vestrum, ut literis suis Rhaetos hortentur ad pergendum quo pede coeperunt, ut quam semel tuendam susceperunt causam eodem animo ad extremum usque perducant. Et quoniam fama est, illis propositum esse ut monachi posthac minus possint et valeant autoritate in ipsorum ditione, moneant ut quam citissime fieri poterit colluviem illam totam monachorum et sacrificorum a suis finibus arceant, si modo pacatam in posterum cupiant ditionem Rhaeticam. Sed tu melius omnia pro tua prudentia dispicies. Unum vero superest, quod abs te peto, nempe ut tu sigillatim ad clarissimum praefectum Curiensem de hoc negotio scribas, ac vehementer illi commendes. Nam audio illum hominem tibi et amicum esse et in tuam gratiam quidquid licebit facturum. Itaque, vir clarissime, etiam atque etiam te rogo, ut qua soles humanitate et diligentia hanc *Pellissariorum* causam suscipias et tuearis. Quod certe facies, si quas dixi literas a senatu impetres, et ad praefectum illum ipse scribas. Nos autem, si quid iusseris, libenter conficiemus. Vale, vir clarissime. Tui omnes te salutant reverenter ac nominatim *Budaeus* frater. Amicos omnes, qui istic sunt, salvos esse cupio. Exspecto literas a D. *Gualthero*. Quid porro in Gallia geratur ex literis D. *Calvini* accipies. Dominus tibi semper adsit ac te incolumem tueatur, laboribusque tuis benedicat. Genevae pridie Calendas Octobris 1563.

Carolus Ionvillaeus
tui observantissimus.

---

on viendroit à une conclusion. Berne demandoit 1° à l'égard de la religion, que les sujets des terres qu'on rendroit au Duc fussent en pleine liberté de conscience. 2° pour la sûreté de Genève, que leur bourgeoisie perpétuelle subsistât en sa force, à moins que le Duc ne les en déboutât par la voie de droit et de justice, que le Duc ne feroit aucune hostilité contre Genève pour ses prétentions de Vidomnat et autres. Enfin ils marquèrent jour à Nyon au 11. Février 1564 . . . . . Les Genevois envoyèrent à Berne le Syndic M. Roset, qui pria LL. EE. le 27. Sept. de prendre leur intérêt à coeur et de ne pas ouvrir un chemin au duc de Savoye pour plaider contre eux au sujet du Vidomnat dont il avoit été dépouillé par la guerre de 1536.

4030.1) *Cf. N.* 3921. *Galiffe not. gén.* III. 364: Le principal domicile des Pellissari étoit à Chiavennes au pays des Grisons; mais il y en avoit dans toute la Lombardie. Un Bernardin P. de Vicence fut reçu habitant de Genève en 1556. *De negotio ipso h. l. memorato accuratiora non habemus, praeter ea quae praebet sequens.*

4031.

CALVINUS BULLINGERO.

Commendat ei quosdam mercatores apud Rhaetos mercibus suis spoliatos et iam iudicii in sua causa lati exsequutionem quaerentes. Addit quaedam nova ex Gallia modo allata.

(Exemplar Ionvillaei exstat in Cod. Genev. 107a, fol. 274. Turretini in Cod. 108, fol. 154. Simlerus habet Vol. 108 ex Cod. Bern. VI. 1126.)

S. Ecce iterum boni viri quos tibi antehac commendaveram, [1]) a me impetrarunt, ut eorum causa tibi essem molestus. Experti sunt, quam utile fuerit tuum patrocinium: quia tantum amplissimi Senatus vestri autoritas apud Rhaetos valuit ut facile impetraverint quod volebant. Meministi autem quaenam fuerit postulationis summa, nempe quia iniuste spoliati fuerant suis mercibus, ut pretium recuperarent ex reditu quem adhuc sacrifici Mediolanenses, in Vultullina, aut Valle Tellina colligunt. Id magno consensu decretum fuit. Superest ut serio manus iniiciant: quia hactenus suspensa fuit exsequutio. Si hortatus fuerit amplissimus Senatus vester Rhaetos, non dubitant negotium mox confectum iri. Erit autem res ad persuadendum non difficilis, quia nisi re ipsa efficiant Rhaeti quod denunciarunt ludibrio se exponent, ac si temere et futiliter minas profudissent. Ergo existimationis eorum interest, constanter perficere quod decretum fuit in publico eorum conventu: nec vero honestum esset spem bonorum virorum frustrari. Beneficium porro suum tueri fere illis necesse est: et forte haec res longius trahetur, quia contentio aliquid mutationis pariet. Ignosces itaque, venerande frater, si te rursus interpello. Deinde mihi secundam commendationem non negabis.

Res Galliae semper confusae sunt. Parisienses aliquid remiserunt ex sua pertinacia. *Rex* tamen qui prope muros accesserat, cursum retroflexit. *Regina* Mater, [2]) quum ex equo cecidisset, cranium graviter laesit, videtur tamen elapsa ex periculo. Quanquam se mediam esse simulat, notantur tamen multa perfidiae eius signa. Cancellarius suo more in edictis est liberalis, sed multi non obtemperant. Nisi propediem *Regina* a *Guysianis* desciscat, erumpent de integro formidolosi motus. Quid consilii agitet *Admiraldus* nescio. In literis quas heri recepi magnam securitatem prae se fert. Inter multa edicta unum est memorabile, quod *Rex* sacerdotia relinqui iubet omnibus qui purae religioni nomen dederint. Vale, clarissime vir et plurimum observande frater. Salutem plurimam collegis omnibus et familiae tuae precor. Deus vos servet incolumes. Genevae pridie Calendas Octobres 1563.

Ioannes Calvinus tuus.

Ionvillaeus tuus reverenter et ex animo te salutat.

4032.

FABRICIUS BULLINGERO.

Smithaei libellus contra Calvinum.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 159, olim Scrin. B. Epp. Tom. 38, fol. 98. — Simler. Vol. 108.)

Amplissimo viro D. Heinrycho Bullingero ecclesiae Tigurinae antistiti reverendo domino suo et in Christo patri honorando.

Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

— — *Smitthaeum* [1]) Anglum superesse nesciebam. Transiit hac episcopi Constantiensis, Cardinalis *Emsensis*, presbyter, homo non indoctus, qui mihi post amicam de religione disceptationem dono dedit *Smitthaei* libellum hoc anno Coloniae excusum. Titulus est de Infantium baptismo contra Ioannem *Calvinum*, ac de operibus supererogationis et merito mortis Christi adversus eundem *Calvinum* et eius discipulos. Crebra in eo libello et frequens *Bullin-*

4031. 1) *Pellissarii* (*vide praecedentem*).

2) *Ulr. Friberg ap. Languet*, *epp.* II. 264 *d. d.* 26. *Sept.:* Ante sex aut septem dies enatum est Reginae apostema in capite, quo ita est afflicta ut dicantur medici eius vitae metuisse. Haec urbs tunc temporis tota armis perstrepebat. Non procul autem ab aula erant cohortes Helveticae, et Gallicis ac equitatui imperatum erat a Connestabile ut propius ad hanc urbem accederent. Hoc quidem fecerat Connestabilis ante Reginae morbum, credo ut huic urbi metus incuteretur, quae videbatur nolle obtemperare Regi iubenti ut arma deponeret. Sed facta apostematis incisione et suppuratione Regina restituta est valetudini . . . . . . Guisii hodie magna pompa petunt a Rege ut instituatur iudicium de autoribus caedis ducis Guisii. Quid sit inde sequuturum nescio, sed vereor ne nihil boni sequatur. Connestabilis conatur rem deducere ad concordiam, sed vereor ne non facile id possit efficere. *Cf. ibid. ad* 17. *Oct. et N.* 4019.

4032. 1) *Rich. Smith oriundus ex Comitatu Worcestriae D. et Prof. theol. Oxonii et Lovanii, postremo Duaci ubi obiit a. d. VII. Id. Iul.* 1563, *autor fuit plurium scriptorum theol. et polemicorum, inter alia contra Martyrem.*

geri, Zwinglii, Musculique mentio. Existimo te librum iampridem habuisse. Quaedam obiter inspexi: videtur scriptor nullius cerebri, pleraque sunt putida et ex meris mendaciis consuta. Ego hunc presbyterum, quod inter alia sciscitaretur ex me causam, cur subterfugeremus concilium Tridentinum, oratione mea de concilio remuneratus sum — — — — — — — — — — — — — Curiae 4. Octob. anno 1563.

Tui observantissimus
Ioh. Fab.

4033.

BEZA BULLINGERO.

Gratias agit pro Colignaei apologia germanice versa et hac occasione paucis Galliae ambiguum statum describit. Calvinus morbis vexatur variis. Poltrotus ipsum ab omni suscipione liberavit.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 16.)

Fideli Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando et Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

S. Habeo tibi et optimis fratribus magnam gratiam, mi pater, protranslatione germanica libelli illius, nec dubito quin D. *Amiralio* sit hoc futurum gratissimum. *Guisiani* infinitis clientibus subnixi minantur se commoturos coelum et terram potius quam caedem illam, quam optimo et innocentissimo viro imputant, quamvis in mediis armis perpetratam, ulciscantur. Ille contra domi fortissime se sustinet sua conscientia fretus, nec legitimum iudicium recusat: et adversarios certum est praetextu illo uti contra conscientiam, ut eum opprimant, quem nunc fere cum suis fratribus vident serio causam Christi tueri. Interea non desunt *Amiralio* amici, adeo ut, nisi Dominus miseram Galliam respiciat, hoc sit futurum novi belli incendium. Siquidem certum est nostros iam quoque convenire ut *Amiralium* in optima causa iuvent. Vides ergo qui tumultus inde impendeant. Sed spes est regis pubertatem, quamvis immaturam, tamen aliquod his impediendis malis remedium allaturam. Caeterum, utcunque sit, affirmo tibi fortiter pergere ecclesias et paulatim cicurari etiam ferocissimos, partim regis edictis cohibitos, partim ipsa diuturnitate crudelitatis satiatos. — — — —

Recte habet tota nostra schola, si *Calvinus* noster melius valeret, quem perpetui et varii morbi exercent. — — — —

De me [1]) privatim hoc tibi significandum putavi: *Poltrotus* ille τυραννοκτόνος me et in ipsa causae cognitione, et in medio supplicio centies liberavit ab omni Guisianae caedis suspicione. Pergunt tamen Guisiani, et mihi significatur, duos percussores accepta etiam ampla pecunia in meum caput esse subornatos. Ego Dei gratia nec praesentes illos metui, nec absentes metuo. Sed me totum illi committo in cuius manu sunt dies mei. — — — — — — Genevae octava Octobris.

Tuus Beza.

4034.

CALVINUS BULLINGERO.

Queritur de Bernensibus et Turicensibus qui minus quam deceret ancipitem statum rerum et discrimen in quo posita est Geneva respicere videntur.

(Ex Cod. Genev. 107a, fol. 275, coll. c. Cod. 108, fol. 154 v. et Simleri Vol. 108 ex Bern. VI. 1127.)

S. Quoniam *Beza* noster scripturum se recepit, [1]) ne eadem repetendo frustra aures tibi obtundam, venerande frater, a rebus Gallicis nunc supersedebo. Hic non parum angimur, [2]) dum videmus urbem nostram quasi tabulatum vel alveolum esse in quo alea luditur. Subinde rogati fuerunt vicini ut suo nos consilio gubernarent. Aliquando parce et frigide scripserunt quid esset agitatum, neque tamen quidquam nisi quod ex vulgari rumore omnibus compertum est. Nuper, quum scirent venturos in urbem suam legatos, ne verbo quidem indicarunt quid a nostris agendum censerent. Senatus autem actionibus ignotis se palam interponere vel potius opponere ausus non est. Huius silentii praetextu abusi sunt quibus placebat cum *Sabaudo* transigere, iactaruntque clanculum nos aliquid moliri et legatos habere in aula Gallica qui ex rerum eventu paciscerentur. Hac falsa invidia apud imperitos gravati curae non fuimus ut decebat. Nec vero miror repertos esse in plebe illa qui ficta calumnia a nobis alienarentur. Sed tibi quomodo in mentem

---

4033. 1) *Baum* II. 714.
4034. 1) *vide praecedentem.*
2) *N.* 4029.

venit tam futilibus mendaciis credere? Quod sollicitus es ne suis blanditiis nos irretiant Galli, et praetorem nostrum *Rosetum* admones ut sibi proponat senatus Metensium exemplum, facis quidem pro fidelis amici sincerique officio, sed olfacere debuisti unde prodiisset haec fabula, nisi forte ego et *Beza* tibi suspecti simus. Atqui nobis semper liberum erit clare testari, neque hoc consilium unquam hic fuisse captum, neque nos a Gallis tentatos. Ultra progredior: non modo huius rei nulla unquam facta fuit mentio, sed ne cogitatio quidem obrepsit. Equidem me ante biennium cum *Admiraldo* egisse non dissimulo, ut si fieri posset foedus cum Bernatibus Rex iniret, hac lege ut se obstringeret ad tuendam quam hodie possident ditionem. Verum hoc modo cavere volui ne ad hanc urbem unquam aspirarent, et optima erat ratio. Non est igitur cur inani metu te posthac torqueas, donec ex nobis cognoveris, vel Gallos aliquid moliri, vel nostros adeo trepidare ut temere ad eorum auxilium confugiant. Quin etiam experientia brevi vanitatem illam coarguet. Interea scias, legatos vestros qua maxima fieri potuit contentione incubuisse ut Bernates libertatem et statum urbis nostrae Cantonum iudicio permitterent. Hoc autem quid aliud est quam nos iugulandos tradere? Itaque hoc adepti sunt ut Bernates superiora omnia decreta retractarent. Nunc dubii pendemus. Unde colligo te et alios pios multis de rebus celari. Quin etiam ea fuit legatorum vestrorum humanitas in conventu Badensi, ut fugitandae invidiae causa nostros iuberent ab omnibus suis colloquiis abstinere. Vale, clarissime vir et mihi plurimum observande frater, una cum uxore et familia collegisque omnibus. Dominus vos omnes salvos tueatur, virtute sua sustineat laboresque vestros benedicat. Genevae 9. Octobris 1563.

Iohannes Calvinus tuus.

4035.

CALVINUS MERCERO.

Instat quibuscunque potest precibus et argumentis ut ille professionem linguae hebraicae in schola Genevensi capessat. [1])

(Ex apographis Genevensibus Cod. 107ᵃ, fol. 280. 281. 283 cuius tergo Calvinus ipse inscripsit: *Mercero.* Cod. 111ᵃ, fol. 211. Epp. Bern. VI. p. 1130. Simler. Vol. 108.)

S. Mihi vero tua excusatio non satisfacit, vel quia iusta non est, vel quia in propria causa mihi minimum blandior, vel quia necessitas in quam tua culpa coniecti sumus nullam excusationem admittit. An uberior fructus istic publice sperandus sit ex tuo labore nondum disputo: sed quia te nostrum esse promissis tuis freti putavimus, ubi nos ea spe deiicis, nisi saltem iacturam compensas, merito de te queri licet. Longius tamen progrediar: utiliorem ecclesiae Dei operam tuam hic fore. Ridebis forte: sed quod incredibile tibi videbitur verissimum esse experientia docebit. Certe schola nostra hodie seminarium est eorum pastorum, qui se in solidum ac ingenue Deo consecrant. Quanti aestimas discipulos formare qui mox per totam Galliam spargantur? Multi forte libabunt tantum rudimenta, sed erunt qui maiores facient progressus: et qui non plane expolientur erunt tamen exiguo gustu aptiores ad obeundum docendi munus. Iam si qui serio discendi desiderio flagrant huc te sequentur. Nam, ut scies, Antonio *Cevalerio*, qui nunc hebraicae linguae professor est, designatus es successor. [2]) Missionem vero petiit non taedio vel contemptu, sed quia mediocre patrimonium aliter recuperare non potest quam si in patriam se recipiat. Exiguum quidem stipendium esse fateor. Librae enim ducentae penduntur. Aedes dantur satis amoenae et spatiosae. Verum cogita impensas hic minores esse quam apud vos. Alter ille labor est succisivus. Suspicor, dum audis duplex tibi onus imponi, te absterreri difficultate. Atqui in ea re falleris. Primum nostra docendi ratio tibi merus erit ludus. Deinde in labore extraordinario tibi dabitur adiutor qui te molestia sublevet. Desine ergo putare, qui apud nos sustinent docendi partes vel operam suam ecclesiae aliis modis impendunt, quasi pistrino addici. Non ita inhumani sumus vel rigidi exactores, quin hilariter Christo serviant homines literati. *Sanraverius*, quem miseras, morbum hic non contraxit sed mortem secum attulerat. Itaque quum adhuc agitaret quaedam duntaxat praeludia decubuit. Porro quam necessarius sit labor ille cui destinatus erat, non commemoro. Certe ubi te melius impendas non video. Interea privatim non erit tibi inutilis. Si te persuadere sinas, senties non data tibi fuisse verba. Verum celeritate opus est. Quare si fidem praestare tibi in animo est, fac nos ante finem Novembris certiores, te vero circiter initium Martis huc sistas oportet. Quod si hac quoque spe excidimus (quod omen Deus avertat) neque coram Deo absolvi, nec apud homines tuam existimationem tueri potes, nisi saltem vicarium nobis repraesentes, non tibi parem (ubi enim re-

4035. 1) *Cf. N.* 3944.

2) *Reg. du Cons. Aug.* 19. 23. 26. *Sept.* 10. 13. *Chevallier fut déchargé à sa demande en* 1567.

perires?) sed qui aliquantum accedat. Quam eruditionem, quod iudicium, quam dexteritatem flagitet haec provincia, satis per te cognoscis: ideo monere supersedeo. Aut ergo substitue qui fidem tuam liberet, aut (quod longe magis optamus) te nobis restitue. Habes quibus literas tuto committas, eum qui tibi has reddet *Segurium*, *Capellum* et alios. Vale, ornatissime vir et mihi colende frater. Dominus tibi semper adsit, incolumem tueatur, suaque virtute sustineat. Salutant te collegae mei, ac praesertim *Beza*. Genevae 17. Octobris 1563.

Iohannes Calvinus tuus.

4036.

MERCERUS CALVINO.

In statione sua pro tempore manere vult eamque deserere religioni ducit quod studia hebraica, rebus sacris quam maxime utilia, iam plurimos alliciant.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 22. — Edidit Liebe p. 58 ex quo descripsit Simlerus Vol. 108.)

A Monsieur, Monsieur d'Espeville.

Rescripsi ad te novissime,[1]) observande mihi in primis frater, ac fusius totam instituti consiliique mei rationem exposui. Quae res in causa erit, ut nunc brevior sim. Ac equidem denuo te meis literis non eram interpellaturus, nisi is cui has dedi literas, vir mihi amicissimus et conterraneus, instituisset se absque meis ad te literis prorsus non discessurum. Est et ipse, opinor, tibi notissimus, qui istic egerit toto fere harum tempestatum tempore. Nec dubito quin ubi eum audieris, meum consilium sis probaturus. Interfuit ille novis repetitae professionis nostrae initiis. Is testis erit oculatus, quanta auditorum frequentia huic linguae operam navare cupiat, quam duce destitui, mea illis opera denegata, impium paene dixerim fuerit. Excudendos novos libros hebraicos paro, quos illis praelegam: inter alios libellum Ruth cum Masora et commentario Kimhi antehac non mandato typis.[2]) Est, ut video, messis amplissima, ac magnos etiam viros non ita paucos audio velle serio haec studia capessere, quae incredibili religionis detrimento vident ante neglecta fuisse.

Turbae hic regis adventu magna ex parte sopitae sunt. Faxit Deus Opt. Max. ne rursus posthac excitentur. Impetravimus et his diebus, dum hic aula est, partem aliquam, etsi perexiguam, debitorum nobis stipendiorum, signum aliquod favoris literarum, praesertim in tanta nummorum penuria, et aeris alieni (cuius nomine a quo non rex noster interpellatur?) tanta magnitudine.

Invisi D. *Gaucherium* principis Navarrae praeceptorem, qui mecum benignissime tuas et D. *Bezae* literas communicavit, ac ego vicissim cum illo quae tu ad me scripseras. Nec vero mihi autor fuit, ut hinc abirem. Itaque te qua es humanitate boni consulturum confido, et spero quidquid est huiusce rei. Offeret alias forsan Dominus occasionem aliquam vos invisendi. Quam sane etiam, citra turbam tamen qualis anno superiori fuit, mihi offerri pervelim, vel hoc nomine, quod mea tibi fides usque adeo suspecta est, quam omnibus modis liberare cupiam, si possim commode. Bene vale, vir clarissime et plurimum colende frater. Lutetiae 19. Oct. anno salutis 1563.

Tuus I. M.

Admonitum te velim, si quando me tuis literis dignaberis, satius deinceps fore, ne *Merceri* posthac nomine, sed *Ferrati*, quod domus nostrae apud meos cognomen est, dones: quia apud adversarios invidiosum forsan aliquando esse possit. Interim soliti mei nominis eum qui literas perfert admonebis extrinsecus.

4036. 1) *Literas non exstant, ad eas respondisse videtur Calvinus praecedenti epistola antequam hanc accepisset.*

2) Libellus Ruth hebraice cum scholiis Masorae ad marginem, ita in eundem succincta expositio R. Dav. Kimhi. Par. R. Stephan. 1563. 4. (*Haag* VII. 329. *Masch* I. 131.)

4037.

CALVINUS BULLINGERO.

Acta novissima Gallica, maxime in parlamento.

(Ex scheda Ionvillaei Cod. Genev. 107a, fol. 274 v., coll. c. Cod. Turret. 108, fol. 155. Bern. Epp. VI. 1128 et Simler Vol. 108. Versio angl. IV. 339.)

In statu Galliae nihil mutatum ex quo ad te scripsi, nisi quod Parisienses magis ac magis quotidie altos illos spiritus demittunt.[1]) Primum curia

4037. 1) *Cf. N.* 4019. *Friberg ap. Languet* II. 265 *d. d.* 25. *Sept.:* Rex tandem pertaesus Parisiensium contumaciae [illegible]

fracta est, vel saltem subacta Regis decreto: deinde ad commune urbis ventum est. Malo quidem exemplo omnia curiae acta rescissa sunt, et abrogatum quidquid fuit dignitatis in illo ordine, et quanquam violento remedio opus fuit ad corrigendam vesaniam, mihi tamen non placet pro imperio, et prope tyrannico more everti autoritatem quae duobus iam saeculis illic viguerat. Utile enim fuit valere intercessionem quae regiis placitis fraenum iniiceret: nunc vero coacti sunt omnes consiliarii adesse, quum valvis apertis pronunciatum fuit decretum quo notantur insigni infamia. Nihil enim magis probrosum quam acta omnia, ubi modum excesserant, in eorum conspectu lacerari, ipsisque interdici, ne quid tale in posterum tentare audeant. Legatos qui semel atque iterum missi fuerant Rex ipse contumeliose excepit. Terrore igitur omnes adacti ad parendum. Iam domita illius turbulentae plebis ferocia, alii tumultuari desinent. Provincialibus [2]) severe iniunctum est, ne edicti exsequutionem amplius morentur, vel impediant. *Guisiani* etiam cohibiti sunt, nec vero aegre tulerunt Regis minas intervenire, quia *Admiraldus* copiis erat superior. Bona spes iterum affulsit, quoad intestinas discordias, verum incredibili modo pestis grassatur tam apud Vascones, quam in tractu Ligeris: Lugdunum adhuc est intactum. Missa fuerant viginti quinque vexilla quae in itinere subsidunt, donec allatus fuerit de morte vicini nostri [3]) nuncius, quem tamen ferunt convalescere. Nondum diem indixit Bernatibus. [4]) Quod vestros excusas nolo tecum litigare. Deus iustus iudex iustas querimonias nostras exaudiet. Si tamen diligentius inquiras comperies legatos vestros postquam mandatis erant perfuncti magis strenue incubuisse in causam quam Lucernanos. Tacemus donec opportunitas ad loquendum nos invitet. Quod apud amplissimum senatum iterum bonis viris [5]) impetrasti quod petebant, gratias meo et eorum nomine tibi ago. Vale, clarissime vir et mihi venerande frater. Dominus te incolumem tueatur, virtute sustineat, laboresque tuos benedicat. Symmystis, uxori et toti familiae plurimam salutem. Genevae 20. Octobris 1563.

Iohannes Calvinus tuus.

Ionvillaeus tuus reverenter et ex animo te salutat.

---

ut non tantum hic promulgaretur sed etiam typis excuderetur edictum de deponendis armis, de ipsius maioritate et responsio ad causas ob quas Parlamentum dicebat se non posse ea edicta approbare. *Idem d. d.* 17. *Oct. p.* 266: Rex venit in urbem et serio imperavit civibus ut arma deponerent. Delecti sunt quatuor equites ordinis regii qui domos scrutentur. Honestiores deferunt sua arma in domum civicam: opificum et aliorum tenuiorum deferuntur in armamentarium regium, ubi sunt constituti qui ea aestiment et pretium dominis persolvant ex regia pecunia. Dirutae sunt etiam speculae quas cives per plateas construxerant ad agendas excubias, ita ut urbi restituatur antiqua forma gubernationis et iam sit magna spes tranquillitatis.

2) *Male Anglus vertit:* The inhabitants of the provinces. *Lambert, Hist. des guerres de rel. en Prov.* I. 211: En Octobre la reine fit écrire par le roi au gouverneur, le comte de Tende, „qu'ayant eu diverses plaintes des déportemens de ses gens tenant la cour de Parlement de Provence sur l'exécution et entretenement de ses édits de pacification, il est contraint venir au dernier remède qui est d'interdire et défendre à tous généralement estant du corps de ladite Cour, l'entrée, tenue et séance d'icelle et suspendre leur pouvoir jusqu'à ce que aultrement en soit ordonné." Le 24. Nov. parut un édit qui suspendait la Cour en masse et la remplaçait par une commission de 14 membres dont 13 appartenaient au Parlement de Paris. — *Languet, Cal. Dec.* II. 273: His diebus suppressum est Parlamentum illius partis Galliae Narbonensis quam nos Provinciam vocamus, eo quod iniquius ageret cum Huguenotis, et missi sunt eo ex aliis parlamentis qui iudicia exerceant.

3) *Ducis Sabaudiae. Friberg ap. Languet* II. 256: Quum aestuans ex venatione captaret auram frigidiorem ad quendam rivum, aiunt ei subito obriguisse nervos. Dicitur nondum esse mortuus sed ita affectus ut non sit spes eum posse restitui.

4) *cf. N.* 4018. 4029. 4034.

5) *Pellisariis.*

4038.

BEZA BULLINGERO.

Novissima ex Gallia. Colignaeus se a crimine ipsi imputato vel iure vel armis purgare vult. De Rege iuvene optima quaeque speranda. Calvini morbus. Rumor de morte Sabaudi.

(Ex autographo Cod. Genev. 108, fol. 148. — Sangall. Epp. Vol. XII. nunc 41, fol. 296.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando, Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

Accepi literas tuas, mi pater, una cum germanica defensionis illius interpretatione quam statim ad D. *Amiralium* misi, ut ei vestrae quoque ecclesiae studium et diligentiam approbem. Is, quemadmodum postremis meis literis significavi, quum *Guisianos* videret tanto cum apparatu in aulam venisse [1]) iustitiam quam vocant a rege petituros,

---

4038. 1) *Languet d. d.* 17. *Oct.* II. 268: Res est magna pompa acta. Regem convenerunt in templo et ante ipsum procubuerunt mater et coniux Guisii, Card. Borbonius, dux de Mont-

primum quidem per fratrem olim cardinalem, nunc comitem *Bellovacensem*,[2]) obtulit sese ultro coram omnibus non suspectis iudicibus comparituram quoties regiae maiestati libuisset. Quod si armis rem decerni mallent, sese una cum duobus suis fratribus innocentia sua fretum vel seorsim vel simul cum totidem Guisianis, si regiae maiestati placeret, decertaturum. Interea convocavit et ipse amicorum et cognatorum copias, quos quidem certum est tam prompte accurrisse ut octo dierum spatio ad duo equitum nobilium millia coegerit. Rex vero sua autoritate utrosque arma ponere et domum quemque reverti iussit, addita etiam poena iis qui non paruissent. Senatui Parisiensi adempta est causae cognitio et dati ex magno quod vocant concilio iudices. Itaque optima spes est detectis et fractis hostium consiliis *Amiralium* brevi penitus liberatum iri.

Rex tandem Lutetiam ingressus senatum et municipales magistratus acerrime reprehendit. Adempta sunt arma omnibus, detractae ex compitis catenae, quarum infinitus est ibi munerus. Inquiritur in multos, et optima spes est fore ut seditiosorum principes iustas poenas luant. Nec dubitamus quin audita Parisiensium deditione mox caeterae quoque civitates quietiores reddantur. De rege optima quaeque atque adeo incredibilia nobis nunciantur. Et certe, nisi corrumpatur, a tanta indole, quantam ego ipse in eo animadverti, maxima quaeque possunt exspectari. Caeterae ecclesiae pacificae felicissime promoventur. Sed plerisque locis ea est pestis saevities ut maximam iam urbium partem consumpserit. Haec sunt Domini flagella simul perdentis impios et suos castigantis. Utinam vero tandem peccatis nostris deletis nos benignus respiciat et nos vicissim serio resipiscamus.

Quod ad nos privatim attinet: recte hic omnia Dei beneficio, si *Calvini* nostri perpetuos morbos excipias, quem utinam brevi nobis restituat Dominus. Dolet mihi quod de tuo catarrho scribis, quo tamen spero te iam esse liberatum, et utinam bene sim ominatus. Quid nobis responsuri sint Basilienses avide exspectamus. Bene vale, mi plurimum observande pater. Dominus Iesus te incolumem servet, una cum fratribus et collegis omnibus, quos una tecum salvere iubeo, et fortiter ad extremum usque in opere Domini perseverare cum totius ecclesiae fructu. Genevae 20 Octobris.

Tuus Beza.

De *Sabaudi* morte [3]) iam pridem multi afferuntur nuncii. Ego tamen mortuum esse non arbitror. Sed parvam in eo spem vitae esse vel ex eo colligo quod 32 peditum signa iam non procul absint Lugduno, quos magna suspicio est in Pedemontem transituros, quamvis dicantur adversus tumultuantes adhuc Provinciales mitti. Magna pars illorum est ex nostris, ita ut nihil sit ecclesiis metuendum.

---

pensier et eius filius, primogenitus Guisii mortui, Card. Guisius, Aumalius, Marchio d'Elbeuf, duces de Nemours et de Longueville. Ipsa mater Guisii habuit orationem ad regem qua petebat constitui iudicium de caede ducis Guisii. Rex respondit se etiam non interpellatum facturum fuisse quod peterent . . . . Verum interea dum Guisiorum advocatus causam istam magna vehementia agit, ecce decretum a rege affertur quo omnes Castillionaeorum controversiae reiiciuntur ad magnum Consilium et interdicitur Parlamento et omnibus aliis iudicibus ne de iis sibi cognitionem sumant . . . . . . Quoniam Guisii, dum haec agebant, dicebantur induxisse magnum numerum militum in urbem, factus est ad Admiralium concursus nobilitatis nostrae religionis: nihil tamen inde ortum est turbarum. Multi magno studio hoc agunt, et praecipue vidua Ferrariensis, socrus Guisii, ut componatur illa controversia inter Guisios et Castillionaeos.

2) *Odet de Chastillon.*

3) *Vide praecedentem not.* 3.

4039.

MERCERUS CALVINO.

Rationes exponit cur oblatam vocationem sequi non possit, et in suum locum Beroaldum substitui cupit.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 23. — Edidit Liebe pag. 60 ex quo descripsit Simlerus Vol. 108.)

A Monsieur Monsieur d'Espeville.

Sciebam equidem vix vel potius non satisfacturam tibi excusationem meam:[1]) ut qui immodico sed inprimis laudando publicorum commodorum desiderio ductus, hac in parte (quod cum bona tua venia dicam, vir eximie) vix tibi temperes. Ac ego sane non infitior maiorem forsan ex meis laboribus istic redundaturam utilitatem, ut ea in re tecum mihi conveniat. Verum non statim eo nomine putarim deserendam eam, quae hic mihi delegata est, provinciam, si modo citra rei divinae iacturam et detrimentum administrari possit. Alioqui passim episcopis concedas et evangelii praeconibus, ut suis se ecclesiis abdicent, ubi emolumenti uberioris alibi spes occurrit. Nunc procul dubio meam conditio-

4039. 1) *respondet ad N.* 4035.

nem honeste relinquere non possum, nisi quid novi emergeret (quod Deus avertat) quod nos hinc abigeret.[2]) Accedunt familiae impedimenta, longitudo itineris, et aeris quod nobis Rex debet magnitudo, cuius dissolvendi sese imposterum spes aliqua ostentat. Quanquam hoc postremum pili profecto fecerim, si nos patriae calamitas huc adigeret:[3]) quemadmodum et anno superiore quidquid erat mearum fortunarum iam pro derelicto habebam, novas sedes, si Dominus pateretur, cogitans. Itaque quum in praesentia multam hinc migrandi occasionem invenirem, post binas ad te rescriptas literas coepi in animum inducere, quem tandem hinc oneri parem reperirem,[4]) atque ante triduum ea de re multos ultro citroque cum D. *Capello* sermones contuli, in medium allatis omnibus, qui hodierno die possent hoc tantum munus capessere. Mihi quum multum diuque cogitassem, et varie cum illo deliberassem de illis quos proponebamus hinc inde, unus tandem occurrit quem, si velit, putem exspectationi responsurum, pietate iuxta ac doctrina insignis, Matthaeus *Beroaldus*,[5]) *Vatabli* nepos, qui nunc Aureliae professorem agit linguae hebraicae: quem ego ante hos tumultus D. *Bezae* designaram, quum nunciaretur D. *Cevalerius* istinc discessurus, atque adeo iam conditione accepta istuc commigrare paratus erat,[6]) nisi per quosdam repente ab instituto avocatus fuisset. Iuvenis est, natus tolerare labores, quali ad duplex illud onus opus fuerit. Hunc interpellandum censeo, sed non meo nomine: quia eum antehac de eadem re sollicitaram. Non desunt, per quos hoc commode fieri possit. Quin et Aurelianam ecclesiam facile hoc autoritati tuae concessuram puto, si modo is adduci queat. Nam de subrogando ei non admodum laboraremus. Instat hic mihi *Querculus*[7]) non alioqui indoctus, ut in locum aliquem intrudatur. Credo te meis novissimis literis certiorem factum, voluisse *Spinam*,[8]) cui tota res est commissa, me in scholam illam trilinguem pertrahere, quam noster princeps erigit. Ubi mihi quadringentae pendantur librae praeter aedeis et alia commoda non pauca: sed me omnino statuisse, quamdiu res patientur, stationem meam tueri, atque hanc quam nactus sum spartam ornare: quod utinam felix ac faustum sit. Novit Dominus, quo id animo faciam, et antehac fecerim: nec non mihi testes erunt quamplurimi, quam semper studiosus fuerim patriae, ubi vel tantillum spei supererat. Boni ergo consule, quod vicarium, ut efflagitas, nominem, mihi in caeteris paene parem, laboris tolerantia et corporis habitudine ac sensuum integritate longe superiorem. Aliud si possim praestare, multo sane libentius praestabo ac diligentius maiorique contentione quam a me postuletur. Nunc hanc veniam da tuo *Mercero*, et me patriae relinquito tantisper, dum hic agere licet. Dominus nostra dirigat consilia, studia et conatus fortunet, et te, vir inprimis observande, diu suae ecclesiae servet incolumem. Lutetiae pen. Octobris, anno 1563.

Tuus I. M.

2) emergat .... abigat *L.*
3) adigat *L.*
4) reperiam *L.*
5) *Matthieu Brouart de St. Denis, natus c.* 1520 *patre tonsore, matre sorore Francisci Vatabli qui eius studia direxit. Usque ad a.* 1562 *Lutetiae degebat, tunc ad vitanda belli et civilia pericula cum familia et nonnullis discipulis, inter quos Agrippa d'Aubigné, ad Montem Argi et Aureliam se recepit ubi uxorem pestis abripuit. Aureliae m. Nov. factus est prof. l. hebr. Anno* 1568 *rursus bello civili pulsus in Monte Argi collegii director creatus est, post caedem Bartholomaicam in oppidum Sancerre confugit et tandem a.* 1574 *professionem philosophiae Genevae adiit.* (*Livre du recteur* 372. *Haag* III. 2 *ss.*)
6) arrepta istuc commigravi. Paratus *L.*
7) *Non confundendus cum Quercetano. Vide potius N.* 2641. 2661. *Thomam Querculum ministrum Parisiensem sistunt Coquerel, Egl. de Paris. p.* 179 *et Bulletin* XII. 10.
8) *Iam antea de eo vocando Beza cogitavit* (*N.* 3514. 3534. 3546).

4040.

ZANCHIUS CHAILLETO.[1])

Post integrum semestre denuo veterem suam cramben recoquit, oblata iam etiam Lugdunensibus sua praesentiae definitione.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi P. II. p. 138.)

Falleris, mi frater carissime, falleris inquam, nec parum falleris, si putas me a tradita et defensa per me hic doctrina, vel latum digitum recessisse, vel etiam defectionem ullam simulasse. Principio articuli in se nihil aperte impium continent, cui non possit bona conscientia, sed adhibitis exceptionibus, imo etiam cui non debeat, pacis scholae atque ecclesiae conservandae gratia, subscribi: id quod etiam D. *Calvinus* non semel testatus est, tum

4040.1) *David Chaillet Neocomensis a.* 1562 *v. d. m. in Delphinatu, postea Lugduni unde a.* 1565 *in patriam rediit ibi denuo ministerio functurus. Cf. Arnaud, Hist. d. prot. du Dauphiné* II. 381. *Haag* III. 311 *qui librum ab eo editum laudat:* Traité de la fin ou usage des miracles et de la conception de la vierge Marie. Paris. *s. a. Hist. eccl.* III. 216 *cum non recenset inter ministros Lugdunenses qui aderant tempore edicti Ianuarii, ergo post hoc advenisse videtur.*

voce, tum literis. Proinde *Holbrachum* hortabatur ad subscriptionem, modo ipsi liceret excipere: potius quam ut sineret ecclesiam, id quod adversarii moliebantur, dissipari. Ego vero nulla alia ratione et nullis aliis de causis, quam ut ne locum cederem talibus adversariis, qui praeter impiam de coena deque ubiquitate doctrinam Pelagianismum etiam in scholam introducerent, subscripsi: idque tum demum, quum vidissem, reliquos omnes meos collegas subscripsisse: et mihi, nisi idem facerem, omnino stationem esse deserendam. Id quod cumprimis cupiebant adversarii, et omnibus suis viribus, hoc est, falsis accusationibus, calumniis, clamoribus, conviciis, dolis et cuniculis, totum biennium conati fuerunt ut consequerentur. Praemisi porro meas exceptiones, et protestatus sum palam, me nolle ut hac mea subscriptione ullum fiat praeiudicium aliis ecclesiis et academiis, quae mihi dederant testimonia, neque ipsi veritati, neque doctrinae, quam ego in hac schola tradidi per octennium, quaeque continetur in meis praelectionibus, disputationibus, confessionibus: velleque, ut mihi liceat interpretari tam Augustanam confessionem, quam praesentes articulos iuxta regulam verbi Dei, doctrinam Augustini, *Lutheri* propter doctrinam de praedestinatione, et *Buceri*. Neque has exceptiones compositores reiecerunt. Quomodo igitur recessi a recepta doctrina? Imo contra compositores rotundis verbis *Sturmio*, mihi et aliis aliquot collegis dixerant antea: pastores nobiscum admittere doctrinam Augustini, *Lutheri* et *Buceri* de praedestinatione: et mihi seorsum, quum ostendissem eandem plane conclusionem de perseverantia sanctorum in libro *Heshusii* de libero arbitrio, dixerunt, meos adversarios totum illum librum probare. De coena etiam concesserant nobis doctrinam *Buceri* et aliorum maiorum nostrorum, qui in hac schola atque ecclesia docuerunt: adeoque confessiones omnes et Apologiam huius civitatis. Mihi vero speciatim hanc meam de praesentia corporis Christi in coena explicationem admiserunt: illud nullo modo praesens esse corporibus nostris, quod nullo corporis sensu percipiatur, praesens vero esse fidelium mentibus quod ab ipsis vere percipiatur: atque ita vere percipiatur, ut ipsius vis in ipsa quoque corpora nostra redundet, qua indies magis ac magis mortificentur, regenerentur et capiti Christo incorporentur, atque ad gloriosam resurrectionem disponantur. Quum haec illi nobis concesserint: cur non debuissemus et nos articulis illis, concordiae gratia, subscribere? Adde quod, antequam fieret subscriptio, *Sturmius* miserat ad compositores permultas conclusiones impias ex libro pastorum contra me scripto collectas: compositores eas, ut audio, praelegerunt pastoribus et interrogarunt, an ita docerent? responderunt, se non ita sentire. Quid hoc fuit, nisi errores recantasse et veritati acquievisse? Cur igitur non subscripsissemus articulis minime per se impiis? Nam quod ibi traditur de vera et substantiali prasentia corporis Christi impium non est, si interpreteris de illa praesentia qua praesens est mentibus fidelium, ut ego exposui. Praesentia enim haec, nullo locorum licet maximo intervallo impediri potest. Neque praesentiae nomine intelligenda est propinquitas quaevis localis: sed talis propinquitas qua res, quae dicitur esse praesens, percipi possit ab illo, cui dicitur esse praesens. Quod locale spatium attinet, solis corpus multo magis distat ab oculis meis, quam tu qui Lugduni es: interim tamen sol dicitur mihi, hoc est, oculis meis praesens esse: non autem tu. Quamobrem? quoniam ille ita oculis meis propinquus est ut ab eis percipiatur, tu vero nequaquam. Idem sol non multo magis distat a nobis, quum est supra aliud hemisphaerium, quam quum est supra nostrum: tanto enim magis tum distat, quanta est terrae, quae interponitur, crassities, tunc tamen dicitur et est vere absens. Quid ita? quia non potest percipi ab oculis nostris, nunc vero praesens est, quia percipitur. Eatenus igitur aliquid dicitur alicui esse praesens, quatenus illud ab hoc percipitur. Verum autem et substantiale corpus Christi percipi ab animis mentibusque fidelium, tum in praedicatione evangelii, tum speciatim in coena, quis vere pius neget? Non est igitur per se impia illa sententia: Corpus Christi in coena vere et substantialiter praesens esse, si addas: mentibus fidelium. Nihil enim inter corpus Christi gloriosum quod in coelo est, et mentes nostras, quae substantia in terris sunt, intercedere potest, quod veram interea unionem et κοινωνίαν impedire queat, nisi impoenitentia atque infidelitas. Sicut per prophetam dicit Dominus: Peccata vestra diviserunt inter me et vos, quae duo quum absint a fidelibus consequitur veram esse κοινωνίαν ideoque veram praesentiam inter corpus Christi et fidelium mentes, imo et quodammodo inter corpus Christi et corpora nostra: quatenus, ut dixi, virtus corporis Christi pro nobis crucifixi, vi sui spiritus derivatur in corpora nostra ad maiorem sanctificationem in hoc saeculo et gloriosam resurrectionem in alio saeculo, quae omnia sentiunt experiunturque fideles in se ipsis.

Quod etiam in illis articulis habetur: Qui obediunt concupiscentiis peccati, amittunt fidem: (nam forte hoc te vehementer offendit: quasi pugnet cum illa doctrina propter quam excitatum fuit dissidium) nihil habet absurdi, si attente et diligenter verba perpendas. Principio conditionalis est propositio: Si qui obediunt. Ego vero nego sanctos illos, de quibus mea erat propositio, vere obedire concupiscentiis peccati, etiamsi nonnunquam in pec-

cata ex aliquo etiam consensu, sed non pleno, labantur. Quomodo enim illi dicuntur obedire peccato, quibus perpetua pugna est contra peccatum? qui carnem suam crucifigunt cum vitiis et concupiscentiis? qui perpetuo student legi Dei servandae? in quorum cordibus scripta est et viget lex Dei: qui ex animo dicunt: mente quidem se servire legi Dei, carne autem legi peccati? qui denique, antequam peccent, cum Petro mallent millies mori, quam semel peccare, et quum peccant, non ex animo, neque ex contemptu aut odio legis, neque ex destinata malitia, sed vel infirmitate vel ex ignorantia, semper autem contra animi propositum, peccant, et postquam peccarunt, cum eodem Petro dolent, lugent, resipiscunt? Quod si secus fecerint, non illos ego appellavero sanctos: neque de illis intelligendae sunt meae praelectiones ac disputationes. Deinde etiamsi quis contendat, sanctos, quum peccant ex aliquo consensu, ut fecit Petrus et David, obedire concupiscentiis peccati: aliud mihi suppetit responsum quod defendam: propositionem illam compositorum non pugnare cum ea quam hic defendi doctrinam de perseverantia. In mea thesi est: eos non excidere penitus a fide: articulus compositionis habet simpliciter: eos amittere fidem, sine particula *penitus*. Quis autem infitietur: fidem etiam in sanctis quum peccant aliquo modo amitti, hoc est, suffoçari, infirmari, languescere, denique amitti fidem, hoc est, fervorem fidei. Et aperte ipsi explicant de qua fide loquantur quum aiunt: Amitti fidem quae est fiducia de remissione peccatorum. Intelligunt igitur quum peccatur ex consensu etiam a sanctis, actualem illam fiduciam, qua persuasi erant de remissione omnium peccatorum, qua accensi erant in Deum, qua denique fiebat ut nullius sibi conscii essent peccati, quod sentirent, omnia esse remissa, ita exstingui ut iam novi peccati conscii facti sentiant, se reos esse mortis, quae stipendium est peccati, atque ita sentiant, se reos esse, ut etiam simul intelligant, novo sibi actu resipiscentiae et fidei opus esse ad remissionem novi peccati impetrandam. Quis autem hoc infitias eat? aut quando ego unquam aliter docui? Sed totam penitus exstingui fidem, totamque tolli fiduciam, ita ut de Dei misericordia deque remissione peccatorum diffidant, neque illi docent, neque ego adversariis concessi.

Vides igitur, frater, quam grave sit meum peccatum quod articulis illis subscripserim. Sed tibi dicam ingenue, qua in re peccaverimus omnes nos: in eo quod nimis fuimus creduli, nimis boni, nimis faciles, et nostra simplicitate atque candore mensi sumus aliorum astutias atque calliditates et putavimus inter bonos bene agier. Profecto verum est dictum Christi: filios tenebrarum prudentiores esse filiis lucis in genere suo. Curandum nobis fuisset, ut compositores quae verbo concesserant, scripto etiam confirmarent: alioqui non debuissemus subscribere. Sed contenti fuimus illorum verbis et promissione, qua dixerant, se nobis semper daturos testimonium nostrarum exceptionum, quum opus foret. Ita stulti ducti fuimus ad macellum: acceperunt aliqui ipsorum nostras subscriptiones et eas miserunt, quocunque voluerunt, triumphantes de nobis, seque extollentes quod egerint omnia prudenter et feliciter: nos vero nihil illorum habemus, quod possimus ostendere, nisi verba et promissiones in recenti memoria, quas possimus referre et iuste illis obiicere. Proinde fatemur ingenue astutia et prudentia, vel aulica potius, nos fuisse superatos, at veritate et doctrina minime. Imo contra contendimus, adversarios, si nos non fefellerunt compositores, ab impia doctrina Pelagii recessisse, ac sinceram nobiscum amplexos fuisse apostolicam, *Lutheri*, *Buceri*. Qua de re gratias egimus Deo, et huius rei meminit *Holbracus*, ad quem mox cucurri, totumque quod a compositoribus audiveramus retuli ut is quoque nostri pii gaudii particeps fieret et gratias Deo nobiscum ageret.

Habes prolixius quam volueram explicatam historiam nostrae compositionis, qua ita offensus esse videris, ut dicas, meum peccatum non posse excusari. Habes, quibus in rebus maxime, et in quibus minime peccaverimus. Si tibi satisfactum est hac mea responsione: tui erit officii, aliis quoque quoscumque noris offensos fuisse, hac eadem mea responsione satisfacere, nisi malis totam epistolam communicare, id quod tibi per me liberum fuerit. Si non est satisfactum, protestor, me nolle habere te in hac causa iudicem.

Quod vero rogas, ut conditionem oblatam[2]) apud vos accipiam, acquiescerem perlubenter tuae et aliorum multorum (non enim tu solus es qui rogas) petitioni: si liber essem, meique iuris. At fidem meam obstrinxi Clavennensibus.[3]) Vixissem alioqui quam lubentissime vobiscum, hoc est cum viris vere piis, vere doctis, ac probis et candidis, in urbe ista tam celebri, iucunda atque suavi. Sed de his satis, reliqua ex literis, quas communes D. *Vireto* et reliquis ministris scripsi. Vale et me, ut facis, ama. D. *Christophoro* referes multam salutem. Argent. 1. Novemb. 1563.

2) *Vireti, ministrorum Lugdunensium, et totius consistorii nomine cf. Zanchi Epp. p.* 173 *sqq. d. d.* 20. *Sept.* 1563 *et Zanchi resp. prid. Cal. Nov. ibid. p.* 174.

3) *Mainardo prid. Cal. Aug. mortuo ecclesia Clavennensis Franc. Belinchettum misit Argentoratum qui Zancho ministerium offerret. Senatus se aegre eum dimittere declaravit, non tamen obstare quominus vocationem sequatur. Zanchus de concordia desperans resarcienda se venturum promisit.* (*Epp. p.* 127 *d. d.* 7. *Sept. Schmidt p.* 673.)

4041.

CALVIN A LOINES.

Exhortation à ne point abandonner sa charge de conseiller.

(Copie. Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 166. Vol. 115a, fol. 15 Berne, F. p. 62; Ruchat VII. 405; Bonnet II. 540; Trad. angl. IV. 343.)

A Monsieur Monsieur de Loynes conseiller en la court de parlement de paris.

Monsieur, combien que ie neusse receu lettres de vous iusques a present, toutesfois ie me contentoie dentendre de voz bonnes nouvelles, comme ien ay esté adverty plusieurs fois, dont iay remercié Dieu. Mais vos lettres [1]) mont beaucoup plus satisfaict, pource que ie y ay congnu la bonne affection damitie que vous me portez, laquelle ne mestoit pas incongnue, mais encores ay ie esté bien aise d'avoir ce gaige de nouveau pour en estre tant plus certiffié. Au reste a ce que ie vois Dieu vous a pourmené depuis que vous estes arrivé par dela, et ie ne doubtois point, cependant que voz gens [2]) faisoient des enragez, que vous ne fussiez en grande perplexité. Mais maintenant que par force destre matinez, ilz sont domptez et adoulcis, vous pourrez conclurre de vostre estat, ou plustost poursuyvre la conclusion que vous en avez prinse. En quoy il me semble que vous ne debvez nullement differer, [3]) et tant sen fault que ie vous en destourne, que ie mectrois paine de vous picquer sil en estoit besoing.

Puisquil vous plaist men demander conseil, oultre le principe general quil nest point licite de quicter une vocation publicque, et sen descharger de son bon gre, sans y estre contrainct par necessite ou violence, lestat present vous oblige au double de persister a vous mectre en debvoir, et ne fust ce que pour essaier comment Dieu vous vouldra emploier. Ie ne disputeray point pour vous persuader comment vous debvez surmonter toutes difficultez. Tant y a que la plus grande vertu que vous puissiez avoir, est de fermer les yeulx a tout ce qui pourra advenir, marchant simplement ou Dieu vous a appellé. Il seroit à desirer que vous fussiez bien accompaigné, mais faictes vostre compte que Dieu vous a appellé a combatre, ce que vous avez desia premedite pour vous y porter vertueusement. Cest merveilles que le diable ait des suppostz si bons zelateurs, qui nespargnent rien pour occupper tous les sieges de iustice, pensant bien que cest le moien dopprimer l'eglise de Dieu, et que ce pendant ceulx qui debvroient resister au mal quictent la place. C'est bien arriere de praticquer la rigle de St. Paul, d'oster loccasion a ceulx qui la cherchent. Plustost on debvroit praticquer de vider des places, pour y mectre gens qui tinssent le bon party. Il ne fauldroit quune douzaine de gens de bien pour mectre le cueur au ventre, à ceulx qui ne sont ne chair ny poisson, cest a dire a plus de soixante. Mais puisque Dieu vous a desia monstré ce que vous debviez faire, ie nay sinon a le prier quil vous fortiffie de vertu invincible, comme il le fera. Seulement hastez vous sans barguigner, car nous sommes asseurez davoir tout gaigné, estans appuiez sur sa vertu pour nous efforcer a faire ce quil nous commande.

Surquoy, Monsieur, apres mestre humblement recommandé a vostre bonne grace, ie supplieray le pere celeste vous tenir en sa protection, vous conduire par son esprit, et vous faire prosperer en tout bien. De Geneve, ce 5 novembre 1563.

4041. 1) *perdues.*
2) *le Parlement de Paris.*
3) desplorer *Bt.*

4042.

BULLINGERUS BEZAE.

Gratias agit de diligentia qua illi res Gallicas Turicensibus denunciant.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 10.)

S. D. Ante omnia salutabis mihi D. *Calvinum* et excusabis me quod ei nihil scripsi. Parco ei: scio quibus et quantis in horas enecetur et literis et negotiis. Perplacuit eius mihi excusatio. Efficiam vero, quantum in me fuerit, ne sit infrugifera, dum libere et confidenter illi affirmare possum aliter habere rem quam ipse sibi habet persuasum. Dominum praeterea orabo ut ipse pro sua clementia atque potentia hoc negotium sic temperet necubi prava hominum consilia causae optimae noceant. Utrique maximas ago gratias pro ista insigni vestra diligentia qua soletis ad me, imo ad nos omnes, qui in hisce partibus Helvetiae degimus, (optime enim cuique communico vestra, non tamen citra delectum) mature res Galliae per literas denunciare — — — — — — — — — — — Tiguri 7. Novembr. 1563.

Tuus ex animo totus
Bullingerus.

4043.

SPINA CALVINO.

Rarius se scribere affirmat quia alioqui curis obsessum suis et suorum onerare non vult, simul eum iubet bonorum suffragiis contentum aliorum invidiam despicere.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 29.)

A Monsieur Monsieur despeville.

Cur ad vos rarius scribamus multiplices sunt causae: inprimis quod non semper nobis praesto sunt nuncii quibus literas nostras tuto committamus, tum quod turbulentissimis istis temporibus nulla nobis fere scribendi argumenta occurrunt qualia optaremus. Quid enim necesse est vobis narrare odia, insidias et nefaria adversariorum nostrorum consilia, quibus ecclesiis quotidie perniciem moliuntur? Quid item deiectiones, mollitiem, perfidiam, proditiones et scandala nonnullorum ex nostris, qui ecclesias saevitia et crudelitate adversariorum misere dilaceratas et dissipatas deserunt et iacentes ac prope exanimatas secure intuentur, exemplo videlicet sacrifici et levitae qui graviter a latronibus vulneratum despiciunt, et illum nulla adhibita consolatione, nulla praestita ope, *ἀκανθρώπως* praetereunt. Quid, inquam, refert haec vobis commemorare et animos vestros tot curis aliunde vexatos his adhuc exercere. Equidem, quod ad me attinet, parcendum vobis esse semper existimavi: tibi potissimum, venerande pater, qui senio et multo adhuc magis laboribus, quos pro ecclesia suscepisti et pertulisti, confectus et tantum non consumptus audire ex nobis nihil deberes nisi quod animum tuum exhilararet, et longiorem, si fieri posset, tibi vitam produceret. Certe in publica commoda mihi peccare videntur non solum scelerati *καὶ κατάρατοι* isti nebulones qui te maledictis suis exagitant, (quanquam vitae tuae cursu ea te praeditum constantia declarasti ut magno semper animo istorum convicia et calumnias contempseris), sed hi etiam qui scribunt aut narrant aliquid quod te cruciet aut molestiam aliquam exhibeat. Ita vixisti, mi pater, ita te gessisti in rebus omnibus, eam denique existimationem apud omnes bonos adeptus es, ut metuendum non sit ab improbis et flagitiosis istis desertoribus, ne virulentis suis sermonibus illam contaminent. Tantam improbitatem Dominus diu inultam non sinet.

Quis sit rerum nostrarum status poteris cognoscere ex literis quas misi ad fratrem nostrum D. *Theodorum*. Varia sunt et incerta admodum hominum consilia, qualia necesse est esse illorum qui luce verbi Dei carent neque sequuntur ducem spiritum. Ea tamen spe hic vivimus, tandem futurum ut Deus, a quo toti pendemus et cuius bonitate sola nitimur, omnes difficultates superet et expediat, et opus quod inchoavit feliciter conficiat. Illum oro etiam atque etiam ut tuam valetudinem confirmet et te nobis et ecclesiae suae diu incolumem servet. Vale, mi pater. 8. Novembris 1563.[1])

Tui studiosissimus
Io. Acanthius.

4044.

TACHARD [1]) A CALVIN.

Demande de ministres et nouvelles de l'église de Montauban, et de sa propre famille.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 109, fol. 127.)

A Monseigneur Monseigneur Calvin.

S. Monseigneur et pere le frere presant porteur est envoye devers vous pour obtenir ministre pour la ville de Montauban je vous prie envoyer home de scavoir et bonne vie affin que ceste povre et petite eglise de Montauban soyt consolee. Les deux ministres forains sont mortz: aux deux natifz de la ville leur a este faict commandement vuider la ville dans troys jours et davantages a moy vuider la royaulme dans le moys et ne reste en la ville que *delassus* qui est en la ville pour la dissipation de son eglise de Folhet et encors ne luy

---

4043. 1) *Haud facile definieris unde haec epistola scripta sit.* Jean de Lespine né à Daon près de Château-Gontier vers 1506, ancien Augustin, vint à Fontenay le Comte en Oct. 1561, et fut pendant quelques mois l'auxiliaire du ministre Claude Du Moulin. Puis il se rendit à La Rochelle. (*L'église réf. de Fontenay-le-C.* 1872. 4° *p.* 9.) Mais il ne parait plus y avoir été en 1563. (*De Richemond, Orig. et progrès de la réf. à La Rochelle. Par.* 1872. *p.* 70. *Haag* VII. 38.) *En* 1564 *il fut appelé à Provins. Au mois de Février de la même année il doit avoir séjourné passagèrement à Saumur.*

4044. 1) Martin Tachard, né à Montauban, avait étudié à Genève. Envoyé comme pasteur en 1558 à Pragelas (*Reg. de la Comp.*) il parait être venu à Montauban peu de temps après l'établissement de la réforme. Il y fut envoyé avec Pierre du Perrier pour seconder Vignaux et Sestier dit Cressent (*Croissant*). A l'approche de Montluc il se retira hors du royaume de l'avis de l'Eglise. Les autres ministres y restèrent. (*Hist. eccl.* III. 62.) Il revint le 10. Aout au grand contentement d'un chacun (*ib.* 87) *Haag* IX. 333. *Mary Lafon, Hist. d'une ville prot. P.* 1842. *p.* 46. 60.

a este permis que precher deux moys. Comme jestoys en deliberation de men aler devers vous deux de mes freres fusrent d'advis de arrester encores et dans deux jours apres ma filhe fust pestiferee et est morte voire toute ma familie sauf mon filz et moy, tires hors la maison, mon affliction est desperit et du cors et ay besoing de consselation et mandement de aler devers vous ou moy envoyer alheurs, car comme suis ale partout ou nostre bon Dieu et pere ma envoye par vostre ministere (sauf de Macon) et que sen est ensuivie tele benediction quil luy a pleu envoyer spere obeir et aler ou sere envoye pour le desir que nostre bon Dieu et pere ma donne de moy employer pour son euvre et lequel je prie ou nom de son filz bien ayme nostre Seigneur vous donner en sante longue vie moy recommandant a vous prieres et toutz les bons peres de vostre compagnie que je salue toutz: ce 16 Novemb. 1563.

par vostre serviteur en Jesuschrist
M. Tachard.

4045.

LISMANINUS WOLPHIO.

Multus est in se purgando a suspicionibus quibus eius orthodoxia gravabatur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VIII. Vol. 45 olim Epp. Tom. 43, fol. 115. Pars tamen posterior epistolae in Vol. 25, fol. 198 exstat. — Simler. Vol. 108.)

Ad Ioannem Wolfium vel in eius absentia ad Henr. Bullingerum vel Conr. Gesnerum.

Clarissime vir, domine et frater colendissime. Si quae miseram mense Maio per clar. D. Franciscum *Nigrum* Bassanensem, [1]) qui habitat Clavennae in Rhaetia, accepisti, et quae per quendam ministrum urbis nostrae bicolorem, item quae reliqui Vilnae apud secretarium [2]) Ill. Palatini Vilnensis accepit R. D. *Bullingerus*, non opus est repetere, sed tantum vestra responsa exspectare. [3]) Si vero huiusmodi mea scripta non sunt vobis reddita, suspendite decretum donec de rebus omnibus reddamini certiores. Ego enim hactenus defendi puram, doctrinam de sacrosancta triade, aperui blasphemias *Gentilis*, docui patrem filium et spiritum sanctum ex scriptura canonica vocari debere unum Deum, non persona sed indifferenti natura, ut docent omnes veteres, praesertim Hilarius in libro de synodis, et Ambrosius. Ostendi verba Dei in cantico Mosis Deut. 32: Videte, videte quia ego sum Deus et non est deus praeter, esse verba filii Dei et non patris, ut diffuse declarat Hilarius in quarto de Trinitate, idque probat ex verbis D. Pauli 15. ad Rom. et ex Esaia et cap. 14. ad Romanos. Ita ut nullam occasionem praetermiserim reducendi nostros ad viam rectam. Quum autem viderem eos occludere aures, et quum negarentur * mihi stipendium annuum constitutum a synodo generali, simul et persolutio debitorum quae contraxi serviens vocationi: vocatus a quodam Principe graeco, [4]) nolens tamen sine scitu serenissimi Regis ex regno Poloniae discedere, profectus sum Vilnam, centum viginti milliaribus distantem a Pinczovia, nondum sanus, imo, quod peius est, in medio itinere correptus a colica aegritudine periculosa et quae hactenus me cruciare non cessat.

Quum appulissem Vilnam, receptus sum humanissime ab illustrissimo nutritore ecclesiarum Lithuaniae D. Palatino *Vilnensi* ill. Duce, pro cuius incolumi statu omnes ecclesiae, qui * profitentur puram doctrinam deberent orare Dominum assidue. Post dies octo profectus sum Counam [5]): id oppidum Lithuanicum est serenissimi Regis. Illic salutavi ill. Ducem *Prussiae*, principem vere heroicum, qui triduum pro suo more me excepit, verum et hortatus est ut, ubi commoratus essem cum illo Principe graeco aliquot dies, venirem ad Montem regium, ubi est aula ill. suae Celsitudinis. Quod et feci, quum propter bellum Valachicum intestinum non licuerit hactenus me proficisci ad illum Principem graecum qui est dominus *Valachiae*. Vilnae quum essem salutavi serenissimum *Regem*, bisque post primam salutationem contuli cum serenissima Maiestate sua de religione pura, et spero non inutiliter.

Descripsi tuae praestantiae totum meum statum. Restat ut haec innotescant omnibus tuis symmystis. Et rogo ut omnia, quae ad eos scribuntur ab adversariis, *Sarnitio* videlicet et Iacobo *Sylvio* et fascinatis ab illis, credatis esse calumnias meras, ut ego paratus sum docere coram quocunque tribunali. Feceris mihi rem gratissimam si has literas miseris Genevam, ut omnia legat vir claris-

---

4045. 1) *Franc. Negro, ex valle Tellina oriundus diu Bassani commoratus erat, postea Clavennae ubi hebraica docebat. Mainardus eum dicit virum bonum sed facilem non satis firmum et constantem. De eius scriptis v. Gerdes. Ital. ref.* 307. *Schelhorn, Ergötzl.* II. 29. *Ioecher; Meyer, Locarno* I. *p.* 50.
2) *Uterque nobis ignotus.*
3) *Nondum accepisse videtur N.* 4011.

4) *Iac. Heraclide Basilico despota Valachiae, de quo supra saepius.* (*Lubien.* 153.)
5) Kowno.

simus D. *Calvinus* et sui symmystae, et D. Franciscus *Pontanus*[6]) dictus Monsieur della Planche[7]) quem[8]) rogo ut salutet D. Laurentium *Normandium* et dicat illi quod si ecclesiae Polonicae non persolvent illi meum debitum octoginta octo coronatorum, ut in generali synodo constitutum est, et ego vivens non habuero modum solvendi, tunc ex mea suppellectili mea uxor, et illi quibus commisero, quod iam in meo testamento feci, persolvent illi totum debitum. Deus novit me non esse in causa quod hactenus non sit illi satisfactum, quamvis ex illis libris centum floreni Polonici non sint mihi redditi. Malo relinquere nudos meos quam ut D. *Normandius* damnum patiatur.

Ego quamdiu hic apud hunc principem mansurus sim ignoro: donec Pinczovia et Vilna literas accepero. Non scribo D. *Calvino*, nec scribam donec cognovero illum non esse persuasum a Stanislao *Sarnitio* et Iacobo *Sylvio*, quos ego semper paratus ostendere toti orbi esse impudentissimos calumniatores: nec ipsi poterunt tergiversari. Imo unus illorum, i. e. Iacobus *Sylvius*, in synodo publice fassus est se non intellexisse me, et agnovit suum errorem. Tandem reversus ad vomitum sparsit libellum famosum, similem (et turpiorem) priori libello a se subscripto, et alteri libello a *Sarnicio* relicto senioribus, (qui libelli sunt apud me) quum proficisceretur in Italiam. Rogo iterum atque iterum ut efficias quod D. *Calvinus* has legat. Mitte eas in manus D. Francisci *Pontani*, si est Genevae: si abest, in manus alicuius qui ostendat D. *Calvino*. Vale et saluta reverenter D. *Bullingerum* et D. *Ochinum* et reliquos fratres Tigurinos et Italos. Ex Regio monte 23. Novembris 1563.[9])

Tuus Franc. Lysmaninus.

---

6) *Fr. du Pont Bonivardi viduam duxerat.*

7) *Nomen dubium.*

8) quem | rogo: *hic subsistit textus in Cod.* 43 *et continuatur in Cod.* 25.

9) *Quum ultima Lismanini fata minus bene cognita sint haec epistola aliquatenus lacunam explere poterit. Lubien.* 168: Quum illud excitatum discordiae a Sarnicio incendium surgeret et latius indies serperet, Lismaninus studia redintegrandae concordiae resumere: quatuor illorum ecclesiae quarti saeculi doctorum, Ambrosii, Hieronymi, Augustini et Chrysostomi autoritatem, quasi partibus dissidentibus conciliandis commodum remedium, proponere: hinc centonem ex illis consuere (*cf. Sand* 35). Sed illud consilium et studium vanum fuit. — *Sand l. l.:* Regiomonti, ubi apud ducem Borussiae degebat, Lismaninus in phrenesin lapsus (cui a iuventute obnoxius erat) in puteum decidit atque ita submersus est, c. annum ut colligo 1563. Budzinius c. 26 hunc casum narrans dicit relatum sibi esse, uxorem eius, quae iam antea adulterio suspecta erat, huius interitus causam fuisse.

4046.

CASTELLIO SENATUI BASILEENSI.

Apologia contra calumnias Bezae et Calvini.

(Ex Archivis civicis Basil. Rel. Schr. St. 75 B. N. 2. Edidit Maehly p. 104.)[1])

Consuli et Senatui Basiliensi, Dominis suis clementissimis et colendis Sebastianus Castellio salutem in Domino.

Est mihi, mei clementissimi Domini, a Magnifico D. Rectore et caeteris ecclesiae doctoribus et pastoribus demonstratum, quemadmodum vobis, clementissimi mei Domini, scriptae fuerint literae in quibus ego gravissime accusarer: cuius accusationis partes essent duae: Una ex libro Theodori *Bezae* sumpta, altera super mea translatione Dialogorum Bernhardini *Ochini*. Ac mihi postulanti recitata est pars illa literarum in qua ego accusabar, et super ea interrogatus sum quid responderem. Respondi, petere me ut, si fieri posset, mihi daretur eius partis exemplar ut scripto accusatus scripto responderem. Quod quum sibi nisi vestro permissu licere negassent, et alioquin putarent posse me ad ipsas criminationes quae in illis literis allegarentur respondere, sic facere statui et notatis ex illis literis numeris paginarum in quibus in libro *Bezae* accusor vobis adversus illas accusatoris mei criminationes, quantum eas recordari et comprehendere possum, hic paucis respondeo, paratus et caeteras eiusdem criminationes etiam publico scripto (sicuti publicis scriptis ab eo sum accusatus) diluere. Quaeso vos, clementissimi Domini mei, ut me caussam dicentem eo animo audire dignemini quo animo se quisque vestrum in simili casu vellet audiri.

Primum crimen est quod sim Libertinus. A quo crimine ego me tam procul abesse quam procul coelum a terra distat constantissime affirmo, et innocentiae meae testes omnia scripta, dicta recte intellecta, et facta mea allego. Itaque ante omnia crimen hoc ut accusator meus probet peto: aut si non probat eum calumniatorem esse dico, et insuper, si insontem accusasse non est ei religio, ipsummet Libertinorum haeresi affinem esse affirmo.

Secundum crimen est quod sim Pelagianus et quod gratiam Dei et peccatum originis negaverim. Ad quod crimen ego idem quod ad primum respondeo, et ut hoc quoque probet accusator postulo. Nam quod ad *Bezae* scriptum attinet, in quo hoc ex eis quae ego in septimum caput ep. ad Roma-

---

4046. 1) *Cf. Trechsel* I. 214. *Mähly p.* 73.

nos scripsi probare conatur, dico eum sinistre interpretari scripta mea, et ex eis illa velle elicere quae mihi nunquam venerunt in mentem et hoc publico scripto probare sum paratus.

Tertium crimen est quod ego sim omnium facinorosorum, haereticorum, adulterorum, furum, homicidarum patronus, et quod eos tutos ab accusatoribus et iudicibus praestare velim, et quod nolim magistratum ullo modo sese negotiis religionis immiscere. Et de hoc crimine idem quod de superioribus respondeo, videlicet falsissimum esse, et ut id probet accusator postulo. Ego vero me contrarium probaturum esse etiam ex scriptis meis spondeo. Omnino si sit opus testibus fide dignis, planum faciam, quosdam qui de magistratu sinistre sentiebant fuisse ab eo errore opera mea revocatos. Nam de magistratu omnino idem et semper sensi et sentio quod in sacris literis et in Basiliensi confessione habetur, videlicet: *Es hatt Gott der Oberkeit seiner Dienerin das Schweert und hösten usserlichen Gewalt zeschirm den guoten, Raach und Straf der bösen befolhen.* Atque illud addo, eam durare oportere etiam tempore novi Testamenti, quamdiu erunt facinorosi homines qui sunt puniendi, et qui ei potestati resistit is Dei ordinationi resistit.

Quartum crimen est quod *Castellio* sit papista et blasphemus in Dei gratiam. Et ad hoc crimen respondeo idem quod ad superiora, videlicet falsum esse neque id ullum unquam mortalium esse probaturum. Nam tantum abest ut sim papista ut a magnis viris non semel, magna mercede proposita, et iam pridem et non ita pridem sollicitatus ut ad ipsos migrarem recusarim. Quod vero in Dei gratiam blasphemum esse me dicit, hoc quoque non minus quam illud falsum. Nam nos gratuito Dei beneficio per fidem in Christum iustificari et servari semper et credidi et docui, et hoc etiam scripta mea palam testantur.

Quintum crimen, quod *Castellio* sit Academicus et quod habeat spiritum Anabaptisticum. Academici erant philosophi quidam qui nihil sciri posse dicebant ideoque nihil affirmabant. Ab hoc crimine ipsemet *Beza* in hoc libro me maxime vindicat: ideo enim in me in toto libro invehitur quia multa affirmem quae ipse a me affirmari indignatur. Quod vero de spiritu Anabaptistico scribit, qualem spiritum habeant, aut quid de Dei verbo sentiant aut scribant Anabaptistae ipsi viderint. Quid ego sentiam aut scripserim libenter fatebor. Ego et scripsi et nunc scribo et sentio, controversias quae sunt inter theologos de religione non posse ex scriptura, nisi simul adsit tum Christi spiritus qui mentes aperiat, tum caritas, componi. Atque illud addo, nisi operam dederimus ut caritatem habeamus, futurum esse ut quanto plus literae habebimus tanto minus spiritus habeamus, tantoque magis inter nos in dies dissideamus et in deterius abeamus. Neque non insuper illud Pauli adiicio: si et hominum loquar et angelorum linguis, neque caritate sim praeditus, sum aes personans aut cymbalum tinniens: et si tantum divinationis habeam ut omnia arcana scientiamque omnem teneam, et si adeo omni fide sim praeditus, nihil sum: et si omnes meas facultates in liberalitatem erogem, et si vel meum corpus comburendum tradam, et tamen caritate non sim praeditus, nihil proficio.

Haec sunt quae ego de Christi spiritu et caritate et scripsi et scribo et sentio. Tantum abest ut hoc crimen reformidem, ut haec vera esse dicam, pronunciem, clamem, et eventus ipse vera esse et hactenus docuit et deinceps docebit. Nam sine Christi spiritu et caritate, si quis has controversias componi posse sperat, eum perinde facere dico ac si velit arenatum ex sola arena et calce sine aqua facere. Illud addo, accusatorem meum hic sibi ipsi tripliciter contradicere. Nam si sum Libertinus, non possum esse vel Papista vel Anabaptista: sin Papista sum, nec Libertinus nec Anabaptista, aut si Anabaptista, nec Libertinus nec Papista esse possum. Quippe quum hae tres sectae inter sese, addo etiam ab Aacademicorum secta ipsae omnes sicut aqua ab igni discrepant, id quod facile probarem, nisi id vestrae prudentiae cognitum esse mihi persuaderem.

Haec sunt quae mihi a *Beza* in illis de quibus dictum est locis imposita sunt. Sunt et alia, mei clementissimi Domini, quae mihi *Beza* et *Calvinus* imponunt: quorum unum aut alterum, de quibus vos facillime etiam sine mea defensione iudicare poteritis, obiter dicam. Unum est quod ego Biblia transtulerim impulsu instinctuque diaboli. Cogitate quam verisimiliter haec scripserint. Alterum est quod vicini mei ligna harpagone rapuerim. Hinc cognoscite, mei clementissimi Domini, quales sint accusatores mei. Nam si eorum accusationi credatis, oportebit non solum me, verum etiam vicinos tunc meos et piscatores multos, aliosque cives Basilienses fortasse plus quam trecentos mecum dare furti poenas, quippe qui eidem [2]) ligna centies mecum harpagonibus rapuerint. Hoc isti quum furtum palam publicatis toto orbe libris interpretati fuerint, cogitate quales sint et in caeteris interpretes, praesertim si quem oderint: nam mea scripta nihilo candidius profecto sunt interpretati quam harpagonem.

Haec et huius generis alia multa quae de me scripserunt, si vult probare meus accusator, prodeat coram vestro senatu, et ego coram eodem etiam verbis (utcunque germanice vix etiam balbutiam) paratus sum causam dicere. Sin malam habet con-

2) *civi vicino, cuius erant illa ligna Rheno devecta.*

scientiam, meque putat non sibi privatim sed illis qui me publicatis libris accusarint publicatis libris respondere, et *Bezam*, quum hac transiret, hac de re interpellare debuisse, scitote, mei clementissimi Domini, quominus id fecerim hactenus per me non stetisse. Nam et tunc D. *Coxium* et porro cum eo D. Rectorem Simonem *Sulcerum* ea de re conveni, et *Bezam* una cum illis, nisi iam properans decessisset conventurus fui. Et nunc paratus sum ad omnia quae illi in suis scriptis imposuerunt crimina publico scripto respondere, atque adeo a vobis, mei clementissimi Domini, ut hoc permittatis, postquam sic accusor, obnixe peto. Aut si hoc non impetro, at illud saltem peto ut mihi, si respondere non permittitur, tacere ne sit fraudi. Quod si illi sunt sibi bene conscii, compareant ipsi, *Beza* et *Calvinus*, et omnia quae contra me crimina literis mandarunt coram vobis meis iudicibus probent, et ego vobis (ut intelligatis quantum meae causae bonitati confidam), si illa probaverint, meum caput ad iustum supplicium ultro offero. Non debebunt autem, nisi sibi male conscii sunt, Basiliense tribunal reformidare, qui illa toto mundo publicare non reformidarunt: sin minus probaverint (ut certe nunquam probabunt), aequum erit ut pro calumniatoribus habeantur.

Spero vos, mei clementissimi Domini, Dei in hoc negotio vicarios, in hac causa, sicut hactenus et in caeterorum et in mea ipsius causa fecistis, adhibituros esse eam prudentiam, afflante vos spiritu veritatis, ut nihil nisi re probe perspecta pronuncietis. Magni sunt et potentes accusatores mei: sed et potentes Deus, qui personarum rationem non habet, de solio deiicit. Ego vero sum humilis homuncio, sed et humiles respicit Deus, et eorum sanguinem, si iniuste funditur, ulciscitur. Labi facile est, et vulnus uno momento facile infligit unus vir malus, quod deinde centum boni medici multis annis sanare non possunt.

O Deus, qui et meam et adversariorum meorum corda nosti, surge et iudica causam meam.

Quod ad accusationis partem secundam attinet, videlicet quod Bernardini *Ochini* dialogos transtulerim, non puto id mihi fraudi esse debere. Transtuli enim, sicut et alia eiusdem opera transtuleram, non ut iudex, sed ut translator, et ex eiusmodi opera ad alendam familiam quaestum facere solitus. Et typographus dixit se librum obtulisse Rectori, eumque secundum Basiliensia instituta fuisse censura approbatum.

Sebastianus Castellio
huius defensionis autor mea manu
subscripsi anno 1563 die 24 Novembris. [3])

3) *Germanice eadem Apologia oblata est senatui d. d. 4. Dec. Ipse supremum diem obiit d. 29. Dec.*

4047.

WISSENBURGIUS BULLINGERO.

De Ochini dialogis Basileae impressis a magistratu inquiritur sed hactenus frustra. Beza contra Castalionem scripsit ita ut ipsi urbi et scholae non parcat. [1])

(Excerptum ex autographo Cod. Turic. Archiv. Plut. VI, Vol. 117a, olim Scrin. C. Epp. Tom. 1, fol. 541. — Simler Vol. 108.)

Amplissimo viro D. M. Heinrico Bullingero theologo summo Tigurinae ecclesiae pastori vigilantissimo domino ac fratri suo semper venerando.
Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — —

De *Ochini* dialogis idem nobis evenit quod et vestris civibus. Continue enim et variae et multae ab Argentina veniunt literae quibus a piis pie monemur, ab aliis autem acerbe incusamur, quod ex sua urbe magna multorum offensione magistratus noster tales libros in lucem prodire sinat, et qui propediem (ut omnino praesumitur) publica senatus Argentinensis sententia tanquam haeretici et omnis honestatis et religionis piae corruptores Vulcano tradendi sint. Quarum quidem nonnullae ad senatum nostrum pervenere nuper, quibus commotus idem nobis quod vobis vester iniunxit: nimirum ut inspectis Dialogis totum negotium quomodo actum, et an per nostros censores admissi sint diligentius disquireremus. Ergo quod iussu sumus exsequentes Dialogorum interpretem *Castalionem* invenimus, qui id se fecisse *Pernae* typographi impulsu non negat. Censuram qui fecerit nondum invenimus. *Perna* Basilio *Amerbachio*, qui tum rectoris vices egerat, ex lege librum censendum se tradidisse ait. *Amerbachius Coelio*, quum italico sermone scriptus erat, se misisse respondet. *Coelius* quidem inspexisse librum fatetur, sed nihil censuisse, nec alicui divulgandi copiam fecisse. Tanto igitur labyrintho res implicata est, ut in quem tandem haec cudetur faba prorsus ignorem. Huic aliud quoque accessit malum: scriptum scilicet mordax satis quod *Beza* in *Castalionem* edidit, haereticum, Pelagianum et scripturae sacrae depravatorem pestilentissimum proclamans, nostram vero scholam et ecclesiam, simulque totius urbis proceres, etsi lenius paulo, satis tamen duriter incusat quod tantam pestem in sua ecclesia et urbe ferant. Quae quum *Castalioni* sint obiecta, quibus satisfactionibus aut qua spongia hanc sit detersurus labem, in dies exspectamus. Vereor autem ego ne novi incendii non parva sit

4047. 1) *Cf. praecedentem.*

futura scintilla haec sugillatio. — — — — Basileae summo diluculo ad olentem lucernam 25 diei Novembris anni 1563.

Tui quem nosti studiosissimus.
WW.

4048.

BULLINGERUS BEZAE.

Ochinus Turico pellitur. Locarnensium ecclesia dissipatur.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 12.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae fideli Genevensis ecclesiae ministro domino meo colendo et fratri carissimo. Eo absente D. Calvino.

— — — — — — — — — — — — — — — —

Bernardini *Ochini* Dialogos illos 30 inspeximus:[1]) capita quaedam perversarum doctrinarum (totus liber nil aliud est quam impia perversitas) annotavimus, ad senatum retulimus, qui vehementer iuste commotus hominis audacia et impuritate ipsum officio deiecit, denique urbe et agro eiecit.[2]) Concessit ei spatium se itineri accingendi dies 14 et ad summum septimanas tres, quarum una iam praeteriit. Parum defuit quin longe aliter cum sene inveterato dierum malorum actum fuisset. Praeterea scripserunt nostri quoque Basileam[3]) ad magistratum postulantes ut hi libri opprimantur et posthac nulli tales excudantur etc. *Wyssemburgus*[4]) datis ad me literis ostendit *Castalionem* esse horum dialogorum interpretem,[5]) qui hoc nomine periclitetur, et hoc gravius quod tua accusatio accesserit iussusque sit respondere etc.

Quid futurum sit cum Locarnensi ecclesia vehementer dubito. Dissipavit hanc, vereor, infelix ille senex. Non puto ego illis alium dandum pastorem.[6]) Ora pro nobis Dominum et vale. Saluta D. *Calvinum*, D. *Ionvillaeum*, D. *Budaeum*, et alios nobis notos et caros fratres. Nostri quoque vos salutant. Tiguri 28. Novemb. 1563.

Bullingerus tuus.

4048. 1) *scil. ipse cum Gualtero et Wolfio a senatu ad hoc designati. Bullingerus die 22. Nov. scriptum iudicium praelegit quod exstat ap. Simlerum. Maxime Ochino exprobratus est Dial. XXI. de polygamia, in quo apologeta firmiora argumenta proferre videbatur quam opponens.*

2) *Frustra sibi et liberis dilationem petebat usque ad vernale tempus. Coactus est discedere postridie Cal. Dec.*

3) *Ochini Dialogi impressi fuerant per Petrum Pernam. Perquisitione facta nullum inventum est apud hunc exemplar, omnibus iam divenditis, maxime per Germaniam.*

4) *N.* 4047 *cf. Meyer, Locarno* 178.

5) Fatetur Castellio se eum librum fecisse latinum, mercede a typographo conductum, sed censuram nullam adhibuisse quod eius ius nullam haberet. (*Wyssenb. ap. Meyer l. l. Mähly p.* 73.)

6) *Ita decretum est a senatu, qui plerosque iam satis germanice callere aiebat, caeteris latinas lectiones adire iussit* (*Meyer* 182.)

4049.

GALLASIUS CALVINO.

Iam Aureliae officio suo fungitur caeteris recusatis. Statum ecclesiae exponit et quae interea Lutetiae acta sint paulo fusius narrat.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 29. Ediderunt Liebe p. 55 et Bretschneider p. 218. Ex illo descr. Simler. Vol. 108.)

A Monsieur Monsieur Despeville.

S. Consilium tuum[1]) mihi tanti fuit, mi pater, ut ipsum longe praetulerim meo, quod suspensum tenueram donec *Amiralii* sententiam audivi, qui me iam ante adventum meum Nemausensibus[2]) concesserat. Quod si mihi constitutum omnino fuisset ad ipsos proficisci, nihil opus erat tantum itineris facere ut postea regrederer. Potuissem enim minore molestia responsum D. *Amiralii* quod paratum erat alicubi exspectare. Et quum me Lugduni offendit *Veracus*,[3]) redditis Nemausensium literis quibus acrius urgebar, admodum institit ut subsisterem Lugduni donec *Amiralius* per literas respondisset: nec dissimulavit se vehementer dolere quod eius consilio parere nollem, fortasse prospiciens animo aut dubitans quid eventurum esset. Quum vero accessi ad D. *Amiralium*[4]) facile assensi eius sententiae, tum quia prius nutabam,[5]) tum etiam quod minime consentaneum videretur ei resistere ad cuius me voluntatem retulissem. Id quod ei

4049. 1) *Aureliam eundi, nisi fallimur.* (*N.* 4026.)

2) *ibid.*

3) *qui multum cum Lugdunensibus et literis ultro citroque perferendis et pecunia mittenda accipiendaque egisse videtur.*

4) *in Châtillon sur Loing commorantem.*

5) mutabam *Br.*

vehementer gratum esse perspexi. Postea quum res differretur [6]) et sollicitarent Aureliani, et rebus expensis mecum omnia meditatus communicarem cum nonnullis, effeci ut per bonos viros intelligeret D. *Am.* quid maxime cuperem atque in animo haberem. Atque tunc, nuncio allato de profectione D. *Vireti* in provinciam Occitanam, ipse sententiam mutavit. Sed haec rebus peractis supervacanea sunt. Iam enim a me scripta arbitror. [7]) Quod si repeto, ne me familiariter tecum, ut soleo, de eadem saepius loquentem et rationem facti mei reddentem moleste feras. Huc autem specto ut intelligas me nunquam poenituisse consilii tui, aut potius ut fatear me istuc consilio et voluntate Dei adductum esse, ubi me non inutilem fore spero.

De statu ecclesiae nostrae scripsi antehac. Is est nostrorum numerus ut, quoniam plura aut capaciora loca negantur, nova aedificia in iis locis ubi convenire solemus exstruere cogamur. Nobis postulantibus concessum est a senatu regio ne ullae publicae supplicationes fiant, et vetitae sunt sub nomine divorum συμφρατρίαι. Superiore hebdomada Helvetii qui hic in praesidiis erant revocati abierunt, eosque aiunt properare Caletum. Evertuntur interea muri et propugnacula maximo non tantum nostrorum sed omnium civium dolore. Et quod per aliquot dies intermissum fuisse scripseram sequenti die redintegratum est. Senserunt enim autores eversionis nostros, qui tantam ruinam impedire poterant, in aulam adventare. Nos hodie hominibus admodum invisi et odiosi sumus, sed eo magis speramus nos Deo gratos fore.

Vicesima huius mensis ingressus est Lutetiam *Amir.* [8]) contra omnium exspectationem maximo equitum comitatu. [Nongentos perhibent literae ad me scriptae sed multo plures addit rumor]. [9]) Longam ingrederer narrationem si recensere vellem technas quibus vafri homines ipsum a regis congressu summovere et reiicere conati sunt. Nihil tentatum [10]) non est ut averti metu aut deterreri posset. Ita vero loquutus est et regi et reginae ut eius animi magnitudo et constantia atque etiam pietas omnibus perspecta fuerit. Hinc gravius perculsi adversarii vias omnes tentarunt quibus dilato in certum locum colloquio hominem eluderent. Rex enim, qui nunc Meloduni, nunc Font. bl., nunc Sammori [11]) exspectabatur a suis, subdole Lutetiam cum paucis ductus est, quo nunquam *Amir.* venturum esse existimabant. Eo tamen ex fratrum et avunculi atque etiam principis et aliorum consilio statim accessit, a quibus postea in regiam deductus est, ubi etiamnum frendentibus adversariis moratur. Parisienses sibi metuentes conquesti sunt de magno nobilium comitatu qui *Amiralium* sequuti erant. Rex ex *Connestabilis* consilio nihil metuendum esse respondit. Publice tamen edictum est ut omnes quibus in aula aut in curia nihil esset negotii urbe excederent. Itaque metuitur seditio. Varia inter praesides curiae et Guisianos consilia agitantur, nec dubium est Cardinalem quamvis absentem multa movere. Hispanus quoque in nostros quidvis per legatum suum atque per literas molitur. Sed consilia gentium dissipabit Dominus. Haec sunt quae amicorum literis ac certissimis nunciis accepi. Quod meliore valetudine frueris gaudeo, nobisque et nostris gratulor. Utinam integram ac firmam recuperare possis. Ego Castilioni, ut in toto itinere, admodum vexatus fui catarrho. Ex quo hic sum melius habui et in dies firmior reddi mihi videor. Lucido coelo et miti hieme sentio me non parum sublevari. Bene vale, amantissime * et observandissime pater. Aureliae 3. Calend. Decemb.

Tui observantissimus
N. Gallasius.

---

6) *Interea enim i. e. circa m. Octobrem cum D. d'Anduse agebatur qui revera Nemausum se contulit.*

7) *Si scripta fuerunt, deperditae sunt literae.*

8) *Languet Cal. Dec. p.* 271 (*vide N.* 4053, *not.* 7): Post eius adventum factus est huc tantus concursus nobilitatis utriusque partis ut vix ullus meminerit in hac urbe fuisse tantam frequentiam. Metuebatur initio ne quid tumultus oriretur sed Dei beneficio omnia fuerunt hactenus tranquilla. *Cf. Journ. de Bruslart.* (*Mém. de Condé* I. 138.)

9) Haec in margine.

10) contatum *Br.*

11) *Melun — Fontainebleau — Saint-Maur.*

4050.

CALVINUS THRETIO.

Hortatur eum ut citius in Poloniam redeat ad manum genti suae porrigendam, quum ipse pro tempore suo officio functus vix satis virium habeat ad propiora et magis necessaria.

(Exstat ap. Bezam, ed. Genev. p. 272, Laus. p. 566, Hanov. p. 686, Chouet p. 373, Amst. p. 170.)

Si mea admonitio [1]) profuit tuis popularibus, eximie vir et mihi colende frater, Deo gratias ago, qui tantillum laboris, quod illic insumpsi, passus non est fructu carere. Nec vero nunc me pigeret, plus operae ponere in tractando illo argumento, [2]) si

---

4050. 1) *Opp.* IX. 641.

2) *Novum ergo aliquem libellum contra Antitrinitarios edendum Thretius a Calvino postulaverat.*

otium suppeteret. Sed ex quo hinc abiisti, continuum mihi negotium fuit cum variis morbis, ut ne ordinario quidem muneri obeundo sufficiam. Quod si maior daretur relaxatio, sunt tamen alia nunc in manibus quae mihi non permittunt in refutandis illis duobus errorum monstris operam impendere. Commentarios meos in Moysem Gallica lingua vertendos suscepi,[3]) non tantum ut nostratibus communis esset huius libri lectio, sed quod opus alioqui non poenitendum, innumeris quibus scatebat mendis, repurgare necesse fuit. Fratres me hortati fuerant, ut librum Iosuae explicarem:[4]) hactenus vix ad tertium usque caput progredi licuit, quum tamen brevitati maxime studeam. Urgeor etiam aliunde, ut tibi nihil polliceri audeam. Si quando tamen melior dabitur opportunitas, eam non omittam. Sed tanta congerie me obruere minime expedit. Quod si patriae tuae sedulo prospicis, studium tuum laudo. Sed cogita nostram quoque Galliam multis morbis laborare, quibus mature succurrere oportet. Quanquam per *Ionvilaeum* non stabit quominus tibi gratificer, quia et strenuus est exactor: nec vero cessabit, si contigerit melior opportunitas: quod si quid vigoris recuperem, libenter ipse quoque defungar eo munere. Sed nunc tam corporis quam animi vires magis sunt collapsae, quam ut studium meum applicare possim ad novos labores. Quod apud D. *Hyperium* hyemare in animo tibi est, nusquam, fateor, commodius hospitium reperies. Nam praeter raram pietatem et eruditionem, quae in eius scriptis relucet, aiunt hominem esse mansueto ingenio, magna sinceritate praeditum. Sed tardior in patriam tuus reditus mihi non placet. Nam quum alios tantopere incites ad manum genti tuae porrigendam, quid sibi velit hoc cunctandi et otiandi consilium, non assequor. Quanquam frustra haec disputo, quia antequam ad te perveniant meae literae, hyems fere transacta erit. Vale, ornatissime vir, mihi ex animo colende frater. Dominus te spiritu suo semper gubernet, virtute sustineat, et manus suae protectione incolumem tueatur. Genevae, pridie Calend. Decemb. 1563.

Ioannes Calvinus tuus.

---

3) *Inde fortasse collegeris Calvinum ipsum libro vertendo operam navasse, quod alias non fecit. Edita est haec versio a.* 1564 *ap. Stephanum. De editione a.* 1563 *quam exhibet Catalogus bibl. Dresdensis dubitamus.*

4) *quae ultima eius fuit elucubratio.*

4051.

CALVINUS OLEVIANO.

An et quomodo coena aegrotis administrari possit.

(Servavit Beza ed. Genev. p. 330, Laus. p. 627, Hanov. p. 707, Chouet p. 454, Amst. p. 207. Nos reperimus autographon in Cod. Tronchiniano fol. 9 ubi Farelli manu adscriptum legitur: *Cal. Dec.* 1563.)

S. Etsi pridem meam de coena aegrotis administranda sententiam rogasti,[1]) optime frater, ideo tamen nullum tulisti responsum quod te procul abesse putabam. Ita factum est, ut *Crispino*[2]) nihil literarum dederim. Et nunc quum superiores literas[3]) clausissem, venit mihi in mentem caput hoc fuisse omissum. Scio rem in disceptatione versari, quia non desunt utrinque rationes. Mihi vero non est propositum, nunc eas sigillatim excutere, neque tempus suppetit. Ex natura quidem, fine, et usu mysterii probe mihi colligere videor, non esse tanto bono privandos qui vel diuturno morbo laborant, vel de vita periclitantur. Ad fidei confirmationem valet tesseram accipere quasi ex Christi manu, qua certiores fiamus nos in eius corpore censeri, carne eius et sanguine pasci in spem aeternae vitae. Itaque coenae perceptio nos ad obeundas spirituales pugnas instruit. Iam si pius quispiam e mundo migrandum sibi videat, quia fieri non potest, quin oppugnetur ac vexetur multis tentationibus, merito se armari cupiet ad sustinendos conflictus. An eripiendum est singulare adiumentum, quo fretus ad luctam alacrius descendat et victoriam obtineat? Iam prohiberi, quominus liceat profiteri et testatum facere pietatis consensum cum ecclesia, durum est ac mali exempli, sive quis in lecto diu iaceat, sive morti sit vicinus. Atqui coena sanctae inter filios Dei unitatis est symbolum. Quamvis breviter rem attigerim, agnoscis tamen quibus rationibus adductus aegrotos non esse arbitrer a communicatione arcendos. Neque tamen ea de causa velim turbas movere. Scis in hac ecclesia alium esse morem. Acquiesco, quia utile non esset contendere. Qui hanc administrationem non putant Christi mandato esse consentaneam, obiiciunt sacrum hoc epulum fuisse institutum, ut communiter illic vescerentur fideles, quod illis verum esse concedo. Sed quamvis nulla sit legitima coena, nisi communis: quae tamen aegrotis dabitur, quia privata non erit, adulterina non censebitur. Nam certe partem vel appendicem esse constat publicae actionis. Neque vero Paulus, dum

---

4051. 1) *Literae non exstant.*

2) *Puta Francofurtum ad nundinas proficiscenti.*

3) *deperditas.*

Corinthios admonet, domum cuique suam esse in qua comedat et bibat, coenam excludit a privatis aedibus. Tunc neque fidelibus patebant templa, nec unquam permissum esset nova exstruere. Sed tantum a communibus epulis discernit spirituale mysterium, ne cum illis misceatur. Caeterum diligenter cavendum esse fateor, ne qua obrepat superstitio, ne spes salutis externo symbolo affigatur: deinde ne se ingerat ambitio, neve ebulliat praepostera curiositas. Parce igitur et adhibito delectu, nec aliter quam causa cognita, vellem coenam apud aegrotos celebrari. Deinde ne a Christi institutione aliena foret vel minimum deflecteret actio, nollem nisi in coetu piorum, nollem absque doctrina et publico ritu. Fecit quorundam stultitia, qui panem ad aegrotos deferendo tanquam ferculum in pompa gestant, ut pii homines tanquam a corruptela non ferenda abhorreant. Corrigendum ergo esset illud quoque vitium. Ego vero eorum timori facile ignosco, qui ad praecavenda pericula ab actu non ita praecise necessario abstinendum censent: modo vicissim agnoscant me non temere aliud sentire. Vale, optime et integerrime frater. Saluta amicos. Dominus vos omnes conservet, virtute invicta fulciat, spiritu suo gubernet vestra consilia et studia. Genevae, Calendis Decembris. 1563.

Iohannes Calvinus tuus.

4052.

CALVINUS BULLINGERO.

Post enarrata quae nuperrime in Gallia evenerunt, instat ut ille satagat apud suos de foedere cum rege ineundo, de quo scilicet sibi mira promittit.

(Apographon sequimur Codicis Genev. 107a, fol. 285, collatum cum Cod. 108, fol. 152, Cod. Bern. VI. 1146 et Simleri Tom. 108.)

Clarissimo viro D. Henricho Bullingero ecclesiae Tigurinae fido pastori fratri ac symmystae mihi plurimum observando.

S. Ex quo ad te scripsi,[1]) venerande frater, nova haec contigerunt: quum soli prope adversarii in consilio regis essent, repente furioso impetu decretum est ut muri Aureliae everterentur.[2]) Praefectus militaris turres quasdam demoliri coepit fossasque ruderibus implere. Si tamen verus est rumor, autores tam perniciosi decreti iam amentiae suae pudet ac poenitet. Idem et de plurimis aliis urbibus statuerant, non alio praetextu nisi quod minime expedit ulla esse munita loca nisi in finibus, ad extraneos hostes arcendos.

Princeps *Condensis*[3]) ante mensem ab aula discessit, iratus quod mater regis coniugium filii eius cum filia *Sancti Andreae* astute suspensum tenebat. Ita scilicet abiecta Christi causa sibi et privatis utilitatibus addictus est. Quanquam, ut de eo placando nemo sollicitus sit, eius indignatio sponte pro more evanescet.

Nunc quae nudius tertius allata sunt narrabo. *Admiraldus*,[4]) quum ad Regem salutandum venisset, valde humaniter exceptus est: inde Lutetiam perrexit cum maximo comitatu. *Connestabilis*, ut stomachum invidis faceret, venit in eius hospitium et a prandio in arcem regiam eum deduxit. Illic consultationi interfuit ubi res maximas agitatas fuisse putant. *Guysiani* collectis vasis in adversam urbis partem transierunt. Per ducem *Nemorsum* interea nunciarunt matri Regis, se mirari quomodo *Admiral-*

4052. 1) *N.* 4037.

2) *Cf.* 4049. *Hist. des choses mém. p.* 296: Pendant qu'on bastissoit (*une citadelle*) à Lyon pour brider ceux de la religion, afin de flestrir leurs armes avouees par l'edict (*de pacification*) l'on demolissoit et demantelloit Orleans et Montauban et autres villes. On bastissoit des citadelles que les uns appelloyent Chastie-vilains, les autres nids de tyrannie. Ceux de la religion enduroyent tout, se contentans de simples remonstrances en papier, et recevans aussi du papier en payement.

3) *Languet d. d.* 16. *Nov.* II. 269: Saepius scripsi de filia Santandreani. Abducta est tandem ab uxore Guisii in Reginae gynaeceum. Convenit autem inter Condaeum et matrem puellae ut ipsa nubat primogenito Condaei. (*Erat is Marq. de Conty natus* 29. *Dec.* 1552.) Ob eam rem Condaeus nuper petiit a Regina ut puella matri redderetur: quae respondit, se velle exspectare adventum cardinalis Lotharingici et eius sententiam de ea re audire. Quod adeo aegre tulit Condaeus ut nemine salutato cum paucis comitibus se ex aula proripuerit. Ea res multos sollicitos reddidit, sed audio iam placatiorem factum Condaeum et brevi in aulam reversurum. *Delaborde, Eléon. de Roye p.* 239: La jeune St. André avoit été destinée par son père au fils du duc de Guise, et accueillie sous le toit de la duchesse qui désirait veiller sur son éducation.

4) *N.* 4049. *Languet Cal. Dec. p.* 272: Uxor Guisii obtulit Regi supplicem libellum quo petit se admitti ad accusandum Amiralium. Agitur tamen de componenda controversia, et hodie audivi esse bonam spem de ea re. Sed quum hoc iam saepius sit frustra tentatum, vereor ne nunc idem accidat. Esset quidem utile ipsis etiam Guisiis hanc controversiam componi, et forte non abhorrerent ab ea re, quum huius litis causa cogantur magnos sumptus facere et multa incommoda perferre. Sed sunt aliqui qui putant ex re sua esse Galliam factionibus concuti, et alunt ista dissidia quantum in se est. Hoc iam Guisiis perincommode accidit quod Rex mutavit consilium visendae sororis in Lotharingia: nam ea profectio peperisset eis non parum autoritatis. Quum putaretur Rex ingressurus iter, subito est huc reversus. Aiunt Connestabilem dixisse, sibi non videri consultum ut Rex ista aetate ad fines regni accederet, multosque eius sententiae adstipulatos esse.

dum pateretur filio tam propinquum esse. Respondit illa, veterem esse Regis ministrum, nec causam esse cur prohiberetur, deinde ita Regi placere: verum simul esse omnibus satis loci, se ergo monere ut venirent. Quod factum non est. Curia vero deprecatores misit ad *Connestabilem* ut nepotis sui animum placaret. Idem factum a magistro civium et decurionibus. Rex in curiam venturus erat et *Admiraldum* secum ducturus. Brevi audiemus quem exitum habuerit actio, de qua tamen nostri optime sperant. Expectabantur in aula princeps *Portianus* et dux *Bullonius* filius *Marchiani*, et famosi illius *Roberti* pronepos, qui duo infensissimi sunt *Guysianis*. Cancellarius, qui noster erat, nunc animum ex timiditate colliget. Rex sub colore visendae sororis puerperae in Lotharingiam a matre trahebatur, et ita obstinate pergebat Attalia ut frustra omnes adversarentur. Nunc consilium illius profectionis mutatum esse dicunt.

Ad pacem cum Anglis transigendam intenti sunt omnium animi. Hoc modo fiet ut cum summo dedecore concidant artes omnes Cardinalis *Lotharingici*. Rex, titulo tenus maior, alieno arbitrio regitur, et quidem prope serviliter. A nobis quidem non esset alienus si quid auderet. Interea vix credas quantum sit in cunctis iuris praefectis audaciae ad nostros opprimendos. Itaque misere vexantur innocentes et crescit impunitate licentia. Aurelianis unum ex voto contigit, quod inde abductum est praesidium, sicuti ex aliis locis. Quare te in tempore moneo ut vicinis qui cito redibunt viaticum parandum cures.

Nunc venio ad rem omnium maxime seriam, et ad quam te animum adiicere et studium applicare cupio. Scis iam instare tempus quo foedus cum Helvetiis renovetur.[5]) Si adduci queat senatus vester ut cum Rege societatem ineat, hoc unum compendium est stabiliendi in Gallia evangelii. Nescio an de hostium conspiratione audieris. Putant, ubi indictum fuerit nationale concilium, sibi facile et expeditum fore omnes ecclesias momento evertere, quia et quidvis suo arbitrio decernent et parata erit exsequutio. Papa interim cum Hispano, Venetis, Italiae principibus et Sabaudo se ad hanc urbem prorsus delendam nosque omnes e medio tollendos instruit. Metuunt boni ne Regis mater, nisi iniectum fuerit fraenum, ad eorum factionem iuvandam nimium sit propensa. Hoc vero et tutissimum et unicum fere remedium esset, si Helveticae civitates quae evangelium amplexae sunt, hac lege foedus percutiant ut cautum sit Gallicis ecclesiis earumque libertati. Id vere nullo negotio impetrabitur. Senatus autem vestri autoritatem sequentur tres aliae civitates. Nec vero Gallis tantum et nobis prodesset Regem astringi ad fovendas in hoc mediocri statu ecclesias, sed vobis etiam esset aptissimum ad cohibendos vicinos, quorum animi frangerentur, atque ita subsisteret intemperies. Te igitur, observande frater, per Dei nomen obsecro, et per omnium fidelium salutem obtestor, ut multarum rerum quae tibi obstare possent oblitus ad hanc societatem conciliandam incumbas, quae religionem in Gallia salvam et integram tuebitur et ianuam improborum insidiis claudet. Vides quam simpliciter tecum agam. Quid tu ea de re sentias avide scire cupio. Unum hoc libere audebo testari: si vestri recusent, coram Deo et hominibus fore non una specie criminis obnoxios. Sed vehementius contendere forte nihil opus erit, ubi intellexerint, non modo quam sanctum sit officium periclitantes ecclesias ab omni metu eripere, sed quanti etiam sua intersit Regem devinctum tenere ne religionis tuendae curam abiiciat. Vale, clarissime vir et mihi observande frater. Saluta diligenter meo nomine collegas omnes, sicuti mei vos salutant. Dominus tibi adsit virtuteque sua te sustineat atque incolumem diu servet. Genevae 4° Nonas Decembris 1563.

Iohannes Calvinus tuus.

Ionvillaeus tuus reverenter et ex animo te salutat.

---

5) *Post Calvini mortem demum de isto foedere sanciendo Mareschallus de Vieilleville et episcopus Lemovicensis in Helvetiam missi sunt. Qui d.* 15. *Aug.* 1564 *Bernam*, 3. *Sept. Turicum advecti repulsam tulerunt.*

4053.

BEZA BULLINGERO.

Erbius male habitus. Consensio Argentoratensis pudenda. Ochinus graviora meritus. Guisiani frustra querentes. Amiralius in aula.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 18.)

Fideli Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando et Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

De D. *Herbio*.[1]). Miseret me boni senis et isti vel ex hoc uno facto satis probant quo spiritu

---

4053. 1) *Qua de causa haec prolata sint nos fugit. Erbius iam a.* 1560, *quum Richovillensibus sacra Lutherana obtrud-*

regantur. Sed interim hoc certum est: Si initio *Herbius* sese ita ut oportebat opposuisset *Tussani* tyrannidi, non ita miserabiliter eversae essent illorum comitatuum ecclesiae. Sed tunc quum adhuc erant opportuna remedia, voluit ab illo hypocrita decipi, qui nunc istam quam vides gratiam illi rependit. Tristia certe exempla ut minime mirum sit iram Dei paulatim gliscere: sed hoc mirum potius quod tamdiu iusta sua iudicia differat. — — — — —

Puto te vidisse exemplar illius bellae consensionis, quam consequuta mox est ecclesiae Gallicae Argentinensis eversio,[2]) quod nullae *Caroli* Imperatoris minae et nullae per tot annos tempestates efficere potuerant. Mitto tamen ad te verum exemplar cum omnibus subscriptionibus, ut omnes videant quam frivolum sit quod illi praetexerunt, quum una cum aliis subscripserint nulla addita exceptione. Deinde quid hoc rei est suadere aliis quod ipse non probes? Liberet Dominus ecclesias suas ab istiusmodi conscientiis. — — — — — — — — — — —

De Dialogis *Ochini.*[3]) Miror duntaxat exagitari dialogum de polygamia, quum vix ulla sit in illo libro pagina quae foedis erroribus non scateat. Scis quid de ea re iam pridem ad te scripserim. Audio prohibitum esse ne deinceps veneant. Sed interea annon oportuit publico saltem testimonio damnari tum librum, tum eius autorem, tum etiam interpretem atque adeo typographum? Neque enim hic peccatum est errore sed mera improbitate. Et quam multi iam potuerunt illis venenis infici? Omitto tot blasphemias et manifestos Pelagianismos quorum a me convictus est *Castellio.*[4]) Et tamen surdis canitur fabula. Interea nisi mature occurrissem, iam erat infecta Gallia. Imo ne nunc quidem ab illo veneno pura est, clam irrepentibus in ecclesias qui Basileae a nebulone illo fascinantur, quamvis Dei gratia sedulo tum adversus illos et ubiquarios et Anabaptistas vigilent pastores. Ego quod potui praestiti. — — — — — — — — — — — — — —

Guisiani cum aliis aliquot omnia in regio consilio tentare ad ecclesiarum perniciem. Sed Dominus omnes illorum conatus mirabiliter aliquoties infregit, adeo ut nunc res omnis in optimo statu esse videatur.[5]) — — Edictum illud de nostrorum libertate rursus confirmatum.[6]) Vocatus *Amiralius,*[7]) qui xx die superioris mensis Lutetiam cum quingentis equitibus ingressus eodem die a *Condensi, Conestabili,* utroque fratre et aliis frequentibus proceribus summa cum bonorum gratulatione ad Regem est deductus et ab eo ita humaniter exceptus ut intra ipsam arcem regiam, quam Luparam vocant, ei hospitium attribui iusserit. *Guisiani* conquesti quod *Amiralius* ad Regem esset intromissus, hoc responsum acceperunt, illum semper habitum esse fidelem Regis servum, et placere regiae maiestati illum ad latus suum habere. Si vellent ipsi in regiam venire patere etiam ipsis fores: sin minus, ut domi sese continerent. — — — — Scito res nostras, id est, religionis post coeptum bellum nunquam meliore loco fuisse quam nunc sint. — — — —

Genevae 4. Decembris 1563.

Tuus Beza.

---

rentur cum collega Koenigio Rappoltovillam se contulerat ubi Egenolfo patrono usus saepius concionabatur. Mortuo Koenigio et Erbio senio confecto a. 1563 *Georgius Palmer minister factus est in sacello arcis. Erbius vero usque ad finem* (1571) *bene et comiter habitus est a dynasta.* (*Roehrich, Mitth.* III. 29. II. 107.)

2) *N.* 4020.

3) *N.* 4048. *Ipse Beza postea contra Ochinum scripsit peculiarem tractatum de polygamia.*

4) *Cf. N.* 4019.

5) *Languet d. d.* 16. *Nov. p.* 268: Controversia de caede Guisii nonnihil conquiescit, nec tamen est sopita.

6) La Declaration faite par le Roy de sa majorité, et Ordonnance par luy faite pour le bien et repos public du Royaume, publiee en la cour du Parlement à Paris le 28. Sept. 1563. (*Mém. de Condé* IV. 574 *suiv.*)

7) *Languet Cal. Dec. p.* 271: Amiralius tandem frementibus eius adversariis non solum venit in aulam, sed etiam in hanc urbem et habet hospitium in arce regia (*cf. N.* 4049. 4052).

4054.

BEZA HALLERO.

Novissima quaedam ex Gallia, Belgio et Navarra, item de Calvino et Vireto.

(Ex apographo Cod. Turic. F. 46, olim Epp. Tom. XI, fol. 563. — Simler. Vol. 108.)

Deus mihi testis est, frater in Christo plurimum colende, me non alia ratione tamdia tacuisse quam ut tibi parcerem, quoniam pleraque tristia tibi nunciassem. Nunc ergo quum laetiora afferantur nolui officio meo deesse. *Amiralius* Lutetiam ingressus cum equitibus quingentis medius inter *Condensem* et avunculum *Conestabilem,* in optima est apud Regem gratia, cum quo etiam eodem hospitio utitur.[1]) *Guisiani* fremunt et queruntur, sed frustra. Dimissae sunt et exautoratae omnes Helvetiorum copiae: cessatur ab Aureliensium propugnaculorum dirutione.[2]) Factae sunt cum Anglis triennales indu-

---

4054. 1) *Haec etiam in praecedentibus.*

2) *N.* 4052.

ciae.[3]) Detecta *Cardinalis* consilia de foedere cum *Philippo* et tota Italia ineundo. Immutata *Reginae* matris voluntas de petenda Lotharingia et *Cardinali* illic conveniendo.[4]) Quae profectio merito nobis suspecta erat. Dux noster vicinus[5]) Niceae manet valetudine valde imbecilla. In Apulia et Calabria maximi tumultus sunt excitati, quibus compescendis summissa dicuntur tria Hispanorum millia. In Belgio crescunt in mediis persequutionibus ecclesiae. Apud Hispanos quoque propagatur verbum oblata vicinae regionis opportunitate in qua dominatur *Navarrae* regina papatu inde aperte profligato. Ita, ut spero, non deerit *Philippo* quod domi agat.

Gallicae ecclesiae paulatim instaurantur et Dei beneficio mirum in modum augentur.[6]) Nos Dei gratia recte valemus. *Calvinus* quidem noster suo more, sed ita tamen ut munus suum aliqua ex parte iam obire possit.[7]) Haec nunc habui, mi frater, quae ad te scriberem, rogans ut superioris temporis silentium in bonam partem accipias. *Viretus* noster bene habet et Lugduni incredibili successu pergit. Quod superest Dominum precor ut vestram ecclesiam, erepto doctissimo et optimo viro D. *Musculo* nunc orbatam, novo aliquo praesidio fulciat et te, mi frater, magis ac magis in tantis laboribus confirmet. Genevae 5. Decemb. 1563.

4055.

MORELLANUS CALVINO.

Gratulatur ei meliorem iam valetudinem et pluribus ostendit quam difficile reddat sibi ministerium Ducissae suae immixtio in res ecclesiasticas et aulicorum superbia.

3) *Ipsa pax sancita est a. d. III. Id. Apr.* 1564 *in oppido Tricassium.*

4) *Languet d. d.* 11. *Dec. p.* 275: Scripseram antea plerosque ex regiis consiliariis fuisse autores Reginae ne Regem hoc tempore duceret in Lotharingiam eamque ipsorum consiliis obtemperasse. Verum ipsa dicitur denuo mutasse sententiam et iterum cogitare de eo itinere, quamvis id multi improbent. *Idem d. d.* 17. *Dec. p.* 279; 3. *Febr.* 1564. *p.* 283; 6. *Mart. p.* 287 *scribit Reginam usque in ea sententia esse.*

5) *Sabaudus.*

6) *Nimia sperabat vir bonus. Scilicet qui in regimine primas tenebant quovis modo edictum pacis arctioribus limitibus circumscribere studebant.*

7) *Colladon* 104: Sa goutte commença à lui donner quelque relasche. Adonc il se parforçoit quelques fois de sortir pour se resiouir avec ses amis, mais principalement pour lire (*faire ses leçons*) et mesmes prescher, se faisant porter en une chaire iusques au temple.

(Ex autographis Cod. Goth. 404, fol. 243. — Edidit Liebe p. 83 ex quo descripsit Simlerus Vol. 108.)

A Monsieur et treshonoré pere Monsieur Passelius.

S. Nihil audio libentius, pater in Christo colendissime, quam te ex diutino morbo saltem utcunque recreatum esse. Opto autem ut pristinae sanitati restitutus eam constantissime per longissimam aetatem retinere possis. Quod idem ab omnibus piis ecclesiis summe expeti non est mirum, quum te quasi columnam huiusce temporis praecipuam experiantur ad doctrinam veritatis sustinendam. Sed mihi comprimis * tua salus cara est, quum ob alia permulta, tum quod tanquam in sinu tuo exonerare soleam, si quid animo meo male est, nec tu pro humanitate tua gravaris, haud secus ac si parens esses, et monendo et consulendo meas aegritudines allevare. Utinam autem eiusmodi tempus accidat, ut grati animi specimen aliquod erga te possim exhibere. Non immemorem tuorum erga me beneficiorum me tibi comprobabo.

Sed pro meo more ad te rursus accedo consilium petens. Senatui ecclesiastico interesse postulat Domina *Ferrariae*,[1]) exemplo, ut inquit, Reginae *Navarrae*. Qua mente, non est mihi obscurum: nempe ut eius praescripto omnia in consistorio decernantur, sicuti in concionibus ac precationibus vellet omnia suo arbitratu dici. At si turpe putat Paulus mulierem in coetu loqui, quanto erit turpius, si nihil non statuet ac decernet? Iam ad nostram ecclesiam quam rari se conferent, si quibus de rebus appellati fuerint, apud tantam principem intellexerint examinanda? Quam ridicula erunt papistis atque Anabaptistis consistoria nostra, quae a foeminis gubernari dicentur? Enixe rogavi aut proximas ecclesias, aut te super ea re consuleret, quod utrumque recusavit. Quum seniores, quos ex eius familia quatuor delegeramus, sensim se ab officio deduxissent, ab uno eorum intellexi id quasi ex composito fieri, ne Principis animum offenderent, quae quasi iniuriae deputaret, si quis eorum in consistorio interesset. Quid igitur mutilato ac prope everso senatu ecclesiastico constituam? An superciliosi aulici dictis oppidanorum seniorum audientes erunt, qui domesticis Principis tantopere parere indignantur. Sed aulicorum seniorum culpam probe videtur ultus Dominus. Ex his enim plerique adulterii sunt insimulati.[2]) Nec forte probationes idoneae defuissent, si res ad legitimam cognitionem deducta fuisset. Maluit Domina quosdam domum dimittere, quam factum accuratius investigari. Alios secum retinet omnium arcanorum suorum conscios

4055. 1) *Vide ep. eius d. d.* 21. *Mart.* 1564.

2) *cf. N.* 3951.

quos insontes habet, non tam re penitus explorata ac perspecta, quam de industria connivendo. In his quidam nullum intermittit tempus eius animum in nos exacerbandi. Et quoniam Principis aures assentationibus supra modum delectantur, hic graphicus Gnato ait aio, negat nego etc. Ita fit, ut nihil propemodum veritati loci apud illam relinquatur. Morem sequitur veterator reliquorum transfugarum, qui in pios pastores conviciorum plaustra congerunt, ut iure[3]) a nobis defecisse videantur. Magnum agitur Principis feminae periculum. Ecclesia misere iacet, in qua coenam Domini superiore Septembri mense celebrare supersedi, quod alioqui porci canesque promiscue fuissent cum ovibus admittendi. Instant Christi natalitia, quo tempore coena est administrari solita, nec quo me vertam scio. Mihi igitur, optime pater, uti soles, cave. Si gravaris scribere, hoc onere te libenter noster *Beza* liberabit, ad quem de rebus iisdem literas dedi. Si operae pretium facturi videbimini ad Principem scribere, quaeso multo melle adhibito ad constantiam adhortemini, tum ut probet eos qui Dei sunt, nec pendeat ex eorum calumniis, quibus pietas ludibrio est, ut intelligat nihil evangelio reliquum fore loci, nisi disciplinae nervus vigeat: postremo ut fortem se vindicem praebeat piorum pastorum adversus immorigeros, a quibus superbe contemnuntur ac lacerantur, ne forte tandem suo ipsius ecclesiaeque malo segniores ac languidiores efficiantur. Vale permultum, pater in Christo observande. Opto ut Dominus te omni genere felicitatis cumulet. Fratres omnes etiam atque etiam saluto. Ex Monte Argi 6. Decemb. 1563.

Tibi addictissimus filius atque ad omne officii genus paratissimus
Franciscus Morellanus.

4056.

CALVIN AUX FIDÈLES DE CHAMBÉRY.

Exhortations et envoi d'un ministre.[1])

(Copie contemporaine Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 167. — Ruchat VII. 406. Bonnet II. 542.)

Treschers seigneurs et freres. Ce que nous avons differe si longtemps a vous escrire, n'a pas este faute de bon vouloir, quand lopportunité sy fust adonnee. Mais nous estions empeschez de ce faire pour une certaine raison laquelle reste auiourdhuy, et pourtant n'avons voulu faillir a nous acquitter de nostre devoir. En premier lieu nous remercions le pere celeste de ce qua la fin jl vous a resveillez et a donné vigueur a vostre foy laquelle a esté par trop long temps comme estouffee. Car cestoit trop grande paresse a vous de ne chercher point les moyens de proffiter et vous advancer en la cognoissance de l'Evangile. Attendu que les plus suffisans[2]) ont besoin de s'exercer incessamment, et par plus forte raison les debiles et ceux qui ne font que commencer. Il reste de continuer en ceste saincte entreprise, et pour ce faire vous apprester a soustenir beaucoup de combats, car il est bien facile davoir bon courage quand on est en repos et loin des coups. Mais quand ce vient a lespreuve, la pluspart sescoule. Advisez donc de ne point bastir sans fondement mais faire bonne provision de vertu et constance pour surmonter toutes les difficultez que les supposts du diable vous dresseront. Vray est que toute vostre souffisance est denhaut, mais que vostre foiblesse vous sollicite a prier Dieu quil luy plaise vous fortifier par son Esprit. Cependant advisez de vous porter le plus coyement quil vous sera possible, et ne donnez point occasion aux ennemys de la verite de sescarmoucher, et en cela vous avez besoin de prudence. Le principal est de vous separer de toutes jdolatries et pollutions, et puis de vous assembler sans grand bruit ny apparence par compaignies afin de prier Dieu et estre enseignez par sa parole. Vray est que ce nest pas le tout: mais il est question de monstrer à la vie que nous sommes vrais disciples de Jesus Christ. Et dautant plus que vous cheminerez en la crainte de Dieu, non seulement voz ennemys auront la bouche close, mais ce sera une bonne odeur pour attirer les ignorans. Quoy quil en soit, le nom de Dieu en sera glorifié.

Nous touchons ces choses en brief, pource que le frere que nous vous adressons vous instruira plus amplement de bouche. Dieu luy a donné grace et faculté denseigner. Il a este employé par cy devant, en sorte que lexercice ne luy deffaut point. Son zele vous doit estre assez approuvé de ce quil na point reffusé de vous aller secourir, combien quil fust requis dailleurs. Parquoy recevez le au nom

---

3) in re *L.*

4056. 1) *Nous ne savons rien des faits qui ont pu provoquer cette lettre. Nous ne croyons pas devoir y rapporter ce qu'on lit dans Languet* II. 275 *du* 11. *déc.:* Sabaudus nuper edixit in Pedemontana regione ut quicunque nollent observare ritus ecclesiae romanae excederent e sua ditione. Proposito tali edicto tam multi pararunt se ad migrandum ut coactus sit edictum rescindere ne tam multos ex praecipuis subditis amitteret.

2) vigilans *Bt.*

de Dieu, tellement quil ait occasion de sefforcer tant plus à ladvancement de vostre salut.

Nous avons entendu quil y a par dela quelque cordellier qui nest pas contraire au bon party. Mais quil vous souvienne, quoy quil en soit, que pour estre approuvez de Dieu, il ne nous est point licite de clocher des deux costez. Vray est quil convient pratiquer la sentence de Jesus Christ, de tenir pour nostres ceux qui ne sont point contre nous, voire pour les faire servir a Dieu, soit pour occasion ou autrement, et non pas pour approuver nulle corruption, selon quil est dit a Jeremie: Ne sois point comme eux, mais quilz soyent comme toy. Si donc il y a quelque bonne racine en luy, advisez de le gaingner plustost que destre attirez a nager entre deux eaux, et ne vous conformez a nul desguisement qui soit repugnant a une droite profession de Chrestienté.

Surquoy, treschers seigneurs et freres, apres nous estre recommandez de bon coeur a vos prieres, nous supplions le Pere de misericorde vous tenir en sa protection, vous fortiffier de sa vertu et vous accroistre en tous les dons de son Esprit. Ce 8[me] de decembre 1563.

4057.

BEZA BULLINGERO.

In Gallia omnia felicioribus auspiciis procedunt et optima quaeque speranda videntur. Quae ipsi adeo arrident ut vel Calvinum valetudini iam restitutum nunciet.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 164.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — — —

Accipe quod heri ad nos et Lugduno et Lutetia scriptum est. Mitigati tandem *Guisiani* [1]) acceperunt *Amiralii* nostri purgationem, et inter omnes proceres inita concordia, quae ut firmior sit convenit ut dux *Guisianus* defuncti filius sibi filiam *Condensis* optime pro aetate institutam despondeat. Ille circiter decimum sextum annum agit, [2]) ista est octennis. Duchissa illa *Ferrariensis*, [3]) quae ex quo in Galliam reversa est aperte semper Christum professa est et in istis tempestatibus *Guisiano* genero sese frustra opponente constantissima fuit, non tantum hoc apud filiam defuncti illius viduam effecit, sed et amplius aliquid obtinuit, nempe ut iuvenis ille una cum matre et avia quotidianis iam precibus intersit et subinde aliquid ex Dei verbo sibi recitari patiatur. Egregia sunt ista principia, si modo ultima respondeant, quod amici nos sperare iubent. Ministri iam sine ullo periculo in ipsa regis arce et urbe tota apparent. Retenta sunt aliquot Helvetiorum signa additis etiam aliquot Gallicis turmis, et in suburbiis ad comprimendos oppidanorum motus Lutetiae collocata. *Mommorantio* quoque *Conestabilis* filio, et quidem nostro, commissa est urbis praefectura, additis pro praesidio bombardariis mille. Rex coram omnibus nobilibus publice concionem habuit, [4]) expostulans quod edictum de pace a plerisque negligeretur. Cuius concionis exemplum, simul atque nactus fuero, curabo ut ad te perferatur. Itaque iubent amici nos optima quaeque sperare et confidunt sese plenam toto regno annunciandi verbi libertatem mox adepturos. Provinciales saepe iam tibi significavi pergere in sua contumacia et saevitia. Nunc tandem iussi sunt personaliter coram rege comparere facinorum suorum rationem reddituri qui fuerunt malorum autores. Ipsorum autem parla-

---

4057. 1) *Falsus hic rumor ut et quae sequuntur. Languet d. d. 20. Ian. 1564 p. 280:* Connestabilis et plerique ex proceribus per aliquot menses nihil non tentarunt ut controversiam inter Guisios et Castillionaeos componerent, nec fuit quisquam fere qui non speraret eos non frustra in ea re laboraturos quae tamen spes nos omnes tandem fefellit. Amiralius, ubi animadvertit nullam superesse spem concordiae et Guisiam neque finem neque modum insectationibus ponere, obtulit regi supplicem libellum quo professus est se accusaturum Guisium perduellionis seu conspirationis cum exteris principibus in perniciem regni Galliae. Haec res ita commovit utramque partem ut per aliquot dies hic metuerimus ne ad arma deveniretur. — *Rex Nonis Ian. decisionem in tres annos remisit sub praetextu aetatis.* (*Mém. de Condé* V. 37.) *Anno demum 1566 Amiralius insons declaratus est et conciliatio apparenter effecta in oppido Moulins.* (*Popelinière* I. *f.* 383. *de Thou* III. 664.) *Vide tamen Languetum Cal. Dec. p. 272 affirmantem, agi de componenda illa controversia, addit tamen:* Quum hoc iam saepius sit frustra tentatum, vereor ne nunc idem accidat.

2) *Alibi natus dicitur ultima Decembris* 1550. *Filia Condaei Margareta Borbonia nata erat d.* 8. *Nov.* 1556 (*Delaborde, Eléon. de Roye p.* 22.) *De sponsalibus istis nemo serio cogitabat.*

3) *Idem affirmat Languet d.* 17. *Oct. p.* 266, *d.* 12. *Dec. p.* 277, *d.* 17. *Dec. p.* 278*:* Apud viduam Ferrariensem matrem Guisiae habita est concio in arce regia ad quam factus est magnus concursus. *Verum etiam eius filiam et huius filium Henricum talibus concionibus interfuisse nullus alius testis affirmat. Cf. etiam ep. Calvini d.* 8. *Ian.* 1564 *datam.*

4) *Languet Cal. Dec. p.* 272*:* Rex nuper convocata nobilitate in suam arcem habuit orationem quam mitto. (Was der König zu Frankreich 28. Nov. 63 seiner Ritterschaft fürgehalten.)

mento quod Aquense vocatur omni iurisdictione interdictum est[5]) tantisper dum rationem reddiderint pacificatorii edicti non publicati. Delectae etiam decem turmae peditum quibus praefectus est nobilis quidam vir, pius et strenuus, ad illos vi quoque, si opus sit, compescendos. Iam ergo vides, mi pater, quam multis beneficiis uno et eodem tempore Deus noster nos afficiat. — — — — — — D. *Calvinus* et collegae omnes valent[6]) et te plurimum salutant. Genevae octava Decembris.

Tuus Beza.

4058.

GALLASIUS CALVINO.

Varia refert ad Galliae res pertinentia, inter alia Perrucellum Lutetiae armis impetitum et vulneratum.

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 208.)

Clarissimo viro D. Carolo Passelio ecclesiae Christi fidelissimo pastori patri et symmystae mihi observandissimo.

S. Quoniam ante octo dies de rebus nostris abunde scripsi,[1]) vix supererat quod nunc adderem, aut quid discedenti *Rabirio* et roganti literarum darem, nisi me propere nimium iactasse valetudinem meam, quae postridie eius diei quo scripsi valde mutata et afflicta est. Noster enim status idem est qui antea fuit, et quantumvis fremant, frendeant ac turbent adversarii, nos Dei beneficio stamus et augemur. Sed literae mihi nunc ex Lutetia redditae sunt quae hanc epistolam prorsus ἴωλον esse non sinent. Iis mihi significatur seditionem prope arcem Luparensem subito exortam, mox etiam sedatam esse 5. die huius mensis. Egrediens *Perrucellus*[2]) a *Ferrariensi* Ducissa, dum ad *Principis* domum contendit, ingenti hominum multitudine circumdatus est, quorum pars strictis gladiis ipsum petebat. Vulnus in femore aut coxendice accepisse aiunt, quod tamen letale non est. Qui ipsi aderant multitudinem repellentes duos ex adversariis (nec enim hactenus plures audivi) vulnerarunt. Rem meditatam fuisse putant ab iis qui nullam turbandi occasionem praetermittunt. Nostrorum enim praesentia et fortitudo ipsos cruciat mirum in modum. Huic vero periculo, quod longius pervasurum credebant nostri, Dominus repente occurrit. Nec levis sane fuit ea suspicio aut inanis metus de quibus nuper ad te scribebam. *Possidonius*[3]) noster fortem et invictum se praebet. Quo durius impetitur, eo se constantiorem praestat, ac bonus ipsius negotii exitus speratur. *Salernitanus* princeps una cum *Hayo* nostrorum *Cast.* impulsu et rogatu ad *Anvillanum*, qui Occitanas ecclesias mire affligit, profectus est.[4]) Nihil nunc praeterea accepi. Bene vale, mi pater. Dominus confirmet valetudinem tuam, teque ab angoribus animi et corporis sublevare velit. D. *Bezam* caeterosque fratres salvere iube. Fratres et symmystae mei vos salutant. Aureliae 5 Idus Decemb. 1563.

Tui observantissimus
N. Gallasius.

Nunc clam obtruditur et circumfertur illa invectiva cuius exemplar ad vos mittendum curaram. Nec tamen adhuc intelligere potui an tibi reddita esset.

---

5) *N.* 4037, *not.* 2.

6) *Hic vir bonus dormitasse videtur, nam de anno* 1563 *dubitari nequit et tum temporis Calvinus minime valebat. Ex consuetudine formulam valedictoriam adscripsit oscitans.*

4058. 1) *N.* 4049.

2) *Quae hic leguntur habet quoque Languet d. d.* 11. *Dec. p.* 275: Amiralius iam hic totos 15 dies haeret cum magna parte illius nobilitatis quae nostram religionem profitetur. Nec tamen cuiquam hactenus facta est iniuria praeterquam concionatori Condaei. Quum enim die solis proxima iret ex arce regia in suum hospitium, circumventus est ab infinita multitudine nebulonum, quorum unus inflixit ei grave vulnus in coxendice, quod tamen non est lethale. Inquiritur diligenter in autores istius facinoris et iam dicuntur tres comprehensi. Qui fuit vulneratus est is Franciscus qui Francofordiae diu fuit pastor ecclesiae Gallicae, et est homo modestus et facundus.

3) *Coligny.*

4) *Languet p.* 278: Mittuntur mille equites et sex millia peditum adv. eos qui tumultuantur in Gallia Narbonensi. Istis copiis praeficitur quidam D. de Biron. Quod si eae copiae non sufficiant, decretum est ut Amiralius eo proficiscatur cum instructiore exercitu. *Corbière, Hist. de l'égl. réf. de Montpellier p.* 74: Parmi les protestants les plus zélés on remarquait à cette époque (*Janvier* 1564) un prince de Salerne qui s'était marié à Montpellier avec une demoiselle de la maison de Paulian.

4059.

COURTOYS CALVINO.

Ecclesiae suae laeti progressus. Grassatur tamen haeresis Gentilis.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 1.)

Viro spectabili D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis fidelissimo ministro quam plurimum observando.

Genevae.

Gratia et pax in Deo patre in Christo Iesu Domino nostro. Quamvis paucissime in hac urbe degerim non ingratum tibi fore, mi pater, si ad te scriberem existimavi: praecipue hoc tentavi ut te de nostro novo in Christo coetu certiorem redderem. Scias igitur, venerande pater, etsi populus hic sit durus ac, ut ita dicam, lapideus, tamen ita res se habet ut Deo favente in dies crescat numerus. Iam diaconos et seniores creavimus et ex his consistorium formavimus. Adeo fervet populi infimi zelus ut vix retineri possit, quin me huc et illuc quaeritet ubi meum rescivit adventum. Sed quia adhuc res in periculo versatur, a senioribus providis retinetur et ex prudentioribus fidelium numerus paulatim augetur. Verum illud unum timeo, ne mihi cum Valentinianis novis lucta sit: iam enim cuiusdam foetorem olfactus sum. Neque ille nebulo *Defarges* [1]) cessat suas spurcitias rabieique spumas spargere ita ut non solum homines sed aerem ipsum infectet. Unus nostrorum seniorum unum in primum Institutionis tuae christianae librum commentarium vidit manu scriptum ac per illum nefandissimum compositum. *Valentinus* [2]) Poloniam profectus est, ubi mandare prelo pollicitus est quendam librum in tuam responsionem compactum. Tuum, mi pater, super hac re exspectabo consilium. Haec sunt quae in summa significare potui. Patrem D. *Bezam* caeterosque fratres meo nomine in Christo salutabis, tuis eorumque precibus sanctis me quam maxime commendatum habeas. Pater misericordiarum vos in Christo conservet ac foveat. 17. Decembris 1563.

Tuus filius in Christo humillimus
Claudius Courtoys. [3])

4059. 1) *Gribaldus, cuius praedium erat Farges.*
2) *Gentilis, quem tamen aliquid typis exscriptum edidisse non constat.*
3) *Quem apud Tarentasios Sabaudos ministrum fuisse disces ex ep. initio m. Ian. 1564 scripta.*

4060.

BULLINGERUS BLAURERO.

Communicat cum eo quae a Calvino et Beza de rebus Galliae acceperat.

(Excerptum ex Cod. Sangall. 38. Epp. IX fol. 138 autogr.)

[*Cla*]rissimo viro D. Ambrosio [*Blaur*]ero Lütmerkae [*in Thurg*]avia iam agenti [*ami*]co colendissimo et carissimo.

Lütmerchen.

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

— — Mitto tibi quae curavi in tui gratiam describi ex literis D. *Calvini* et *Bezae* ad me missis per *Linerum* nostrum, cui hic dixerat: mone *Bullingerum* ut summam omnium curet describi D. *Blaurero*. Ignorat ille fortasse nobis omnia esse communia, sicut inter amicos ea esse debent communia. — — — — — — — — — — — Vale. Tiguri 19. Decemb. quo ante annum die eadem conflixere in Gallia copiae adversae. 1563.

Tuus qui semper.

4061.

MERLIN A CALVIN.

Continuation du rapport sur l'état des églises de Béarn.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 112, fol. 161
Bulletin XIV. 243.)

A Monsieur Monsieur Calvin a Geneve.

Salut par nostre Seigneur Jesus Christ.

Monsieur et treshonnoré frere, il y a trois mois [1]) ou environ que ie ne vous ay peu escrire ce qui estoit advenu icy, à savoir depuis que partit d'icy un qui estoit ministre a Nerac natif de Lorraine duquel i'ay oublie le nom, auquel ie priay qu'il vous racontast ce qui avoit este fait icy en un synode le mois de Septembre dernier passé, [2]) et croy qu'il a parlé a vous. Il est vray que ie vous ay bien escrit

4061. 1) *Nous n'avons point de lettre de cette époque.*
2) *Bordenave p. 117 cf. N. 3988.*

depuis: mais parce que ie n'estois pas asseuré que les lettres vous fussent rendues, ie n'osois escrire des nouvelles de par deça. Et vous asseure que i'ay faict tout ce qui m'estoit possible pour trouver messagiers: mesmes ie n'eusse pas escrit par ceux cy si amplement si i'eusse peu avoir autre moyen de vous escrire, d'autant que ce sont marchans qui ne vont que iusques a Lion.

Pource que ie voyois qu'il n'y avoit ordre d'obtenir de la roine de *Navarre*, ou plustost de ceux qui empeschent l'oeuvre de Dieu, que l'idolatrie fut du tout abolie de ce pays, qu'il n'y eust pour le moins quelque longueur de temps, laquelle ceux qui ne veulent que dieu seul soit glorifié cherchoyent pour cependant faire refroidir le zele de la roine, puis qu'ils n'en pouvoyent obtenir d'avantage (ce que ie prevoyois, craignois et predisois ouvertement) ie fus contrainct de persuader aux ministres de tenir un synode au mois de Septembre, ou les ministres que vous nous avies envoyes et autres fussent colloques, un chacun selon sa portee. Et cependant ie dressay quelques autres articles lesquels ie pensois estre necessaires d'estre observes en ce pays, cependant qu'il y auroit deux religions. Car les premiers prenoyent pour fondement que toute la papaute en fust exterminee. Cela fut faict, et depuis on a commence d'exercer plus estroictement qu'auparavant la discipline ecclesiastique, d'autant qu'il avoit este impossible d'y mettre bon ordre auparavant, dont la faute pour la plus grande partie en doit estre baillee à l'imprudence (ie ne scay si ie dois dire ignorance ou quelque chose de pis) de beaucoup de ministres. Et pource que ie voyois une infinite de desordres es causes matrimoniales, à cause qu'elles sont traictees par les officiaux qui en iugent selon leurs canons, et les fideles ne se vouloyent pas comparoistre devant eux: voyant aussi qu'on faict en ce pays des mariages les plus cornus du monde, dont s'ensuit une infinité de proces, ie suppliay la royne d'y donner ordre, et pour ce faire qu'elle commandast à quelques uns des conseillers de son parlement d'y mettre la main, et de me communiquer ce qu'ils en auroyent fait. Mais combien qu'elle leur en ayt fait le commandement et qu'ils facent profession de l'evangile, neantmoins ils n'y ont iamais voulu mettre la main, craignans, comme ie pense, que s'il y avoit quelque changement ils ne fussent persecutes plus asprement. Parquoy i'ay este contrainct d'y mettre la main, et ay suyvi les ordonnances de Geneve a partir de ce que i'en ay veu la pratiquer, excepte en quelque petite formalité de procedure, à cause que ce pays a une differente republique à celle de Geneve. Ie crains que cela ne puisse pas estre omologue, à cause en partie des conceillers papistes, en partie aussi a cause que plusieurs des autres ne trouvent rien bon si non ce qui procede d'eux, tellement que craignant cela ie n'y voulois pas mettre la main, et avois supplie sa maiesté d'y employer une partie de ceux qui puis apres l'omologueroyent.

Au commancement que ie deliberois de faire faire ces lois là, i'esperois que ce seroit le bout de ma charge en ce pays, si i'avois visite quelques eglises, qui en ont plus besoin, ou desquelles les ministres sont les plus mal façonnes, et puis ie deliberois de m'en retourner. Ceste mienne deliberation a este augmentee longtemps, iusques à quelque chose qui est survenue. Combien que la royne ayt tousiours un fort grand zele, neantmoins ce que ie craignois est advenu et si crains pis. Car ceste ardeur delaquelle elle brusloit pour abolir la papaute est refroidie par la pratique de quelques uns. Depuis qu'on nous apportast des nouvelles que les Espagnols estoyent sur les frontieres prests a se ruer sur ce pays, combien que par le moyen de quelques espions que i'y envoyay on trouvast la chose fausse, neantmoins cela l'avoit tellement espouvantee que depuis elle n'a este si bien asseuree et m'a este impossible de la remettre sus. Il est vray que i'eusse faict quelque chose si ceux qui avoyent faict semer ces bruicts n'eussent poursuyvi à leur entreprinse, à savoir en faisant semer des bruicts, tantost que le roy de France se vouloit saisir de ce pays, tantost que c'estoit le roy d'Espagne, et qu'il y avoit des intelligences et avoit gens tous prests, tantost que *Montluc* avoit gens tous prests pour nous courir sus, tantost que c'estoit Monsr. de *Damville.*[3]) Car combien qu'on a cognu cela estre faux si en a elle este comme toute estourdie de peur, laquelle n'a pas este amoindrie quand l'adiournement que le pape luy faict,[4]) a este ici apporte, quelque semblant qu'elle face du contraire. Mais quand elle a eu delibere d'aller à la cour, et qu'à la solicitation de

3) *Henri de Montmorency baron d'Anville, maréchal de France, né en* 1534.

4) *Bordenave p.* 120: Le pape Pie IV. commença de fulminer les foudres de ses excommunications et interdits contre la Princesse et la fit adjourner (*le* 28. *Sept.*) par une citation affigée par les cantons de la ville de Rome, pour comparoistre devant l'Inquisition dedans six mois, sur peine incontinent après le terme escheu d'estre solemnellement excommuniée, tous ses biens confisquez et mis en interdit, pour pouvoir estre occupez par le premier qui auroit la volunté et puissance de ce faire. Le roy de France fit remonstrer au Pape qu'il avoit trouvé estrange la procédure faite contre sa tante, et de pernicieux exemple pour soy et d'autres souverains. Parquoy il supplioit S. S. vouloir faire cesser ceste voye . . . . Or soit que le Pape fut retenu par ceste remonstrance ou qu'il eut quelque autre considération, cette poursuite ne passa plus outre pour lors. Et la Royne appela comme d'abus de toute la procédure du Pape au concile, et trouva moyen par quelques siens serviteurs de fere plaquer sa dite appelation en quelques cantons à Rome. (*Comp. de Thou* III. 442 *s. Muret, Hist. de J. d'Albret p.* 159 *ss.*)

messieurs de *Chastillon* elle en a prins resolution, elle a este encores plus difficile à estre persuadee d'abbatre du tout la papaute, d'autant, comme ie pense, qu'elle veut pouvoir dire à la roine mere qu'elle n'a pas abbatue la papaute, pour ne contraindre les papistes en leur religion, à cause qu'elle l'a priee par plusieurs lettres de ne l'abbatre pas. Et ceux qui sont autour d'elle, qui desirent par sa faveur estre avances en la cour de France, craignent d'estre reculés s'ils ne l'empeschent a executer sa saincte entreprinse. Et ceux là ont plus de credit et efficace, pource que ie ne suis plus guieres appellé au conseil de tels affaires, comme i'estois par cydevant, sinon qu'il y ayt quelque chose de laquelle ils ne se puissent depestrer. Car pource qu'ils scavent quelle est mon intention ils ne se soucient plus de m'appeller en ce en quoy ils ne veulent pas suyvre mon avis. Ils m'estiment trop violent à abbattre la papaute: et cependant ils sont contraincts de confesser que sans moy ils eussent beaucoup plus de troubles qu'ils n'ont eu. Car les Eglises me respectent tellement que quelque naturel bouillant que ceux de ce pays ayent neantmoins ils adioustent beaucoup de foy et donnent grande authorite à mon dire: et quant à moy ie m'oppose autant que ie puis aux troubles, et suis fort rude censeur contre ceux de l'Eglise et qui les causent. I'ay plus de difficulte à manier plusieurs ministres que ie n'ay en tout le reste: lesquels ie desirerois avoir tant de prudence que ie me puisse conduyre par eux plustost qu'eux par moy. Ie crains bien que quand ie seray parti de ce pays on ne cognoisse par experience combien ma presence y a proffite pour empescher les troubles, et que la trop grande aspreté (laquelle par civilité ils appellent zele) ne soit trouvee au pris des autres fort grande douceur.

Toutes ces choses augmentent mon desir de m'en retourner. Car ie confesse que telles fascheries me faisoyent tous les coups perdre courage. Mais en faisant ceste deliberation ie prens un conseil duquel ie prins l'occasion sur la venue de Mr. de *Briquemaut*[5]) en ce pays. Il avoit charge de Msgr. l'*Amiral* de soliciter la roine de *Navarre* d'avancer l'evangile avec l'abolition de la papauté. Ie l'entendant (car Msgr. l'*Amiral* et Msgr. le cardinal de *Chastillon* m'en avoyent escript et Msgr. de *Briquemaut* mesme me communiquoit familierement tout) la soliciter[6]) de faire son devoir en cest endroit: ce qu'il fit non moins volontairement que fidelement. Il me redisoit les obiections qu'on luy faisoit, et entre autres que le peuple se soucioit si peu de l'Evangile que pas un de ses subiects ne luy faisoyent requeste pour lavancement d'iceluy. Ie luy dis que si elle vouloit ie luy en ferois faire requeste a toutes les Eglises. Mais sa responce fut maigre en cest endroict. Cependant ie fais par dessous terre soliciter les Eglises de faire des requestes, signees des magistrats qui estoyent de l'Eglise, à ce que la papaute fust abolie, et encores les Eglises en font tous les iours. Et quant à moy ie ne faillois pas à soliciter et la roine et ses conseillers, avec protestations que si l'Evangile n'estoit avancé en ce pays qu'il ne tenoit pas à moy, et ne cachois pas que ie le declarerois quand il seroit de besoin.

Vous en attendés l'issue? Les unes ont obtenu quelques temples repurgés des idoles, les autres ont obtenu que toute l'idolatrie de papaute en fust abolie, de sorte qu'il reste bien peu de villes en ce pays qui ayent la papauté, ou elle ne soit pour la pluspart abolie, voire mesmes les principales bourgades et beaucoup de villages ont este repurges de la papaute, et cela a esté fait avec telle diversité que les plus grandes Eglises ont souvent obtenu le moins et les moindres le plus, tellement que ces beaux conseillers se rendent ridicules à tout le monde, et si ne me scauroyent faire plus grand honneur, d'autant qu'on scait que ie ne m'en mesle plus, comme ie confesse que ie ne le cache pas. Cecy m'avoit fait concevoir quelque petite esperance parce qu'il est impossible de racoustrer cela sans abbattre toute la papauté. Mais elle m'a mis une difficulté, a savoir qu'elle ne pensoit pas que vous, ny Mr. *de Bese*, ny l'Eglise de Geneve fust de mon avis pour abbattre toute la papauté en ce pays, veu les conditions des personnes d'iceluy. Car quant aux autres ministres de ce pays elle pense qu'ils sont tous guagnés par moy. Elle dit que ce peuple est non seulement rude mais adversaire de l'Evangile, et que si on leur oste toute la papauté, on les laissera sans religion, encores qu'on leur face prescher l'Evangile, à cause qu'ils ne le voudront pas escouter ny recevoir. Il est vray qu'il y a une grande rudesse et qu'en beaucoup de lieux peu le recoyvent. Combien que ie le puis comparer à ceux du pays de Savoye vos circonvoysins, en ce faict neantmoins il y a deux differences: L'une qu'ils sont les plus obeissans qu'il est possible, l'autre qu'ils ne sont pas tant ennemis de l'Evangile, et qu'il y a plusieurs cartiers ou il prospere fort bien. Vous pouves aisement voir qu'il ne m'est pas difficile de repousser tout cela: et ie luy remonstre les moyens les plus doux pour y proceder qu'il est possible. Ie ne vous reciteray pas au long cela, d'autant que ie serois trop long, et il ne vous est pas mal aisé de le scavoir, voire beaucoup d'autres qui me sont incognus. Or elle vous en veut

5) *François de Beauvais, seigneur de Briquemault, l'un des chefs protestants durant les premières guerres de religion, ami de Coligny.* (*Haag* II. 130.)

6) solicitay? *Le Bulletin imprime:* le solicite.

escrire pour en scavoir vostre avis: et combien que si elle escrit ie vous en pourray aussi escrire, neantmoins ie n'oserois escrire chose qu'elle ne voye. Parquoy ie vous prie vous en tenir à ce que ie vous en escris maintenant touchant mon avis, et vous supplie luy en escrire le plus tost que pourres, et à moi aussi. Car ie desire suyvre ce qui vous en semblera, et cependant ie ne laisseray de tascher de mon pouvoir à faire abbattre toute papanté pour establir l'entier service de la religion.

Elle doit faire tenir ses estats d'icy à peu de iours: ie crains que nous y ayons des empeschemens pour la religion, vu le peu de soin qu'on en a, et i'ay experimente l'autrefois combien peu mes advertissemens ont proffité. Cependant i'auray l'oeil au bois pour faire ce qui sera en moy et espere que Dieu ne me delaissera point. L'occasion de les faire tenir c'est seulement pour avoir argent, pour aller à la cour, en laquelle elle est en sa pensee et desir. Dieu veuille que ce soit a son salut. Si elle s'en va et que ie ne sois pas grandement utile en ce pays, ie deliberes de l'accompagner iusques à la cour pour mon affaire duquel monseigneur le chancelier [7]) a donne quelque esperance a ceux qui luy en ont parle pour moy. Mais ie voy bien qu'il ne se fera rien en mon absence. Car la royne de *Navarre* en a donne souvent commission a ses soliciteurs qui n'en font rien: et croy qu'ils desirent que ie leur envoye quelque present, dont ie n'ay pas le moyen. Car depuis que ie suis icy ie n'ay pas recu une seule maille. Toutesfois si vous m'escrives que ie face autrement ie le feray, quelque necessite qui puisse advenir à moy et à ma famille. I'ay oublie de vous dire que ie pense qu'elle desire scavoir vostre avis, non pas tant pource qu'elle l'ignore, comme pour avoir delay iusques à ce qu'elle soit à la cour ou excuses ne lui manqueront pas.

Au [8]) reste il y a un escholier nomme *d'Audrain* [9]) auquel vous fites delivrer argent a la requeste de monsieur *Hesperien* son beau frere, auquel on envoye certaine somme d'argent, laquelle on addresse a monsieur *Viret*. Nous supplions monsieur *de Bese* d'en advertir ledict escholier à fin qu'il y donne ordre a savoir qu'il ayt moyen de le faire recevoir ches monsier *Viret*: si monsieur *Viret* n'a le moyen de le luy faire tenir, dont nous l'avons prié, si monsieur *Viret* l'addresse à monsieur *de Bese* il luy plairra de le faire tenir audit escholier.

Ie vous supplie me pardonner si ceste lettre est mal escrite. Car i'ay este contraint de l'escrire de nuict en grande haste, combien que ie ne veuille par cela excuser mon ignorance.

A tant, monsieur et treshonnoré pere, feray fin apres m'estre treshumblement recommande a vostre bonne grace et à celle de mes treshonnores et magnifiques seigneurs et à celle de mes treschers freres et compagnons, et prie Dieu de vous confirmer tous et conduyre par son sainct esprit. De Pau ce 25. de decembre 1563.

Vostre treshumble frere et serviteur
Iehan Reymond Merlin.

7) *de l'Hospital.*
8) *Ce paragraphe est omis dans le Bulletin.*
9) *Arnauld d'Audrein, Béarnais.* (*Livre du Recteur p.* 4.)

4062.

BULLINGERUS CALVINO.

Literas ex Polonia missas cum eo communicat. Certiora ex Gallia habere cupit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 129, olim Scrin. B. Epp. Tom. 30, fol. 459. — Simler. Vol. 108.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fido pastori domino meo venerando et fratri carissimo.

Genff.

Dominus Iesus servet te, domine colendissime et frater carissime, largiaturque annum felicissimum, ut sanus et valens servias Domino Iesu et ecclesiae eius. Non frustra suspicatus es quosdam in Polonia aliquid alere monstri. Mitto enim hic tuae pietati literas [1]) quas vides, et oro, ut quam primum fieri potest, easdem remittas, una cum tuo iudicio. Arbitror pares scriptas esse Bernam et Basileam. Unde suspicor non dissimiles ad vos quoque missas esse. Bernam et Basileam destinatas vidi. Quia tamen vestras non vidi, ne quid ignorares nostras misi. Et te quantum possum oro, ne sine tuo iudicio eas remittas.

Diu fuit apud nos rumor, [2]) pugnatum esse ad Lutetiam, et vicisse nostros. Quia tamen certa non scribuntur, quibus rumor ille confirmetur, non sine moerore addubitare incipimus. Te oro, mi domine et frater, ut per *Ionvillaeum* nostrum significes certa de rebus Galliae. Scio alioqui negotiis oppressum esse. Sed inserviet nobis ea in re et tibi

4062. 1) *ex Polonia advectas.*
2) *falsus.*

et nobis *Ionvillaeus*, quem salutabis nostro nomine. Vale. 26. Decembris 1563.

Bullingerus tuus.

Immontani et Palestini nostri de novo iam contra Claronenses [3]) nescio quid moliuntur. Nam impiis non est pax.

Tretium Polonum, [4]) virum integrum, bene institute. Poterit hic vir ecclesiis Poloniae prodesse plurimum.

3) *Postridie Nonas Ian.* 1564 *Badenae in conventu de hac re dirimenda actum est.* (*Ruchat* VI. 31.)
4) *cf. N.* 4050.

4063.

THENAUDUS CALVINO.

De Polonia Arianismo laborante.

(Ex autographo Cod. Genev. 113. fol. 106. Est fragmentum dimidia parte chartae inferiore prae vetustate deperdita potius quam abscissa. Olim tota exstitit, bibliothecarius enim superscripsit: *Pridie Cal. Ian.* (sive Iun.?) 1564 item nomen scriptoris, cuius tamen manum coll. N. 3985 non recognovimus. Cf. etiam Trechsel. II. 355.)

Clarissimo viro et eruditissimo theologo D. Ioanni Calvino domino et tanquam patri in Christo colendissimo.

Genevae.

S. D. Quod superiori anno de infelici et tristissimo istarum ecclesiarum statu pro meo erga te officio scripseram illas nempe Arianorum veneno infectas esse, illudque malum in dies crescere, sane hoc ita verum est ut ad summum fastigium pervenerit, et secure dominetur. Argumento sunt illorum scripta maledica et impia quae quotidie impune eventillant. Proceres illi qui orthodoxam tuentur sententiam faciunt quod possunt, quamvis pigritia et tarditate laborent. Sed quominus eorum vota suum sortiantur effectum, libertate vel potius licentia nobilium impediuntur. Erro ille *Gentilis* exsulat Cracovia, [1]) ubi si a praefecto illo Cracoviensi, [2]) viro clarissimo, deprehensus fuisset, poenas certe dedisset. Hic vero ubi habito, [3]) ab illo domino [4]) fovetur et retinetur, idque suasu et hortatu tam *Statorii* quam aliorum eiusdem factionis nobilium. Ac licet saepius istum dominum monuerim eiusque haeresim horrendam esse dixerim et clamitem indies, etiam cum summo istorum in me odio, tamen surdis canitur. Qui enim pro sua erga te observantia et ecclesiae Dei amore fortiter sese istis — — — — — — — — — — — — — — habet, sic apud eos primas videtur partes — — — — — — — — — — — — — — — — — —

4063. 1) *Quo tempore Gentilis Cracoviae valedixerit non constat. Sandius p.* 27: Alciatus Valentini Gentilis, quem e carcere redemerat, circa a. 1562 in Poloniam comes, unde postea in Moraviam eodem comite concessit. — *Lubien.* 107 *nihil praeterea, nisi quod annum adventus in Poloniam* 1563 *fuisse dicit, fortasse ex mero errore typothetae. Addit:* Valentinus adversariorum (quos ei Calvini literae et amici, ut Lugduni liberalitate Alciati, ita et in Polonia degenti conciliaverant) potentia pressus ad Helvetios redierat.

2) *Fuisse hunc Bonarum de Balice castellanum Biecensem et magnum procuratorem Cracoviensem cave credas, qui etiam Georgium Schomannum eadem de causa* expelli iusserat et spoliari omnibus bonis. (*Sand.* 193.) *Is enim obiit a.* 1562.

3) *Pinczoviae.*

4) *Hic de Nicolao Olesnicio cogitamus, de quo Wiszowatius* (*Narrat. compend. in Bibl. Sandii p.* 21) *haec refert:* Qui a recepta de Trinitate opinione in Polonia dissidebant nominabantur tum Pinczovii, ab oppido Pinczow, in quo sub Nic. Olesnicio, illustri patrono et protectore, et Franciscus Stancarus et Lismaninus et Petrus Statorius et Georgius Blandrata et Io. a Lasco cum aliis quibusdam morabantur.

MDLXIV.

4064.

COURTOYS CALVINO.

Novae stationis eiusque prosperae et laudandae ministerium auspicatus est.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 3.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis fidelissimo verbi Dei ministro ac patri plurimum observando.

S. Tuas, mi pater, pridie calendas Ianuarii accepi literas.[1]) Coetus noster a Centronibus qui nunc Tarentasii[2]) dicuntur rogatus: seniorum nostrorum consilio, me ad eos contuli. Quumque urbem nomine Mosterium[3]) appulissem ab ecclesiae fidelibus benigne receptus, quinto calendas Ianuarii post concionem, legitimaque electione peracta, ex fidelium aptioribus senatum ecclesiasticum Christo erexi. Hic, ut spero, *D'leryns*[4]) frater noster suum exercet ministerium. Certe haec ecclesia fideles nobiles multos habet: qui non solum pro Christi nomine terrena despiciunt, verum etiam sponte propria corpora morti tradere, ac pro insidiata civitate pollicentur. Interim tamen insidiarum globulum minime adhuc stabilem video, nam ut a fideli homine accepi, novas hostes moliuntur insidias. Quapropter, mi pater, videant cives, quamvis qui Israelem custodit non dormitet vel dormiat, ne spretis eius adminiculis, secure inter haec tanta pericula dormitent aut dormiant. Interea si quid novi acciderit te certiorem faciam: fidos enim ea de re exploratores undique habemus. Tuo nunc, Dei gratia, libello in *Valentini* nefanda commentitia armatus sum. Omnis coetus verbo Dei auctus te terque quaterque humiliter salutat. Vale, mi venerande ac carissime pater. Dominus te conservet et prospera valetudine muniat. Omnes patres in Christo meo nomine salutes velim.

2 Ianuarii 1564.

Tuus humillimus in Christo filius
Claudius Courtoys.

4069. 1) *Non exstant. Cf. N.* 4059.
2) *Tarentaise in Sabaudia.*
3) *Moutier, en Maurienne.*
4) *Lectio dubia.*

4065.

BULLINGERUS CALVINO.

Multa protestatus de optima sua erga eum et ecclesiam Gallicam voluntate, affirmat se id praestare non posse quae ab ipso postulata sunt.

(Ex autographo Cod. Gen. 114, fol. 101. Alia exemplaria habes in Cod. Gen. 111a, fol. 218, in Epp. Bern. VI. 1153 et ap. Simlerum Vol. 109.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo, domino meo colendo et fratri carissimo.

Dominus Iesus benedicat tibi et domui tuae concedatque annum hunc tibi felicissimum, ac diu te nobis servet incolumem. Fateor me tibi, domine colende et frater carissime, plurimum debere, qui quum tot tantisque oppressus sis negotiis et valetudine utaris alioqui afflicta, nihilominus pergas tam familiariter et diligenter ad me de rebus omnibus scribere.[1]) Dominus rependat tibi et servet te a

4065. 1) *Postrema Calvini ad Bullingerum nobis fuit N.* 4052.

malo benedictioneque sua felicitet. Brevis sum libenter ne laboribus laborem adiiciam. Nec tibi nunc sed *Bezae* nostro scriberem, qui omnia mea ad te referret, nisi postulasses a me responsum. Scis, mi frater, quid a me postulaveris ultimis tuis.[2]) Ego vero ea in re ita sum perplexus, ut iam certi non possim respondere quidquam. Tibi inprimis et ecclesiae Gallicae, dispendio etiam vitae meae, gratificari paratus sum. Verum dum nostros et res nostras hominumque nostrorum mores et ingenia legumque nostrarum rationes et multa alia mecum perpendo, videre non possum, quo res ecclesiae et reipublicae nostrae salvae et incolumes manere possint, si istud quod scis fiat. Proinde Dominum ex animo noctes atque dies oro ut is quid certe et salubriter fieri possit, ostendat. Mirabiliter is hactenus nos servavit, et paternam in nos caritatem declaravit. Eundem oro ut is esse in nos porro pergat, qui fuit hactenus. Sat scio et te perpetuis Dominum precibus invocare. Praestet hic nobis, quod nobis omnibus est salutare. In hoc aeternum vale et perge me eo amore prosequi, quo hactenus es prosequutus. De reliquis scribo ad nostrum *Bezam*. Tiguri 6. Ianuarii 1564. Saluta fratres et symmystas. Salutant te et illos nostri.

Tuus Bullingerus.

4066.

BULLINGERUS BEZAE.

Agit maxime de Ochino exsule Rhaetia eiiciendo si forte eo devenerit, tum de concilio Tridentino nuper dissoluto.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 15.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae fideli ministro Genevensis ecclesiae domino meo colendo et fratri longe carissimo.

Genff.

Dominus Iesus benedicat tibi, carae coniugi tuae universaeque domui et concedat hunc annum tibi felicissimum.

Affligor ut non possim vehementius. Audio enim de proditione urbis vestrae[1]) nescio quid. Rursus tamen alii asseverant, Dei beneficio detectam esse proditionem et plurimos in vincula coniectos. Oro et obsecro ut nos liberes sollicitudine et quid sit exponas. Praeterea si quid habes de rebus Gallicis et quomodo res *Amiraldi* habeant, et quomodo procedat negotium ecclesiarum significa. Varii enim rumores nos perturbant. Dicunt Cardinales evocari ex Italia, urgere regem et omnia practicis suis involvere atque confundere.[2]) Tum in aula Regis multa tentare dicuntur Card. *Crucis* et Card. *Ferrariae*: ex urbe vero Rhemorum vel Nanceio *Lotharingum* Card. sua quoque subministrare consilia. Hos arbitror tres esse ranas quarum mentio fit in Apocalypsi.[3]) Deus perdat eos et servet Regem cum ecclesia. Utinam vinctos[4]) illos perturbatores suspenderet rex ex arboribus. Pulchre tum in media etiam hyeme arbores florerent.

Historiam *Ochini* leges ex hac inclusa epistola.[5]) Rogo autem ut hanc et illam, quam in proximis meis ad te literis[6]) misi, una et tuto et cito remittas. Audimus *Ochinum* pervenisse Schaffhusiam,[7]) ac ibi in Card. *Lotharingum* e concilio in Lotharingiam festinantem incidisse, et ei suos obtulisse Dialogos legendos quos xxx veritates nuncupavit. Accepit ab eo librum *Lotharingus*, ea tamen lege ut si non placerent illico comburat. Adiecit *Ochinus*, se observasse errores in Evangelicorum ecclesiis 24, quos ei, si cupiat, demonstrare vellet. Respondit *Lotharingus*: nimium si quatuor sint ut maxime, tum viginti non adiicies, aversusque ab illo discessit. Dicitur ille Plurium[8])

---

2) *de foedere cum rege Galliae.*

4066. 1) *vide proxime sequentem Bezae.*

2) *Ultima sessio concilii celebrata fuit a. d. III. Non. Dec. Ipso hoc mense rediit Card. Lotharingus. Languet. d. d. 17. Dec. p. 279:* Legati Pontificis (*v. s.*), Regis Hispaniae et Sabaudi recens huc venerunt. Dicuntur huc venisse ut sollicitent Regem de foedere ad exsequenda decreta concilii, et ut Reginam Navarrae accusent (*a Papa excommunicatam*) quam dicunt brevi huc venturam. Card. Lotharingicus talium consiliorum fabricator iam dicitur non procul abesse a Lotharingia et sollicitare quoscunque potest ad tale foedus. Nostri autem, licet videantur destituti omnium auxilio, non tamen despondent animum.

3) *Cap.* XVI. 13.

4) *vel: iunctos*

5) *quam desiderari nobiscum dolebis.*

6) *N.* 4062.

7) *Postridie Cal. Dec. relicto Turico Basileam contendit, ubi magistratus eum solum vertere iussit, quanquam ministri parati erant eum admittere, quum ipse necessitate coactus palinodiam canere non recusaret. Etiam Mylhusani eum eiecerunt (Ottii Annal. Anab. a. 64). Bullingerus haec resciverat a Wissemburgo (Hottinger, helv. KG. III. 874). Cf. Rügeri ep. proxime sequentem et Benrath Ochin. 312.*

8) *Plurs prope Clavennam quo tamen non se contulit (Meyer, Locarno II. 179) Bullingerus ad Fabrit. d. d. 27. Dec.:* E Basilea audimus Bernhardinum abiisse non in Poloniam sed in Rhaetiam. Vobis ergo annitendum ne Rhaetia fiat latibulnm et asylum eiectorum propter perversam doctrinam ex ecclesiis orthodoxis. Mihi quidem videtur mature tentanda res ne, si asseclas consequuti fuerint, difficilius extrudantur, aut cum eis et alii innoxii eiiciantur. Probe memini

quod est in Rhaetia petere. Ego, ne quid negligerem, scripsi protinus Curiam, Samadenum et Clavennam ad magistratum et ministros, monuique diligenter vigilent et sibi a lupo isto Tiguro et Basilea eiecto caveant. Adieci universam historiam eius. Et iamiam literas accipio Curia,[9]) magistratum nolle ut in Rhaetia maneat etc. Aiunt quidem *Darium* et *Camillum*[10]) hinc profectos Constantiam, et eo abiisse *Ochinum* quoque. Nam *Camillum Socinum* et *Darium* hic habitantes ferre noluimus. 28 Decemb. mortuus est *Castellio* Basileae,[11]) quo nomine boni laetantur, perversa ingenia tristantur. Sed vigilat pro suis et ecclesia Dominus semper.

Concilium Tridenti est dissolutum. Celebrarant sessionem octavam 11. Novemb.[12]) Decreta facta sunt putida de matrimonio. Card. *Lotharingus* 3. et 4. Decemb. benedictiones recitavit quibus et maledictiones contra haereticos subiecit,[13]) concilio acclamante et approbante voce istius. Praecepit nomine concilii ne quis ante conclusionem discedat. Sibi quidem mox esse discedendum propter causas gravissimas et inevitabiles. Ergo 3° Decembris[14]) finis concilio est impositus sessioque nona et ultima habita editis decretis de invocatione venerationeque sanctorum, de reliquiis et sanctis imaginibus, de purgatorio, de indulgentiis, de servandis decretis huius concilii: item de Catechesi et Missali ac Breviario. Confirmarunt item Indicem Romanae ecclesiae editum de haereticis. In eo nomina leguntur Zwinglii, Oecolampadii, Lutheri, Calvini, Bezae, Bullingeri etc. Misit haec episcopus Comensis ad episcopum Curiensem. Vir bonus (quod tibi dictum volo) legit et summam rerum ad me perscripsit. Aiunt istos modo consultare de exsequutione concilii et opprimendis haereticis.

Haec dum scribo literas accipio ab illustri comite Ulysse *Martinengo*:[15]) is significat aegre processura istorum consilia de exsequutione concilii. Nam in Calabria motum non esse sedatum, sed crescere magis et magis. Turcam apparare classem et Neapolim eius incursionem sibi vehementer metuere. Veneti quoque se apparare dicuntur, quod legatus eorum Constantinopoli redire domum sit coactus nec Imperatorem vel Bassam primum alloqui potuerit etc. Praetexuntur haec forte ab istis nebulonibus quominus caveamus nobis. Haec festinantissime scripsi nec relegi. Vale. Omnes nostri te salutant. Tiguri 6. Ianuarii 1564.

Bullingerus tuus.

Saluta D. *Ionvillaeum*, *Budaeum*, *Crispinum* etc.

---

quam difficulter retineri potuerint profugi ex Italia. Man möchte einfallt handlen vnd anzeigen diewyl Bernhardin nitt platz weder zu Zürich noch zu Basel gehept sölle man inn ouch heyssen fürbas passieren . . . . Consultato in tempore cum Iulio Mediolanensí, cum Paulo Gadio, inprimis cum D. Zancho. Hic hic se virum et fidelem Christi ministrum exhibeat, oder man wirt nitt vil me vff imm haben. Exponito haec DD. Coss. Curiensibus. Hortator ut sint fideles . . . . Scribo ad D. Friderychum a Salice ut communicet cum DD. Rodolpho et Hercule a Salice amicis meis. Rodolphus enim datis ad me literis petivit edoceri cur sit eiectus Bernhardinus.

9) *Fabritius Bullingero d. d.* 3 *Ianuar:* Quum primum tuae mihi sunt redditae nullam moram interponendam putavi quin omnem operam impenderem ne ecclesiae nostrae aliquid detrimenti acciperent. Itaque rogavi D. Tscharnerum consulem domi meae me conveniret. Praesto fuit. Exposui totum negotium. Ita inter nos convenit ut ipse a concione senatum convocaret et de communi sententia hospitibus mandata darentur, si quis talis adveniret, eius indicium consuli facerent in eum finem ut hic Curiae senex sisteretur, duas ob causas, ne si apud Italos se insinuasset (*in Valle Tellina*) aegre illinc expelleretur, deinde ne quid inhumanius agi videretur, qui cum coniuge (*cuius mortem ignorabant*) et liberis per Alpes ire et redire cogeretur anni tempore iam a profectione alieno. Haec ita facta sunt, sed senex nusquam apparet et transiisse eum vix putarim. Cogitavi ergo, quod res est quodque primum facturum credebamus, eum ad Vergerium profectum.

10) *Laelii Socini fratrem* (*Trechsel* II. 135).

11) Non tam corporis quam animi aegritudine ac moerore confectum et exstinctum nonnulli putant. *Io. Ieger Basil. d. d.* 13 *Cal. Febr.* 1564 *ap. Hottinger. l. l.* 875. *Cf. quoque Bezam infra N.* 4072.

12) *scil. quae Pii IV. fuit octava, in toto vero vigesima quarta.*

13) *Exhibent eas Streitwolf et Klener, Libri symbol. eccl. cath.* II. 217.

14) *imo* 4°, *ultima enim sessio per biduum celebrata fuit.*

15) *Cf. N.* 3935. 3943.

4067.

CALVIN A LA DUCHESSE DE FERRARE.

Exhortations écrites à l'occasion du retour de la Duchesse de Paris à Montargis.

(Copies. Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 169. Vol. 115a, fol. 21. Berne F. 173. Ruchat VII. 407. Henry III. App. 142. Bonnet II. 545. Trad. angl. IV. 348.)

A Madame Madame la duchesse de Ferrare.

Madame, je croy que vous avez receu mes dernieres lettres[1]) desquelles i'attens response, pour m'acquicter de mon debvoir touchant ce quil vous avoit pleu mescrire. Ce pendant ie nay pas voulu perdre loccasion de vous adresser ce porteur,[2]) afin

---

4067. 1) *perdues. Voyez du reste N.* 4055.

2) *Jean de Budé Sgr. de Vérace.*

que vous entendiez par luy de lestat de par deça, car il vault mieulx le remectre a vous en compter de bouche que den charger le papier, veu quil est lun des plus familiers amys que iaye, et homme seur auquel on se peult fier iusquau bout. Il est filz de feu monsieur *Bude*, maistre des requestes du Roy, lequel a esté fort renomme[3]) pour son scavoir. Au reste, Madame, vous avez bien monstre par effect que la demeure de la ville de Paris ne vous plaisoit gueres[4]). Vray est quil seroit a souhaister que vous fussiez tousiours en cour pour le soulagement des povres eglises. Mais ie ne suis pas esbahy que vous cherchiez meilleur repos.

Maintenant, puis que Dieu vous a ramenee en vostre ville, il vous convient redoubler le soing de bien rigler tant vos subiectz que vostre maison. Je scay, Madame, combien le peuple est revesche, et combien vous avez travaille par cy devant a le reduire sans grand fruict. Quoy quil en soit ie vous prie de parachever en cest endroit la doctrine de St. Paul de ne vous lasser point en bien faisant, quelque malice quil y ait pour vous refroidir. Sur tout que vostre maison soit ung miroir pour donner exemple a ceulx qui se rendent aucunement dociles, et rendre confus ceulx qui sont incorrigibles et endurcis du tout. Pour ce faire, Madame, ie vous prie de tenir la main en tant quen vous sera, qu'il y ait bonne police pour reprimer les vices et scandalles. Je nentens pas quant a la police terrienne, mais aussy quant au consistoire de leglise,[5]) et que ceulx qui sont establis pour avoir l'oeil sur les meurs, soient gens craingnans Dieu, de vie saincte et de telle sincerité et rondeur que rien ne les empesche de faire leur office, aiant zele tel qu'il appartient a maintenir lhonneur de Dieu en son entier. Et que nul en quelque degré qui soit ou estat, ou quelque credit quil ait envers vous, ou en quelque reputation que vous le teniez, nait honte de se submectre a lordre que le filz de Dieu a luymesme mis, et ploier le col pour recevoir son ioug. Car ie vous asseure, Madame, que sans ce remede il y aura une licence desbordee pour engendrer une horrible confusion. Ceulx qui font quelque protestation de crestiente seront pour la plus part dissolus. Brief il y aura ung evangile volaige et comme bisarre[6]) car on voit comme chacun se flatte et se dispense[7]) a suyvre ses appestitz. Cest merveilles que ceulx qui se sont voluntairement assubiectis a la tirannie du pape, ne peuvent souffrir que Jesuschrist domine amiablement sur eulx a leur salut. Mais pour vray le Diable use de cest artifice afin de mectre la verité de Dieu en opprobre, faire vilipender la pure religion et blasphemer le nom sacre de nostre redempteur. Ainsy, Madame, pour avoir eglise deuement refformee, il est plus que requis davoir gens qui aient la superintendance de veiller sur la vie de chacun. Et afin que nul ne se sente greve de rendre compte devant les anciens ausquelz telle charge sera commise, quilz soient esleuz de leglise comme cest bien raison que ceste liberte soit gardee, et aussy que cela serve a choisir avec plus grande discretion ceulx qui seront propres et ydoines, et approuvez telz de la compaignie.

Je ne doubte pas, Madame, que vous naiez ayde nostre frere *de Coulonge*[8]) de vostre authorité a dresser tel ordre. Mais scachant a combien de corruptions les cours des princes sont subiectes, il ma semble quil ne seroit point superflu de vous exhorter a le maintenir. Mesmes il est bon que vous soiez advertie dune chose, cest que de tout temps le Diable sest efforce de rendre par rappors sinistres et detractions les ministres de levangille contemptibles, ou quon les hait ou quon en fust desgouste. Parquoy tous fidelles ont bien a se garder de telle astuce. Car de faict en se faschant de la pasture de salut, sest se despiter plus que contre son ventre, veu quil est question de la vie des ames. Quoy quil en soit, Madame, sil y en avoit qui tendissent, et feust ce obliquement, a vous descouraiger de poursuyvre comme vous avez si bien commence, vous avez a les fuir comme pestes mortelles. Et de faict le Diable les suscite pour les aliener obliquement de Dieu lequel veult estre recongneu en ses serviteurs.

---

3) *recongneu Bt. H.*

4) *Languet* 12. *Dec. p.* 277*:* Apud viduam Ferrariensem habita est concio in ipsa arce regia, ad quam factus est magnus concursus. Hoc animadvertens populus coepit tumultuari et dicere, regia edicta per nostros violari. Regina, ut praecideret occasionem tumultus, iussit duci in carcerem tres aut quatuor qui fatebantur se ei concioni interfuisse, qui tamen, ubi tumultus conquievit, statim sunt dimissi. Vereor ne nimis properemus. *Idem,* 17. *Dec. p.* 278, *de eadem concione scribit:* Hoc ita aegre tulit Regina, ut consentiente Connestabile voluerit interdicere ne ii qui in hac urbe habitant ad vicinas ecclesias audiendarum concionum vel sumendae coenae causa accedant, aut liberos suos eo baptizandos deferant. Verum Condaeus, Amiralius et alii ita sese opposuerunt ut non tantum hoc non sit decretum, sed mandatum sit praefecto vigilum ut adsit nostris quando noctu sepeliunt suos mortuos. Interdictum tamen est viduae Ferrariensi et aliis proceribus ne quemquam in posterum admittant ad suas conciones praeter domesticos. *Cf. Masi, I Burlamacchi et Renata d'Este. Bol.* 1876. *p.* 257. Mad. di Ferrara è stata questi giorni in corte — et se n'è ritornata al suo luogo di Mont'Argis 29 di Dec. 1563. (*M. Ant. Barbaro Ambasc. di Venesia.*)

5) *Voyez la lettre de Morel du* 6. *Déc.*

6) *C'est ainsi qu'a écrit M. Bonnet, en mettant cependant un point d'interrogation. Le fait est que notre plus ancien texte porte*: bibarre, *Henry a mis* Oibarre, *également avec* (?)

7) dispose *H. Bt.*

8) *Morel.*

Sur tout, Madame, ne vous laissez iamais persuader de rien changer de lestat de leglise, tel que le filz de Dieu la dedie par son sang. Car cest celuy devant lequel tout genoil doit ploier. Si pour vous amadouer on vous allegue que vostre maison doibt estre privilegee, pensez quon ne vous scauroit faire plus grant deshonneur que de la retrencher du corps de leglise, comme a lopposite, vous ne pouvez estre mieulx honoree que quant vostre maison sera bien purgee de toutes souillures. Je vous prie, Madame, ou doibt on plustost applicquer les remedes que la ou les maladies ont plus de vaugue? Or ie vous laisse iuger si les cours ne sont point plus aisees a se desborder que les petis mesnages, sinon quon y provoie. Je ne dictz pas que sil y a quelques scandallcs entre voz gens, vous qui estes le principal membre de leglise, nen soiez advertie la premiere, pour aviser de bon accord a la correction, mais que vostre authorite nempesche point le cours de la discipline, veu que si vos domestiques estoient espargnez, toute la reverence du consistoire sescouleroit comme eaue.

Madame, ientreray en aultre propos, jl y a ia longtemps que iavoie bonne devotion de vous faire present dune piece dor. Advisez si ie suis hardy: mais pource que ie doubtois si vous en aviez de pareille, ie men suis deporte iusques icy, car il ny a rien que la nouveaute qui luy donne grace. En la fin ie lay baillee a ce porteur afin de vous en faire monstre, et si ce vous est chose nouvelle, ou bien quil vous plaise la retenir, ce sont les plus belles estrennes que ie vous puisse faire [9].

Madame, apres mestre tres humblement recommande a vostre bonne grace, ie supplieray nostre bon Dieu vous tenir en sa saincte garde, et vous accroistre en tout bien et prosperite. Ce 8 Janvier 1564.

---

9) *C'était un écu d'or que le roi Louis XII., père de Renée, avait fait frapper à l'époque de ses démêlés avec le pape Jules II., avec cet exergue:* Perdam Babilonis nomen. *Le coin qui servit à frapper cette médaille existe encore au musée monétaire (Note de Cimber et Danjou, Arch. cur. de l'hist. de France* V. 399. *Voyez la lettre de la duchesse à Calvin du 23. mars.*

4068.

RÜGERUS BULLINGERO.

De turbis ab Ochino et Sulzero excitatis. An Ochinus cum Cardinale Lotharingo colloquutus sit. De foedere cum Gallo renovando. [1])

(Ex Füsslini Centuria Epp. Reform. N. 96, p. 462.)

S. D. Non dubito, vir praestantissime, quin praesertim hac rerum tempestate infinitae et gravissimae sint tibi occupationes, quae utinam non aliquando nimium tuam humanitatem gravarent, quo diutius nobis superstes esse possis. Quod attinet Ochiniana, descripsi illa citius eaque remitto omnia summa cum gratiarum actione, quod ante aliquot dies factum esset nisi forte fortuna *Augustinus* noster advenisset, cui libentius quam alteri cuiquam volui committere. Et illa omnia certe, ut dixisti, desideravi anxie, idque multas ob causas. Quam bene autem egisti quod Rhaetos admonuisti ne seducantur, quum miser ille *Ochinus* eosdem petere dicatur. Semper et nos de huiusmodi admonendi sumus et talia nobis significanda: rationes in promptu sunt multae. Ego nihil aliud suspicor vel metuo quam in hoc omnia institui et instituta esse ut scindantur nostrae ecclesiae. Supersunt autem plura alia scandala quam conveniat. Deus conservet nos, peccata non imputet, neque pro eorum meritis puniat.

Quam primum responsio de causa Sulceriana [2]) ad vos perlata fuerit, quaeso significate nobis omnia, quid vos et vestri de eo sentiatis, quidve acturi ex utraque parte amplissimus magistratus et vos sitis. Miramur quomodo se res habeat, quod de novo pristinam confessionem edi curarunt, cui et *Sulzerus* denuo subscripsisse dicitur. Et Basilienses in tertium coelum evehunt *Sulzerum*. Sunt etiam apud nos quidam qui illum laudant et suspiciunt, quibus si modo occasio esset forsan etiam conarentur obtrudere confessionem Augustanam: eam si nollemus, occasio illis esset nos eiiciendi. Sed Dominus novit suos.

De colloquio *Cardinalis* et *Bernhardi* [3]) nihil plane intelligere potui. *Cardinalis* hac celeriter transiit per urbem, circa dimidiam tertiam xvii Decembris cum quatuordecim equitibus, qui omnes cum ipso erant obducti albis palliis. Perrexit ea profectione in civitatulam pertinentem ad nostri magistratus ditionem. Crastina mane festinanter

---

4068. 1) *Cf. N.* 4065.
2) *i. e. de consensu Argentoratensi cui Sulzerus subscripsit* (*N.* 3919).
3) *Ochini. Vide N.* 4065.

discessit. Percontatus sum per alios ab hospite annon canus aliquis cum *Cardinale* contulerit vel an talis vel talis eadem nocte secum pernoctarit. Aiebat se talia non observasse, aliquot inter illos fuisse canos, semperque duos in hypocausto spatiasse interque se contulisse, se nescire quae vel qualia. Hic omnes paene hospites quaesiti sunt celebriores de huiusmodi hospite, sed nemo quidquam recitare potuit. Itaque nescio an hac per Schafhusiam ad Rhaetos iter fecerit *Ochinus* et an cum *Cardinale* contulerit. — — — — — — —

Fama aliquamdiu fuit *Calvinum* esse mortuum, sed incerta. Et iam concludam. Quum proxime hic esset Ambassador Gallus [4]) invitavit me solum ad prandium, cui interfuerunt senatores plerique, centuriones etc. Ego interesse huic convivio non solum non volui, sed non potui propter aegritudinem. Neque expiscari potui qua id factum sit causa. Etsi bene valuissem, indicassem mihi eundum non esse: incertus sum tamen. Percipiam quid tu mihi consuluisses. Ita consilium tuum expeto et in hoc. Mense Iulio futuro desinet foedus cum Gallo. Vereor multos practicari ut novum erigatur. Iam ego multas congessi rationes quibus mihi me id dissuasurum videbatur [5]): Rex puer. Missa. Maledictus qui in homine confidit. Gallorum animi contra nos. Israelitarum foedera. Exempla mala. Patria et parentes etc. Sed tuum audiam consilium, nam hypocritae praetendent veram religionem. — — — — — Schafhusiae 5. idibus Ianuarii 1564. [6])

Iacobus Rügerus.

---

4) Cf. N. 4052. 4111.

5) *Ipse Rügerus in ea parte epistolae quam omittimus:* Vides qualem stilum habeam.

6) *Duobus mensibus post scriptam hanc epistolam abreptus est peste, eo anno Helvetia gravissime saeviente (postridie Id. Martii).*

4069.

BEZA BULLINGERO.

Multa paucis. Geneva periculo erepta. Calvinus aegrotus. Gallia diabolo mancipata. Balduinus apostata etc.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 152.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum in Domino observando et Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

S. Tandem aliquando, ut spero, *Linerus* noster ad vos pervenit. Interea alteras a te [1]) per nostrum hunc fratrem accepi, quibus non potui ante hunc diem respondere, non offerente se tabellario cui tuto meas committerem. De rebus nostris: mirifice nos liberavit Dominus excubans pro nobis, sicut hic noster tibi copiose narrabit. Longa enim est historia. [2]) Sed hoc plane indignum est quod nemo videtur prius crediturus nos in extremo periculo versatos fuisse et iam etiam versari, quam funditus perierimus. Vivit tamen Dominus in quo sperabimus etiam mortui. Et Dei gratia nostro more pergimus et, ut spero, pergemus.

Calvinus noster cum suis morbis perpetuo luctatur, et responsum a te exspectat, simulque te salvere iubet.

De Gallia: diceres una cum *Cardinali* novorum diabolorum agmina iam Galliae imminere. *Guisiani* instaurant suas querelas, adversarii cristas erigunt. Iam excisa, aut mox (ut aiunt) excidenda Geneva, omnium malorum caverna. *Regina* mater Lotharingiam et *Cardinalem* animo respicit. Sed Dei beneficio nostri non discedunt a *Regis* latere, et quamvis recens sit edita quaedam pacificatorii edicti declaratio satis iniqua, [3]) tamen amici adhuc nos iubent optima quaeque sperare. Ego precibus opus esse video, si unquam alias, ut extremos Satanae conatus Dominus infringat: alioqui necesse fateor tantas calamitates nobis imminere quantas haud scio an ab orbe condito sustinuerit Dei ecclesia. Det igitur nobis Dominus perseverantiam tum in secundis tum in adversis rebus.

Remitto ad te *Wisb.* epistolam. [4]) *Castelliones*

4069 1) *proxime praecedentes puta.*

2) *Ruchat* VII. 25: A la fin de 1563 il arriva un incident surprenant à Genève. Un jeune homme qui à cause de ses débauches avoit été obligé d'en sortir se lia avec quelques uns des bannis qui firent un complot pour s'emparer de cette ville par surprise le jour de Noël pendant la cène. Mais il en eut horreur et ne put s'empêcher de le témoigner. Les autres, appréhendant qu'il ne les découvrit le firent enlever et emprisonner à Montmélian en Savoie. Il se sauva de là, courut à Genève, et demanda à parler à quelques magistrats, auxquels il découvrit le complot. Ils le conduisirent dans la ville pour s'assurer de la vérité du fait. Les conjurés qui étoient dans la ville l'ayant appris, quelques uns se sauverent, mais quelques autres furent saisis et jugés. On soupçonna le Duc de Savoie d'avoir été d'intelligence avec les bannis, mais il s'en justifia avec beaucoup de chaleur.

3) *Mém. de Condé* V. 6: Déclaration portant reglement pour l'execution de celle du 19. Mars 1562 (1563) qui concerne la pacification des troubles du Royaume (14 *Déc.*). *Journal de Bruslart, ibid.* I. 138: En Déc. 1563 fut publiée une Déclaration sur le faict de la Religion, qui sembloit estre une approbation de la nouvelle Religion, mais il n'y avoit chose qui fust à l'advantage des nouveaux évangélistes sinon qu'il estoit permis de les enterrer de nuict aux cemetieres des catholiques.

4) *An N.* 4047?

audio revixisse, et quae illi obieci negare. Si me absente Basilienses de controversia decidant, id est, de facto, credibile est facile fore non repugnantem et absentem vincere. Sed ego rem totam Deo committo, qui procul dubio istam vel socordiam vel perfidiam quorundam suo tempore ulciscetur.

Balduinus sub Fabricii cuiusdam nomine nova conviciorum plaustra in nos evomuit.[5] Accepi tantum aliquot paginas ex quibus unam huic nostro tradidi, propterea quod nonnihil de te et *Gualtero* nostro continet quod vos scire operae pretium est, ne perditus apostata vestro nomine abuti pergat.

Habeo exemplar diplomatis[6] veniae quam a *Philippo* impetravit ut in gremium romanae ecclesiae rursus admitteretur, abiuratis nostrarum ecclesiarum haeresibus: quod et palam fecit, stipulante *Atrebatensi* Cardinali. Vix arbitror me illi responsurum.[7] Quis enim tandem esset istorum conviciorum finis? Ubi tamen totum librum nactus ero deliberabo, et rogo ut folium illud remittas.

Bene vale, mi pater, una cum omnibus collegis, quos tecum Dei gratiae commendo, ut vos omnes Dominus noster Iesus in opere suo confirmet et sanctis vestris laboribus magis ac magis benedicat. Iterum vale. Genevae x. Ianuarii.

Tuus Beza.

5) *Frc. Balduini Biga responsionum p.* 65–228. *Ex urbe Paris. cal. Nov.* 1563. *Heveling p.* 40. *De Fabricio isto frustra Ioecherum adieris, silicet ipsius Balduini pseudonymum esse videtur. Prodiit libellus Par. et Colon.* 1564 *sub titulo:* Responsio ad Calvinum et Bezam pro F. Balduino.

6 Grâce à l'intervention du cardinal de Lorraine et de l'archevêque de Cambrai il obtint la révocation de son ban le 27. Mai 1563, seulement on ne lui restitua pas ses biens confisqués, mais ses protecteurs lui firent donner la chaire de jurisprudence dans la nouvelle université de Douai, en prenant toutefois la précaution de lui imposer une abjuration à Louvain, et de lui faire signer une formule de rétractation fort détaillée. Baudouin se soumit à tout. (*Haag.* II. 30.)

7) *Quod etiam non fecit. Heveling l. l.:* Dicitur silentium servatum esse respectu Hotomani cui crimina nefanda nec neganda obiecta erant (*Biga p.* 134) *Accusatio haec valde suspecta est. Languetus nihil habet nisi* (*p.* 269) Balduinus rixatur cum Genevensibus. Hotomanus docebit ius civile Valentiae ad Rhodanum, conductus stipendio 1200 francorum.

4070.

GUALTHERUS BEZAE.

Balduinum mendacem et calumniatorem sistit in iis quae de sua cum Turicensibus conversatione scripsit. Etiam Castellionem nuper defunctum perstringit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 164, olim Scrin. B. Vol. XIX. Epp. Angl. fol. 50. — Simler. Vol. 109.)

D. Theodoro Bezae fratri carissimo.

S. Legi nuper in *Balduini* libro locum quo quid ex nobis audierit narrat, quum superiori anno hac transiret.[1] Neque parum me commoveret hominis petulantia, nisi eum bonis omnibus iam ita notum esse scirem ut nemo bonus eius linguam aut calamum valde timere debeat. Qui enim in Christo Iesu fraternae caritatis et verae fidei vinculo coaluerunt, hostium calumnias non facile admittunt, quibus illi contentiones accendere et eos inter se committere student quorum concordia ipsis noxia est. Alteros ego non moror qui iam ante animis a nobis et ecclesiis nostris alieni sunt. Et quamvis apud te, frater in Christo observande, nulla excusatione opus esse scio, operae pretium tamen me facturum putavi, si quid apud nos ille egerit et dixerit tibi certa et vera relatione significarem.

Praedicat in libro suo D. *Bullingeri* humanitatem, et quidem merito, quum eam hostes etiam acerrimi negare aut dissimulare non possint. Quod me ab illo ad se missum ait, id ex suo cerebro fingit. Nam neque me *Bullingerus* misit, neque ego me ab illo missum esse unquam dixi. Imo libenter fateor, *Bullingerum* pro suo iure me increpuisse quod ad hominis apostatae et notae vanitatis mensam accesseram. Et ut dicam quod res est, non propter *Balduinum* sed propter *Navarreni* filium naturalem (ut aiunt), quem secum ducebat, ad illud prandium accessi, quum illius nomine semel et iterum vocarer. Putabam enim ea aetate iam esse illum iuvenem ut non sine fructu aliquo cum illo colloqui possem. Et sane, quantum unius et alterius horulae spatio deprehendere potui, talis mihi

4070. 1) *M. Fabricii Resp. ad Calv. et Bez. pro Balduino* (*N.* 4069 *not.* 5) *in Biga p.* 127 *haec leguntur:* Incolumes venimus Tigurum ubi Bullingerum minime invenimus qualem ex tuo ingenio tu describis, barbarum, inhospitalem: nam tametsi sese humanissime excusarit, Gualtherum suum qui nobis esset conviva misit. Illic quum multas audiremus querimonias de tua insania, evangelii causam apud omnes bonos vehementer affligente atque infamante, tum vero nescio quid subiecit te ibi aliquando convictum falsi *καὶ παραπρεσβείας* ignominiose cecinisse palinodiam sacramentariam, sed iam longe aliam esse tuam modo in Gallia, modo in Helvetia, modo in Germania *παραπρεσβείαν etc.*

visus fuit ut commiseratione dignum putem quod non in praeceptorem meliorem inciderit. Memini praeterea nos, ut tunc tempus ferebat, de bello Gallico sermones varios contulisse, et inter alia confessionis mentionem factam fuisse, quam per legatos suos ecclesiae Gallicae Francofurti Principibus obtulere. Eam quum a nobis adhuc visam esse negarem, subiunxit *Balduinus*, vix aliam esse posse quam quae cum Augustana conveniat. Ibi quum me de vobis meliora sperare dicerem quam ut in veritatis confessione quidquam mutaturos putem, maxime hoc tempore quando de animarum salute tanto cum multorum et communis patriae periculo agatur, respondit ille: An ergo non meministis quid olim Heidelbergae et Wormatiae *Beza* fecerit, et qualis fuerit confessio illa cuius exemplum ad vos tunc misi? Ibi ego erratum quidem nonnihil dicebam, sed simul tuam ingenuitatem commendare coepi, qui admonitus ea de re amice nos tuleris et paratus fueris mentem tuam quamprimum publico scripto exponere, ne qua daretur ex obscuris loquutionibus occasio scandali infirmis. Hinc ille calumniandi occasionem nactus in libro suo nobis tribuit quae ab ipso dicta sunt, aut quae fortassis intra animum suum cogitavit, quum ea apud tui amantes effutire non auderet.

Et hoc est nostrum illud colloquium ex quo ille contra te argumenta petit, ut te ubique locorum male audire probet, et eadem opera fratres et amicos tibi suspectos reddat. Fuerunt nobiscum in eadem mensa cum *Navarreni* filio *Frisius* [2]) noster et *Cellarius* medicus, qui si quid huius ex me audiverunt quod *Balduinus* garrit, ego illum virum bonum, me vero quavis infamiae nota dignum esse fatebor. Agnosco tamen culpam in me aliquam, quod tam stultus fuerim ut me absque periculo cum homine inconstante et verae fidei abnegatore versari posse existimaverim. Rursus non suo fructu caruit hoc nostrum colloquium. Quum enim videam quam bona fide recitaverit quae inter nos gesta sunt, de toto eius scripto rectius iudicare possum, quem totum similibus figmentis constare mihi plane persuasi. Quod si nihil gravius afferat quam paucula quae ad nos misisti folia continent, indignus est cui respondeatur, et propter quem bonae horae male collocentur. Video enim pios homines iam dudum satietatem cepisse contentionum quae inter doctos iam aliquot annos arserunt, et te plus profecturum puto si omissis rabulis studia graviora continues. Audio tamen *Balduinum* cum *Cassandro* mirifica quaedam de ecclesiasticis traditionibus protulisse in nova quam nuper ediderunt farragine [3]):

2) *Io. Friess, ludimagister Turicensis* † 1565.
3) *N.* 4072.

ubi fortassis argumenti necessitas postulabit ut ipsorum imposturae scripto aliquo gravi detegantur. Quoad vero verborum commutationes, norunt omnes boni quis *Beza*, quis item *Balduinus* sit. De aliis non est quod solliciti simus, qui animos suos adversus veritatis doctrinam iam pridem obfirmarunt. Fruantur illi suorum propugnatorum maledicentia et conviciis. Nos pergamus Domini negotium agere qui ecclesiam suam invitis omnibus illis adversus ipsas quoque inferorum portas tuebitur.

Castellio, ne coram senatu Basiliensi causam diceret, [4]) ad Rhadamantum provocavit, quamvis nihil periculi erat apud eos quorum oculos hypocrisi sua adeo perstrinxit, ut ne nunc quidem illius improbitatem agnoscere velint. Aiunt Polonos nobiles qui illic sunt ei monumentum sumptuosum et magnificum parare. [5]) Etiam epicedium, vel epitaphium potius, poetastro quodam autore ex *Oporini* officina prodiit, [6]) quo mirifice commendatur et eiusdem adversarii non obscure punguntur. De vobis et inprimis D. *Calvino* corvus ille sepulcralis sic crocitat inter alia:

Tandem cuiusdam quoniam mala structa timebat,
Cum quo relligio non erat una sibi,
Suspectos liquit fines et limen avarum
Teutonicaeque venit pauper in arva plagae.

et caetera. Scio elephantos et leones muscae morsum non magni facere. Doleo tamen culicum eiusmodi examina inter eos foveri, qui nobis propter patriae et religionis foedera coniunctissimi esse debebant. Rectius fortassis sapient ubi non sine aliquo periculo intellexerint quantum ipsis infamiae apud exteros isti homines pariant.

Haec modo ad te dare libuit, observande in Christo frater, inprimis eam ob causam ut intelligeres quam egregie apud nos quoque impositam sibi, aut potius sponte susceptam, personam *Balduinus* egerit.

In Germania motus timentur graves, et quid nostri vicini in animo habeant ignoratur. Glareanorum causa hactenus suspensa serio iam agi incipit, [7]) quae nisi finem sortiatur felicem turbas dabit. Nostri omnes valent et te salvere iubent. Vale, mi observande frater, cum toto symmystarum et fratrum coetu. Tiguri.

4) *Imo v. N.* 4046.
5) *Epitaphium describit Mähly p.* 80.
6) *Cf. N.* 4079.
7) *Postridie Nonas Ian. Badenae hoc negotium tractari coepit. Hinc nostram eodem illo tempore scriptam colligimus.*

4071.

FAREL A LIBERTET.

Une chose est claire dans ce chiffon, qui d'ailleurs l'est assez peu, c'est que la vieille rancune de l'auteur contre Chastellion, qui ne lui a jamais fait de mal, n'est pas le moins du monde apaisée, même au moment de sa mort. [1])

(Autographe de la Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. Lettres de Farel. Fasc. IV. N. 8.)

A mon trescher frere et meilleur amy Mr. Christophle Fabri preschant le bon evangile

a Lyon.

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

— Ie suis ioyeux que lon respond au Iesuite et en say bon gre a nostre frere de prendre telle peine. Il seroit bon dautant que *Sulcer* a, comme disoit le bon *Blaurer*, un estomac qui porte tout et a cause de luy tant de meschancetes sont supportees: puisque monsieur *de Beze* a tellement note ce meschant *Castellion* [2]) en s'offrant de le vouloir prover comment il a escrit aux pasteurs de Basle ce que *Castellio* ny . . . . estre vray qui est escrit, que les pasteurs et professeurs de theologie soient admonestez de faire leur devoir dappeller monsieur *de Beze* pour prouver et maintenir ce quil a escrit et sil le faict, que le meschant soit iuge tel quil est ou autrement. Monsieur *de Beze* tel quil veut estre si ne le monstre et que sous lombre de Basle qui porte un tel garnement tant de gens ne soient seduictz car ie ne veux aller plus loing: nostre gouverneur et plusieurs autres par ses meschans livres a este destourne de verite en plusieurs pointz . . . .

De Neufchastel ce 13 de Ianvier 1564.

Vostre frere Farel.

4071. 1) *Fabri était alors pasteur à Lyon.*
2) *Chastellion était mort à ce moment* († 29 *Déc.* 1563). *Le reste s'explique par le Mémoire qu'il adressa au magistrat de Bâle* (*N.* 4046).

4072.

BEZA BULLINGERO.

Praeter nonnulla alia nunciat Balduinum rursus classicum cecinisse, et de Castellione mortuo triumphum agit.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 109.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero Tigurinae ecclesiae vere fido pastori patri mihi plurimum colendo.

Tiguri.

Remitto ad te, mi pater, fratris illius Basiliensis literas [1]) et gratiam tibi habeo quod illas mecum communicaris. Nos hic, Dei gratia, valemus et nostro more pergimus. Coniurati [2]) ex Bernensi ditione sese receperunt in agrum Sabaudicum. Ex captivis duo sunt capite truncati, qui ad mortem usque perstiterunt in sceleris confessione, et pie alioqui mortui sunt. Servabit nos procul dubio Dominus, quamdiu gloriae ipsius intererit, hanc ecclesiam, quam praecipue adoritur Satan, salvam et integram manere. *Calvinus* noster luctatur quidem suo more cum morborum agmine, sed nunc rursus mihi videtur forticulus factus. *Balduinus* rursum nos lacessit, altera recens edita *Cassandri* et sua farragine pro ecclesiasticis traditionibus, [3]) cui necessario respondebimus. [4]) *Castalioni*, ut video, nimium verus fui vates, quum dicerem Dominum brevi ipsius blasphemias ulturum, quanquam nolim ego de mortuo iudicare. [5]) Sed ex illis literis in suspicionem adducor, sic ab illa schola meum libellum acceptum fuisse, ut si voluissem aliqua infamia eam aspergere. Id vero mihi nunquam in mentem venit. Ac proinde, si quando ad illum scribes, rogo ut aliquam eius rei mentionem facias, si modo ita faciendum iudicabis. O miserum illum senem, qui ne diabolo quidem placere potuit, quum sese ei venditaret. Horrendum sane Dei iudicium quod utinam omnes animadvertant et in eo proficiant. —

— — — — — — — — — — — —

Genevae 24. Ianuarii.

Tuus Beza.

4072. 1) *cf. N.* 4069.
2) *ibid.*
3) On réimprima les trois apologies de Baudouin avec l'ouvrage de Cassander, à Paris 1564. 8. (*Haag* II. 33). *Et Cassandri liber*, de officio pii ac publicae tranquillitatis vere amantis viri, *et Balduini Responsiones, eiusque libellus* Ad leges de famosis libellis *etc. saepius supra a nobis laudati sunt.*
4) *Vide N.* 4069 *not.* 7.
5) *In Castellione isti etiam ὑποκρινόμενοι christianismi sui indolem prodiderunt.*

4073.

MONTMEIANUS [1]) CALVINO.

Verbi minister et Musarum sacerdos Calvinum adit et soluto et ligato sermone ut suae ratis arrepto clavo cursum dirigat ad promovenda studia et excolendam docendi rationem.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 128.)

A Monsieur et tres honore pere Monsieur Calvin ministre de l'Evangile
a Geneve.

Pio et doctissimo Christi servo patrique observandissimo D. Calvino B. Montmeianus. S.

Scio, pater observandissime, quam ingrati veniant qui vel momento temporis tuae in ecclesia iuvanda sedulitati remoram iniiciunt, dum verbosae scriptionis lectione te frustra deterere cogunt tempus longe utilius insumendum. Itaque, ut inquit ille, in publica commoda peccem, si longo sermone morer te etc. etc. At enim, ut mihi compertum est fastidium quod tibi pariunt mataeologi et inepti blaterones, sic plane cognitam et perspectam habeo tuam illam humanitatem, qua me amice et benigne haud ita pridem excepisti et qua spero te hoc perlecturum epistolium, quod eo animo scribo quo cliens patronum, discipulus didascalum, filius paternam canitiem veneratur et colit. Ut numero dicam, hoc unum volui nunc ex te intelligere nimirum qua ratione et privatis studiis theologicis et publicae mei muneris functioni incumbere debeam. Nam tametsi ex scriptura, ex tuis scriptis, et ex aliis priscis ac recentioribus monumentis excerpere soleam, quae ad mei gregis pastionem facere videntur,

Qualiter in domibus nidum quae condit hirundo,
Tectaque transversis figit pensilia tignis,
Congerit hinc inde et summo fert pabula rostro
Queis fovet implumes natos, dum plurima sensim
Excrescit pluma et nigrentes contegit alas:

(ut suis quoque versibus Musa nostra tibi obstrepere audeat) nihilominus in deligendis autoribus, in statuendo ordine et in ratione docendi, semper frustra plurimum desudabo nisi tu (primum coelesti aspirante aura) meae ratis cursum dirigens illius clavum teneas. Tuam ergo opem dum praestolor et studiosissime exspecto, precor Dominum, ut qui te suis lectissimis opibus opulentavit idem te diutissime in illarum recto usu tueatur et conservet. Amen. Salutat te plurimum tibique bene precatur ecclesia cuius cura mihi demandata est.

Calvidi [2]) 28. Ianuarii die 1564.

Tibi obsequentissimus filius
B. Montmeianus.

4073. 1) *De hoc viro alibi nihil memoriae proditum legimus. Superfuerunt in Gallia inter verbi divini ministros ad nostram usque aetatem plures huius nominis* (*Momméja*).

2) *Fortasse* Calnidi. *Tum cogitaremus de oppido Chauny in Campania* (*Aisne*). *Neutrum nomen apud antiquos occurrit.*

4074.

CALVIN A LA DUCHESSE DE FERRARE.

Elle s'était plainte de la manière dont les ministres avaient parlé de son gendre. Calvin les excuse et s'explique très-nettement sur le duc de Guise et sur le roi de Navarre, et expose les principes chrétiens relatifs aux sentiments dus aux ennemis de la vérité.

(Copies Bibl. de Genève Vol. 107, fol. 171, Vol. 115_a, fol. 17. Berne F. 178. Ruchat VII. 408. Crottet, chron. N. 67. Bonnet II. 550. Trad. angl. IV. 352.)

Madame, i'ay entendu par vostre derniere letre que quand vous aviez mande a Messire *Francisco* quil seroit bon que iexhortasse a charite ceux qui font profession destre Chrestiens, cela se rapportoit a quelques ministres, lequels vous aves trouve peu charitables a vostre iugement. Ce pendant ie puis recueillir que cest au regard de feu Monsieur le duc *de Guise*, entant quils ont este trop aspres a le condamner. [1]) Or, Madame, devant quentrer plus avant en matiere, ie vous prie au nom de Dieu de bien penser aussi que de vostre coste il est requis dy tenir mesure. Car il ny a celluy qui nestime quil y a eu du trop. Et sans me tenir au rapport daultruy, iay apperceu en vostre lettre que laffection vous faict oublier ce qui

4074. 1) *C'était à l'époque où les familles de Guise et de Chastillon étaient pour ainsi dire à couteaux tirés l'une avec l'autre et où les Guise demandaient qu'on intentât un procès à l'amiral au sujet de l'assassinat du chef de leur famille. Nous avons cité plus haut plusieurs extraits des lettres de Languet sur cette affaire* (*N.* 4038. 4052. 4057). *Voyez aussi la lettre de l'ambassadeur d'Espagne du* 2 *Déc. dans les Mém. de Condé* II 182: MM. de Guyse pourchassent leur justice tant qu'ils peuvent et leur contraire la fuyent tant qu'il leur est possible. L'on vouldroit bien treuver chemin d'appoinctement entre eulx, mais les moyens en sont bien difficiles, et est impossible qu'à la longue cecy ne creve par quelque coustel, et que les ungs pour s'asseurer, ou les autres pour se vanger n'essayent quelque chose.

aultrement vous seroit assez cognu. Cest que sus ce que ie vous avois allegue, que David nous instruict par son exemple de hair les ennemis de Dieu, vous respondes que cestoit pour ce temps la duquel soubz la loy de rigueur il estoit permis de hair les ennemis. Or, Madame, ceste glose seroit pour renverser toute lescriture, et pourtant il la fault fuir comme une peste mortelle. Car on voit que David a surmonte en bonte le meilheur qui se pourroit trouver auiourdhuy. Quainsi soit, quand il proteste quil a pleure et verse beaucoup de larmes en son sein pour ceus qui luy machinoyent la mort, quil a porte la haire[2]) en menant dueil pour eus, quil leur a rendu le bien pour le mal, on voit quil a este aussi debonnaire quil seroit possible de souhaiter. Mais en disant quil a heu en haine mortelle les reprouvez, il ny a doubte quil ne se glorifie dun zele droict et pur, et bien reigle, auquel il y a trois choses requises: cest que nous nayons point esgard a nous ny a nostre particulier: et puis que nous ayons prudence et discretion pour ne point iuger a la volee: finalement que nous tenions bonne mesure sans oultrepasser les bornes de nostre vocation. Ce que vous verrez plus a plain, Madame, en plusieurs passages de mes commentaires sur les psalmes, quand il vous plairra prendre la peine dy regarder. Tant y a que le sainct Esprit nous a donne David pour patron, affin que nous ensuivions son exemple en cest endroict. Et de faict il nous est dict qu'en ceste ardeur il a este figure de nostre Seigneur Iesus Christ. Or si nous pretendons de surmonter en doulceur et humanite celluy qui est la fontaine de pitie et misericorde, malheur sur nous. Et pour couper broche a toutes disputes, contentons nous que sainct Paul applique a tous fidelles ce passage, que le zele de la maison de Dieu les doit engloutir. Par quoy nostre seigneur Iesus reprenant ses disciples de ce quils souhaitoyent quil feit tomber le fouldre du ciel sur ceus qui le reiettoyent, comme Elie avoyt faict, ne leur allegue pas quon nest plus soubz la loy de rigueur, mais seulement leur remonstre quils ne sont pas menez dune telle affection que le prophete. Mesme sainct Jehan duquel vous navez retenu que le mot de charite, monstre bien que nous ne debvons pas, soubz ombre de lamour des hommes, nous refroidir quant au debvoir que nous avons a lhonneur de Dieu et la conservation de son Eglise. Cest quand il nous defend mesme de saluer ceus qui nous destournent, en tant quen eus sera, de la pure doctrine. Sur cela, Madame, ie vous prie me pardonner si ie vous dy franchement qua mon advis vous avez aultrement prins la similitude de larc quon renverse quand il plye trop dun coste, quelle nestoit entendue de celluy qui parloit ainsi. Car ie me doubte quil vouloit seulement signifier quen vous voyant excessive, il avoit este contreint destre plus vehement, et non pas quil falsifiat lescriture, ou desguisat la verite.

Ie vien maintenant au fait, lequel, de peur de vous fascher par trop grande longueur, Madame, je vous toucheray seulement en bref. Vous navez pas este seule a sentir beaucoup dangoisses et amertumes en ces horribles troubles qui sont advenuz. Vray est que le mal vous pouvoit picquer plus asprement, voyant la couronne delaquelle vous estes yssue en telle confusion. Si est ce que la tristesse a este commune a tous enfans de Dieu, et combien que nous ayons peu dire tous: Malheur sur celluy par lequel ce scandale est advenu, toutesfois il y a bien eu matiere de gemir et plourer, attendu quune bonne cause a este fort mal menee. Or si le mal faschoit a toutes gens de bien, Monsieur *de Guise*, qui avoyt allume le feu,[3]) ne pouvoit pas estre espargne. Et de moy combien que iaye tousiours prie Dieu de luy fere mercy, si est ce que iay souvent desire que Dieu mit la main sur luy pour en delivrer son Eglise, sil ne le vouloit convertir. Tant y a que ie puis protester quil na tenu qua moy que, devant la guerre, gens de faict et dexecution ne se soyent efforcez de lexterminer du monde, lesquels ont este retenus par ma seule exhortation. Cependant de le damner, cest aller trop avant, sinon quon eust certaine marque et infallible de sa reprobation. En quoy il se fault bien garder de presomption et temerite. Car il ny a quun Iuge devant le siege duquel nous avons tous a rendre compte.

Le second poinct me semble encore plus exhorbitant, de mettre le Roy *de Navarre* en paradis, et Monsieur *de Guise* en enfer. Car si on faict comparaison de lun a lautre, le premier a este apostat, le second a tousiours este ennemy ouvert de la verite de levangile. Ie requerrois donc en cest endroict plus grande moderation et sobriete. Cependant iay a vous prier, Madame, de ne vous pas trop aigrir sur ce mot de ne point prier pour un homme, sans avoir bien distingue de la forme et qualite dont il est question. Car combien que ie prie pour le salut de quelquun, ce nest pas a dire quen tout et partout ie le recommande, comme sil estoit membre de lEglise. Nous requerrons a Dieu quil reduise au bon chemin ceus qui sont en train de perdition: mais ce ne sera pas en les mettant du reng de noz freres, pour leur desirer en general toute prosperite. Sur quoy, Madame, ie vous feray un recit de la Royne

2) haine *Bt.*

3) *par le massacre de Vassy.*

de *Navarre* bien pertinent. Quand le Roy son mary se fut revolte, le ministre quelle avoit cessa de fere mention de luy aux prieres publiques. Elle, faschee, luy remonstra que mesme pour le regard des subiectz il ne sen debvoit point desporter. Luy sexcusant declaira que ce quil sen taisoit du tout, estoit pour couvrir le deshonneur et honte du Roy son mary, daultant quil ne pouvoit prier Dieu pour luy en verite quen requerant quil le convertit, ce qui estoit descouvrir sa cheute: sil demandoit que Dieu le maintint en prosperite, ce seroit se mocquer, profanant loraison. Elle ayant ouy ceste responce, demeure quoye iusqua ce quelle en eut demande conseil a daultres: et les trouvant daccord acquiesca tout doulcement. Madame, comme ie scay que ceste bonne princesse vouldroit apprendre de vous selon que leage le porte et vos vertus le meritent, aussi ie vous prie navoir point honte de vous conformer a elle en cest endroict. Son mari luy estoit plus prochain [4]) que vostre gendre ne vous a este. Neantmoins elle a vaincu son affection, affin de nestre point cause que le nom de Dieu fut profane: ce qui seroit quand nos prieres seront feinctes ou bien repugnantes au repos de lEglise. Et pour conclurre ce propos par charite, iugez, Madame, ie vous prie, si cest rayson, qua lappetit dun seul homme nous ne tenions compte de cent mille: que la charite soit tellement restreincte a celluy qui a tasche de mettre tout en confusion, que les enfans de Dieu soient mis en arriere. Or le remede est de hair le mal, sans nous attacher aux personnes: mais laisser chacun devant son iuge. Si Dieu me faisoit ce bien de parler a vous, iespere que ie vous contenterois. Ce pendant, Madame, ie vous prie de bien poiser ce que iay icy touche, affin de ne fascher et molester vostre esprit pour quelques propos qui peuvent bien estre mis soubz le pied.

Il [5]) vous sollicite a fere voler et piller les boutiques des Papistes: ie nay garde de lapprouver: quiquonque layt faict. Mais ie loue vostre vertu et magnanimite de navoir voulu acquiescer a une requeste tant iniuste. Aultant des autres excez que vous racomptez. Touchant la querelle qui sest esmeue en vostre maison [6]) entre les deux que vous nommez, ie ne scay quelle raison il y a eu de parler contre la femme. Je me tien bien asseure de ce que vous en dites, Madame: mais ie ne scay sil y a eu quelques maulvais indices qui ayent contrainct Monsieur *de Coulonge* a fere tel advertissement pour medecine preservative, ou sil sest trop avance et quil y ait eu de linconsideration. Tant y a que le mary de son coste sest par trop desborde quand on luy a offert de luy satisfaire, et la responce aussi et refus de Monsieur *de Coulonges* sent plus son ambition et vanite mondaine que la modestie dun homme de nostre estat, dont ie suis bien marry. Car il se seroit oublie par trop. Si les parties saccordent a deduire leur faict, ie tascheray tant quil me sera possible de remedier au mal, quelque part quil se trouve. Sur ce poinct, Madame, ie confesse quil est bien a craindre que Dieu ne nous laisse pas iouir longtemps des biens quil nous a faitz, attendu que chascun est tellement adonne a soy, que nous ne scavons que cest de supporter nos prochains en humilite et doulceur. Et tant sen fault que nous aimions nos ennemis, taschans de vaincre le mal en bien faisant, quil ny a nulle mansuetude pour entretenir en fraternite ceus qui se glorifient destre Chrestiens. Toutesfois ie vous prie de rechef, Madame, de ne vous plus arrester sur ceste distinction laquelle vous trompe, cuidant quil estoit permis soubz la loy de se vanger, pourtant quil est dict: oeil pour oeil. Car il estoit aussi bien defendu alors que soubz levangile, veu quil est commande de bien fere a la beste de son ennemy. Mais ce qui sadressoit aux iuges, chascun particulier lappliquoyt a soy, et reste labus que nostre seigneur Iesuschrist corrige. Quoy quil en soyt, nous accordons ensemble que pour estre recognuz enfans de Dieu, il nous convient conformer a son exemple, taschant de bien fere a ceus qui nen sont pas dignes, comme il faict luyre son soleil sur les maulvais et sur les bons. Ainsi haine et Chrestiente sont choses incompatibles. Ienten haine contre les personnes, et contraire a lamour que nous leur devons: cest de souhaiter et mesme procurer leur bien, et mettre poine, en tant quen nous sera, de nourrir paix et concorde avec tous. Or si ceux qui ont charge dabattre toute inimitie et rancune, reconcilier les ennemis, exhorter a patience, reprimer tout appetit de vengeance, sont boutefeux, tant pis et tant moins y a il dexcuse. Tant y a, Madame, que les faultes qui vous desplaisent ne vous doivent refroidir ou empescher de continuer comme vous avez bien commence. Et ie scay que Dieu vous a munie de telle vertu, quil nest pas besoing de vous en solliciter dadvantage. Parquoy ie me confie que vous monstrerez exemple de charite a ceux qui ne scavent que cest, et rendrez par votre integrite et rondeur confus ceux qui usent envers vous de feintise et dissimulation. Ie loue Dieu daultre part quil vous a faict cognoistre quel est Monsieur ladmiral, pour prendre

4) *Mais il l'avait plus d'une fois offensée par ses infidélités; il avait même conçu le dessein de divorcer pour pouvoir épouser sa maîtresse.*

5) *sic. Lisez*: On, *leçon que M. Bonnet a mise dans le texte.*

6) *comp. N.* 3951. *et les lettres de Morel.*

goust a sa preudhomie. Quand il luy plairra il anverra[7]) le reste aussy.[8]) . . . .
. . . .

4075.

LE SÉNAT DE GENÈVE A LA REINE DE NAVARRE.

On permet à Spifame d'accepter une vocation temporaire de la reine pour régler sa maison et son état de justice. [1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie.)

Madame ayant receu la lettre quil vous a pleu nous escrire pour le bon desir que nous aurions vous faire tous les services a nous possibles nous navons point voulu faillir de tascher vous satisfaire. Mais dautre coste le besoing que nous avons du conseil de Monsieur de *Passi* et surtout pour lexigence de beaucoup daffaires qui nous pressent a ceste heure jl nous a fait bien mal den estre depoulles* Et quand jl eust pleu a dieu de vous prouvoir dun autre coste nous eussions este bien aises destre solage en cest endroit. Car oultre lexperience quil a nous lavons cogneu homme fort prompt et volontaire. Or combien que ce nest pas sans regret que nous le laissons partir dicy touttesfois nous avons mieux ayme fermer les yeux a toute consideration de nostre proffit que de vous mescontenter en cecy comme nous ne le voudrions faire en nul endroit. Puis quainsi est donq, Madame, nous avons acquiesce a ce quil vous allast trouver et offrir son service a vostre necessite en ce quil vous plaira lemploier. Vray est que nous desirons bien, quand jl ne vous viendroit point mal a propos de vous en passer, de le retourner encore. Mais nous scavons que vous estes une princesse si equitable et humaine quil nest pas requis de vous en faire plus dinstance.

Madame, apres avoir presente noz tres humbles recommandations a vostre bonne grace nous suplierons nostre bon Dieu vous maintenir en sa garde, vous fortifier de plus en plus par lappui de son esprit, faire prosperer vostre majeste et vous acroistre en tout bien. Donne ce premier de Febvrier 1564.

Au reste, Madame, nous pensions bien que maistre *Merlin* deust retourner, le terme estant expire, attendu quil fait jcy grand faute. Nous vous prions donques quil vous plaise a larrivee de Monsieur *de passi* luy donner son conge car il scait bien que son absence aporte une charge trop pesante a ses freres voz serviteurs.

Voz tres humbles et affectionnes serviteurs
Les syndiques et conseil de Geneve.

4076.

L'ÉGLISE DE CAEN AUX MINISTRES DE GENÈVE.

Effusion de gratitude pour l'envoi d'un ministre originaire de Normandie qu'on avait désiré. [1])

(Bibliothèque de Genève MS. 197_a, fol. 175. Autographe.)

A noz treshonorez freres Les Ministres et Consistoire de L'eglise de Geneve.
Audict lieu.

Chers Seigneurs et freres Nous rendons graces a ce bon Dieu et pere de nostre Sauveur Iesuchrist, de ce que finallement jl vous a jnspiré ce sainct vouloir a sa gloire, d'avoir expedié noz requestes touchant la personne de nostre bon frere et amy Monsgr. *le chevalier* et luy octroyé a nostre grand desir et advantage, le congo de servir a la gloire de Dieu en sa patrie, dont aussy et des autres jnestimables benefices spirituelz qu'avons receu de vostre part, nous vous remercions affectueusement, prians ce bon Dieu qui luy plaise benir le tout a son honneur et profit de son eglise, et certes nous esperons que le grand bien et profit qui en reviendra par deca, et le bon raport qui vous en sera

---

7) *M. Bonnet a lu: amènera. Dans l'état du texte il est difficile de décider.*
8) *La fin manque. La date nous est fournie par la réponse de la duchesse de Ferrare à Calvin du* 21 *Mars, où il est parlé d'une lettre du* 24 *Janvier. Ruchat met la date du* 1r *Avril, car il y voit la réponse à la lettre du* 21 *Mars. Crottet et Haag* (VIII. 413) *ont adopté cette opinion. Nous nous rangeons à celle de M. Bonnet.*
4075 1) *Reg. du Conseil* 31 *Ianvier* 1r *et* 3. *février.*

4076. 1) *Le Bulletin* XI. 5 *nomme comme pasteurs de Caen en* 1560 *Vincent Lebas,* 1563 *Pierre Pinchon ou Pinson, Daval, d'Aubigny, Silvestre. Plusieurs de ces noms peuvent se reconnaitre dans les signatures de cette lettre, qui pour la plupart sont illisibles, de sorte que notre transcription est sujette à caution et a dû être corrigée en partie d'après la notice ci-dessus citée.*

faict, et joye spirituelle que vous en recevrez, pour le zele que vous portez a lavancement du regne de Iesuchrist, satisfera pour nous a la rescompence de la perte et regret que vous pourriez avoir d'estre dessaisis d'ung tel personnage, que nous avons si long temps desiré, attendans que l'occasion le pourroit permettre, tellement que des que Monsr. *de Beze* estoit venu en France au Colloque de poyssi et des en precedent les guerres jl en avoit este par nous escript a Monsr. *Calvin* et autres du Consistoire, Nostre quel pourchas estoit demeuré discontinué a raison des guerres survenues jncontinent aprez, Et du depuys quand le Synode general fut convoqué a Lyon,[2]) qui fut la premiere commodité, jl en fut de nostre part baillé charge expresse a nostre frere Monsieur *Loyseleur*[3]) pour prier que mondict sieur *Le Chevalier* nous fust accordé.[4]) Ce quil feist et en parla à Monsr. *Calvin*, Lequel ainsy qu'il nous rapporta luy avoit accordé, combien que fust avec quelque regret, Oultre quand le Seigneur *de Langrune*[5]) partit pour faire voyage par dela nous luy donnasmes lettres adressantes a la Seigneurie, Et quand a Monsr. *Calvin* a cause que pensions qui le trouveroit encores vivant, nous luy avions seullement donné charge de s'adresser a luy suyvant les propos que ledict *Loyseleur* luy avoit tenus en nostre nom, Ce que nous vous escrivons plus volontiers afin que vous cognoissiez de quelz moyens nous avons usé en cest affaire vous suppliant ne penser qu'il y ait eu aucune mauvaise menee. Aincoys que la necessité qui mesmes augmente de jour en jour, nous a pressez de demander mondict Sr. *le Chevalier*, Et que nous n'avons jamais pensé, de faire tort a leglise de Geneve, dont toute la Chrestienté et nous speciallement avons receu tant de benefices, et en serions bien marrys, vous prians ne nous scavoir mauvais grey, si nous cerchons l'avancement du regne de Dieu que nous voyons jcy apparent, et si nous desirons estre secourus par la presence, scavoir, experience, et bonne diligence de mondict Sr. *Le Chevalier*, que son pais desire revoir, et percevoir sa part du fruict des dons spirituelz dont le Seigneur la doué et enrichy pour sa gloire, Quand a ce qu'en pourra advenir ou de bien ou de mal a leglise de Geneve, nous nous attendons bien a vostre jugement de bien y pourvoir, selon que jusques joy le Seigneur vous a faict la grace de vous conduyre sagement et heuresement, en ce qui concerne son pur service et avancement de son honneur et lequel ne vous defaillira en ung si sainct ouvrage, Ce que nous luy supplions par sa saincte grace et bonté, retournans derechef a vous remercier de bon coeur, et vous supplier de poursuivir l'accomplissement de nostre joye et desir de voir au plustost ce bon personnage employé a l'oeuvre du Seigneur pardeca, a la joye des siens, et confusion des ennemys de sa verité, Qui sera fin apres avoir prié le Seigneur qu'il vous remplisse des dons et graces de son sainct esprit. De Caen Ce deux^{me} jour de febvrier 1564.

Voz freres et humbles serviteurs
Les ministres et Anciens de leglise reformee A Caen

pinson	Lebas	glaillier
Mysenard	Silvestre	Logrer
presle	picquot	Basselin.
1514.	Deladone Ippeol	
	1504	
	Philippe.	

---

2) 10 *Août* 1563.
3) *Probablement Pierre L.* (*N.* 3113), *alors à Lyon, plus tard en Bretagne et à Rouen* (*Haag* VII. 112).
4) *Il paraît donc y être arrivé vers la fin de* 1563, *il y était encore en* 1566.
5) *nom douteux.*

4077.

CALVINUS MEDICIS MONSPESSULANIS.

Gratias agit propter consilia sibi oblata ipso inscio, et iam fusius illis exponit quam variis et acerbis morbis et cruciatibus vexetur.

(Ex apographo coaevo sed mendoso Cod. Genev. 107a, fol. 288. Edidit Beza, sed mutilam, ed. Genev. p. 275, Laus. p. 561, Hanov. p. 637, Chouet p. 377, Amst. p. 172. Nos quae Beza omisit typis cursivis exscribi curamus. Ex impresso vertit Ed. gallica Berol. p. 387; ex eodem fluxit versio anglica IV. 358.)

S. Quum nuper *Saracenus*[2]) medicus, qui valetudini meae curandae praeest, mihi obtulisset quae

---

4077. 1) *Besae Vita C. ed. Nickel p.* 34*:* Siquidem 6. Febr. asthmate vocem eius praepediente ultimam habuit concionem, et ab eo tempore, eo excepto quod aliquoties ad congregationis coetum deportatus (quod illi ultimo Martii novissimum accidit) paucula verba fecit, omni docendi munere abstinuit. Ipsius morbi incredibilibus animi corporisque laboribus contracti varii multiplicesque fuerunt, uti sua quadam ad medicos Monspessulanos epistola edita eos ipse percenset. — *Colladon p.* 106*:* Quoyque les medecins fissent tout devoir et luy de sa part suivit leur conseil à toute rigueur, non obstant ses douleurs et tant de maladies impliquees; c'estoit toutesfois en vain, comme tousiours il le disoit, regardant vers le ciel et disant souvent ces mots: Seigneur, iusques à quand? qui estoit la sentence qu'il avoit prinse de long temps pour sa devise.
2) *Codex:* Sarraconensis, *male. Medicus* Philibertus

mihi praescripsistis ad morbos meos levandos remedia, quis hanc curam me inscio suscepisset quaesivi. Respondit, se collegae nostri[3]) qui apud vos est rogatu summam eorum[4]) complexum quae *eo* facere visa sunt ut mihi utile consilium daretis. Ego vero ex accurata vestra responsione agnosco quam vobis cara sit mea vita de qua proroganda[5]) sponte adeo fuistis solliciti. Si postulanti id laboris concedere grave non fuisset, officium fuisset minime spernendum. Nunc quia antevertistis eo magis sum vobis obstrictus. Caeterum non alia testandae gratitudinis ratio vel facultas suppetit, nisi ut ex meis scriptis vicissim sumatis quae spiritualem vobis medicinam afferant. Eadem ante annos viginti humanitate usi erga me fuerant eximii medici Acatius, Tagautius[6]) et Gallus Parisienses. Verum neque tunc infesti mihi erant podagrici dolores, neque cum calculo et arena mihi erat negotium, neque vexabar cholicis torminibus, neque molestiam exhibebat dolor ani, neque sanguinis excreatio * minitabatur.[7]) Turmatim quasi uno impetu in me irruptionem fecerunt tot hostes. Simul atque convalui a febre quartana excepit me gravis et acerbus in suris dolor, qui paulisper mitigatus iterum et tertio me repetiit. Tandem versus est in morbum articularem qui a pedibus ad genua excurrit. Diu me in venis haemorrhoicis cruciavit *ulceratio quaedam, quoniam inter dormiendum unguibus contraxeram, tunc enim me titillabant* ascarides[8]) quibus nunc sum liberatus. *Sed quum rediret idem pruritus malum unguibus renovabatur*. Hac occasione me proxima aestate corripuit nephritis. Nam quia equi agitationem non ferebam, lectica in agrum delatus sum. Volui in reditu partem itineris pedibus conficere. Vix ad milliare perveneram quum me subsistere coegit renum lassitudo, *quum vellem meiere*, atque tum sanguinem pro urina *fluere*[9]) miratus sum. Domum reversus decubui. Nephritis me acerrime urgere: cui modica tantum ex remediis levatio. Tandem calculus egestus[10]) non absque molestissimo nixu malum illud mitigavit. Sed ea erat magnitudine ut venas laeserit, nec cohibitum fuerit sanguinis profluvium, nisi iniecto per siryngem mulieris lacte. Ab eo tempore plurimos enixus sum, et gravedo quae in renes incumbit, satis indicat esse illic lapidicinam. * Bene tamen est quod minuti vel saltem mediocres exeant. Spem sanationis eripit desidia ad quam me constringunt aegri pedes. Ab equitatione etiam prohibeor sedis doloribus. *Nam etsi nullum ulcus apparet, venae tamen sunt turgidae ut quod egero intus ipsa constrictione tematum * parum a gallinae excrementis differat.*[11]) Aliud praeterea malum quod cibus male in ventriculo concoctus in phlegmata vertitur, quae sua densitate quasi glutino exitum impediunt. *Hinc saepe clysteres repetere cogor.* Verum ego parum considerate, qui pro laboris mercede laborem vobis duplico non iterum consultandi sed nugas meas legendi. Valete, ornatissimi viri et mihi sincera observantia colendi. Dominus vos semper gubernet suo spiritu, virtute sustineat ac donis suis vos magis ac magis locupletet.[12])

Sarrazin *saepius iam occurrit. Oriundus erat ex oppido* St. Aubin en Charollois, reçu habitant de Genève 24. Août 1550, bourgeois 1555, aux Deux-cents 1563, décédé 5 Mai 1573 *Galiffe, Not. gén.* II. 444).

3) *Usque ad a.* 1563 *ministri fuerunt apud Monspessulanos La Chasse et Formy. Iam m. Ianuario eiusdem anni duos alios petierunt a Genevensibus, et constat eo anno Mich. Manny ibi ministerio functum fuisse.* (*Ph. Corbière, hist. de l'égl. réf. de M.* p. 56. 80.) *Inter professores medicinae sacris reformatis addictos fuerunt Ant. Saporta et Guil. Rondelet* (*Ibid.* p. 63) *Consistorio adscriptus fuit etiam Mich. Hérouard chirurgus.*

4) *Codex praebet:* coram.

5) propaganda *Cod.*

6) *Io. Tagaut Ambianus prof. med. Parisiensis fuit pater Ioannis T. qui fuit prof. philos. et math. Lausannae* 1557, *biennio post Genevam concessit et obiit* 1550. *De patre v. Conr. Gesneri l. de scriptoribus chirurgicis. De Acatio et Gallo pro tempore nihil habemus.*

7) *In his morbis definiendis versio anglicana paulo liberius versata est: podagram dicit* arthritic pains; *sanguinem ex pulmonibus excretum putat et dolorem ani bene quidem ex haemorrhoidibus derivat, alteram causam non respicit.*

8) *Beza scripsit:* cruciavit ulceratis quum me titillassent ascarides.

9) mitti a me *Edd.*

10) eiectus *Edd.*

11) *Textus corruptus videtur.*

12) *Beza adscripsit:* 8. Febr. 1564.

4078.

FRIDERICUS PALATINUS CALVINO.

Commendat Hispanum exsulem.

(Autographon asservatur in Archivis Genev. Pièces hist. N. 1753. Descriptum est in Cod. 107b, fol. 101, a Simlero Vol. 109 et in Epp. Bern. VI. 1155.)

Pio et docto viro, Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis ministro.

Fridericus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Sacri Romani Imperii Archidapifer ac Princeps Elector, Dux Bavariae etc.

Allatum est ad nos, te valetudine satis afflicta hoc tempore frui, cui nuncio facile fidem dedimus,

quum et aetas tua ingravescens et laborum peractorum difficillimae rationes nobis constent. Deus autem suos in statione destinata confirmabit, ut cursum feliciter absolvant.

Is qui has ad te perfert Franciscus *de Luna*, nobis a Principe *Condensi* et *Andelotto* commendatus fuit, sicuti exempla literarum adiunctarum demonstrant. Dicit se Hispanum esse, nobili genere apud suos ortum, religionis ergo exsilium pati. Cui quidem libenter profuissemus, sed tota respublica nostra ob pestem saevientem ita dissipata est, ut commode illum hoc tempore iuvare non possimus. Quum autem vestram ecclesiam invisere decreverit, ubi fortassis apud suae nationis homines pleniora adiumenta exspectat, nolumus suae petitioni hac nostra commendatione deesse. Petimus autem ut illi, tanquam extero homini, officia christiana praestetis, quemadmodum de vestra voluntate non dubitamus. Erit id nobis officium non solum gratum, sed et Deo, cuius causa potissimum agitur, qui nobis exsules et peregrinos commendavit, acceptum. Datae Lorbachii 9. die Febr. a. 1564.

Fridericus Palatinus Elector etc.

4079.

BULLINGERUS BEZAE.

De Balduini conviciis et Castellionis morte et epitaphio.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 17.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae Genevensis ecclesiae fideli ministro domino meo colendo et fratri carissimo.

— — — — — — — — — — — — — — — — —

Binas a te literas [1]) accepi hisce diebus. In prioribus mittebas folium ex libro quodam *Balduini* contra nos edendo. Remitto hoc prout a me petebas. Miror vero quis huiusmodi hominibus sufficiat tantam malorum verborum copiam. Obstupui sane dum unicum hoc folium legi. Nec puto ulla unquam saecula habuisse homines melius ad maledicendum appositos atque instructos. Oportet omnino nimium sibi familiarem esse spiritum illum nequam et maledicum qui ad maledicendum sic sunt exercitati, ut quidquid ore depromunt resipiat faeces satanicas. Puto ego nobis absque intermissione orandum esse contra huiusmodi adversarios nostros Davidis psalmum: Eripe me Domine ab homine malo et a viro iniquo serva me etc. Qualesquales tamen illi sint, defendenda erit nobis contra eos sancta veritas. Satis est si causa simus superiores, licet inferiores multo loquacitate et maledictis. Dominus tandem evertet illos.

Mortuus est *Castellio*, atque utinam cum ipso mortuae essent fanaticae opiniones plurimae. Quidam homo ineptus scripsit ei epitaphium. [2]) Verum talibus encomiastis digna sunt talia ingenia. Pungit vos atque Genevam. Utinam illi interea caput scalpere libuisset. Irascor *Oporino* qui huiusmodi naenias imprimit. Sed dulce lucrum ex re qualibet. Laudetur *Castellio* ex paupertate. Fuit is pauper ut solent monachi, qui nihil habent et tamen omnia possident. Dicebat *Gualtherus* noster: Aut ille indignus fuit meliore stipendio, aut si vir bonus fuit et magistratus stipendium ei non auxit, sed egere permisit, ingratus sane et iniquus est talis magistratus. Hae sunt laudes istorum, prope dixissem asinorum. [3])

Gaudeo meliuscule valere D. *Calvinum*. Gratulare illi meo nomine et saluta eum. Dominus illum nobis diu servet incolumem. Spero Deum sua potentia servaturum vatem vestrum, utut insaniant et frendant dentibus adversarii. Contra nos quoque aiunt iam armari nescio quot gentes. Sed si Dominus erit nobiscum facile servabimur ab hostibus nostris — — — — — — — — Tiguri 13. Febr. 1564.

Bullingerus tuus.

4079. 1) *N.* 4069. 4072.

2) *Hoc aliud videtur fuisse atque illud quod tres Poloni Stan. Starzechowski, Io. Ostrorog et Georgius Niemsta lapidi insculpi curarunt in peristylio summi templi Basiliensis. In hoc enim nihil de eius paupertate neque contra adversarios. Etiam illa quae edidit Maehly* p. 148 *nihil tale continent.* (*Cf. Gerdes, Ital. ref.* p. 216 *Mähly* p. 80.) *Videtur fuisse charta ab Oporino impressa quae dicitur recusa ad calcem editionis cuiusdam Dialogorum Castellionis sec. Baylium. Cf. N.* 4070.

3) *O pudendam et tristem tantorum virorum in miserum illum et saeculo suo superiorem, iam et mortuum Castellionem insectationem! Qui rabie sua theologica adeo incensi sunt ut ne id quidem animadvertant, suis telis ipsum petere magistratum Basileensem, dum Calvinus innocentem furti accusare non dubitaverat.*

4080.

SPINA CALVINO.

Calvini afflictam valetudinem magno cum dolore audiisse testatur. Percontatur de Perroteo ministro.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 30.)

Clarissimo viro D. Carolo Passelio patri inprimis observando.

Genevae.

Nullas iam dudum literas a te accepimus, pater optime, quibus valetudinis tuae rationem et statum cognosceremus. Interea quum de te et rebus tuis ex his percontamur qui a vobis ad nos veniunt, respondent quod sine maximo animi dolore audire non possumus, nihil in te sanum esse nisi animum, corpusculum autem *σκέλετον εἶναι καὶ σῆμα μᾶλλον ἢ σῶμα*: vim illius omnem exhaustam esse superioribus laboribus, et si quid vigoris adhuc in te superest, id curis consumi quas assidue pro ecclesiis suscipis. Deus bone, quam durus est hic nuncius nobis, qui vitam nostram morte tua libenter commutaremus, *εἰ δύνατον εἴη*. Metuimus enim ne, si ad ulciscendam mundi impietatem, qui certe te tuique similibus indignus est, te nobis eripiat, id nobis accidat quod abortivis fructibus usu venire videmus, ut videlicet antequam nati sint intereant. Sed meliora ex Deo speramus, qui nulla nostra iniquitate prohibitus beneficentiam suam quotidie in nos tot modis declarat, ut dubitare non possimus illam esse omnibus flagitiis et sceleribus nostris multo superiorem. Attamen te omnes obtestamur, per misericordiam Christi et eum amorem quo ecclesiam sponsam illius amplecteris, ut tibi aliquantum parcas, et in hoc flexu aetatis eum laboribus tuis modum statuas quem tibi salutarem esse usu ipso cognoveris.

Ut his omissis ad alia transeam: quidam *Perroteus*,[1]) qui in agro Bernatium ministerio fungitur, scripsit nuper *πρὸς τοὺς ἡμῶν πρεσβυτέρους*, se desiderio patriae adhuc teneri, quum mallet labores suis impendere quam alienigenis. Quum de hac re deliberaretur, dixi nihil statuendum videri quoad de doctrina et moribus illius quales sint ex te compertum habeamus. Non enim carere suspicione quod in collegarum exsilio, quorum causam tueri debuisset, illic diu cum aliis turpiter manserit, qui hominibus obsequi et gratificari malunt quam Deo. Periculosum esse quempiam in nostras ecclesias admittere qui in doctrina aut disciplina a nobis dissentiat, quarum sinceritas sit omni studio a nobis praesertim conservanda. Itaque obsecramus te, ut quid de illo et eius genero, quem secum huc deducere vellet, quid inquam de utroque sentias, ad nos scribere velis. Metuimus enim ne doctrinam praedestinationis quam sequimur repudient, et disciplinam, quam doctrinae nervum esse arbitramur, non magnopere curent. Nos autem nullum consilium de illis ante capere possumus quam literis tuis certiores facti de his duobus capitibus fuerimus. Et ne tibi quidquam dissimulem, probare non possum quod patriae desiderio ecclesias deserant, in quibus tam diu versati fuerint. In quo aperte declarant, nunquam se paternum animum erga illas induisse, et pro filiis se adhuc non illos agnoscere. Nam si Christo illos genuerint, quid causae esse potest quod eos ita abiiciant, nisi forte hoc sint ingratitudine et pertinacia commeriti, ut domus illorum deserta relinquatur. Domini esto iudicium. Quem oro per Christum mediatorem nostrum ut te adhuc nobis incolumem servet. Bene vale. xv^a^ Februarii Salmuro Andium.[2])

Tui studiosissimus
Io. Acanth.

4080. 1) *Minime idem ac ille cuius epistola sequens.*

2) *De natalibus certum aliquid statuere non possumus, quid quod de Spina Salmurii commorante aliunde non constat, nisi quod Henrico IV. regnante ibi ministerio fungens obiit. Anno* 1568 *S. Quintini fuit*, 1566 *Parisiis* (*Bulletin* VIII. 454. V. 18 *seqq.*). *Nos ut hoc potissimum loco hanc insereremus permovit quod de valetudine Calvini dicit.*

4081.

PERROTUS DANIELIBUS.

Formam studiorum suorum et Genevensis scholae instituta describit.

(Ex bibliotheca Bernensi, Cod. Bongars. 141 N. 202 autogr.)

A Messieurs Messieurs les Daniels dempres Ste Croix a Orleans.

Si qua ante hunc diem scribendi occasio data esset non ita dudum hanc officii sponsionisque nostrae exhibitionem desiderassetis: sed quia optima fide, quantum scire potui, diligentiae nostrae, quae vobis ignota non est, testationem novissimam hactenus edere non licuit, nec res nostrae ferunt, nec adeo ipse causae status praesertim apud vos ut fusius de cessationis excusatione *προλέγωμαι*, illud

enim minus necessarium ac fortasse etiam putidum foret. Iam enim si rebus hic non satis compositis statim ad vos scripsissem, nil certi a me accipere potuissetis, et praematura tamen solutio vice legitimae satisfactionis fuisset. Nunc tanto commodius id praesto quanto serius. Res igitur nostrae, quarum vobis non minimam esse curam existimo, optimo in statu sunt, pro huius loci conditione et scholae. Hebraea nunc serio amplecti incipio ac si Dominus dederit feliciter persequar. Theologiam partim in schola, partim in privata statione meditor. Bonus ille noster praeceptor communisque parens assidue ex Ezechiele, quem in manibus habet, recitare solet, id est, pro instituto huius anni tribus primis diebus singularum hebdomadarum, una semper interposita, qua vicissim *Theodorus* noster κατήχησιν ex graeco enarrat tribus quoque primis tantum diebus hebdomadis suae: nam tribus ultimis uterque semper feriatur. Ex eius autem quem postremo dixi lectione maior profectus redire solet, tum quod enarratio Catechismi id per se ferat, tum vero quod ille frequens sit et assiduus. Alter enim vir ex morbo vix suam vicem constanter obire potest, quod maxime illi hiemali tempore contingere creditur: aestivo enim melius fere ille habet. Ita sane fit ut totum fere scholae iugum ferat *Theodorus*, cuius ex eo manifesta fortitudo apparet quod ubi multae segetes auditorum sunt bovis robur necessario appareat. Frequens enim auditorium est ac fere ducenti in eo numerari liquido possunt. Ii autem sunt totius scholae praestantissimi. Caeteri enim minorum quodammodo gentium *Porto* et *Cevallerio* et *Scrimgero*[1]) tantum dant operam in graecis, hebraeis et philosophia, quod maxime aetatem primam doceat. Gymnasium frequentissimum est, et si de eo mihi non ita ex usu liquet plus tamen quadringentis pueris in eo reperiri posse creditur. Indigenae plurimi, caeteri nostrates, Itali pauci. Ego autem privatis meditationibus plurimum ϑεολογῶ, quod publica studia mihi non satis sufficere videntur, ac (ut uno verbo loquar) nihil hic nunc fere habetur quod non domi quisque assequi possit. Quod omnino faciet ne hic morer diutissime. Studia tamen nostra et tranquillo otio inprimis foventur hic, quod in Gallia totum sesquiannum frustra speraveram. Et vero continua verbi Dei auditio et publicum singularis huius civitatis exemplum nos mirum in modum retinent. Hic ob suspiciones perpetuas excubiae assiduae.[2]) Omnia tamen divino beneficio solida tranquillitate constant, magistratuum opera inprimis. Biblia *Cevallerius* recognoscit ad Complutensem editionem, sed id ab eo vix decennio confectum iri audio.[3]) Sequetur Testamentum cum annotationibus *Theodori*.[4]) Haec tantum. Fratres[5]) valent vosque salutant. 6° Calend. Martii.[6])

Vester in Domino
Fr. Perrotus.

4082.

BEZA BULLINGERO.

Balduinus impudens conviciator iam iam vapulabit. Calvini morbus indies ingravescens iam extrema metuere cogit. Prolixa narratio de rebus Gallicis.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 162. Simlerus Vol. 109.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

S. Accepi postremas literas tuas[1]) cum iis quae remisisti, nec potui citius respondere quod tabellarios nullos invenerim. De *Balduino* ita est ut tu dicis. Foecundum est pectus ad maledicendum, qua in re ipsi facile concedam non modo primas sed etiam secundas et tertias. In mea defensione[2]) ita respondi ad eadem illa quae rursus

---

4081. 1) *Franc. Porto lector graecus* 1561; *Ant. Chevalier prof. l. hebr.* 1559; *H. Scrimger, philos. prof.* 1561. *Primus ille origine graecus, alter Normannus ex oppido Vire, tertius Scotus ex Dundee.*

2) *Reg. du Conseil* 12 *et* 21 *Dec.* 1563: Rob. Maistre et Iul. Coster recompensés pour avoir revelé un complot qui tendait à livrer la ville au duc de Savoie. *Ibid. Ian.* 1564: on demande une garnison à Berne. 26 *Févr.*: l'Amiral de Chastillon déclare être prêt à secourir la ville au besoin (*Grenus cf. Picot*, hist. de Genève II. 113.)

3) *Nunquam tale opus prodiit.*

4) *Prodiit ed. prima a.* 1565 *ap. Stephanum.*

5) *In Libro Rectoris occurrunt a.* 1563 *duo Perroti Parisienses, Antonius et Dionysius, tum* 16. *Mart.* 1564 *Carolus et Aemilius et ipsi Parisienses, Franciscus nullus.*

6) *Annum adscribimus* 1564, *nam Beza quem hic se docentem audire dicit demum m. Maio* 1563 *Genevam rediit. Ionvillaeus in praef. praelectionum Calvini in Ezech. haec habet:* Quum 13. Cal. Febr. 1563 Ezechielem interpretari coepisset, quamvis assidue variis gravioribusque morbis affligaretur, ut saepe in auditorium vel sella lignea deferretur, vel conscendere equum cogeretur (ita corpusculi languentis vires conciderant), neque annum integrum violentiae tot morborum cessisset quin concionandi ac legendi munere defungeretur, tandem circiter Cal. Febr. anni sequentis, ubi ad finem Cap. 20, exceptis quatuor tantum versibus, pervenisset, tum domi manere et fere semper in lecto decumbere coactus est.

4082. 1) *An N.* 4079 *recentiores?*

2) Resp. ad F. Balduini Ecebolii apostatae calumnias. Gen. 1563. 12. *cf. N.* 4019.

vomit convicia, ut iam facile possim totam hanc partem duabus paginis absolvere. Sed de rebus ipsis, nempe de scriptura et traditionibus, itemque de nostro ministerio, atque adeo de quibusdam aliis quae passim permiscet, ac inprimis ad ea quae in Possiaceno illo conventu a me quaesita et responsa non minus falso quam impudenter confingit, copiosius, ut spero, respondebo.[3]) Idque iam esset praestitum nisi me partim Annotationes in Novum Testamentum meae, quas prorsus recudo,[4]) partim etiam duplicatus concionandi et profitendi labor totum penitus retinerent. Nam abhinc mensem ita quotidie ingravescunt et plurimi illi et gravissimi morbi quibus optimus ille meus parens D. *Calvinus* miserabiliter vexatur, ut non modo quod alioqui libentissime facimus et iam pridem fecissemus, si potuisset ab eo impetrari, vicem illius obire nos oporteat, sed etiam luctu et moerore paene conficiamur. Nec enim video quid nobis possit, hoc praesertim tempore, acerbius accidere. Sed vivit Dominus Deus noster, qui nobis calicem nostrum iam olim temperavit, nec sinet certe nos supra vires premi. Haec una spes nos sustinet et, ut spero, ad extremum usque sustinebit.

De rebus Gallicis. Ecclesiae plerisque in locis felicissime emergunt: ubi autem sunt repugnantes praefecti incredibilis est adversariorum contumacia regias omnes literas[5]) irridentium. Itaque non vana est suspicio, submitti clam mandata privata publicis contraria. Lugduni[6]) feliciter omnia et in Delphinatu:[7]) sed Provinciales[8]) nondum sunt omnino domiti. Apud Aquitanos gubernatoris apostatae[9]) furor eo usque erupit ut legatos a nostris in aulam contra ipsum missos et cum optimis mandatis reversos carcere incluserit, ut a scortis Avenionensibus rediens unum ex fratribus indicta causa et contra expressum recuperatorum edictum, qui pacis constituendae causa in satrapias singulas missi sunt, virum inter alios insignem suspendendum et strangulandum curaret. Statim igitur primarii multi omnium ordinum viri in aulam profecti sunt. Responsum exspectatur et omnino necesse est vel in illum insanum apostatam aliquid statui, vel novis tumultibus occasionem praeberi, quoniam intolerabile est tam manifestum tyrannum et regis ipsius contemptorem ferre.

In aula adventante *Cardinali* omnes fere nostri domum redierunt. Bis scripsit *Admiralius* ne offenderemur, se enim quod fecerit optimis consiliis fecisse.[10]) Mihi tamen, ut libere dicam, aulica ista prudentia, sicut semper displicuit, adhuc displicet, et hoc vere scio, non dissimilem errorem bello civili occasionem praebuisse. Interea certum est, nihil esse nostro illo et ipsius fratribus integrius, vel ipsorum etiam hostium confessione. *Cardinalis* initio ita blande in aula exceptus[11]) Lutetiae quinque aut sex diebus fuit. Venit in senatum, sed quoniam ibi offendit Polemarchum[12]) *Momorantium*, prudentem et ipsius consiliis inimicum, palam nec sine rubore obmutuit. Inde in aulam reversus, quae tum Lutetia distat sesquidiei itinere, paulatim irrepsit in eius gratiam, cui nemo dubitat quin sit carissimus. Vicesima secunda Februarii in privato quod vocant consilio, ad quod etiam evocati erant Parisiensis parlamenti praesides et alii aliquot ex eodem coetu, orationem habuit pro Tridentini conciliabuli decretis. Res acta est magna contentione et *Cancellario* fortiter agente[13]) *Cardinalis* eo erupit ut diceret, eum oportere tandem larvam deponere. Respondit *Cancellarius*, se Dei gratia integre semper suo munere functum: videret ipse quis Ianuarii edictum apud Vasseium violasset, unde tot

3) *Propositum non exsequutus est.*
4) *Prodierunt cum textu a.* 1565.
5) Édit de pacification 19. *Mart.* 1563 Édit de confirmation 16. *Aug.* (*supra laudata*).
6) *N.* 3994. *Hist. eccl.* III, 243. *Hist. des choses mém. p.* 259.
7) *N.* 4007. *Arnaud.* I. 188 *ss.*
8) *Lambert, Hist. des guerres de rel.* I. 191 *ss.*
9) *Blasii de Montluc. Cf.* Responce du Sr de M. aux poincts dont on l'a accusé devers le Roy (*Mém de Condé* V. 55.)

10) L'admiral se retira en sa maison (*Châtillon*) avant la venue du Cardinal de Lorrayne, et d'Andelot est à Metz et aux frontieres de ce cousté la. Ie vous laisse penser pourquoy c'est. (*Lettre de Sarron à Chantonnay, Mém. de Condé.* II. 191.) *Coligny ab aula recessit c.* 20. *Ian. Cf. Guillemin, le Card. de Lorr. P.* 1847. *p.* 389 *ss.*
11) *Languet d. d.* 3. *Febr. p.* 283: Cardinalis tandem 29. Ian. venit in aulam quae aberat in coenobio S. Mauri. Exceptus est humaniter a Rege et Regina sed cum minus ambitiosa benevolentiae significatione quam existimaremus. Rex postridie profectus est in arcem Fontainebleau. Cardinalis autem venit huc, ubi iam per aliquot dies deorum templa fatigat et ait se quidem reversurum ad Regem, sed tantum ut ei valedicat et se Rhemos recipiat. — *Sarron du* 24 *l. c. p.* 190: Le Cardinal est présentement en court. A son arrivée l'on le feit actendre environ 2 heures avant que pouvoir parler au Roy et à la Royne, lesquelz l'on avoit faict pormener tout à ce propos. Il feit une fort belle harengue à la Royne sur les troubles et affaires de ce Royaulme et sur la mort de M. de Guyse, sans parler pour celle fois des affaires du concile qu'il remeist à Fonteyneblean pour où le Roy partit 2 jours après, et estant là le Cardinal l'alla trouver et lors feit rapport de sa legation.
12) *le Connétable.*
13) *Languet d. d.* 6. *Mart. p.* 286: Pontificii habuerunt multum spei in reditu Card. Lotharingii ex Italia, sed ita est exceptus in aula cum suo Tridentino concilio ut putem totam illorum spem evanuisse. Quum ei se opponeret Cancellarius et eius dicta confutaret non potuit se continere quin in convicia erumperet, quod indignissime tulerunt omnes proceres: nec tamen id impune tulit. Nam Cancellarius respondit, eum velle practicis perficere quod armis non potuerat. Connestabilis dixit, se non disputare de doctrina, sed velle tranquillitati regni consulere, et valde mirari ipsum agere causam pontificis romani adversus regem, cuius beneficio et liberalitate possideat annua triginta aut quadraginta millia francorum. (*De contestatione Cardinalis et Cancellarii exstat Epistola in Mém. de Condé* V. 50.)

mala essent consequuta: se vero nunquam passurum ut similibus calamitatibus regnum involveretur. Regia maiestas utrique silentium imperavit. Tandem frustra certante Satana conclusum est, Regem tum demum de subscriptione deliberaturum quum Caesaris et aliorum regum voluntatem cognoverit et ab ipso Pontifice canones istos acceperit. *Cardinalis* enim non Pontificis sed concilii legatum agebat. Ita nunc quidem fracta sunt illorum consilia et datur interea fratribus respiratio.

Spes est aliqua de pace cum Anglo,[14]) sed tamen nihil adhuc est confectum. Puto Regem primum Remos, inde Barrum, ac tandem etiam per Burgundiam Lugdunum venturum, nisi (quod saepissime solent) consilium in aula mutant.[15])

Regina *Navarrae*, nullis *Philippi* minis, nullis Papae citationibus iam peremptoriis commota idololatriam in sua ditione funditus profligare pergit. Misit ad nos superioribus diebus proprium nuncium cum literis ita pie et cordate scriptis, ut plane dignum sit eius mulieris exemplum omnium saeculorum memoria. Petit inter caetera sese in publicis precibus nominatim Domino commendari, et addit sese paratam esse non modo regnum, sed etiam omnes opes, sed et vitam amittere, dummodo Christum suum possit in eius ditionis possessionem mittere quam ab eo accepit administrandam. Digna est illa, si qua hodie in toto terrarum orbe, cuius salutem et vos Domino commendetis.

Haec habui de rebus Gallicis. Ego quod ad me attinet, ne quid inde in nos mali ἀλάστωρ ille *Cardinalis* fabricet, quam * ex Tridentino concilio, metuo. Sed haec omnia sunt in manu Domini, qui nos procul dubio a coelo Brentiano[16]) non minus quam ab inferis papisticis tuebitur. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus nos per suam misericordiam magis ac magis sancta sua veritate copulet, teque cum omnibus fratribus et symmystis mihi plurimum observandis feliciter servet in diem Domini cuius gratiae vos omnes commendo. *Calvinum*, ut puto, iam non miraris nihil rescribere. Eum et nos omnes in eo, mi frater, assidue quaeso Domino commendate. Iterum vale. Genevae 6. Martii.

Tuus Beza.

---

14) *Languet d. d.* 6. *Mart. p.* 286: Agitur de pace: si non succedat ea actio sine dubio hac aestate geretur bellum maioribus viribus quam antea.

15) *Idem* 287: Regina nondum deposuit voluntatem proficiscendi in Lotharingiam, et putatur celebratura Rhemis festum resurrectionis dominicae.

16) *ubiquistarum*.

4083.

FABRICIUS CALVINO.

Praemissis nonnullis de negotio Pellizariorum refert se scripto ab Hispanis quibusdam impetitum esse et quaerit an vel cum proprio periculo respondere debeat.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 129.)

Amplissimo viro D. D. Ioanni Calvino domino suo et in Christo patri multum reverendo.

Genevae.

S. Reverende in Christo pater. Etsi huc nunciatum est de adversa tua valetudine, idque nuncium nos non parum peturbavit, tamen quod de divina erga te clementia deque tua valetudine optime speraremus nihilominus scribendum ad te duxi, quum ut tibi significarem tuas quas iam pridem ad me dedisti literas mihi omnes esse redditas,[1]) tum ut te edocerem D. Ioannem *Tscarnerum*, civitatis nostrae Curiensis amplissimum consulem, Lugdunum primum et deinceps ad regem quoque proficisci in negotio dominorum *Pellizariorum*, hominum tibi notissimorum.[2]) Est is vir optime de religione nostra meritus, ideoque dignus quem tu dominorum *Pellizariorum* nomine literis tuis ad amicos qui versantur in aula regis quantum potes diligentissime iuves. Quod te facturum omnino spero, propterea quod de Christianis omnibus optime mereri tibi inprimis sit iucundum.

Quid *Philippi* Hispaniarum legatus hic apud nos egerit quantumque effecerit ex D. Consule nostro, si nescis, plene intelliges. De rebus meis haec pauca aspergo. Scripserunt duo contra me Hispani impulsu patrum Tridentinorum, quorum scripta acerrima ad vos pervenisse non dubito. Contumeliose tractant vestram ecclesiam: te nominatim et praecipue incessunt. Responsum quod eis debetur magna ex parte absolvi: quod percupere apud vos aliquando excudi. Tigurini enim, qui Quinquepagicos alioquin infestos experiuntur, hanc fortassis aleam subire nolent, licet nihil in responso meo insit quod christianos et cordatos homines offendere possit. De eo quid fieri possit ex te prima occasione audire aveo. Fere qui personae suae timent mihi autores sunt ne respondeam, qui publicum privato anteponunt respondendum censent. Et certe, nisi bonam causam turpiter prodere et deserere velimus, nebulonibus illis respondendum erit. Sed exspecto tamen tuum quoque iudicium quod apud me sacrosanctum est. Haec pauca. Va-

---

4083. 1) *Unicam habuimus N.* 3237.

2) *N.* 4030.

verende in Christo pater, tecum communicanda duxi. Deum rogo ut te ecclesiae suae restituat et diu incolumem conservet. Vale, reverende in Christo pater, et meis verbis salutare digneris clarissimum virum D. D. Theodorum *Bezam*. Curiae 16. Martii anno 1564.

Tui observantissimus
Ioannes Fabricius
ecclesiae Curiensis minister.

4084.

CALVINUS SPINAE.

Gratulatur ei restauratam valetudinem, et monet eum ut in aliqua firma statione ministerio fungatur. Porro multa habet de Perroteo supra memorato.

(Apographon recentius in Bibl. nation. Paris. Cod. Dupuy 102, fol. 48 sine subscriptione.)

D. de Spina.

Etsi te prorsus convaluisse mallem pristinumque vigorem recuperasse, gaudeo tamen te ferendis docendi et peregrinandi laboribus esse parem. Nec dubito quin pro summa quae ecclesias urget necessitate vires quae respondeant animo Deus tibi suppeditet. Restat ut de certa statione aliquid tandem statuatur: quia neque publice neque privatim conducit locum saepius mutare: quod te quidem sponte facturum scio: sed aliorum causa breviter te monendum duxi, qui non desinent, si eorum votis obsequaris, te huc illuc subinde distrahere. Quod ad Renatum *Perroteum* spectat, semper audivimus, hominem esse sanae doctrinae, nec ulla errorum labe infectum, alienum etiam ab improbis factionibus, tantum in eo desideratam fuisse animi magnitudinem dignam Christi ministro. Sive mollities hominem retinuit, sive nimia cura rei domesticae, non satis cordate visus est officio suo satisfacere. Denique existimatus est non omnino malus. Recte tu quidem sentis, absurdum esse ut nunc ecclesias deserant ipse et similes: quum antehac, ubi videbant servos Dei vel indigne profligari vel ultro se abdicare, pluris duxerint otium suum et commoda quam officii fidem. Et certe nunc ubi melior alibi spes affulget, nimis cupide e nidis suis transudant.* Hoc totum libere homini exposui: nec quidquam tergiversanti profecit: quia omnes eius praetextus refellere promptum erat. Hic nuncius parum considerate eum mihi adduxit, perinde ac re iam confecta. Sed ubi severiorem me vidit *Renatus*, cum aliis ut audio licitari coepit. Periculum tamen a quo metuis nullum putamus fore, ut vel sinceram doctrinam corrumpat, vel disciplinae adversetur. Levitas quidem illa nos offendit, quum paratus fuit se ad Aquas Sestias conferre, si consensum vestrum impetrasset. Nunc quid ex re et usu ecclesiae vestrae futurum sit statuite. Nisi forte has literas suo adventu praeveniat. Vale, eximie vir et mihi ex animo colende frater. Dominus te spiritu suo semper gubernet, virtute sustineat et incolumem tueatur. Vale.[1])

4085.

RENÉE DE FRANCE A CALVIN.

Réponse aux deux dernières lettres de Calvin et nouvelles de sa position actuelle et de son entourage.

(Bibliothèque nationale. Mss. de Mesme, int. mém. des règnes de Frç. II. et Charl. IX. fol. T. II. n. 8677, p. 58. Collection Dupuy Vol. 36, fol. 120 suiv. Imprimée à la suite de la vie de Calvin par Jérôme Bolsec. Lyon, 1577. 8. p. 399 suiv. Cimber et Danjou Archives curieuses de l'Hist. de France. Sér. I. T. 5. p. 399. Henry III. 145.)

Monsieur Calvin.

J'ai receu vos lettres du huict janvier par M. *Budé*, et celle du vingtquatre, responsives aux miennes dernieres,[1]) par *Milet*,[2]) au temps que j'estois pour retourner à la court à Fontainebleau, pour parachever en quelques parts mes affaires, qui furent obmises à mon partement de Paris, et y ay demeuré un moys entier, qui a esté cause que je n'ay peu plus tost respondre à vosdittes lettres.

L'occasion qui m'en a fait partir avant le Roy a esté pour my estre interdit de y faire prescher,

---

4084. 1) *Fata Acanthii non omni ex parte accurate cognita sunt. Constat eum tempore colloquii Possiacensis aperte ad sacra reformata transiisse, tum aliquamdiu in Fontenay et Rupellis ministerio functum apud ducissam Ferrariensem refugium quaesivisse. Certam stationem nondum habet. Omnino haec nostra respondet ad illam quam supra, item ex mera coniectura mensi Februario addiximus* (*N.* 4080).

4085. 1) *N.* 4067. 4074.

2) *Nous ne savons si elle veut parler de Jaques Millet conseiller au parlement de Paris, et contre lequel le duc de Guise porta plainte à la Compagnie pour avoir parlementé en Nov.* 1562 *avec Condé campé sous les murs de Paris.* (*Mém. de Condé* IV. 138.)

mala essent consequuta: se vero nunquam passurum ut similibus calamitatibus regnum involveretur. Regia maiestas utrique silentium imperavit. Tandem frustra certante Satana conclusum est, Regem tum demum de subscriptione deliberaturum quum Caesaris et aliorum regum voluntatem cognoverit et ab ipso Pontifice canones istos acceperit. *Cardinalis* enim non Pontificis sed concilii legatum agebat. Ita nunc quidem fracta sunt illorum consilia et datur interea fratribus respiratio.

Spes est aliqua de pace cum Anglo,[14]) sed tamen nihil adhuc est confectum. Puto Regem primum Remos, inde Barrum, ac tandem etiam per Burgundiam Lugdunum venturum, nisi (quod saepissime solent) consilium in aula mutant.[15])

Regina *Navarrae*, nullis *Philippi* minis, nullis Papae citationibus iam peremptoriis commota idololatriam in sua ditione funditus profligare pergit. Misit ad nos superioribus diebus proprium nuncium cum literis ita pie et cordate scriptis, ut plane dignum sit eius mulieris exemplum omnium saeculorum memoria. Petit inter caetera sese in publicis precibus nominatim Domino commendari, et addit sese paratam esse non modo regnum, sed etiam omnes opes, sed et vitam amittere, dummodo Christum suum possit in eius ditionis possessionem mittere quam ab eo accepit administrandam. Digna est illa, si qua hodie in toto terrarum orbe, cuius salutem et vos Domino commendetis.

Haec habui de rebus Gallicis. Ego quod ad me attinet, ne quid inde in nos mali ἀλάστωρ ille *Cardinalis* fabricet, quam * ex Tridentino concilio, metuo. Sed haec omnia sunt in manu Domini, qui nos procul dubio a coelo Brentiano[16]) non minus quam ab inferis papisticis tuebitur. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus nos per suam misericordiam magis ac magis sancta sua veritate copulet, teque cum omnibus fratribus et symmystis mihi plurimum observandis feliciter servet in diem Domini cuius gratiae vos omnes commendo. *Calvinum*, ut puto, iam non miraris nihil rescribere. Eum et nos omnes in eo, mi frater, assidue quaeso Domino commendate. Iterum vale. Genevae 6. Martii.

Tuus Beza.

---

14) *Languet d. d.* 6. *Mart. p.* 286*:* Agitur de pace: si non succedat ea actio sine dubio hac aestate geretur bellum maioribus viribus quam antea.

15) *Idem* 287*:* Regina nondum deposuit voluntatem proficiscendi in Lotharingiam, et putatur celebratura Rhemis festum resurrectionis dominicae.

16) *ubiquistarum.*

4083.

FABRICIUS CALVINO.

Praemissis nonnullis de negotio Pellizariorum refert se scripto ab Hispanis quibusdam impetitum esse et quaerit an vel cum proprio periculo respondere debeat.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 129.)

Amplissimo viro D. D. Ioanni Calvino domino suo et in Christo patri multum reverendo.

Genevae.

S. Reverende in Christo pater. Etsi huc nunciatum est de adversa tua valetudine, idque nuncium nos non parum peturbavit, tamen quod de divina erga te clementia deque tua valetudine optime speraremus nihilominus scribendum ad te duxi, quum ut tibi significarem tuas quas iam pridem ad me dedisti literas mihi omnes esse redditas,[1]) tum ut te edocerem D. Ioannem *Tscarnerum*, civitatis nostrae Curiensis amplissimum consulem, Lugdunum primum et deinceps ad regem quoque proficisci in negotio dominorum *Pellizariorum*, hominum tibi notissimorum.[2]) Est is vir optime de religione nostra meritus, ideoque dignus quem tu dominorum *Pellizariorum* nomine literis tuis ad amicos qui versantur in aula regis quantum potes diligentissime iuves. Quod te facturum omnino spero, propterea quod de Christianis omnibus optime mereri tibi inprimis sit iucundum.

Quid *Philippi* Hispaniarum legatus hic apud nos egerit quantumque effecerit ex D. Consule nostro, si nescis, plene intelliges. De rebus meis haec pauca aspergo. Scripserunt duo contra me Hispani impulsu patrum Tridentinorum, quorum scripta acerrima ad vos pervenisse non dubito. Contumeliose tractant vestram ecclesiam: te nominatim et praecipue incessunt. Responsum quod eis debetur magna ex parte absolvi: quod percuperem apud vos aliquando excudi. Tigurini enim, quod Quinquepagicos alioquin infestos experiuntur, hanc fortassis aleam subire nolent, licet nihil in responso meo insit quod christianos et cordatos homines offendere possit. De eo quid fieri possit ex te prima occasione audire aveo. Fere qui personae meae timent mihi autores sunt ne respondeam, qui publicum privato anteponunt respondendum censent. Et certe, nisi bonam causam turpiter prodere et deserere velimus, nebulonibus illis respondendum erit. Sed exspecto tamen tuum quoque iudicium quod apud me sacrosanctum est. Haec pauca, re-

---

4083. 1) *Unicam habuimus N.* 3237.
2) *N.* 4030.

verende in Christo pater, tecum communicanda duxi. Deum rogo ut te ecclesiae suae restituat et diu incolumem conservet. Vale, reverende in Christo pater, et meis verbis salutare digneris clarissimum virum D. D. Theodorum *Bezam*. Curiae 16. Martii anno 1564.

Tui observantissimus
Ioannes Fabricius
ecclesiae Curiensis minister.

4084.

CALVINUS SPINAE.

Gratulatur ei restauratam valetudinem, et monet eum ut in aliqua firma statione ministerio fungatur. Porro multa habet de Perroteo supra memorato.

(Apographon recentius in Bibl. nation. Paris. Cod. Dupuy 102, fol. 48 sine subscriptione.)

D. de Spina.

Etsi te prorsus convaluisse mallem pristinumque vigorem recuperasse, gaudeo tamen te ferendis docendi et peregrinandi laboribus esse parem. Nec dubito quin pro summa quae ecclesias urget necessitate vires quae respondeant animo Deus tibi suppeditet. Restat ut de certa statione aliquid tandem statuatur: quia neque publice neque privatim conducit locum saepius mutare: quod te quidem sponte facturum scio: sed aliorum causa breviter te monendum duxi, qui non desinent, si eorum votis obsequaris, te huc illuc subinde distrahere. Quod ad Renatum *Perroteum* spectat, semper audivimus, hominem esse sanae doctrinae, nec ulla errorum labe infectum, alienum etiam ab improbis factionibus, tantum in eo desideratam fuisse animi magnitudinem dignam Christi ministro. Sive mollities hominem retinuit, sive nimia cura rei domesticae, non satis cordate visus est officio suo satisfacere. Denique existimatus est non omnino malus. Recte tu quidem sentis, absurdum esse ut nunc ecclesias deserant ipse et similes: quum antehac, ubi videbant servos Dei vel indigne profligari vel ultro se abdicare, pluris duxerint otium suum et commoda quam officii fidem. Et certe nunc ubi melior alibi spes affulget, nimis cupide e nidis suis transsudant.* Hoc totum libere homini exposui: nec quidquam tergiversanti profecit: quia omnes eius praetextus refellere promptum erat. Hic nuncius parum considerate eum mihi adduxit, perinde ac re iam confecta. Sed ubi severiorem me vidit *Renatus*, cum aliis ut audio licitari coepit. Periculum tamen a quo metuis nullum putamus fore, ut vel sinceram doctrinam corrumpat, vel disciplinae adversetur. Levitas quidem illa nos offendit, quum paratus fuit se ad Aquas Sestias conferre, si consensum vestrum impetrasset. Nunc quid ex re et usu ecclesiae vestrae futurum sit statuite. Nisi forte has literas suo adventu praeveniat. Vale, eximie vir et mihi ex animo colende frater. Dominus te spiritu suo semper gubernet, virtute sustineat et incolumem tueatur. Vale.[1])

4085.

RENÉE DE FRANCE A CALVIN.

Réponse aux deux dernières lettres de Calvin et nouvelles de sa position actuelle et de son entourage.

(Bibliothèque nationale. Mss. de Mesme, int. mém. des règnes de Frç. II. et Charl. IX. fol. T. II. n. 8677, p. 58. Collection Dupuy Vol. 36, fol. 120 suiv. Imprimée à la suite de la vie de Calvin par Jérôme Bolsec. Lyon, 1577. 8. p. 399 suiv. Cimber et Danjou Archives curieuses de l'Hist. de France. Sér. I. T. 5. p. 399. Henry III. 145.)

Monsieur Calvin.

J'ai receu vos lettres du huict janvier par M. *Budé*, et celle du vingtquatre, responsives aux miennes dernieres,[1]) par *Milet*,[2]) au temps que j'estois pour retourner à la court à Fontainebleau, pour parachever en quelques parts mes affaires, qui furent obmises à mon partement de Paris, et y ay demeuré un moys entier, qui a esté cause que je n'ay peu plus tost respondre à vosdittes lettres.

L'occasion qui m'en a fait partir avant le Roy a esté pour my estre interdit de y faire prescher,

---

4084. 1) *Fata Acanthii non omni ex parte accurate cognita sunt. Constat eum tempore colloquii Possiacensis aperte ad sacra reformata transiisse, tum aliquamdiu in Fontenay et Rupellis ministerio functum apud ducissam Ferrariensem refugium quaesivisse. Certam stationem nondum habet. Omnino haec nostra respondet ad illam quam supra, item ex mera coniectura mensi Februario addiximus* (*N.* 4080).

4085. 1) *N.* 4067. 4074.

2) *Nous ne savons si elle veut parler de Jaques Millet conseiller au parlement de Paris, et contre lequel le duc de Guise porta plainte à la Compagnie pour avoir parlementé en Nov.* 1562 *avec Condé campé sous les murs de Paris.* (*Mém. de Condé* IV. 133.)

comme j'avois faict quelques jours, et non seulement me fut refusé au logis du Roy, mais aussi en un que j'ai acheptó, qui est au village, que j'ay tousjours presté et dedié pour tel faict, quand mesmes je n'estois point à la court. Et ce qui plus m'en fasche, est que ce a esté à la requeste et sollicitation de quelquesuns mary et femme, qui font la sçenne et tiennent ministres. Monsieur l'admiral et sa femme ne y sont arrivez que le jour que j'en partis,[3]) qui n'y ont peu faire autrement quant à faire prescher, et sont partis huict jours apres, dont ils me sont venus dire des nouvelles eux mesmes en ce lieu avec le cardinal leur frere. Les deux susdicts messagers, qui m'ont apportez vos dictes lettres, ne sont point encores retournez devers moy pour avoir response: toutesfois j'espere qu'ils y repasseront et vous porteront de mes nouvelles. Je vous diray cependant que j'ay veu l'exhortation que vous me faites, tant pour la regle de mes sujets que pour ma maison:[4]) où pour les sujets long temps a que j'ay commencé, et de present je tasche à parachever, s'il plaira à Dieu: et encores pour le faict de la justice, et au vivre quotidien des pauvres tant habitans que passans, aussy à ceux de ma maison, et pourveoir aux vues et offenses, generalement à touts et particulierement aux domestiques de la foy, comme vous pourrez entendre par *Toutenix,*[5]) que je pense sera tost devers vous, et de M. *de Coulonges* que j'ay advisé vous escrire.[6]) Et ceux là accommodez par vostre moyen et le bon ordre que vous mettrez pour l'advenir, j'espere que le faict de l'eglise en ce lieu passera bien: duquel je ne vous puis respondre, dautant que ledict *de Coulonges* en a tousjours eu l'entiere charge, et sçait devant Dieu que luy ay assisté en ce qu'il a demandé: et du commencement qu'il me demanda d'assister au consistoire, je luy accorday, et il choisit des anciens ceux qu'il luy sembla. Et depuis qu'il me dist qu'il ne falloit que les femmes y assistassent, ny que je y fusse, combien que je sçavois que la Royne de *Navarre,* madame *l'admirale* et madame *de Roye* s'y trouvoient en leurs maisons, et qu'il y en alloit de ma maison propre, toutesfois je n'ay point fait instance d'y aller: et n'ay laissé quand il m'a dict de parler à quelqu'un de ceux de ma maison, ou que, sans ce qu'ils m'en parlassent, ils m'ont advertie que ils les y avoient appellez, que je ne les aye tousjours exhortez de le satisfaire, et y servir Dieu ainsy que ledict *de Coulonges* les y enseignoit et leur diroit, excepté un qui avoit la charge de la despense de la cuisine, auquel je ne permis y entrer, ayant la charge qu'il me sembloit suffisante à sa portee et qualité, estant jeune, et doubtois quelque insolence de luy en tel endroict, comme depuis en propre cuisine il en frappa un vieil ancien et mal sein, lequel n'estoit entré en la religion. De ceux de ceste ville, il en a pris et osté comme bon luy a semblé, sans que je m'en sois empeschée, et quelquefois d'eux mesmes s'en sont ostez, comme aussy ont faict ceux de ma maison, ainsy que par ledict *Toutenix* (qui en a esté) pourriez entendre plus particulierement, et de present je ne cognois pas que ceux de la ville molestent nul. Je prens aide et conseil de monsieur *l'admiral*[7]) pour reprimer les vices et scandales, apres celuy de Dieu, et se veoit qu'entre ses subjects la religion se accroist et augmente, combien qu'il y en a d'autant contraires comme en ce lieu, et la plus part sont soubz ce bailliage, et y a mis des presches et ministres: ce qui ne s'est faict aux autres mes subjects, fors qu'en un lieu seul nommé *Bonny*, où parlant l'un de ces jours avec ledit *de Coulonges* et un jeune ministre dudit *admiral* pour y envoyer un, parceque quand je vins en ce lieu, et devant que ledit *de Coulonges* y fust, il y en avoit un qui se retira pour les guerres, il m'a dict y en avoir envoyé a ceste heure un autre: je ne sçais qu'il est. Et quant à ceux de ma maison, les premiers et ceux de qui je me sers le plus sont de la religion et font la Cene: reste quelques serviteurs et officiers qui sont en moindre nombre, et j'espere que Dieu les retirera: et quant privilege de moy ny de ma maison, je vous asseure que je n'en ay requis ne recherché, et que je n'ay eu si peu entre les fidels que tout ce qui me touche et depend de moy a tousjours esté dejecté et mis aux derniers endroits et aux derniers lieux, et mes gens

---

3) *Il nous semble qu'il y a là une petite difficulté chronologique. Renée était à la cour dès le mois d'Octobre* (*Languet du* 17. *p.* 466); *elle y était encore en Décembre* (*Id. du* 12 *et du* 17). *D'après le Journal de Bruslart* (*Mém. d. Condé* I. 138) *l'amiral et ses deux frères arrivèrent à Paris le Samedi* 20. *Nov. Comp. Chantonney ibid.* II. 182 *du* 2. *Déc. Le même écrit le* 20. *Déc.* (*ib.* 183): Le Connestable et l'Admiral sont en ceste court et sont suiviz de beaucoup plus que le Roy mesme et y a presches ordinaires en court au quartier de Mad. de Ferrare. *Le même*, 12. *Janvier p.* 187: La Duchesse de Ferrare est partye, qu'est ung grand bien, car on faisoit presches ordinaires en son logis en la court du Roy, mais d'aultre part on attend Mad. de Vendosme (*la reine de Navarre*) qui ne fauldra de suyvre le mesme chemin. *Le même du* 27. *Janvier, p.* 190: L'Admiral dois huict ou neuf jours s'est retiré en une sienne maison (*Châtillon sur Loing*), mais l'on tient qu'il ne tardera beaucoup de retourner en court.

4) *N.* 4067.

5) *Morel* (*N.* 3895) *parle d'un certain* Tontinus *à la cour de Montargis. Mais ne faudrait-il pas plutôt lire* Boutenix *comme Henry?*

6) *Probablement il s'agit ici de la lettre N.* 4055.

7) *Voyez ce que Calvin dit à ce sujet N.* 4074. *Chatillon n'est qu'à* 15 *kilomètres de Montargis.*

et mes propres femmes ont esté dejectées et chassées aux banquets et festes par ceux mesmes de la religion, là où estoient toutes les autres, jusques aux femmes à chapperon de drap, qu'ils conduisoient en chassant les miennes, choses que j'ay voulu tolerer, et ne m'en a de rien chalu: et les mettois entre les mains de leurs marys, où je ne les estimois moins bien que les autres, et demeurois sans nulle de mes femmes, ce qui ne se faict à celles de ma qualité, mais ne se faisoit à beaucoup moindre ny a celles qui ne les y debvoient pas avoir selon le monde. J'en estimois et les miennes honnorées: quant aux filles de ma maison ils ne leur ont pas faict presse: je voudrois que vostre oeil et vostre personne peust arriver jusques icy pour veoir et cognoistre toutes choses comme elles passent, mieux qu'elles ne se peuvent escrire et referer.

Je veoy et cognoy [8]) que la remonstrance que vous me repliquez particulierement par vostre lettre est tres requise et necessaire pour maintenir l'eglise reformée, et qu'il y seroit bien necessaire quantité d'anciens surveillans et de ministres en plus grand nombre, et que mon jugement et intelligence fust plus grand et plus parfaict: toutesfois, selon ce que Dieu m'en a departy avec l'experience que dez long temps je n'ay eue, et les remonstrances que autrefois vous m'en avez faictes par lettres et messagers, il me semble que la venuë souvent icy de beaucoup de gens de bien, de ministres y serviroit grandement, et que chascun d'eux dict librement son advis. Dieu me face la grace de m'employer à ce qu'il soit servi purement et sincerement ainsy que vous desirez. Je vous asseure que c'est aussy mon desir, et que j'espere qu'il y accomplira, et qu'il vous fera cognoistre aussi bien qu'il a faict par le passé ceux par qui la religion n'est pas augmentée. Et quant au present et estraines [9]) que vous m'avez envoyés, je vous asseure que je l'ay veu et receu volontiers, et n'en avois jamais veu de pareil, et ay loué Dieu que le feu Roy mon pere eust prins telle devise: si Dieu ne luy en a accordé la grace de l'executer, peut estre reserve il quelqu'un de ses descendans tenant son lieu pour l'accomplir.

Monsieur *Calvin*, de respondre à tout vostre derniere lettre je ne le voudrois entreprendre pour ceste fois, afin de ne tant tarder à vous escrire: mais le plus brevement que je pourray, vous diray qu'il me semble que par ma precedente lettre je ne vous ay sceu persuader mon intention, ou qu'elle vous ait esté persuadée par autre: car ce que vous escrivois de deux ministres, dont l'un me persuadoit par un moyen de mensonge qui me sembloit illicite, l'autre par un jugement de l'election et reprobation causée des prieres des hommes qu'il me sembloit qu'il me declaroit par cela une haine diabolique pour m'inciter à hayr ce que Dieu ne m'a pas commandé: car combien que je n'eusse point oublié l'article de vostre lettre que David a hay les ennemis de Dieu de haine mortelle, je n'entend point de contrevenir de deroger en rien a cela: car quand je sçaurois que le Roy mon pere, et la Royne ma mere, et feu monsieur mon mary, et tous mes enfans seroient reprouvez de Dieu, je les voudrois hayr de hayne mortelle et leur desirer l'enfer, et me conformer à la volonté de Dieu entierement, s'il luy plaisoit m'en faire la grace: mais si voy-je gens si partiaux en leurs affections, et ouy propos si estranges dont ne vous en ay escrit les moindres: et quant à mon feu gendre, il me semble que l'on peut trop veoir et cognoistre sy j'ay ployé pour luy en endroit nul que ce soit, mais si ç'a esté luy qui a ployé à maintenir ceux de la religion que j'ay eu en ceste ville, jusques à en estre repondant luy et le cardinal *de Lorraine* [10]) à la Royne, et si Dieu a adopté leur moyen pour les maintenir, et non seulement pour ce lieu, mais s'estoit encores employé pour empescher qu'on ne confisquast Chastillon, qui est à monsieur l'admiral et du ressort de ce bailliage de Montargis, et qu'il ne fust saccagé ny travaillé. Encores que ce sont choses que je scay bien que l'on ne veut pas qui soyent entendues n'y congneues, je le dis devant Dieu qui en scait la vérité, et pour cela ne veux pas excuser les defauts de mon gendre en ce qu'il n'avoit point la cognoissance de Dieu, mais en ce que l'on dit que ce a esté luy seul qui a allumé le feu. L'on scait bien qu'il s'estoit retiré en sa maison d'où il ne vouloit bouger, et les lettres et messages qu'il eut pour s'en faire partir, et que encores maintenant qu'il est mort et qu'il n'y est plus, que tels venins de haines si pestilencieux ne se veulent jamais acquicter de se declarer par tous les mensonges que l'on peut controuver et s'imaginer: il faut que je vous die que je ne tiens ny estime que telles parolles de mensonges procedent de Dieu. Je scais qu'il a persecuté, mais je ne scay pas ny ne croy pas, pour le vous dire librement, qu'il soit reprouvé de Dieu: car il a donne signe au contraire avant que de mourir: mais l'on ne veut pas qu'il se die, et l'on veut

8) *N.* 4055. 4067.

9) *la médaille que Louis XII. fit frapper contre le pape Jules II.*

10) *Il était revenu de Trente à la cour vers la fin de Janvier. Chantonnay 27. Janv.* (*Mém. de Condé* II. 190)*:* L'on tient pour certain que le Cardinal sera en ceste court, dans deux jours: aussi a-il esté mandé pour y venir. *Languet d. d. 3. Febr. p.* 283*:* Card. Lotharingius tandem 29. Ian. venit in aulam quae aberat hinc duobus milliaribus in coenobio S. Mauri ad Matronam.

clorre et serrer la bouche à ceux qui le scavent. Et quant à moy je scay fort bien que je ay esté haye et abominée de plusieurs pource qu'il estoit mon gendre, a qui l'on a voulu charger les fautes de tous. Ne voyez-vous point encores que l'on ne s'en peut rassasier apres son trespas? Et quant il auroit esté le plus malheureux et plus reprouvé qui oncques eust esté, et l'on ne veut jamais parler d'autre chose. Comme un secretaire de M. *d'Acqs* disoit un jour à la Royne *de Navarre* et a moy, en ce lieu, touts les maux qu'il est possible de luy et de quelqu'autres, et que je luy dist devant elle et l'a juré qu'il dist la verité, si ce qu'il disoit estoit vray ou non, il nous confessa qu'il n'en estoit rien et nomma celuy qui luy avoit appris à dire telle nouvelle de luy pour luy mettre à sus chose qu'il n'avoit pas pensée, et que c'estoit pour maintenir la religion: chose que ladicte dame approuva, et qu'il se falloit defendre en toutes les sortes que l'on pouvoit, et que le mensonge estoit bon et sainct en cest endroit, comme beaucoup disent et tiennent. A quoy je ne peus faire que je ne resistasse, disant que Dieu n'est point le pere du mensonge, mais que c'est le diable, et que Dieu c'est le Dieu de verité, et que sa parolle est assés puissante pour defendre les siens sans prendre les armes du diable et de ses enfans. Toutesfois ladite dame a si bon zele et si bon jugement en beaucoup de choses que je desire m'y exempler: et comme la feue Royne de *Navarre* a esté la première princesse de ce royaume qui a favorisé l'evangile, il pourroit estre que la Royne de *Navarre* sa fille parachevera a l'y establir, et me semble qu'elle y est autant propre que princesse ny femme que je congnoisse: je luy porte amour de mere, et admire et loue les graces que Dieu luy a departis. Et pour revenir au propos cy-dessus, monsieur *Calvin*, il faut que je vous die que j'ay ouy parolles telles que je serois trop longuement à les reciter, et d'une bonne et saincte querelle de defendre les enfants de Dieu et les maintenir, on en faict quelquesfois un diabolique: et pour les envies qui ont esté entre le Roy de *Navarre*, monsieur le connestable et mon dict gendre, il faut vous desguiser la parolle de Dieu, et semble que apres qu'il a esté tué que encores qu'il n'y a que luy qui puisse offenser ceux de la religion ne qui puisse favoriser les papistes. Les corps des hommes, quant les ames en sont dehors, ne font point ces miracles, ni encores quant ils sont vivans en ce monde un homme ne peut defaire tant de gens comme on luy met à sus, mais ceux qui ont voulu entrer en particularité et qui ont voulu persuader que le Roy de *Navarre*, et apres le prince de *Condé*, estoyent le Roy David, et que David estoit leur similitude et non point celle de Jesus Christ, et qui ont laissé persuader et croire aux simples gens telle chose pour exterminer un pupille: et ceux qui ont quelques lettres, advocats ou docteurs, et autres qui ont voulu persuader les peuples à telle chose, où en sont-ils à ceste heure? Dieu ne monstre-il point sa puissance? Et s'il y a des gens au monde reprouvez, je pense que sont ceux là qui tortent la verité de Dieu qu'ils cognoissent et scavent en leurs mensonges insolentes. Monsieur *Calvin*, je suis marrie que vous ne scavés pas, comme la moitié du monde se gouverne en ce royaume, et les adulations et envies qui y regnent, et jusques à exhorter les simples famelettes dire que de leurs mains elles voudroient tuer et estrangler: ce n'est point la regle que Jesus-Christ et ses apostres nous ont baillé, et je le dis avec tout le grand regret de mon coeur, pour l'affection que je porte à la religion et à ceux qui en portent le nom, dont je ne parle pas de tous, mais d'une grande partie de ceux que je y cognois. Et quant ils voudront dire que, ce que je dis, c'est de passion que j'aye apres mon feu gendre, l'on scait bien que je ne m'en suis tant passionnée ny de luy ny de mes propres enfans: et ceux qui m'en accusent n'ont pas par adventure la preuve que j'ay faicte de les avoir laissez poursuivre le sentier et chemin que Dieu m'a enseigné et les voyages où il m'a conduicte: mais je voy qu'il y a des gens qui sont subjects de prendre les querelles et passions des autres, sans avoir esgard s'ils procedent de Dieu ou non, et tortre et tirer la Saincte Escriture à la corde de leur arc, que eux-mesmes ont ourdie et où finalement ils trebucheront, et veulent tousjours demeurer à mentir et mesdire et en faire leur gaudisserie, et vous donnent à entendre que une chose soit une autre.

Je vous prie, monsieur *Calvin*, d'en faire priere à Dieu, afin quil vous declare la verité de toutes choses, comme il vous la declarée si avant en tant d'endroicts que j'ay esperance encores que par vous il manifestera des malices occultes que je voy qui regnent aujourd'huy en ce monde, qui me faict non seulement craindre et doubter des chastimens de Dieu envers ceux de son eglise. Au reste, je n'ay jamais requis ne recherché les ministres de qui j'ay ouï tels propos de prier ny pour moy ny pour autres, et laisse tousjours en la liberté et conscience d'un chascun de faire ses prieres: et à ceux à qui je donne il sembleroit de me vouloir recompenser si je leur disois qu'ils priassent moy. Nous prions tous les uns pour les autres en la priere que nostre Seigneur nous a enseignée: toutesfois je ne laisse de prier Dieu particulierement pour ceux qui me semblent que Dieu a agreable que je prie, et particulierement pour les domestiques de la foy et ceux qui annoncent la parole de Dieu, et pour le Roy que Dieu nous a donné, et princes, sieurs et juges

de la terre, pour ce que Dieu l'a commandé, et afin que chascun mene vie paisible et vive en paix, et non point celle seulement que le monde donne, mais en celle que nostre Seigneur nous a laissée, et ne suis point de celles qui prient ne facent prier pour ceux qui ne sont plus en ce monde. Je scay bien qu'il y en a qui me disent que tous ceux qui sont contre la religion sont les pires, je l'accorde: mais je ne scay si Dieu les voudra appeller, je n'ay que faire de m'en plaindre à ceux qui n'y peuvent pourveoir. Et en moy mesmes je congnois devant Dieu qu'il y a trop de mesfais et de peschez: mais devant les creatures Dieu nous commande de rendre tesmoignage de nostre vivre et proceder, comme je suis preste à faire, s'il plaira à Dieu; et quant à ce que j'ay ouy dire que l'on met à sus aux ministres et enfans de Dieu, je ne m'en suis point teuë, mais j'en ay pris la protection plus que je n'ay faict de moy mesme, et scay qu'il y en a qui taschent à les esloigner de ce royaume. Par quoy il me semble qu'on ne doit pas bailler occasion d'accomplir les desseins de ceux qui les veulent chasser, qui m'a fait estre prolixe en ceste lettre et en quelques autres que je vous ay par cy devant escrites, que je vous ay prié de brusler, comme encore je vous prie faire de la presente, et continuer de m'escrire et mander librement ce qu'il vous semblera, que je oiray et recevray tousjours volontiers. Qui sera pour fin, priant à Dieu, monsieur *Calvin*, vous maintenir en sa saincte et digne garde.

De Montargis ce 21. Mars 1563. [11])

La bien vostre
Renée de France.

4086.

KOETERITZ AN MARBACH.

Nur keine Concession an die Calvinisten. Selbst Eberus ist verdächtig. Calvini hefftige praefatio in Ieremiam wohl zu beachten.

(Aus der von Fecht 1684 herausgegebenen Correspondenz Epp. ad Marbachios p. 166.)

S. Freundlicher lieber Herr Gevatter. Ich habe aus ewerem schreiben datirt den 19. Martii geren verleesen dasz Ihr mit ewerem scripto albereit so weit fertig, und gefält mir der Ordo gantz wohl. Wil solches mein gnädigen Herren mit erster gelegenheit unterthänig berichten. Und weil sein Fürstlich Gnaden entschlossen, Euch post ferias anhero holen zu lassen, solte nicht unrathsam seyn, Ihr hättet ewre Lucubrationes mitbracht. Alszdann werdet Ihr allerley bericht empfangen, die der feder nicht zu befehlen. Auff unser vertrauen, es offenbahret sich alhier auch ein discordia. Ihr viel wollen Libellum Eberi de Coena Domini also pro Authentico halten, dasz darauff alle kirchendiener sich wohl obligiren könten, und staercken solches mit ewerem Testimonio von ermeltem büchlein. Dagegen habe ich ein grosz bedencken, dasz Eberus in Praefatione diese schädliche opiniones nur einen miszverstand nennet, und die straffen contra Sacramentarios so hefftig improbirt. Und ihnen gleich zeugnusz gibt, als wären si in allen andern Articulen mit der Augspurgischen Confession und unserer lehr einig, da doch de praedestinatione: Item de peccato originali, de Baptismo, sie ihre sondere schädliche opiniones spargiren. Item so seynd viel Theologi quibus non satisfacit sententia Eberi de manducatione impiorum. Weil dann dieser streit an Euch auch wird gelangen, werdet Ihr darauff in zeit Euch gefast machen. Calvinus hat neulich Electori Palatino die praelectiones in Ieremiam dedicirt, und ein hefftige praefationem gestellet, die wollet lesen. Es hat mich ein guter freund berichtet, wie die Pfältzisch und Würtembergischen Theologi jeder seiths 4 praesentibus beyder Fürsten, sollen heimlich conferirt haben de negotio Sacramenti. Was da guts geschafft wird die zeit offenbahren. Gott gebe nur dasz solche sundere tractatus nicht mehr schaden denn nutzen. Und hab euch solches auff unser brüderliche vertrauen nicht können bergen. Und bin Euch zu allen angenehmen diensten allzeit wolgeneigt. Datum eilends Zweybruck, Donnerstags nach Iudica, Anno 64. [1])

Die Herren Pastores bey Euch, ewere geliebte Frau, wollet meo nomine dienstlich salutiren, und in ihr gebett mich commendiren.

Ewer williger Freund
Wolff von Köteritz.

---

11) *Comput français, d'après lequel l'année 1564 ne commença que le 2 Avril.*

4086. 1) *i. e. 23. März, Ostern fiel auf den 2. April.*

4087.

ZANCUS BEZAE.

Commendat Ulyssem Martinengum et Calvinum moribundum salutari iubet.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi p. 169.)

Qui has tibi reddet, observandissime frater, comes est *Martinengus* nomine Ulysses, [1]) vir singulari pietate praeditus, bonarum literarum atque inprimis linguarum propter sacras literas studiosissimus. Est enim illi animus operam dare theologiae ut, si aliquando vocetur ad ministerium verbi, haud prorsus ineptus et imperitus reperiatur. Venit ad nos perficiendorum suorum studiorum gratia, quod ut citius faciliusque possit consequi cupit tecum in tuis aedibus vivere. Hunc igitur tibi, doctissime *Beza*, de meliori nota commendo et rogo ita efficias ut sentiat meam commendationem alicuius fuisse apud te ponderis. Habebis comitem comem, suavem, candidum, humanum et tibi obsequentissimum. Non poenitebit te, scio, hunc optimum virum hospitio excepisse. Ego vero istius beneficii non fuero immemor.

Nunc quo in statu sint res nostrae de ipso comite intelliges. Quanto autem dolore affectus sim propter illud quod *Bullingerus* ex tuis literis ad me scripsit, D. *Calvinum* lethaliter aegrotare et optimum *Hyperium* ad Dominum migrasse, tu ipse cogita. Dominus nostri misereatur. Vale, et si adhuc vivit, quod faxit Dominus, optimum nostrum patrem *Calvinum* saluta. Clavenna 28. Martii 1564.

T. H. Zanchius. [2])

4088.

ZANCHUS BULLINGERO.

Deflet plurium summorum virorum obitum, ipsum Bullingerum superstitem cupit, saltem usque dum et Brentius ad patres migraverit.

(Ex Archivis Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Scrin. C. Epp. Tom. II. fol. 518. Inscriptio et subscriptio propria manu autoris. — Simler. Vol. 109.)

Reverendo patri ecclesiae Tigurinae D. Henrico Bullingero domino observando.

Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

Multa quidem mala nova scribis, sed duo me vehementer excruciarunt: mors doctissimi et optimi nostri *Hyperii* ac boni *Rügerii* [1]) et gravis morbus *Calvini*. Multos magnos et insignes viros intra paucos annos amisimus, *Philippum*, *Martyrem*, *Musculum*, *Hyperium*. Si *Calvinum* etiam nobis eripiat Dominus quid concludere aliud possumus quam Deum nobis esse infensum propter ingratitudinem? Iam tu unus ex veteranis superes imperatoribus. Nam quod alterum illum senem [2]) attinet, praestitisset illum iam pridem hinc migrasse, quam *ἀσεβεστάτους* in lucem edidisse *μύθους*. Nec dubito quin Dominus te sit servaturus, saltem usque ad illius obitum, ut semper habeat in hac praesenti pugna antagonistam, qui non se sinat iniuste, de expugnata scilicet veritate, triumphare. Det illi Dominus meliorem mentem. Dominus certe non deerit ecclesiae quin subinde in illa excitet fortes et pios sanosque doctores. — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Clavennae 29. Martii 1564.

Tui observantissimus
H. Zanchus.

4089.

DATHAENUS BULLINGERO.

Narrat Polonum quendam scripta nonnulla et tabulas attulisse in quibus Tigurini, Genevenses et caeteri ridentur et satis aperte orthodoxa fides impugnatur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117 c. olim Scrin. C. Epp. Tom. III. fol. 882.)

4087. 1) *N.* 3935. 3948. *Schmidt*, *in Studien* 1859, *p.* 676; *Gerdes*, *Ital. ref. p.* 290.

2) *Aug. Mainardo prid. Cal. Aug. Clavennae mortuo ecclesia missis duobus legatis Zancum Argentorato arcessivit. Qui sub finem Novembris eos sequutus m. Ianuario insequenti ministerium Clavennae auspicatus est.* (*Schmidt l. l.* 673 *ss.*)

4088. 1) *Hyperius obiit Cal. Febr., Rügerus postridie Idus Martii.* (*Ruchat* VII. 49. *Hottinger*, *helv. KG.* III. 889.)

2) *Brentius natus erat d.* 24. *Iun.* 1499. — *Pium sane et christianum desiderium. Simile aliquid dixit de Castellione mortuo ipse Bullingerus in ea ep. ad quam Zancus hic respondet. Quod Zancus silentio praeteriens nescio utrum superciliose approbasse an modeste et prudenter neglexisse dicendus sit.*

Clarissimo ornatissimoque D. Heinrico Bullingero Tigurinae ecclesiae antistiti vigilantissimo domino et praeceptori suo colendissimo.

Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Ochinus, qui te immerito et graviter interim traducit, in Poloniam proficiscitur:[1]) eo etiam erat iturus *Castellio*,[2]) sed inexspectata mors eum praevenit. Heri hic apud me fuit Sebastianus *Pecchius*,[3]) ni fallor Polonus ille tibi ut arbitror bene notus, qui nova quaedam scripta in Polonia edita mihi attulit, aliquot vero exemplaria Basileam abstulit, quae fortassis a *Borrhao* accipere poteris, nisi alioqui ea antea tibi sint missa. In iis Tigurini, Genevenses et caeteri pleno ore ridentur et Lutherani cum Zwinglianis pontificiis annumerantur, atque vero ecclesiae fundamento carere dicuntur etc. Tabulae novae exstant tres. Una habet verae et falsae ecclesiae (ut putant) imaginem. In ea verae ecclesiae fundamentum est manifestatio trium Matth. 3. falsae vero unus deus Trinus, unus deus in essentia, unus deus et tres personae, etc. Secunda tabula docet in religione extrema semper esse impia et haeretica, in medio est pietas, quae est: unus deus pater, unus dominus Iesus Christus filius Dei, unus spiritus sanctus, in quo clamamus Abba pater etc. Tertia ostendit quibus modis Satan aboleverit unum verum deum patrem Christi. Praeterea libelli cuiusdam titulus est: Turris Babel. Alius inscribitur: Carmen ad Io. *Calvinum* et pios fratres,[4]) cuius autor *Gribaldus* quidam esse putatur.[5]) Postremi titulus ita habet: Epistola[6]) Gregorii Paulli ministri Cracoviensis monitoria ad Tigurinos ministros et *Calvinum*, ubi etiam confessionem suam de Deo et Dei filio, tum de spiritu sancto edit adversus calumniatores. Ex his facile colligere potes quid meditetur Satan et quanta clades ecclesiae exspectanda sit — — — — — — — — — — — — Frankodaliae. Calend. Aprilis 1564.

tui amantissimus et studiosissimus
Petrus Dathenus.

4089. 1) *Ochinus vergente Novembre Turico pulsus primum Basileam se contulit, deinde Norimbergam et Francofurtum, postremo Cracoviam.* (*Benrath p.* 310 *ss. Trechsel* II. 268.)

2) *De tali consilio nihil ap. Trechselium et Maehlyum. Etiam Baylius et Füsslinus tacent. Verum eum in Polonia amicos habuisse, qui fortassis ei autores fuerunt ut eo concederet, patet ex iis quae adnotavimus ad N.* 4079.

3) *De Pechio iam bibliopola in Polonia cf. N.* 3217. 3245. 3249.

4) *Sandii Bibl. p.* 43. Greg. Pauli: Tabula de trinitate quam autor ipse citat in Ep. ad ministros Tigurinos et Calvinum, ubi sic inquit: Tabula mea, quam edidi sumtam ex puris fontibus verbi Dei, Arianismi accusatur: sed quam merito vos videritis *etc.* Eiusdem meminit Calvinus in Brevi admonitione ad fratres Polonos his verbis: Tabulam nuper in Polonia editam, quae Christum et Spiritum sanctum alios a Patre deos facit, non sine acerbissimo moerore inspexi. — Turris Babel. Francof. 8° (*quae ergo et ipsa Pauli opus erat*). — Carmen ad Io. Calvinum et pios fratres 8°. Quod sic incipit:

Maximus errorum, quot sunt quotque ante fuerunt,
Quot vel erunt, Calvine, tuus deprenditur error,
Qui tam praecipiti calamo describis, in uno
Tres residere deos, Patrem, Verbum et Paracletum *etc.*

5) *Imo Paulus, si Sandio fides habenda.*

6) *Quam laudat Sandius* (*not.* 4).

4090.

CALVIN A LA DUCHESSE DE FERRARE.

Explications au sujet de ses précédentes lettres. Exhortation à stimuler le zèle de la duchesse de Savoie.

(Copies Bibl. de Genève. Vol. 107, fol. 173. Vol. 115[a], fol. 25. Berne F. p. 1. — Ruchat VII. 412. Crottet, N. 68. Bonnet II. 558. — Trad. angl. IV. 360.)

Madame, je vous prieray me pardonner si je vous escris par la main de mon frere, acause de la foiblesse en laquelle ie suis et des douleurs que ie souffre de diverses maladies, deffault d'alaine, la pierre, la goutte et une ulcère aux vaines esmoroïques qui mempesche de prendre aucun exercice, auquel seroit toute lesperance dallegement. Je vous prieray aussi mexcuser si ceste lettre est courte au pris de la vostre,[1]) daultant que iattens encores les retours[2]) de Monsieur *Budé*[3]) par lequel vous me promectez faire scavoir de voz nouvelles, ioinct que ie n'ay receu nulles lettres de Monsieur de *Coulonges*, pour entendre quelle procedure il fauldra tenir pour appaiser les differens de vostre maison, et remedier pour lavenir à tout ce qui peult causer troubles et riottes, ou nourrir haines et rancunes.

Touchant les aultres propos, Madame, si mon conseil a quelque lieu envers vous, ie vous prie, nen travaillez plus vostre esprit, car quoy quil en soit les passions trop vehementes engendrent beaucoup de fascheries, et ferment la porte à la raison et verité. Mesmes iay esté esbahi, Madame, combien qu'en parlant des reprouvez, i'eusse notamment

4090. 1) *N.* 4085.

2) revenues *Bt.*

3) *Elle parlait plutôt d'un M. Toutenie.*

separe la personne de Monsieur de *Guise*, et eusse protesté que ceux qui damnent les gens à leur opinion soient trop hardis, vous avez pris le propos tout au rebours. Voila pourquoy ie me deporte de vous en dire plus ne bien ne mal. Seulement ie vous toucheray ung article, que tant sen fault que les gens de bien vous aient eu en haine ou horreur, pour estre belle mere de feu monsieur de *Guise*, qu'ils vous en ont tant plus aymee et honoree, voiant que cela ne vous destournoit point de faire droicte profession et pure de chrestienté, et non seulement de bouche, mais par effectz si notables que rien plus. Quant a moy ie vous proteste que cela m'a incite davoir voz vertus en tant plus grande admiration.

Je viens a ung aultre propoz, Madame, cest que iay entendu que Madame la duchesse de *Savoie*, vostre niepce, est en assez bon train, iusques a estre deliberee de se declairer franchement.[4]) Mais vous scavez combien il y a de destourbiers pour la reculer ou refroidir, et daultre costé elle a tousiours este assez timide, tellement quil est a craindre que ceste bonne affection ne demeure la comme pendue au croc, sinon quon la sollicite. Or, Madame, iestime quil ny a creature en ce monde qui ait plus d'authorite envers elle que vous. Pourquoy ie vous vouldroie bien prier au nom de Dieu de ne point espargner une bonne exhortation et vive, pour luy donner courage a la faire passer plus oultre: en quoy ie me tiens asseure que vous ferez tout debvoir, selon le zele que vous avez que Dieu soit honoré et servy de plus en plus.

Madame, apres mestre tres humblement recommandé a vostre bonne grace, ie supplieray le pere celeste vous avoir en sa protection, vous gouverner tousiours par son esprit et maintenir en bonne prosperité. De Geneve, ce 4 davril 1564.

4) Marguerite de France, soeur de Henri II., épouse d'Emmanuel-Philibert duc de Savoie. Douée du caractère le plus aimable et le plus généreux, cette princesse inclinait en secret vers la réforme. Elle mourut en 1574, laissant une mémoire vénérée dans les Eglises des vallées du Piémont dont elle plaida plusieurs fois la cause auprès d'Emmanuel-Philibert. Voir à ce sujet deux lettres de cette princesse aux seigneurs de Genève, écrites au mois de juin 1560. Arch. de Geneve, nº 1680. (*Bonnet*.)

4091.

BEZA BULLINGERO.

Varia nova de Calvino aegrotante, de tumultibus per Galliam ortis, de morte Castellionis, de bello Mombelgardico etc.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 154.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

S. Mi pater, rarius scribo quam velim, quod tabellarii sese non offerant. Is est rerum nostrarum status qui ante fuit, quamvis crescant magis ac magis hostium minae. Putarunt commodissimam hanc esse purgandi sui rationem, si in nos regererent quod ipsos satis constat in nos esse molitos. Clamitant ergo nos conatos fuisse aliquot eorum arces per insidias occupare. Nempe quia sic feroces sumus, et ita instructi pecunia et milite, ut priores velimus illos lacessere, et ultro, nullo etiam viris praetextu, iniuria illata bellum accersere, quasi denique, si quid tale nobis in mentem venisset, ita insaniremus ut in media hostili ditione occupare vellemus quae neque nos iuvare possent in bello, neque a nobis ullo modo defendi. Incredibilem ergo istorum impudentiam esse oportet, quos non pudet tam absurda comminisci, et laus sit Deo nostro qui illos cogat ad tam turpia consilia descendere, quorum procul dubio infamia in ipsorum caput redundabit. Nos interea pergimus in nostro mediocri statu, et pergemus quamdiu Dominus volet, nulli hominum esse molesti et gratificari omnibus pro virili studentes.

Calvinus noster, quod unum nos vehementer torquet, perpetuis morbis cruciatur,[1]) et quamvis interdum videatur nonnihil respirare, tamen ita affligitur ut multo minus laetae spei habeamus quam velimus. Ego quoque abhinc aliquot dies coepi asthmate laborare, nec sum levatus sanguinis missione. Sed tamen bene spero et prae illius cruciatibus meos dolores pro nihilo duco.

In Gallia papistae, qui putabant ad *Cardinalis* adventum ecclesiam Dei statim ruituram, coeperunt multis locis tumultuari. Rhotomagi inprimis caedes primum ab illis facta, deinde a quibusdam ex nostris vim illorum repellentibus repetita.[2]) Imposi-

4091. 1) *vide sequentem.*

2) *Languet d. d.* 17. *Mart. p.* 288: Rothomagi quum ante octiduum nostri redirent a concione quae habita fuerat in arce cuiusdam nobilis quae abest ab urbe tribus miliaribus, pontificii voluerunt eos ab urbe excludere, eo quod (ut ali-

tum est urbi equitum praesidium, qui utinam ita se gerant ut solos malos castigent.

Cardinalis ille alius *Granvella*, sibi in inferioribus regionibus metuens, Bisantium iam advenit. Hispanus Gallo rescripsit quod fecisset legatus ipsius Lutetiae, regem ad concilium approbandum veluti belli denunciatione cogere volens, iniussu suo fecisse. Addidit, ne se quidem paratum subscribere,[3]) et regi suadere ut edictum illud de pace inviolabiliter observet. Haec heri ex quodam amico Lugdunensi, magnae autoritatis homine, ut certissima accepimus. Rex proxima hebdomade profecturus est Trecis, celebri Campaniae urbe. Inde venturus est Barrum in Galliae et Lotharingiae finibus, sororem visurus. Inde traiecta Burgundia Lugdunum venire constituit. Provinciales tandem mitiores facti nostros admiserunt, et nunc ibi quoque constituuntur ecclesiae. Apud Occitanos nondum coercita *Danvillaei* rabies.[4]) Sed procul dubio regis adventus haec quoque, ut speramus, componet. Denique omnia ostendunt fractos esse adversariorum conatus, quod ad Tridentinum concilium attinet: qui si novum consilium inierint spero etiam fore ut dissipetur.

Recte factum est quod moniti sunt de Augustana confessione boni illi principes. Nam hoc quidem magis metui quam Tridentinos crepitus. Quanquam, quod ad Galliam attinet, non dubito quin operam omnem ludant Ubiquitarii, quidquid tandem moliantur.

Dolae factum est senatus consultum pro D. *a Ria* [5]) contra *Mompelgardensem* comitem, super castro quod Hericourt vocant. Hinc illa utrinque militum collectio, quae utinam non praebeat maiorum turbarum occasionem. Noster vicinus sex peditum signa apud Bressanos nobis vicinos populos suae ditionis collegit. Eo ipse venturus dicitur, ut regem futurum suum compatrem in transitu salutet. Dominus suos confirmet et omnia mala consilia infringat. Sed de his hactenus.

Ex septem studiosis quos nobis commendaras tres tantum huc venerunt. Caeteros audimus Basileae substitisse, ubi saltem hoc commodi consequentur quod *Castellionem* non invenient. Pecuniam ad me nullam attulerunt, nec ego ab eis poposci. Tu scribes quod factum voles. Faciemus enim officium, et hoc tibi caeterisque collegis persuasum esse cupimus, eos qui istinc venient nobis non minori curae quam nostros ipsorum cives fore. Caeterum duo illi qui nunc ad vos veniunt pie et honeste vixerunt apud nos, quod etiam speramus vos re ipsa comperturos. Superioribus mensibus, quum *Hertherus* alter eorum ad me venisset et significasset se, quod certos quosdam libros emisset, pecunia egere, numeravi illi quinque coronatos quos pistoletos vocant. Eos nondum mihi reddere potuit, quod tibi volui significatum, ipsius etiam *Hertheri* voluntate.

Fratres omnes te caeterosque collegas mecum salutant. Rogo autem ut haec quae ad te de rebus Gallicis scribo cum D. *Blaurero* imprimis communices atque etiam cum D. *Gualtero* nostro, ad quem mitto literas quas abhinc quindecim dies a P. *Moio* ex Picardia accepi. Scripsissem et ego ad eum libenter nisi plane iam essem scribendo confectus. Sed brevi, favente Deo, quidquid hoc est iacturae cum foenore resarciam. Mi pater, rogo Dominum Iesum ut vos omnes teque inprimis conservet et sanctis vestris laboribus magis ac magis benedicat. Genevae 5. Aprilis.

Tuus Beza.

---

bant) alius locus esset audiendis concionibus designatus. Orta ob eam rem rixa fuerunt aliquot utrinque vulnerati et duo interfecti, unus pontificius alter ex nostris. Audito tumultu D. de Carruges praefectus urbis accurrit cum satellitibus et tres aut quatuor ex pontificiis rixae autoribus interfecit: in reliquos diligenter inquiritur.

3) *Languet* p. 293. *Soldan* II. 195 *ss.* *Gallum non subscripsisse constat.*

4) *Languet l. l. p.* 289: Danvilla filius Connestabilis praefectus provinciae Languedoc, se paulo inclementius gessit erga eos qui sunt nostrae religionis et eo est progressus ut concionatorem suspenderit. Multi fremunt et hoc ferunt indignissime nec scio quorsum res sit evasura. Audivi tamen, concionatorem praebuisse ei iustam causam indignationis nec voluisse ei iusta praecipienti obtemperare: quod an sit verum ignoro .... Sunt nonnulli ex nostris ministris quos cuperem non solum testimoniis scripturae sed etiam tota vita et praecipue modestia probare veram esse eam religionem quam profitentur.

5) *Claud. Franc. de Rye a.* 1561 *impetu ex improviso facto potitus erat oppido Hericourt, quod postea praefectus Mombelgardensis Von Hoeven vi expugnavit. Ab eo tempore comitatui adiunctum mansit et sacra sunt reformata.* (*Sattler, Gesch. v. Württ.* IV. 160 *et Beyl. p.* 167; *Duvernoy, Ephém. p.* 91. 281.)

4092.

CALVINUS BULLINGERO.

De tristi sua valetudine morbique cruciatibus questus nonnulla adiicit de itinere Regis Galliae eiusque causis.

(Ex Cod. Genev. 107a, fol. 289 unde sumpserunt Turretinus Cod. 108, fol. 138 et librarius Bernensis Epp. VI. p. 1156 quem sequutus est Simlerus Vol. 109.)

S. Diuturni silentii veniam non peto, observande frater, quia per alios tibi innotuit quam iusta

fuerit cessandi excusatio, quae hodie quoque magna ex parte durat. Quanquam enim sedatus est lateris dolor, sic tamen flegmatibus obruti sunt pulmones ut difficilis et concisa sit respiratio.[1]) Calculus iam duodecim dies vesicam occupat, estque valde infestus. Accedit anxia dubitatio, quia nullis medicamentis hactenus abigi potuit. Optimum compendium esset equitatio: sed ulcus in venis hemorrhoicis sedentem quoque et in lecto iacentem acerbe cruciat, tantum abest ut equi agitatio mihi sit tolerabilis. Podagra quoque hoc triduo molesta mihi fuit. Non miraberis itaque si tot dolores me ignavum reddant. Ad cibum sumendum aegre compellor. Vini sapor amarus. Sed dum volo officio perfungi nihil aliud quam taedii materiam tibi adfero.

De rebus gallicis *Beza* scripturum se recepit:[2]) ideo supersedeo ne actum agam. Unum duntaxat mysterium attingam. Audisti pridem Regem proficisci in Lotharingiam.[3]) Causa etiam ipsis aulicis occulta fuit: quae nuper ab eo qui ultro citroque mandata pertulit mihi fuit patefacta. Legatus Regis qui est apud Imperatorem,[4]) qui aliquando apud vos fuit quum esset Abbas S. Laurentii, spes amplas et magnificas ostentat Reginae matri a rege *Maximiliano*: verum interea stipulatur ne quid Regina prae se ferat se sperare. Itaque non dubito quin se Cardinali *Lotharingo* venditet. Postquam enim deiectus est aliis consiliis, unicam hanc rationem sibi superesse existimat, si tempus extrahat eiusmodi ambagibus. Non alia mihi videtur in hac profectione fraus latere, vel proditio, nisi ut Reginam matrem vana spe lactet, ac se insinuet ad suscipienda quae nunquam expediet negotia. Abuti enim *Boschetellum* regis *Maximiliani* nomine satis liquet, quod pueriliter admonet Reginam matrem ut omnia prorsus dissimulet ac supprimat.

Iam tussis et difficultas anhelitus vocem mihi abrumpunt. Vale igitur, venerande frater, una cum D. *Gualthero* et reliquis collegis totaque familia. Dominus vos omnes incolumes tueatur suisque beneficiis magis ac magis locupletet virtuteque sustineat. De urbis nostrae statu scribendo nolo operam perdere. Genevae 6. Aprilis 1564.

Ioannes Calvinus tuus.

4092. 1) *Vide quae ex Vita a Beza conscripta ad N.* 4077 *excerpsimus. Pergit ille l. l.:* Secunda die Aprilis qui dies erat Paschae, quamvis prostratis viribus tamen sellula in templum delatus toti concioni interfuit, coenam Domini ex mea manu accepit, eoque vultu hymnum cum aliis quanquam tremula voce cecinit, ut non obscura laetitiae signa in moribundi vultu elucerent.

2) *Vide praecedentem.*

3) *Languet d. d.* 17. *Mart. Epp.* II. 288: Regina tandem exsequitur institutum suum visendae filiae in Lotharingia. Nam die Lunae proxima tota aula discessit ex arce Fontainebleau, Sens versus, inde per Troyes et Chaalons petitura Lotharingiam. Celebraturi sunt, ut audio, festum resurrectionis Catalauni, quod distat unius diei itinere ab oppido Bar-le-Duc in quo excipientur a duce Lotharingiae. Ex eo loco constituerunt proficisci Lugdunum per Burgundiam, et inde Narbonensem Galliam invisere. *Cf. Soldan* II. 199.

4) *Bern. Bochetel episc. Rhedonensis, qui Elisabetham Maximiliani II. filiam Carolo IX. desponsandam curare iussus fuerat. Quod tamen demum a.* 1570 *factum est.*

4093.

GALLASIUS CALVINO.

De eius vita anxius beatam quidem quietem doloribus erepto apprecatur, verum ecclesiae vel multa patientem necessarium putat. Salvere eum iubet nomine Anglorum quorundam et suum Ioannem, Calvini ex baptismo filium, commendat.

(Ex autographo Cod. Vratisl. III. B. fol. 59.)

A Monsieur Monsieur Despeville.

S. Utinam tam laetum de salute tua nuncium audiam, mi pater, quam tristem antehac de adversa valetudine accepi. Nostra enim et totius ecclesiae interest, quoquo modo valeas, tibi vitam produci. Nos enim semper et consilio iuvas et exemplo, et te vivo minus audent adversarii nostri. Optabilius quidem esset, si varios morbos, dolores atque angores spectemus, te hinc eripi, ut beata quiete et vita fruereris. Sed quum non frustra te vivere velit Dominus, atque in mediis languoribus tuis fructum nobis ostendat huius beneficii, est quod ei gratias agamus atque optemus ut diu te nobis servare velit. Tibi vero non exigua consolationis materia est quod etiam spirando nos iuves et Domini gregi universo prosis.

Nuper accepi ab episcopo *Londinensi*:[1]) literas quibus iubet ut te eius nomine quam officiosissime salutem, ac significat sibi nihil aliud fuisse molestum in literis tuis quam quod iis intelligeret te cum tam variis et gravibus morbis conflictari. Idem a me petit D. Robertus *Bemontius*, praefectus collegii Trinitatis, ubi educatur filius meus, qui testatur nihil sibi tam grave esse quam memoriam contentionum cum *Knoxo* et *Godemano*, quibus gravis tibi aliquando molestia exhibita est, ac veniam petit, pollicens se in eam sententiam aliquid literarum ad te daturum, et ingenue culpam agnoscit. Filiolus

4093. 1) *Edm. Grindallo.*

tuus *Ioannes*,[2]) de quo angebar quia diu nihil de ipso audieram, valet et progressus aliquos facit in literis. Rogant episcopus et praefectus ille ne revocem adhuc ipsum ex Anglia. Amatur a condiscipulis et praeceptoribus, qui ideo non libenter ipsum dimittent. Ideo vero potissimum retineri scripsit ad me *Cognatus* noster[3]) quod aliis exemplo sit et tanquam stimulo eo praeceptores utantur. Publice enim disseruit saepius et orationes habuit. Utinam haec in gloriam Dei spectent et quem opto fructum ecclesiae aliquando producant. Bene vale, mi pater, cum omnibus symmystis. Dominus integram tibi valetudinem reddat, piorumque preces et gemitus exaudiat. Aureliae[4]) 6. Apr. 1564.

Desiderium tui et urbis bonum hunc virum iam pridem tibi notissimum tuique studiosissimum pie et sancte inter nos versatum hinc abducit, ut ex vestra consuetudine et ecclesiae illius statu et exemplo fructum colligat.

Tui observantissimus
N. Gallasius.

4094.

BIRGANNUS[1]) CALVINO.

Discipulus nuper ut videtur e schola dimissus, nunc minister verbi in Britannia gallica, fidei et observantiae testimonium edit.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 131.)

A Monsieur et pere Monsieur Calvin.

Patri suo D. Calvino salutem precatur aeternam Philippus Birgannus Brito.

Quoniam omnem quam in coelestibus et divinis rebus hactenus sum assequutus cognitionem tibi (sicut et D. *Bezae*,) iure et meritissimo tanquam Iehovae instrumento acceptum ferre debeo, mi pater, hoc et id perbreve epistolium, non longo tempore exaratum, tibi fratris mei ministerio mittendum curavi, ut sit beneficii a te accepti instar signi recordationis et verae gratiarum actionis. Certe tu mihi non solum scriptis sed et viva voce (quae quidem operante intrinsecus spiritu magis afficit) adiumento et consolationi fuisti, ne in desperationem variis afflictionibus spiritualibus exercitatus inciderem, quum evangelio Domini nostri Iesu Christi praedicando aliquando diceres, illum nunquam peccasse in spiritum sanctum, qui vera cordis compunctione, verae poenitentiae capite et principio, vel duceretur tangereturve. Tunc, mihi crede, vel maxime tentabar a diabolo, qui me perditum ut alios Dei, cum reprobis, electos volebat: quamvis infirmitate potius quam malitia in id ......[2]) genus incidissem, qui volueram prima fronte atque inconsiderate, non rite perspectis quae a te traduntur Institutionis libro 3° cap. 24. sect. 4. in aeternum Dei consilium Satana duce ingredi et caeco impetu penetrare, ut meae electionis certitudinem adipiscerer. Sed in tali tentatione statim poenituit me spiritu adoptionis facti. Nondum tamen quiescebat נפשי. At quum talia a te mense Iulio, ni fallor, anno mill. quing. sexagesimo secundo audissem, coepit consolatione vera eaque supernaturali elevari anima mea, ac deinceps (quae antea illud Davidis: Misererive oblitus est? Psalm. 77, 10, saepius referret) contra Satanae insidias et irretientia vincula gloriari. Ille mihi dicebat: Quia praepostere et perperam aeternum Dei decretum (quamvis fuisset illius mali autor) scrutatus es, non regula scripturae sacrae contentus, in spiritum sanctum peccasti. Ego misere afflictus (experientia edoctus Iehovae consilium esse profundam abyssum) dicebam id non esse peccatum in spiritum sanctum, quandoquidem id ignorantis potius et infirmati, digna tamen mercede recepta, quam certa malitia (ac si spernerem aeternam Dei veritatem scriptis mandatam) fuisset a me factum. Itaque victus est tandem eo tempore et semper postea divina voluntate הסמן.[3]) Quamvis consolationum a te acceptarum infinitus sit numerus, hanc tamen prae caeteris mihi utilem tunc temporis memoriae mandandam curavi. Scio, ut vere etiam postea sum expertus, horrendum esse incidere in manus Dei viventis. Multi suo iudicio illa metientes (qui tibi fortassis referre potuerunt) dicebant me chartis invigilando id doloris comparasse et nimio studio cerebro me debilitatum esse. Ego vero Dei gratia aliter sentiebam et nunc quoque sentio. Servavit me hoc

---

2) *Nomen occurrit Jo. Gallasii Genevensis in Livre du Recteur* p. 2.
3) *Gallasii successor apud Londinenses.*
4) *ubi appulerat pridie Cal. Dec.*
4094. 1) *Vir alias ignotus, minister in Hennebon, dioeceseos Venetorum (Vannes, Morbihan). Nomen eius neque ap. Le noir de Crevain, Hist. eccl. de Bretagne éd. Vaurigaud, neque ap. Vaurigaud, Hist. des égl. réf. de Br. occurrit.*

2) *quinque literae hebraicae lectu difficillimae, quarum tres posteriores fortasse* מסה *referunt.*
3) *sic.*

modo Iehova. Maxime etiam in tali tentationis gurgite tuis in sententiam septimi Cap. ad Rom. (non quod volo facio bonum etc.) et sexti capitis ad Hebraeos (nam fieri nequit ut qui semel illuminati fuerint etc.) commentariis sum delectatus. Si vellem omnia consolationum genera tuo ministerio divinitus cordi meo obsignata referre, in immensum cresceret epistolium. Itaque hoc uno scilicet genere in medium adducto modo contentus pro omnibus tuis in me collatis beneficiis ex animo gratias ago. Sim tibi (quod profecto absque hypocrisi spero) perpetuo filius. Sim, inquam, obsecro. Et si qua in re lapsus sum (ut vere indies labor) infirmitati meae tribuendum velim.

Scribit tibi, ut ab eo accepi, huiusce Britanniae Armoricae vir quidam nobilis et clarus D. *du Pontcaller* nomine, qui iam pridem est vera Dei cognitione donatus: hoc unum habet quod iam aetate provectus non adesse potest concionibus sicuti vellemus. Correctionibus ecclesiasticis Dei gratia se vere subiicit. Quoniam te summo honore, et merito, prosequitur, stimula illum quaeso tuis scriptis, si rescripseris, ut hoc modo currenti calcar addas. Florent utcunque, imo Dei beneficio belle Domini nostri Christi aeterni ecclesiae in Britannia nostra hac Armorica. At multae sunt pastoribus destitutae. Frater meus praesens nuncius, *ὁ πρεσβύτερος τῆς ἐκκλησίας* Nazarianae,[4]) Genevam proficiscitur, ut si quo modo fieri potest aliquos vobis mediantibus vocatos secum adducat ministros. Me tibi in perpetuum obsequentissimum filium consecro. Digneris igitur me filii nomine.

[5]) ארוני והאב תהי רוח יהוה עם רוחך לעולמי עד
לכבוד שמו ולהשועתך אמן:

Datum Henebondi sexto Idus Aprilis anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto.

Observande pater, scriptis te parcere nostris
Opto,[6]) Gallorum gloria prima. Vale.

Tuum filium quoad vixerit tibi
obsequentissimum
Philippum Birgannum Britonem. [7])

---

4) St. Nazaire.

5) Domine mi et pater sit spiritus Domini cum tuo spiritu in saecula saeculorum in gloriam nominis sui et ad tuam salutem. Amen.

6) *in margine adscripsit:* Vel oro.

7) *Subscriptionem in accusativo positam referas ad ultimam phrasin textus.*

4095.

BEZA BULLINGERO.

Calvini morbus. Brissaci mors. Sabaudi pessimus in Genevenses animus. Brentii infamis libellus. Pellissariorum negotium deploratum.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 149.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando et Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

S. Scripsi ad te paucis abhinc diebus, et *Calvinus* quoque noster, qui nunc rursus cum acerbissimis doloribus, si unquam alias, luctatur. Ab eo tempore haec tantum accepimus, *Brissacum* illum, unum ex quatuor Galliae Marescalcis et Normandiae praefectum,[1]) Dei gratia Lutetiae ex morbo interiisse. Dei gratia inquam, quoniam fuit homo impurissimus et infensissimus veritatis hostis. Quis autem sit ei successurus adhuc ignoratur, nisi quod probabile est *τὴν αὐτοκράτορα* aliquem non multo meliorem delecturam. Additur convenisse de pacis conditionibus inter Gallum et Anglum,[2]) quod utinam verum sit. Heri hac transiit quidam una cum ordinario illo regis apud nos legato, qui de communi foedere cum tota nostra gente ineundo serio agant. Quid autem de ipso legato mihi videatur iam antea ad te scripsi. Gaudeo illi adiunctum comitem et religiosiorem, ut audio (nam alioqui hominem non novi), et prudentiorem. Quid impedire possit quominus et ipsi foedus ineatis videre non possum. Imo nulla videtur melior ratio Gallicas ecclesias ac nostram praesertim confirmandi, quae alioqui, quantum possum coniicere, in extremum periculum est adducta, quum plerique non dubitent quin brevi, restituta *Sabaudo* ditione,[3]) ab eo

---

4095. 1) *Charles de Cossé de Brissac, quem Thuanus* III. 429 *celeberrimis Galliae ducibus militaribus adnumerat, obiit prid. Cal. Ian. anno aet.* 56. *Cf. Languet p.* 293.

2) *Pax sancita est a. d. III. Id. Apr. in oppido Tricassium* (*Troyes*). *Languet p.* 292: Pax tandem facta cum Anglis. Solvuntur eis ut audio 120,000 coronatorum quae dederant mutuo Amiralio, ita tamen ut reddant obsides quos ob promissam Caleti restitutionem apud se habent. Controversia de Caleto manet indecisa. *Cf. Mém. de Castelnau éd. Le Laboureur* I. 161 *ss.*

3) *Languet p.* 294: Agitur adhuc de transigendis controversiis inter Sabaudum et Bernates, et putantur Bernates reddituri Sabaudo ea quae possident ad lacum Lemannum. Id admodum metuunt Genevenses. Nam eis esset grave habere tam potentem vicinum qui dicat se aliquid iuris in eorum urbem habere, quum praesertim nemo ignoret quam sint enim omnibus iis principibus qui pontificiae religioni sunt addicti.

circumclusi teneamur, quem satis constat non modo sua sponte ad nostri perniciem totum ferri, sed etiam a pontifice et tota illa factione propositis quibusdam praemiis ad nos penitus perdendos sollicitari. Promittet nimirum multa, sed quis rem praestabit? Video igitur figendam esse nobis anchoram in coelo, ubi regnat Deus ille noster qui certe nos servabit etiamsi ab omnibus deseramur. Rogo igitur ut, si unquam alias, nunc sitis ut de aris et focis nostris solliciti.

Caeterum his diebus legi *Brentii* responsum,[4]) id est, horrendum infamiae exemplum. Respondebo et ego fortassis aliquid, ecclesiarum Gallicarum nomine, si modo potuerim Gallicum Catechismum illius nancisci. Velim enim hanc occasionem captare et ipsi principi *Christophoro* librum dicare, quanquam tuum iudicium exspectabo priusquam quidquam aggrediar.[5]) *Martyris* nostri Dialogi[6]) unicum exemplar, quod in Gallia habebam, cum aliis multis meis sarcinis amisi. Cuperem igitur mihi istic emi, quoniam nullo pretio potui hic nancisci, ut sunt nostri bibliopolae in bonis emendis libris plus aequo negligentes.

D. consulem Curiensem,[7]) quem mihi commendaras videre non potuit *Calvinus* noster, ne in reditu quidem. Ego illum libenter invisi et salutavi. In causa vero *Pelisariorum*[8]) accidit quod illis transeuntibus praedixeram, eorum videlicet legationem in tempus incidisse longe incommodissimum, absentibus ex aula omnibus fere nostris, adeo ut eos nulla commendatione iuvare potuerim, quamvis alioqui libentissime et tui et illorum causa id fuerim facturus.

Bene vale, mi pater, et hanc ecclesiam multis modis afflictam iuva quatenus poteris, et Domino sollicite commenda. Fratres et collegae omnes te salutant. Cupio et ego omnes qui istic sunt fratres et symmystas plurimum ex me salutari. Dominus Iesus te et illos omnes servet et sanctis vestris laboribus benedicat. Genevae xi Aprilis.

Tuus Beza.

Accedit ad alia eorum incommoda quod Calvinus ita iam aegrotet ut vix sit spes eum convaliturum. Eius sane autoritas et ingenium ipsis hactenus multum profuit, plurimos amicos eis conciliavit. *Ad prid. Cal. Maias indictus erat conventus inter Sabaudum et Bernates Neoduni.* (*Ruchat* VII. 52.)

4) Recognitio doctrinae de vera maiestate Christi 1564. *Fuit hoc ultimum Brentii scriptum contra Bullingerum in quo eatenus se abripi passus est ut diceret Satanam Calvinismi ope paganismum Talmudismum et Muhamedismum in ecclesiam introducere velle.* (*Hartm. et Iaeger.* II. 388.)

5) *Anno demum 1565 contra Brentium scripsit.*

6) Dialogus de utraque Christi natura, quomodo coeant in unam Christi personam inseparabilem, ut interim non amittant suas proprietates, ideoque humanam Christi naturam propter personalem unionem non esse ubique. Tur. 1561 et 1563. (*Schmidt, Verm.* 238.)

7) *Herculem a Salis.*

8) *N.* 4083.

4096.

SULZERUS BULLINGERO.

Balduinus apostata. Ribittus mortuus. Calvinus graviter aegrotans. Ecclesia Domino commendanda.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 155, olim Epp. Tom. 33, fol. 483. — Simler. Vol. 109.)

Viro praestantissimo doctrina et pietate D. Heinricho Bullingero ecclesiae Tigurinae antistiti vigilantissimo, domino et symmystae colendissimo et carissimo suo.

— — — — — — — — — — — — — — — — —

— Quum haec scriberem, accipio ex literis ad *Castellionem* defunctum scriptis a Belga quodam, *Balduinum*[1]) ab evangelii professione prorsus defecisse, transitu ad hostes usque adeo facto, vix ut redire unquam possit, idque cum ingenti scandalo, iis maxime in locis, ubi multi infirmi et sectae perniciosae. Sed hoc nec novum, nec inusitatum. Servabit Dominus suos. Simul ex amici literis accepi D. *Ribittum* insignem eruditione et pietate virum professorem Aurelianensem obdormivisse in Domino,[2]) *Calvinum* item graviter aegrotare. Orandus est Dominus ut respiciat ecclesiam suam. — — — — — — — —
Basileae 12. Aprilis anno 1564.

T. Sulcerus.

4097.

BEAULIEU A CALVIN.

Recommandation d'un étudiant envoyé à Genève. Quelques données sur l'état de l'église dans les environs.

4096. 1) *N.* 4069.

2) *De eius fatis posteaquam Lausanna discesserat neque Ruchat* IV. 436, *neque Haagius* VIII. 430 *aliquid tradunt.*

(Autographe de la bibliothèque de Genève Vol. 109, fol. 183.)

A Monsieur Monsieur despeville.

Monsieur je ne vous feray longue letre pource que je ne doubte point que ne sachiez bien toutes noz affaires de par deca joinct que j'ay entendu que Mr. *dEsternay* escrit toutes nouvelles a Mr. *de la Fleche* lequel je massure bien vous en fera part. Ce porteur est depuis peu de temps venu en nos maisons icy ou il est congneu de longue main pour lestant* quantrefoys il a faict et lequel il a change quatre ans y a, dieu vueille que ce soyt a bon escient. Mondit Sr. pour lenvye quil a de le voyr quelque jour servir a dieu a desire quil feust ouy de nostre compagnie, ce quil a este: maintenant il lenvoye a ses despens par dela ou il espere seullement estre quatre ou six moys. Il a assez de hardiesse mais je doubte si en si peu de temps il pourra beaucoup advancer attendu quayant delaisse sa premiere condition il na depuis nullement vacque aux lettres mais na fait que courrir dun coste et dautre. Ce que nous avons asses faict entendre a mondit Sr. et que nous ne scavons comment il sest gouverne durant les quatre ans passez. Toutesfoys la bonne esperance quil a de luy et la fiance aussi quil a en Mr. *de la Fleche* et autres ses bons amys, qui auront loeil sur le personnage et ladresseront en quelque compagnie d'autres escoliers qui sont desia cognus, le faict demeurer ferme en son propos. Je vous ay bien voulu escrire ces choses, vous suppliant que prenant tout en bonne part jl vous plaise vueillier* pour nous en cest afaire.

Quant a nostre frere *Molin*, il prend courage, dieu mercy, encores quil ayt este traitte assez rudement par un des nostres, lequel est a present a Sedane. Dieu par sa grace vueille benir ses labeurs et les nostres. Au reste nous avons beaucoup de besongne et peu douvriers, beaucoup de fortz ennemys et peu de vrays amys. A cause de quoy nous avons grand besoin destre aydez de vos bonnes prieres dont je vous supplie humblement. Vous recommandant aussi nostre frere et amy *Lescuyer*. Nous sommes si peu en ces quartiers que nous navons moyen davoir aucune conferance. Toutesfoys jespere partir lundy prochain pour aller trouver Mr. *d'Aguin* a Sainte Marie distant de ce lieu de dix lieues. Or en cest endroict vous ayant presente les humbles recommandations de moy et de ma femme aux bonnes graces et sainctes prieres de vous et de vostre compagnie je supplieray le createur, Monsieur, vous maintenir tous en sa saincte protection. De La Mothe pres nogeant sur Seine ce 14. en Apvril 1564.

Vostre humble serviteur et frere
Jehan de Beaulieu.

Hic dicit: On ignore l'année de sa mort. *Aureliam eum se contulisse testis est Ep. N.* 3882.

4098.

BEZA BULLINGERO.

Gallia et anarchia et gynaecocratia in ruinam trahitur. Regis iter proxime instans describitur. Calvini valetudo deplorata extrema quaeque praesagire iubet.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 166.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

S. Noster iste *Martyris* nuper nostri sororius tibi exponet *Amiralii* nostri statum et quae sit Galliae facies: quamvis nullus hodie homo sit qui satis bene possit hoc explicare. Quot enim illic sunt non urbes tantum sed etiam vici et arces et domus, tot paene sunt diversae species. Nec enim potest Satan ex suo castello sine insigni tumultu deturbari, et in illis regionibus, prout locorum gubernatores vel domini in hanc vel illam partem propendent, necesse est quoque ecclesias diversam conditionem experiri, quoniam Galliae status nunc compositus est partim ex *ἀναρχίᾳ*, partim ex *γυναικοκρατίᾳ*. Utinam det nobis Dominus placide in gremio providentiae ipsius quiescere et singulos eventus exspectare.

Iam oportet *Regem* non procul esse Barro,[1]) ultra quod oppidum existimatur non esse progressurus. Inde per Burgundiam venturus est Lugdunum circiter extremum Maium. Eo quoque ventura est *Navarrae* regina, cuius praesentiam nostris commodissimam fore confido.[2]) Ibi quoque affutu-

---

4098. 1) *Rex usque ad* 16. *Aprilis Augustobonae* (*Troyes*) *commoratus postea Barrum* (*Bar-le-Duc*) *concessit ubi Nonis Maiis neptis eius baptisata est.* (*Bruslart* I. 141.) Le 9. May le Roy partit de Bar-le-Duc pour s'en aller à Langres et de Langres à Dijon et à Lyon (*ibid.*).

2) Pource que le Roy feit crier que ceux de Mascon qui sont la pluspart Huguenots deussent assister à la procession de l'octave de Corpus Domini, et faire tendre ou mettre

rum aiunt *Sabaudum* cum uxore,[3]) cuius filium iam circiter tertium annum ingressum Rex sit ad baptismum oblaturus. Nec dubito quin hanc occasionem ipse libenter ad vicinos nostros perterrefaciendos captarit. Sed vincet Dominus in quo speramus. Audivimus mira et plane portentosa ab ipsius legatis passim spargi, quae ut spero vel sponte evanescent.

Caeterum quod ad *Calvini* nostri valetudinem attinet, accepisti nuper eius literas, quae multum vereor ut sint postremae. Crescit enim magis ac magis calculi cruciatus cum aliis variis et contrariis doloribus coniunctus. Corpusculum autem ita est penitus exhaustum ut nullius etiam remedii sit capax. Hinc potes satis intelligere, mi pater, quo in moerore omnes hic versemur, quum praesertim nullum gravius vulnus accipere posse videamur, quam si in media tempestate, eaque gravissima, cogatur haec navicula tali tantoque gubernatore destituta fluctuare. Neque vero dubitamus quin huius doloris sitis et vos istic participes pro mutua nostra caritate et privata etiam vestra in illum benevolentia. Adsit igitur nobis Dominus, et si iam constituit fidelem suum servum ad se revocare, nos tamen non deserat, sed potius reficiat et soletur, tantisper dum et nos peracto cursu in quietem illam sempiternam colligamur.

Caeterum idem hic noster, qui tibi has literas reddidit, quum istuc se proficisci ob eam etiam causam diceret ut, quoniam ecclesia Italica nullum istic pastorem habet nec videtur etiam habitura, sororem suam huc reducat, rogavit D. *Calvinum* et me ut aliquid ad te de ea scriberemus, quoniam veretur ne non satis facile id possit a filiolae *Martyris*[4]) nostri tutoribus impetrari. Nos vero id tantum a vobis ipsius rogatu petimus, ut re considerata et quod sine pupillae fraude fiat, quod aequum esse videbitur, a vobis sinatis impetrari.

Bene vale, mi pater, cum symmystis omnibus, quorum rursus precibus cupimus hanc ecclesiam ardentius quam unquam antea commendari. Dominus Iesus vicissim vos servet et sanctis vestris laboribus magis ac magis benedicat. Iterum vale. Genevae 15 Aprilis.

Tuus Beza.

ramée devant leurs maisons, Mad. de Vandosme (*Jeanne d'Albret*) qu'est maintenant en court en feit plaincte à la Royne, luy remonstrant que c'estoit contrevenir à l'Edict de pacification et que l'on ne devoit forcer personne de sa conscience. A l'arrivée de ladicte dame à Mascon elle dit aux Huguenots que pendant sa demeure ils pourroient aller à la presche en sa maison, car elle avoit huict bons ministres. Mais le Roy luy envoya defendre de plus le faire .... combien ie pense qu'elle ne laisse pas de le faire secretement. Incontinent qu'elle fut arrivée à Lyon, que fut avant l'arrivée du Roy, elle alla au presche en leur temple qu'ils font edifier sur les Fosses en ung lieu dit les Terraulx *etc.* (*Ant. Sarron secrétaire de Chantonnay, Lyon* 16. *Juin. Mém. de Condé* II. 201.)

3) Mr. le duc de Savoye et Mad. sa femme seront icy (*à Lyon*) dans trois iours avecq grande et belle compaignie. (*Mém. de Condé* II. 204.)

4) *Vermilius orbus mortuus erat, sed nata est ei filia posthuma Maria, pridie Nonas Martias* 1563. (*Schmidt.* 290 *not.*)

4099.

GALLASIUS CALVINO.

Tradit quaedam ad Aurelianensis ecclesiae statum pertinentia. Tum de privatis rebus agens se caelibis vitae pertaesum fatetur.

(Ex autographo Cod. Genev. 112, fol. 209.)

A Monsieur Monsieur Despeville.

S. Tametsi properet hic tabellarius, tamen quia melioris valetudinis tuae significatione me exhilaravit, non sinam ipsum a me vacuum discedere. Nihil hic novi accidit quod te scire non putem. Idem est ecclesiae nostrae status qui antea fuit, atque in dies firmatur. Frendent adversarii quod tanta fruimur quiete, nec quidquam missum faciunt quo eam perturbent. Quod si assidua non esset nostrorum patientia, iam dudum profecto motus et tragoedias experti essemus. Ad eam omnes perpetuo cohortamur, nec inanes esse cohortationes nostras hisce diebus experti sumus, quibus existimabant seditionem vitari nullo modo posse. Nihil tamen quietius aut pacatius fuit. Nescio quid semper accidit seorsim et rixarum et contentionis, atque etiam pugnae et digladiationis, sed eiusmodi est ut pax inde publica non turbetur.

Quod ad me attinet, mi pater, sentio mihi in dies Dominum adesse viresque et animi et corporis firmari atque augeri, si potissimum imbecillitatem spectem qua fere prosternebar. Utinam vero interdum tecum, ut olim ita nunc, familiariter colloqui et in sinum tuum multa deponere mihi liceret. Unum est quod in rebus meis privatis me sollicitum tenet. Cogitatio de coniugio me nunc sollicitat. Caelibem vitam praetulissem,[1]) eamque optavi a Deo protraxique tempus ac distuli quantum potui, ex-

4099. 1) *Quando uxor eius obierit nescimus, verum videtur Londini obiisse quo eam arcessiverat. Haagius* IV. 244 *de his nihil habet, loquitur tamen de filio Daniele patri superstite, quem an ex secunda uxore susceperit tu videas.*

à mot, sans y rien omettre ni adiouster, à la forme qui s'en suit.

Au nom de Dieu. Ie Iean Calvin, Ministre de la parole de Dieu en l'Eglise de Geneve, me sentant tellement abbatu de diverses maladies, que ie ne puis autrement penser sinon que Dieu me veut retirer en brief de ce monde, ay advisé de faire et coucher par escrit mon testament et declaration de ma derniere volonté en la forme qui s'ensuit.

C'est en premier lieu que ie rens graces à Dieu de ce que non seulement il a eu pitié de moy, sa povre creature,[4]) pour me retirer de l'abysme d'idolatrie où i'estoye plongé, pour m'attirer à la clarté de son Evangile et me faire participant de la doctrine de salut, de laquelle i'estoye par trop indigne, et que continuant sa misericorde, il m'a supporté en tant de vices et povretez, qui meritoyent bien que ie fusse reietté cent mille fois de luy. Mais qui plus est, il a estendu vers moy sa merci iusques là de se servir de moy et de mon labeur pour porter et annoncer la verité de son Evangile: protestant de vouloir vivre et mourir en ceste foy laquelle il m'a donnee, n'ayant autre espoir ni refuge sinon à son adoption gratuite, en laquelle tout mon salut est fondé: embrassant la grace qu'il m'a faite en nostre Seigneur Iesus Christ, et acceptant le merite de sa mort et passion, afin que par ce moyen tous mes pechez soyent ensevelis, et le priant de tellement me laver et nettoyer du sang de ce grand Redempteur qui a esté espandu pour tous povres pecheurs, que ie puisse comparoistre devant sa face, comme portant son image.

Ie proteste aussi que i'ay tasché, selon la mesure de grace qu'il m'avoit donnee, d'enseigner purement sa Parole, tant en sermons que par escrit,[5]) et d'exposer fidelement l'Escriture saincte. Et mesmes qu'en toutes les disputes que i'ay eues contre les ennemis de verité,[6]) ie n'ay point usé de cautele[7]) ne sophisterie, mais ay procedé rondement à maintenir sa querele.[8]) Mais, helas! le vouloir que i'ay eu, et le zele, s'il le faut ainsi appeller, a esté si froid et si lasche que ie me sens bien redevable en tout et par tout:[9]) et que si ce n'estoit sa bonté infinie, toute l'affection que i'ay eue ne seroit que fumee: voire mesmes que les graces qu'il m'a faites me rendroyent tant plus coulpable: tellement que mon recours est à ce qu'estant Pere de misericorde, il soit et se monstre Pere d'un si miserable pecheur.

4) quem crearet et in hoc mundo collocaret.
5) in scriptis et commentariis.
6) evangelii.
7) praestigiis, malis artibus et sophisticis.
8) in veritate propugnanda.
9) ut innumera mihi ad munus meum praeclare fungendum defuisse fatear.

Au reste, ie desire que mon corps apres mon decez, soit enseveli à la façon accoustumee,[10]) en attendant le iour de la resurrection bienheureuse.

Touchant le peu de bien[11]) que Dieu m'a donné ici pour en disposer, ie nomme et institue pour mon heritier unique mon frere bien-aimé, Antoine Calvin,[12]) toutesfois honoraire tant seulement, luy laissant pour tout droict la couppe que i'ay eue de monsieur de Varannes,[13]) le priant de se contenter, comme ie m'en tiens asseuré, pource qu'il scait que ie ne le fay pour autre raison qu'afin que ce peu que ie laisse demeure à ses enfans. En apres ie legue au College dix escus, et à la Bourse des povres estrangers[14]) autant. Item, à Ieanne, fille de Charles Costan et de ma demisoeur,[15]) assavoir du costé paternel, la somme de dix escus. Puis apres à Samuel et Iean, fils de mondit frere,[16]) mes nepveux, chacun quarante

10) eo ritu ac modo qui in hac ecclesia et civitate usitatus est.

11) S'il y en a à qui ie ne puisse persuader de mon vivant que ie ne soy riche et pecunieux, ma mort le monstrera finalement. Certes d'autant que ie n'appete rien plus que ce que i'ay, ie confesse bien n'estre pas povre. (*Préface du Comm. sur les Psaumes.*)

12) *Il est appelé* mercator caligarius; *mais il paraît s'être adonné successivement à différentes occupations. On l'a dit relieur* (*Stähelin* II. 452. *Desmay Rem. sur la vie de C. Bosse* 1657) *en tout cas il a été pendant quelque temps imprimeur* (*N.* 3870); *mais pas longtemps, car aucun ouvrage du réformateur ne porte son nom. Il avait aussi des propriétés, mais il fit des pertes* (*N.* 2585). *Il était marchand de livres* (*N.* 3431). *Vers la fin son frère fut dans le cas de lui venir en aide, si bien que la Seigneurie lui envoya* 25 *écus à cet effet que Calvin refusa. On a vu qu'il fut employé à des missions p. ex. pour acheter du blé à Strasbourg* (*N.* 2630. 2631). *Le père de sa première femme Nic. Le Fert avait de la fortune, mais Bolsec et Galiffe lui reprochent d'avoir fait une banqueroute frauduleuse. Antoine fut reçu bourgeois le* 3. *Août* 1546 *gratuitement, en* 1558 *il fut des Deux-cents, en* 1570 *des Soixante. Il mourut en* 1573. — *Sur sa seconde femme voyez ci-après Note* 16. *Balduin. Resp. altera in Bez. p.* 292: Miror, quum tam liberalis sis et facilis in dissolvendis non modo votis sed et coniugiis, et quidem in divortiis faciendis tantum tibi tribuas ut domi tuae fratrem, priori uxore repudiata etiam superstite, alterius maritum esse iubeas, te nunc tam severum esse in adstringenda obligatione vel monasterii tui vel tuorum numerorum atque castrorum.

13) *Guillaume de Trie, seigneur de Varennes. Venu à Genève en* 1549, *reçu habitant* 9. *Sept.* 1550, *bourgeois* 16. *Avr.* 1555. *Il mourut le* 27. *Août* 1561 *à* 37 *ans. Comp. N.* 3715. *Galiffe* IV. 380. *Le texte latin nomme cette coupe* pateram argenteam.

14) *fondée primitivement par le legs de Busanton, et enrichie depuis par d'autres dons et legs. Calvin y contribuait annuellement.*

15) Marie, fille, du second lit, de Gérard Cauvin. Elle avait quitté Noyon en 1536 pour suivre ses frères, Jean et Antoine Calvin, en Suisse. (*Bonnet.*) *Le texte latin l'appelle simplement* affinis. *Sur son mari Costan on ne trouve rien chez Galiffe.*

16) Antoine Calvin avait épousé en premières noces Anne le Fert, qu'il répudia pour cause d'adultère en 1557. Il

escus. Et à mes niepces, Anne, Suzanne et Dorothee, chacune trente escus. Quant à mon nepveu David leur frere, pource qu'il a esté leger et volage, ie ne luy donne que vingt cinq escus pour chastiement.[17])

C'est en somme tout le bien que Dieu m'a donné, selon que ie l'ay peu taxer et estimer tant en livres[18]) qu'en meubles,[19]) vaisselle et tout le reste. Toutesfois s'il se trouvoit plus, i'entens qu'il se distribue entre mesdits nepveux et niepces, n'excluant point David, si Dieu luy fait la grace d'estre plus moderé et rassis. Mais ie croy, quant à cest article, qu'il n'y aura nulle difficulté, sur tout quand mes dettes seront payees,[20]) comme i'en ay donné charge à mon frere, sur qui ie me repose, le nommant executeur de ce present testament, avec spectable Laurent de Normandie, leur donnant toute puissance et authorité de faire inventaire sans forme de iustice, et vendre mes meubles pour en faire et retirer argent, afin d'accomplir le contenu tel qu'il est icy couché, ce vingt cinquieme d'Avril mil cinq cens soixante quatre.

Il est ainsi.

Iean Calvin.

Apres l'avoir escrit comme dessus, au mesme instant ledit spectable Calvin a soussigné de son seing accoustumé la propre minute dudit testament. Et le lendemain, qui fut le vingt sixieme iour du mois d'Avril mil cinq cens soixante quatre, le dit spectable Calvin m'a de rechef fait appeller, ensemble spectables Theodore de Besze, Raymond Chauvet, Michel Cop, Louis Enoch, Nicolas Coladon, Iaques des Bordes,[21]) Ministres de la parole de Dieu en ceste Eglise, et spectable Henri Scrimger, professeur és arts, tous bourgeois de Geneve, en la presence desquels il a declaré m'avoir fait escrire sous luy et à sa prononciation ledit testament en la forme et par les mesmes mots que dessus: me priant de le prononcer en sa presence et desdits tesmoins à ce requis et demandez, ce que i'ay fait à haute voix de mot à mot. Apres laquelle prononciation il a declaré que telle estoit sa volonté et derniere disposition, voulant qu'elle soit observee. Et en plus grande approbation de ce a prié et requis les susnommez de le souscrire avec moy, ce qu'aussi a esté fait, l'an et iour ci-devant escrit, à Geneve, en la rue appellee des Chanoines[22]) et maison d'habitation d'iceluy. En foy de quoy et pour servir de telle preuve que de raison, i'ay mis à la forme que dessus le present testament pour l'expedier à qui appartiendra, sous le seau commun de nos tres honorez Seigneurs et superieurs, et mon signet manuel accoustumé.

Ainsi signé,

P. Chenelat.

---

se remaria le 14 janvier 1560 avec Antoinette Commelin, veuve du ministre Saint-André. Il eut du premier lit deux fils, Samuel et David, et deux filles, Anne et Susanne; du second, un fils, Jean, mort sans postérité en 1601, et trois filles, Dorothée, Judith, Marie, mortes de la peste en 1571. (*Galiffe, Not. généal., T.* III. *p.* 113.) *Anne épousa Firmin Bachelier; Jean fut des Deux-cents en* 1590. *Marie et Judith naquirent après la mort de leur oncle.*

17) Ce David, ainsi que Samuel, son frère, furent déshérités par Antoine Calvin à cause de leur désobéissance. (*Galiffe, Not. gén.* III 112.)

18) *Achetés par la Seigneurie.* (*Reg. du Conseil* 8. *Juillet.*)

19) *Voyez l'inventaire imprimé sous le N.* 1112. *Comp. Kampschulte* I. 380. *Galiffe, nouv. pages* 11 *suiv.*

20) *Galiffe* (*Quelques pages,* 90) *estime arbitrairement l'héritage à douze mille francs. Les adversaires de Calvin le disaient riche* (*Bolsec ch.* 10. *Galiffe l. c.*) *Kampschulte p.* 388 *adopte cette opinion trop légèrement. Mais on a tout aussi tort de parler de sa pauvreté. Son désintéressement est constaté par les nombreux refus consignés dans les Registres quand le Conseil voulait lui faire des présents.*

21) *Des Bordes ne parait avoir été appelé au ministère que peu de temps auparavant.*

22) *Voyez Heyer, Mém. de la Soc. d'Hist. et d'Arch.* IX. 391. *Galiffe, nouv. pp. l. c.*

4104.

CALVINUS FARELLO.

Ultima omnium et valedictoria.

(Saepissime descripta et edita est. Autographon non exstat. Textum sumimus ex Cod. Bernensi 450, fol. 138 v. quem edidit Sinner III. 246. Exstat etiam in Perroti Vita Farelli manu scripta in Bibl. Neocomensi p. 135, cuius apographon contulimus Bernae in quo legitur p. 207. Porro reperies eam ap. Simlerum Vol. 109. Edita est a Beza Genev. p. 275, Laus. p. 568, Hanov. p. 638, Chouet p. 378, Amst. p. 172. Item in Vita Epistolis praefixa. Versio gallica legitur Berol. p. 390, anglica Philad. IV. 364.)

Vale, mi[1]) optime et integerrime frater, et quando te Deus superstitem manere vult,[2]) vive memor nostrae coniunctionis:[3]) quae ut ecclesiae Dei fuit utilis,[4]) ita nos eius fructus in coelo manet. Nolo te fatiges[5]) mea causa: iam[6]) spiritum traho,

---

4104. 1) mi *om. P.*

2) manere vult in mundo. *Edd. et Verss.* — in hoc mundo vivere vult *P.*

3) conventionis *P. in cod. Bern.*

4) utilissima *P.*

5) defatiges *P.*

6) iam enim *P.* — aegre spiritum traho *Edd. et Verss.*

et assidue exspecto dum me anhelitus deficiat. Satis [7]) quod Christo vivo et morior, qui suis lucrum est in vita et in morte. [8]) Iterum vale cum fratribus. [9])

4105.

BEZA BULLINGERO.

Geneva undique periculis obsessa. Quae si perierit etiam de vicinorum libertate actum erit. Interea de Calvini vita iam nulla spes reliqua.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 21.)

Eximio Christi servo D. Henricho Bullingero patri mihi plurimum observando et Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

— Sed nos hic interea, mi pater, quomodo hic exercemur? Certum est nos veluti scopum esse in quem nunc quidem diriguntur omnium hostium tela: et quo nisi sursum respiceremus? Et certe inde veniet nobis auxilium sive victuris, sive morituris. Nec vero ullum perturbationis aut metus signum hic animadverto. Calendis Maii in publicis promotionibus studiosos circiter mille ducentos privatae scholae numeravimus, publicae ad trecentos et quotidie augescit numerus, ut mihi verisimile sit Deum, sicut adhuc fecit mirabiliter porro in oculis Satanae, hunc suorum coetum conservaturum, etiamsi reliquus orbis adversum nos coniurarit. Quod si aliter acciderit vivemus tamen etiam mortui et certe huius urbis exitium, si contigerit, in vicinarum omnium regionum, quae nihil minus cogitant, ruinam et destructionem publicae libertatis redundabit. Longe magis nos torquent optimi nostri parentis et fidelis servi Dei perpetui dolores de cuius vita secundum hominem iam plane desperavimus. Vivit tamen et ita quidem ut qui nobis olim integrae vitae, nunc fortis et vere christiani obitus singulare exemplum in sese praebeat. Ego vero miser quid agam in quem tanta moles inclinat? Obsecro te, mi pater, commenda me Domino, si unquam alias, una cum collegis omnibus ut ipse gubernaculum arripiat et vere divina sua virtute nos in tempore fulciat. Plura de hoc argumento prae moerore non possum. — — — — — — — — — — — — — — — Genevae 4. Maii.

Tuus Beza.

4106.

VIRETUS BLAURERO.

Status Galliae quoad religionem ambiguus pessima quaeque minitantibus evangelii purioris hostibus: attamen huius progressus indies laetiores. Ipse tamen se muneri iam imparem sentit.

(Ex autographo Cod. Sangall. 38 Epp. IX. p. 155. — Exemplaria recentiora reperies in Bibl. civica. Turic. F. 43, olim Epp. VIII. fol. 792 et ap. Simlerum Vol. 109.)

Clarissimo viro ac singulari eruditione et pietate ornatissimo D. Ambrosio Blaurero insigni Christi ministro et patri plurimum venerando.

S. Tam iucundae mihi et suaves tuae fuerunt literae, [1]) vir praestantissime ac pater plurimum venerande, quam plenae eximiae pietatis et singularis tuae erga me benevolentiae. Hoc unum mihi tantum dolet quod praeclaris laudibus, quibus me immeritum ornas, tuaeque exspectationi respondere non possim. Quamobrem te oro atque obsecro ut, qua es pietate, tuis me precibus, ut facis, assidue Domino commendes, quibus me non mediocriter adiutum iri confido in hac tam gravi quam nunc sustineo provincia, cui nimium sum impar. Mihi enim persona imposita est quae longe firmiores et corporis et animi vires postulat. Praesto equidem quod possum. Quantum aliis satisfaciam nescio: certe mihi non satisfacio. Multos habemus hostes et dolis et potentia armatos, qui quoad possunt piis nostris studiis et conatibus se opponunt, ut evangelii cursum, si penitus impedire non valeant, saltem quibuscunque poterunt modis remorentur. Sed

---

7) satis est *Edd.*
8) et morte *Edd.*
9) *Add.* Genevae 2. Maii MDLXIIII. *Edd.* — Genevae Calend. Maii 1564. Tuus Calvinus *P.* — Genevae Maii 1564 *P. in cod. Bern.* — *Beza in Vita:* Secunda Maii quum ex Farelli literis (*deperditis*) cognovisset (Viretus enim longius aberat) statuisse illum iam octuagenarium et valetudinarium senem iter ad se ingredi sic ei latine rescripsit: Vale *etc.* Venit tamen Genevam bonus ille senex et quum una inter se loquuti essent postridie Neocomum rediit. *Caeterum his ultimis annis rariores fuerunt, aut saltem aetatem non tulerunt epistolae ad Farellum et Viretum et ab iis ad Calvinum datae.*

4106. 1) *deperditae.*

hactenus omnes impios eorum conatus Dominus elusit et repressit. Hoc enim solum proficiunt quod, quo magis conantur ecclesiam evertere, eo subinde maiora accipit incrementa. Magnis iam molestiis et sumptibus nostri gravati sunt, sed nulli sunt labores, nullae impensae, quae a coepto revocare queant. Relictis papistarum templis cogimur nostris sumptibus alia nobis exstruere ad celebrandos nostros conventus.[2]) Magnam videmus omnium alacritatem. Summi, infimi, omnes quod possunt conferunt, sicuti Israelitae quum exstruendum esset tabernaculum. Regis adventum interea in urbem exspectamus[3]) maxima comitatum nobilitate. Magnus futurus est hominum undique concursus. Adventurus est et Sabaudiae dux[4]) et multi coniurati evangelii hostes. Adversarii hunc nobis praesagiunt adventum exitialem, in quo extremam suam spem habent repositam. Sed Dominus solo flatu ridens eorum consilia dissipabit. Quotidie literas accipio de ecclesiarum incrementis et felici evangelii successu in toto hoc regno. Et quod maximum est, magna est omnium ecclesiarum et doctrinae et disciplinae et animorum consensio et coniunctio. Nullis sectis distractae sunt, Dei beneficio. Undique ministri quaeruntur, quorum magna laboramus penuria. Nam funestum hoc bellum multos insignes Christi servos nobis abstulit et absorpsit.

Sed quid te tam multis longius detineo? Etenim tabellarius mihi apud te esse poterit vice prolixissimae epistolae. Novit enim optime quis sit non solum huius ecclesiae sed et totius huius regni status, et quae sint utrarumque partium studia. Salutant te reverenter collegae et symmystae omnes, qui se et totam ecclesiam tuis precibus commendant. Dominus Iesus sancto tuo ministerio perpetuo magis ac magis benedicat et sanctis tuis laboribus. Vale, vir eximie, optime ac diutissime. Lugduni 10. Maii 1564.

Tui amantissimus ac tibi deditissimus
Petrus Viretus.

---

2) *Edicto pacificationis d.* 19. *Mart.* 1562 *dato iussi fuerunt protestantes pontificiis templa reddere quibus ipsi potiti erant. In urbibus vero ubi ante Nonas Martias sacra sua celebraverant, ibi etiam in posterum uno vel altero loco eadem continuare iis permissum fuit, ex. gr. Lugduni.* (*Hist. eccl.* III. 248. *N.* 3974, *not.* 4.)

3) *Lugduni appulit Idib. Iuniis cf. Sarron in Mém. de Condé* II. 202. *Idem haec tradit:* Les Huguenotz pour empescher que le Roy n'allast à Lyon avoient apposteз gens pour empoisonner les potaiges aux hostelleries afin que l'on dict que la peste y estoit (!) *Pestis tamen revera in iis regionibus grassabatur et quidem in ipsa aula unus et alter ab ea correptus est.*

4) *Vide N.* 4098. *Adfuit demum quum rex in comitatu Roussillon esset.*

4107.

BULLINGERUS BEZAE.

Calvini morbus deploratus maximo eum dolore afficit.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 22.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae Genevensis ecclesiae ministro fideli, domino meo colendo et fratri carissimo.

S. D. Quamvis literae tuae, frater in Domino carissime, semper me exhilararunt, subitum tamen dolorem renovant propter D. *Calvini* morbum desperatum quem deploras merito: quum universa Christi ecclesia in hoc uno homine mortuo iacturam faciat nunquam reparabilem, nostro maxime saeculo perturbatissimo. Orandum video nobis Dominum ut is virtute sua nos sustentet. Ac minime dubitandum est affuturum hunc tibi quando manifesta exstant signa plurima, illum omnino velle ut ei tu succedas. — — — — — — — — — — —

Si vivit adhuc D. *Calvinus* tu illi ex me, imo a Domino, omne bonum precaberis. Oro Dominum Iesum ut si illum nolit amplius vivere hic, in aeterna vita mox mutuum videamus et in servatore nostro et cum omnibus sanctis exsultemus. — — — — — — — — — —

Tiguri 12. Maii 1564.

Bullingerus tuus.

4108.

BEZA BULLINGERO.

Quantumvis magnae sint hostium minae, magis tamen angit Calvini discrimen iam ineluctabile. Cuius fortissimi athletae etiam in morte virtus clarissima.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 151.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae vere fido pastori domino et patri mihi plurimum observando.

Mi pater, rogo ut brevitati ignoscas. Valemus satis recte omnes et feliciter omnia, quantumvis hostes minentur omnia magis ac magis, et paene vivos nos deglutiant. Sed manet perpetua illa nostra

et assidue exspecto dum me anhelitus deficiat. Satis [7]) quod Christo vivo et morior, qui suis lucrum est in vita et in morte. [8]) Iterum vale cum fratribus. [9])

4105.

BEZA BULLINGERO.

Geneva undique periculis obsessa. Quae si perierit etiam de vicinorum libertate actum erit. Interea de Calvini vita iam nulla spes reliqua.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 21.)

Eximio Christi servo D. Henricho Bullingero patri mihi plurimum observando et Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

— Sed nos hic interea, mi pater, quomodo hic exercemur? Certum est nos veluti scopum esse in quem nunc quidem diriguntur omnium hostium tela: et quo nisi sursum respiceremus? Et certe inde veniet nobis auxilium sive victuris, sive morituris. Nec vero ullum perturbationis aut metus signum hic animadverto. Calendis Maii in publicis promotionibus studiosos circiter mille ducentos privatae scholae numeravimus, publicae ad trecentos et quotidie augescit numerus, ut mihi verisimile sit Deum, sicut adhuc fecit mirabiliter porro in oculis Satanae, hunc suorum coetum conservaturum, etiamsi reliquus orbis adversum nos coniurarit. Quod si aliter acciderit vivemus tamen etiam mortui et certe huius urbis exitium, si contigerit, in vicinarum omnium regionum, quae nihil minus cogitant, ruinam et destructionem publicae libertatis redundabit. Longe magis nos torquent optimi nostri parentis et fidelis servi Dei perpetui dolores de cuius vita secundum hominem iam plane desperavimus. Vivit tamen et ita quidem ut qui nobis olim integrae vitae, nunc fortis et vere christiani obitus singulare exemplum in sese praebeat. Ego vero miser quid agam in quem tanta moles inclinat? Obsecro te, mi pater, commenda me Domino, si unquam alias, una cum collegis omnibus ut ipse gubernaculum arripiat et vere divina sua virtute nos in tempore fulciat. Plura de hoc argumento prae moerore non possum. — — — — — — — — — — — — — — — Genevae 4. Maii.

Tuus Beza.

7) satis est *Edd.*
8) et morte *Edd.*
9) *Add.* Genevae 2. Maii MDLXIIII. *Edd.* — Genevae Calend. Maii 1564. Tuus Calvinus *P.* — Genevae Maii 1564 *P. in cod. Bern.* — *Beza in Vita:* Secunda Maii quum ex Farelli literis (*deperditis*) cognovisset (Viretus enim longius aberat) statuisse illum iam octuagenarium et valetudinarium senem iter ad se ingredi sic ei latine rescripsit: Vale *etc.* Venit tamen Genevam bonus ille senex et quum una inter se loquuti essent postridie Neocomum rediit. *Caeterum his ultimis annis rariores fuerunt, aut saltem aetatem non tulerunt epistolas ad Farellum et Viretum et ab iis ad Calvinum datae.*

4106.

VIRETUS BLAURERO.

Status Galliae quoad religionem ambiguus pessima quaeque minitantibus evangelii purioris hostibus: attamen huius progressus indies laetiores. Ipse tamen se muneri iam imparem sentit.

(Ex autographo Cod. Sangall. 38 Epp. IX. p. 155. — Exemplaria recentiora reperies in Bibl. civica. Turic. F. 43, olim Epp. VIII. fol. 792 et ap. Simlerum Vol. 109.)

Clarissimo viro ac singulari eruditione et pietate ornatissimo D. Ambrosio Blaurero insigni Christi ministro et patri plurimum venerando.

S. Tam iucundae mihi et suaves tuae fuerunt literae, [1]) vir praestantissime ac pater plurimum venerande, quam plenae eximiae pietatis et singularis tuae erga me benevolentiae. Hoc unum mihi tantum dolet quod praeclaris laudibus, quibus me immeritum ornas, tuaeque exspectationi respondere non possim. Quamobrem te oro atque obsecro ut, qua es pietate, tuis me precibus, ut facis, assidue Domino commendes, quibus me non mediocriter adiutum iri confido in hac tam gravi quam nunc sustineo provincia, cui nimium sum impar. Mihi enim persona imposita est quae longe firmiores et corporis et animi vires postulat. Praesto equidem quod possum. Quantum aliis satisfaciam nescio: certe mihi non satisfacio. Multos habemus hostes et dolis et potentia armatos, qui quoad possunt piis nostris studiis et conatibus se opponunt, ut evangelii cursum, si penitus impedire non valeant, saltem quibuscunque poterunt modis remorentur. Sed

4106. 1) *deperditae.*

hactenus omnes impios eorum conatus Dominus elusit et repressit. Hoc enim solum proficiunt quod, quo magis conantur ecclesiam evertere, eo subinde maiora accipit incrementa. Magnis iam molestiis et sumptibus nostri gravati sunt, sed nulli sunt labores, nullae impensae, quae a coepto revocare queant. Relictis papistarum templis cogimur nostris sumptibus alia nobis exstruere ad celebrandos nostros conventus.[2]) Magnam videmus omnium alacritatem. Summi, infimi, omnes quod possunt conferunt, sicuti Israelitae quum exstruendum esset tabernaculum. Regis adventum interea in urbem exspectamus [3]) maxima comitatum nobilitate. Magnus futurus est hominum undique concursus. Adventurus est et Sabaudiae dux [4]) et multi coniurati evangelii hostes. Adversarii hunc nobis praesagiunt adventum exitialem, in quo extremam suam spem habent repositam. Sed Dominus solo flatu ridens eorum consilia dissipabit. Quotidie literas accipio de ecclesiarum incrementis et felici evangelii successu in toto hoc regno. Et quod maximum est, magna est omnium ecclesiarum et doctrinae et disciplinae et animorum consensio et coniunctio. Nullis sectis distractae sunt, Dei beneficio. Undique ministri quaeruntur, quorum magna laboramus penuria. Nam funestum hoc bellum multos insignes Christi servos nobis abstulit et absorpsit.

Sed quid te tam multis longius detineo? Etenim tabellarius mihi apud te esse poterit vice prolixissimae epistolae. Novit enim optime quis sit non solum huius ecclesiae sed et totius huius regni status, et quae sint utrarumque partium studia. Salutant te reverenter collegae et symmystae omnes, qui se et totam ecclesiam tuis precibus commendant. Dominus Iesus sancto tuo ministerio perpetuo magis ac magis benedicat et sanctis tuis laboribus. Vale, vir eximie, optime ac diutissime. Lugduni 10. Maii 1564.

Tui amantissimus ac tibi deditissimus
Petrus Viretus.

---

2) *Edicto pacificationis d.* 19. *Mart.* 1562 *dato iussi fuerunt protestantes pontificiis templa reddere quibus ipsi potiti erant. In urbibus vero ubi ante Nonas Martias sacra sua celebraverant, ibi etiam in posterum uno vel altero loco eadem continuare iis permissum fuit, ex. gr. Lugduni.* (*Hist. eccl.* III. 243. *N.* 3974, *not.* 4.)

3) *Lugduni appulit Idib. Iuniis cf. Sarron in Mém. de Condé* II. 202. *Idem haec tradit:* Les Huguenotz pour empescher que le Roy n'allast à Lyon avoient appostez gens pour empoisonner les potaiges aux hostelleries afin que l'on dict que la peste y estoit (!) *Pestis tamen revera in iis regionibus grassabatur et quidem in ipsa aula unus et alter ab ea correptus est.*

4) *Vide N.* 4098. *Adfuit demum quum rex in comitatu Roussillon esset.*

4107.

BULLINGERUS BEZAE.

Calvini morbus deploratus maximo eum dolore afficit.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 22.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae Genevensis ecclesiae ministro fideli, domino meo colendo et fratri carissimo.

S. D. Quamvis literae tuae, frater in Domino carissime, semper me exhilararunt, subitum tamen dolorem renovant propter D. *Calvini* morbum desperatum quem deploras merito: quum universa Christi ecclesia in hoc uno homine mortuo iacturam faciat nunquam reparabilem, nostro maxime saeculo perturbatissimo. Orandum video nobis Dominum ut is virtute sua nos sustentet. Ac minime dubitandum est affuturum hunc tibi quando manifesta exstant signa plurima, illum omnino velle ut ei tu succedas. — — — — — — — — — —

Si vivit adhuc D. *Calvinus* tu illi ex me, imo a Domino, omne bonum precaberis. Oro Dominum Iesum ut si illum nolit amplius vivere hic, in aeterna vita mox mutuum videamus et in servatore nostro et cum omnibus sanctis exsultemus. — — — — — — — — — —

Tiguri 12. Maii 1564.

Bullingerus tuus.

4108.

BEZA BULLINGERO.

Quantumvis magnae sint hostium minae, magis tamen angit Calvini discrimen iam ineluctabile. Cuius fortissimi athletae etiam in morte virtus clarissima.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 151.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae vere fido pastori domino et patri mihi plurimum observando.

Mi pater, rogo ut brevitati ignoscas. Valemus satis recte omnes et feliciter omnia, quantumvis hostes minentur omnia magis ac magis, et paene vivos nos deglutiant. Sed manet perpetua illa nostra

angustia, sic laborante optimo nostro parente, D. *Calvino*, ut nec eius agonas, nec eius constantiam tibi possim perscribere. Vult omnino Dominus insigne tum vitae tum mortis vere fortis exemplum in uno homine demonstrare ingrato et perverso huic saeculo. Utinam nos soletur Dominus, et det nobis omnia ad ipsius gloriam referre.

Ex Gallia nihil novi. Intra mensem Lugdunum [1]) venturus rex putatur. Multae utrinque suspiciones, et utinam ne inde aliquid mali oriatur. *Amiraldum* cum fratribus speramus eo venturum.[2]) Si qua spes est de foedere, rogavi *Linerum* nostrum ut tibi nostram sententiam exponeret. *Brentio* omnino respondebo [3]) et, ut spero, quod minime volet. Bene vale, mi pater, Dominus Iesus te servet. Fratribus et collegis multam salutem. Genevae 13. Maii.

Tuus Beza.

4109.

IONVILLAEUS WOLPHIO.

Venit summa dies et ineluctabile fatum.

(Ex autographo Bibl. civic. Turic. F. 39, olim Epp. Tom. IV. fol. 345.)

— — — — — — — — — — — — — — — — —
— Quod addam in praesentia non habeo, nisi quod non sine summo moerore et lacrymis cogor adscribere D. *Calvinum*, plus quam parentem meum, in dies animam trahere et gravissimis ac variis doloribus confici. — — — — — — — — — — — — — —
Genevae 13. Mai 1564.

Carolus Ionvillaeus tuus.

4110.

MARCUARDUS BULLINGERO.

Calvinus fere moriens senatui et civibus valedixit.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 117b, olim Seria C. Epp. Tom. II. fol. 522. — Simler. Vol. 109.)

Virtute et pietate ornatissimo viro D. Huldricho Bullingero, Tigurinae ecclesiae pastori fidelissimo domino et patri meo venerando.

Tiguri.

— — — — — — — — — — — — — — — — —
— — Fidelis ille Dei servus, D. *Calvinus*, singulare olim in vita, nunc vero in morte, virtutum egregiarum exemplum, vergit quotidie ad interitum. Quamvis in Dei potestate sit eum restituere. Delatus est his diebus, ut audimus, in senatum,[1]) ubi insignem ad senatores et cives orationem habuit,[2]) simulque eis valedixit. Ita sunt, meo quidem iudicio, irae in nos divinae vestigia non obscura, quod tam exiguo temporis spatio tot egregia organa nobis sublata sint. Tu itaque, mi pater, in quo ecclesiae sincerioris spes maxima reposita est, vive et vale feliciter. — — — — — — — — — — — — Lausannae 22. Maii 1564.

Tuus ex animo
Blasius Marcuardus.

4111.

BEZA HALLERO.

Genevae omnia bene, dummodo et Calvinus. In Gallia non item. Inter Cantones evangelicos foedus sanciendum videtur.

(Ex apographo Bibl. civ. Turic. F. 46, olim Epp. XI. fol. 563. Simler. Vol. 109.)

S. Mi frater, in hoc nostro luctu, paullatim a nobis migrante et ad Dominum accedente fideli et magno illo Dei servo D. *Calvino*, illud quoque me magnopere consolatur, quod scio me et doctrina et animis cum fidelibus ecclesiis et veris pastoribus prorsus consentire, ac me quoque ministeriumque meum, tibi, mi frater, tuique similibus curae esse. Obsecro igitur, ut me, sicut facis, ames et quoniam ita opus est multo magis quam antea et precibus et consilio quoque me tam periculosum et tempestuosum mare ingressum iuves.

4108. 1) *N.* 4098. 4106.
2) *Non venit.*
3) *N.* 4095. 4102.

4110. 1) *Mireris Lausannenses integro mense elapso tam parum accurate rescivisse quae Genevae gesta fuerant. Senatus in aedes Calvini se contulit.* (*Reg. du Conseil* 27. *Apr.*)
2) *Opp.* IX. 887.

De rebus nostris. Satis recte omnia, nisi illud unum obstaret, deplorata videlicet *Calvini* nostri vita. Crescit enim schola.[1]) Fortes sunt, Dei gratia, omnium animi et pax alta, quantumvis asperae audiantur minae. In Gallia valde metuo, ne alio quam religionis praetextu ecclesiarum quantulacumque libertas imminuatur ac tandem etiam ad miserrimum statum redigantur.[2]) Nihil posset autem magis remedio nos iuvare, quam si foedus commune vobiscum quoque et cum reliquis evangelicis Cantonibus sanciretur, ea conditione inprimis, ut inviolabile pacis edictum servaretur. Qua de re alias fortasse. Est autem vobis cum perfidissimo homine negotium.[3]) Alter, recens illi adiunctus, integrior est, ut opinor. Sed rerum potius quam personarum habenda est ratio. Verum de his, ut dixi, alias. Vale. Genevae 24. Maii 1564.

4112.

BEZA BULLINGERO.

Calvinus iam animam ducit. Addit nonnulla de rebus Gallicis et colloquio Maulbronnensi, deque sua cum Omnipraesentialibus quos dicit controversia.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 229.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando Tigurinae ecclesiae vero fido pastori.

Tiguri.

S. Habeo tibi gratiam, mi pater, de amantissimis tuis literis,[1]) et quemadmodum mones Deum precor ut, quandoquidem eo me vocat, eas mihi vires suggerat quibus ad tantum onus sustinendum opus est, ut si non utilis admodum, attamen fidelis ad extremum inveniar.

Calvinum nostrum magis ac magis ad aeternam illam pacem properantem nudius tertius salutavi tuo nomine, eique tuas et totius vestrae ecclesiae assiduas pro ipso preces commemoravi. Ago, inquit, gratias optimis fratribus, quorum recordatione nunc quoque reficior. Et mox non sine lacrymis, Serva, inquit, Domine, fideles servos tuos et eorum preces exaudi, sed hactenus, si placet, ut brevi tecum esse possim. Ita sensim deficit bonus ille vir, sed non sine acerrimis doloribus, quos tamen Dei gratia incredibili patientia sustinet,[2]) assidue ad Dominum suspirans.[3]) Nos interea gemimus, et orbitatem nostram deploramus. Sed in Domino confidimus, quem nos tanto potentius speramus affuturum quanto sumus ipsi imbecilliores.

De Gallicis ecclesiis. Provinciales ecclesiae[4]) iam tandem incipiunt instaurari, et de crudelissimis aliquot latronibus sumptum est supplicium. Plerique ex eorum sociis in ditionem Avenionensem profugerunt, ubi adhuc est in armis *Fabricius*,[5]) pontificis nomine crudeliter pios omnes persequens. Occitani[6]) fratres nihilo melius habent, quamvis vicenis minimum literis iussus fuerit eorum gubernator ex edicti formula cum eis agere. In quadam

---

4111. 1) *N.* 4105.

2) *Hic metus minime vanus fuit. Supervenerunt d. 24. Iunii* Nouvelle déclaration du Roy sur l'Edit de Pacification, *et d.* 4. *Augusti* Déclaration en interprétation de l'Edit du 19. Mars 1562 (*Mém. de Condé* I. 143. V. 160) *quibus conciones vel in urbibus antea in hac re liberis vetabantur quamdiu aula ibi commoraretur, et civibus exteris interdictum est ne concionibus in domibus nobilium habitis interessent, porro etiam synodi et pecuniae colligendae prohibebantur.* (*Hist. des choses mém. p.* 296.)

3) *Legato regio cf. N.* 4068. 4116. *De nomine ambigimus. Ruchat* VII. 61 *praebet D. d'Orbais, Simlerus in margine D. de Bellievre. Episcopus Lemovicensis demum m. Augusto cum D. de Vieilleville ad foedus renovandum adfuit.* (*Ruchat* VII. 54.)

4112. 1) *N.* 4107.

2) *Ecce pontificiorum ridicula commenta de agonia viri:* Calvin mourut le iour de la Feste Dieu. Aulcuns ont dit qu'il mourut enraigé et qu'il fut lyé deux iours en ung poteau et quil se mangeoit les mains. Mais les aultres dient qu'il n'en est riens. *Haec ergo in aula regia Lugduni circumferebantur.* (*Lettre de Sarron du* 16. *juin, in Mém. de Condé* II. 204.)

3) *Beza in Vita:* Tot morbis oppressum nemo ne voculam quidem audivit emittentem forti nedum christiano viro indignam. Tantum oculos in coelum attollens: Usque quo, inquiebat, Domine. *Idem Préf. de Josué:* Sa maladie jusques à la mort ne fut qu'une continuelle priere, nonobstant ses douleurs continuelles, ayant souvent en sa bouche ces mots du Ps. 39: Tacui Domine quia fecisti. Une autre fois il disoit du ch. 38 d'Isaïe: Gemebam sicut columba. Une autre fois parlant à moy il s'escria à Dieu et dit: Seigneur tu me piles, mais il me suffit que c'est ta main.

4) *In Provincia instituta fuit* 24. *Nov.* 1563 *nova* Commission de justice, *praeside* Bertr. Prevost Sgr. de Morsan, *quae etiam in Catholicos severius procedebat.* L'effroi s'empara de tous ceux qui avoient profité de la guerre pour se livrer à des excès, et poussa, dit Perussis (Hist. des guerres du comté Venayssin, de Provence etc. dans d'Aubais et Ménard, pièces pour servir à l'hist. de France I. Par. 1759) plus de 2000 catholiques à quitter la Provence pour se jeter dans le Comtat. Le comte de Tende, Biron et le Parlement obtinrent du vice-légat et de Fabrice Serbelloni l'extradition de ceux qui s'étaient réfugiés à Avignon et à Carpentras et ils parurent en criminels devant leurs nouveaux juges. (*Lambert, hist. des guerres de rel. en Provence* I. 216.)

5) *Serbelloni.*

6) *Cf.* Lettre du Roy à M. de Danville (*fils du Connétable*) gouverneur du Languedoc par laquelle il luy ordonne de faire observer l'ordonnance pour le maintien de la tranquillité du Royaume. (*Mém. de Condé* IV. 648.)

etiam Aquitaniae parte impiissimus quidam *Montlucus* quem tamen ei regioni praefecerunt, non desinit ecclesias populari.[7]) Huc accedunt aliae quoque coniecturae non leves, clam agitari quidpiam quod tandem erumpet, nisi Dominus impiorum consilia infringat. Lugduni[8]) Rex brevi futurus est, utinam ecclesiae bono.

De colloquio illo[9]) non aliud speravi quam quod accidit, nec sperabo nisi alia ratione instituantur conventus. Quod tamen optavi semper hoc adhuc tecum opto, ut conveniatur, sed iis conditionibus quae spem aliquam faciant. Adversarii manifesti et Lutheranorum Saxonum et nostrarum sacramentariarum ecclesiarum sunt isti Omnipraesentiales. Quid ab illis impetres? Ergo tertio aliquo opus est, cuiusmodi plane is est de quo scribis. Utinam aliquid fieri posset hac via. Ego officio meo non deero. Sed quid sperem non habeo, quoniam solus *Amiralius* cum fratribus est fortis, sed ita illi personae exosus a qua pendent omnia[10]) ut certum sit ipsam omnia in eorum perniciem illorum* molituram, nempe ut postea nullo negotio perdamur, quoniam putat nos hominum praesidio niti. [Haec tibi scribo et rogo ut lecta expungas.][11]) Experiar tamen omnia. Sed iterum dico me parum admodum sperare ex hac parte. Aliunde plus apparet spei. Nam isti Omnipraesentiales certe detegent errores crassissimos qui adhuc latuerant, et ita futurum est ut Germania vel iusto Dei iudicio castigata sapere incipiat, vel (quod Dominus avertat) penitus sentiat irati Dei manum. Cur autem meliora sperem non eo tantum adducor quoniam misericors Dominus aliquos semper illic sibi servavit, sed etiam quia optimum illum principem[12]) summae inter omnes Electores autoritatis gradu excitavit qui veritatem fortiter tueatur, ut habeant etiam secundum hominem cordati omnes viri cuius auspicia sequantur. Sed de his omnibus prospiciet Dominus, qui saltem hoc nobis tribuat ut bonum semen spargamus. Ipse vero incrementum dabit prout novit et ab aeterno decrevit in nominis sui gloriam.

Ego intra proximas nundinas, si vita suppetet, et *Brentio* et *Andreae* et *Ebero* respondebo,[13]) sed quam paucissimis fieri poterit, quoniam nihil aliud afferunt quam partim indigna quibus respondeatur, partim etiam millies refutata. Caetera quum plus erit otii. Nunc enim opprimor non tantum curis, sed etiam moeroribus quantos nunquam sustinui. Roga pro me Dominum, mi pater, et pro nobis omnibus, ut in ipsum respiciamus ad finem usque. Idem peto a fratribus et collegis tuis omnibus, quos iubeo in Domino plurimum valere et salvere. Nihil aeque me confirmat, quum in hunc mundum respicio, atque consensus huius ecclesiae cum bonis omnibus: ac me privatim quoque erigunt in terra alioquin prostratum, coniunctio cum iis inita ac sancita quos scio fideles esse Dei servos, ac proinde in suis pro me precibus exauditum iri, sicut scio me millies hac ratione et a morbis lethalibus et a periculis omnis generis servatum. Utinam igitur haec vita toties mihi veluti restituta Domino meo penitus consecretur.

Bene vale, mi pater. Dominus Iesus te servet cum fratribus et collegarum coetu, et vestris laboribus benedicat. Condonabit, ut spero, mihi D. *Gualtherus* quod nunc quidem ad eum peculiariter non scribam, sicut factum oportuit quum ab eo toties amantissimis literis fuerim provocatus. Amo illum et vos omnes, et invito Satana ad extremum amplectar. Iterum vale. Genevae 24. Maii 1564.

Gregorii librum[14]) illum blasphemum nondum vidi, nec si vidissem possem intra nundinas respondere.

Tuus Beza.

Accepi Theses[15]) et *Eberi* librum[16]) quem statim remittam. Polonis, de quibus ad me scripsisti, commode, ut spero, est prospectum.

---

7) *Hist. des choses mém. p.* 297: En Guyenne le comte de Candales, le marquis de Tran, le Sr. de Lauson et l'archevêque de Bordeaux firent une ligue contre ceux de la religion, mesmes oserent employer Monluc et d'Escars pour faire approuver leur entreprinse par la Roine et son conseil, mais on les fit retirer iusques à une autre fois.

8) *N.* 4106. 4108.

9) *Loquitur de colloquio Maulbronnensi inter Boquinum, Olevianum, Ursinum et alios Palatinos, et theologos Wirtembergenses quorum antesignanus erat Iac. Andreae, assistente Brentio. Cf.* Wahrhafter u. gründlicher Bericht durch die Wtb. Theologen. Frkf. 1564. 4. Protocoll d. i. Acta des Gesprächs. Item der Wtb. Theologen Bericht sampt der Pfl. Theologen Gegenbericht. Hdlb. 1565. 4. *Ursini Opp. T.* II. *Hospinian* 323. *Struve, Pf. KG.* 140. *Sattler, Wtb. Gesch.* IV. 207. *Planck* V. 2, *p.* 486. *Schnurrer, Erläut. z. Wtb. Gesch.* 276. *Heppe, deutscher Prot.* II. 73. *Kugler, Christoph* II. 458. *Hartmann et Jaeger, Brenz* II. 392.

10) *Catharina.*

11) *Haec in margine.*

12) *Fridericum Palatinum puta.*

13) *Besae* ad Brentii argumenta et Iac. Andreae theses quibus carnis Christi omnipraesentiam nituntur confirmare responsio Gen. 1565. (*Tract. theol.* I. 507.)

14) *Quemnam? A Sandio p. 44 recensetur:* Ep. monitoria ad Tigurinos ministros et Calvinum ubi etiam confessionem suam de Deo, filio Dei et Spiritu sancto edit adv. calumniatores. *Quae tamen iam antea edita videtur.*

15) *Andreae* CLXX theses de maiestate corporis Christi (*Planck* V. 2, *p.* 513.)

16) Pia et in verbo Dei fundata assertio declaratio et confessio de sacratissima coena D. n. Iesu Christi (*etiam germ. v. Sixt, Eber p.* 132. *cf. N.* 4086).

4113.

FAREL A LIBERTET.

Après avoir commencé par l'éloge de Calvin, qu'il a quitté mourant, mais qu'il ne sait pas encore mort, il se perd dans ses déclamations pessimistes accoutumées et termine par quelques conseils à propos de la prochaine arrivée de la cour à Lyon.

(Autographe de la Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. Lettres de Farel fasc. IV. N. 9. Imprimé par Fick dans l'ouvrage cité N. 3600, p. 314 et dans le prospectus d'Herminjard p. 36.)

A mon trescher frere et meilleur amy M. Christophle Fabri a Lyon.

Salut en nostre Seigneur Iesus. Combien que n'ay certainement entendu[1]) le trespas de nostre tant cher et tant necessaire frere *Calvin*, neantmoins aucun bruit quon a fait et lestat ou le laissay[2]) me presse grandement. O que ne suis ie en son lieu retire, et que luy tant utile tant servant nest en sante ici longuement servant aux eglises de nostre seigneur lequel soit benit et loue que de sa grace la ou ie ny avois iamais pense me la fait rencontrer[3]) et contre ce quil avoit delibere la fait arrester a Geneve, et sen est servy la en autre part estant presse dune part et dautre plus quon ne sauroit dire et singulierement par moy qui au nom de dieu lay presse a fere et prendre les afferes qui estoient plus durs que la mort, et combien quil priat aucune fois au nom de dieu davoir pitie de luy et le laisser servir autrement a dieu, que tousiours il sy est employe. Neantmoins voiant que ce ie demandois estoit selon dieu en se faisant violance il a plus fait et plus promptement que personne aie fait, surpassant non point les autres seulement mais soymesmes. O quil a couru heureusement une belle course. Le seigneur face que nous tous courions selon les graces quil nous fait comme il a fait. Ie suis en crainte non petite pour ceste eglise oyant les propos quon tient, et sil est vray comme lon dit que celuy qui surpasse tous[4]) qui sont sur la terre en mal et meschancete est aupres du roy et de la mere, qui, au contraire des serviteurs de dieu lesquels pour servir a dieu recourent a luy en luy demandant secours conseil ayde et adresse, demandera non seulement un diable et maling esprit sans lequel il na iamais este, que mesme il nen ait eu plusieurs mais recourant au prince des tenebres il demandera iceluy et tous les mauvais esprits pour avoir conseil aide et vertu a bien servir satan a maintenir et entretenir toute malediction et destruire ce qui est de dieu. Et si nostre pere ne regarde en nous en pitie et lasche la bride a Satan qu'est ce quil ne fera? Helas nous voions comme des le commencement lantechrist a ouver le mystere diniquite et où est venu tout le monde par une iuste vengeance de dieu pourtant qu'on na eu la droicte charite de verite mais quon a ayme iniquite et mensonge, maintenant ou la verite ne fait que commencer que fera il? O que ce meschant diable qui pire que mille Balaam, qui au povre roy[5]) pour le faire revolter de levangile a trouve moyen de le lier en paillardise,[6]) qui perdant le sens, abusé par vaines promesses est venu a un comble de maledictions, que cest chose tres espovantable se ioignant et consentant a ceux que ce diable avoit endiables pour surpasser tous qui se sont dressez contre levangile. et on dit que le frere[7]) qui a veu une telle vengeance de dieu contre ce povre paillard apres avoir fait promesse de vouloir vivre en levangile de Iesucrist, avoir donne la foy, avoir receu la saincte cene de nostre seigneur avec les fideles, a les yeux tellement bandez quil ne voit le conseil de Balaam en la maudicte paillarde[8]) avec laquelle comme lon dict il commet adultere faisant blasphemer le nom de dieu levangile et n'a aucune crainte du iugement advenu sur les enfans disrael sur mesme le grand serviteur de dieu david, en quel abysme il est tombe pour une femme convoitee et congneue, mais qui considerera ce qui est advenu au frere il passe tout, dieu aie pitie de tel personage et luy ouvre les yeux quil congnoisse que cest dainsi contrevenir a Iesus et vivre contre le sainct evangile. et touchant dicy ie prie ce bon dieu et pere quil aie pitie de tant qui font autrement que ne preche la pure parole de dieu les uns sachans bien comment la papaute est toute detestable et congnoissans que Iesus seul doit estre ouy et servy et neantmoins ils se souillent es abominations papales et de faict renoncent Iesus et levangile. Les autres tant mal vivant provocans lire de dieu qui de sa grace aie pitie de tous et au

---

4113. 1) *Ainsi neuf jours après la mort, l'événement n'était connu à Neuchâtel que par le bruit public.*

2) *Malgré la lettre du 2. Mai* le bon homme Farel ne tarda gueres à se mettre en chemin pour voir son ancien compagnon et ami. Estant venu ils deviserent et souperent ensemble. Le lendemain Farel prescha en l'assemblee. Ainsi ayant dit le dernier adieu à Calvin se retira en son Eglise de Neufchastel. (*Colladon* 129.)

3) *La scène est connue. Voyez Colladon* 17; *Bèse, Josué* 20; *Vita ed. Nickel p.* 5; *Calvin, préf. du Comm. sur les Psaumes.*

4) *le Cardinal de Lorraine.*

5) *Antoine de Navarre.*

6) *avec Mlle Du Rouet.*

7) *Condé.*

8) *Isabelle de Limeuil ou plutôt la Maréchale de St. André.* (*Delaborde, Éléon. de Roye p.* 289.)

lieu de nous punir en nous ostant ce quil nous a donne nous mettant en la servitude cruelle des ennemis de levangile et face que delivrez de la main de noz ennemis nous luy servirons en sainctete et iustice.

Ie ne doute point que la prince ne parle avec vous et nest ia besoing que ie vous prie de le toucher en son salut. pleut a dieu que tous en feissent ainsi leur devoir. Ie ne say si vous avez veu monseigneur le maistre *vulpian* et avez entendu comment on procede ici tant contre dieu et pour empescher tout qui est pour le bien de leglise. quand est de monseigneur mon prince[9]) qui ne voit comme tout va. somme cest de mesler tout. ie vous prie sil y a moyen de fere quil y aie ordre meilleur que vous y employez. Ie prie le seigneur vous conserver et tous. ie ne scay comment ay peu ceci escrire.[10]) Saluez monsieur *Pierre*[11]) sa femme et fille en nostre seigneur la vostre et tout vostre menage. Saluez tous les pasteurs en nostre seigneur sans oublier M. *David.* Tous ceux de la maison vous saluent ma femme surtout. de neufchastel ce 6. de Iuin 1564.

4114.

BEZA HALLERO.

Calvinum mortuum deflet. In Gallia satis bene, verum a legato cavendum.

(Ex apographo Bibl. civ. Turic. F. 46, olim Epp. Tom. XI. fol. 564. Simler. Vol. 109.)

Tandem igitur, mi frater, accipiendum fuit gravissimum illud vulnus, cui solus Dominus medebitur. Migravit in aeternam quietem noster ille parens, et in vita et in morte, frustra resistente diabolo, fortis et beatus, si quispiam alius nostra memoria fuit talis. Et nos miseri et imbecilli superstites sumus. Sed hoc argumentum ne nunc quidem possum pluribus persequi, quod tamen, favente Deo, faciam aliquando, ut scribendo saltem me ipsum consoler.

De rebus Galliae satis bene spero, et cur ita colligam, ex hoc nostro abunde cognosces. Deinceps existimo fore, ut et plura et certiora quotidie accipiam, quae te non celabo. Omnino mirificus est Dominus Deus noster in illo praesertim regno, quod iam olim videtur ita instituisse, ut esset insigne gloriae suae theatrum.

De foedere[1]) utinam transigi posset. Legato illo vetere[2]) nihil est perfidiosius, et quum insigni iniuria sitis ab eo istic affecti, ut praecipui ex vestro senatu norunt, vellem fieri posset ut aperte de ipso expostularetis, et cum ipso rege iam vicino[3]) ageretis. Sed de his alias.

Magnum onus *Vireti* nostri humeris incumbit. Commenda illum Domino, ut se ipsum nunc superet. Causam communem tibi commendo, quamvis satis commendatam. Fratres omnes te salutant. Bene vale, mi frater, et Deum ora, ut vere me nunc confirmet cum omnibus collegis. Idem peto ab optimis et carissimis fratribus, qui istic sunt. Genevae 13. Iunii 1564.

9) *Le duc de Longueville.* (*Voyez Kirchhofer* II. 163.) *Vulpian était son maître d'hôtel.*
10) *et comment les lecteurs le comprendront.*
11) *Viret.* — *Sur David* (*Chaillet*) *v. N.* 3518.

4115.

BLAURERUS BULLINGERO.

Calvino aeternam beatitudinem gratulatur.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 163, olim Epp. Tom. 28, fol. 544. — Simler. Vol. 109.)

Clarissimo viro D. Heinricho Bullingero, amico omnibus modis summo.

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

— *Calvino* nostro, incomparabili Christi Iesu servo et organo electissimo, totis animis gratulor, beatam hanc in coelestem requiem, post tot exantlatos labores, migrationem, et in Domini sui gaudia introitum.[1]) *Yetzt ist er allen Finden entrunnen.* Interim autem supra modum metuo, quod tu quoque, ne sint ista maiorum malorum praesagia. — — — — — — — — — — — — Lutmerchae die 13. Iunii 1564.

T. Amb. Bl.

4114. 1) *N.* 4052.
2) *N.* 4068. 4111.
3) *hoc tempore Lugduni commorante.*
4115. 1) *Ipse Blaurerus ante finem anni, pridie Nonas Decembres eum sequutus est anno aetatis septuagesimo tertio.*

4116.

BEZA BULLINGERO.

Calvini iam defuncti vitam scribendi sibi in commodius tempus seponit officium. Lugdunenses regio edicto conciones publicas habere vetiti, dum ubique evangelium progreditur, vel ipsam Sorbonam invadens. Optima quaeque speraret si foedus cum Gallis iniri posset. Commendat iuvenes quosdam Turicum concedentes.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 166, olim Epp. Tom. 24, fol. 67. Exstat Genevae in Codd. 119, fol. 58 et 111b, fol. 25, Bernae in Arch. Epp. VI. p. 930 et ap. Simlerum Vol. 109.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero Tigurinae ecclesiae vere fido pastori patri mihi plurimum observando.

Tiguri.

Puto iam tibi renunciatum esse *Calvini* nostri transitum, qui 27 superioris mensis circiter noctem placide et sancte in Domino inter amicorum manus obdormivit. Eheu, mi pater, quantam nobis lucem ille dies ademit? Postridie est elatus maximo et iustissimo totius civitatis luctu. Sed de hoc argumento nunc quidem plus satis. Concedes enim hoc meo moerori ut, dum ipse me quantum possum in Domino consolor, non cogar singulis momentis his de rebus scribendo dolores acerbissimos renovare. Dabitur nobis, ut spero, tempus describendae optimi mei parentis tum vitae tum morti [1]) paulo accommodatius. [2]) Interea rogo ut hanc ecclesiam, ac me praesertim, cui invitissimo tantum nunc onus incumbit, magis ac magis Deo commendes. Pergimus quantum possumus, et quod ad nos attinet, video eundem esse nostrorum animum qui fuit, quamvis crescant hostium minae.

Rex in Burgundia nihil novavit. [3]) Lugdunum abhinc quatriduum est ingressus. [4]) Nostris statim interdictum est publicis concionibus, [5]) ex cuiusdam edicti formula quod ante annum fuit promulgatum, ne ubi Rex fuerit ibi publice conciones habeantur. Sed mutabitur tantum locus, et in privatis locis tanto erit frequentior turba, nisi quid amplius obtinuerint adversarii qui sibi maxima quaeque promittunt. Nostri plerique affirmant nihil esse innovandum, alii quaevis reformidant. Ego suspensus haereo, quamvis non dubitem quin, si patientes fuerint nostri, mox sua sponte concidant reliquiae papatus. Scio enim iam in me[*dia*] ipsa Sorbona de transsubstantiatione et privatis missis, et quidem acriter, disputari, et acerrimi quique iam aperte dicunt se, dummodo salva sint ἄλφιτα, papam nihil morari.

Utinam vero componi posset foedus [6]) quo harum etiam partium ecclesiae cum Gallicis possent coniungi: quod non esset factu difficile si legatus ille, de [*quo*] iam antea ad te scripsi, officium facturus esset. Qua de re non dubito quin *Linerus* noster tecum nuper egerit. Sed ut ille sit perfidus, socium tamen habet melioris fidei, et in tanta Regis ipsius vicinia facile esset, vel ipsis legatis invitis, transigere. De hoc tamen alias pluribus si videbitur. Tantum vereor ne Rex paucioribus diebus Lugduni haereat propter pestem ibi grassantem, [7]) ac proinde pulcherrima occasio amittatur. Quanquam illum, etiam si Lugduno abierit, non procul hac aestate abfuturum spero.

Caeterum qui tibi reddit has literas liberos cuiusdam nobilis et optimi viri ad vos deducit, quos etiam atque etiam rogo ut habeas commendatos. Dignus enim est eorum pater quem ecclesiae etiam vestrae complectantur propter multas virtutes ac praesertim egregiam pietatem, quam toto civili

---

4116. 1) *sic.*

2) *Beza primum scripsit:* Discours de M. Th. de Besse contenant en bref l'histoire de la vie et mort de M. Jean Calvin avec le testament et derniere volonté dudit Calvin et le catalogue des livres par luy composez. Gen. 1564. 63 pp. 8. *Recusa est in Cimber et Danjou Archives curieuses de l'histoire de France 1re Série* V. 255 *sub titulo:* L'histoire en brief de la vie et mort de Calvin par Th. de Besse. Juillet 1564. *Mensem recte definitum fuisse colliges ex eo quod in editione latina C. in Iosuam epitome eiusdem Vitae edita est:* De incomparabilis viri D. Io. Calvini morbo et obitu excerpta quaedam ex Gallica Th. Bezae Vezelii in hunc comm. praefatione, P. Garnerio interprete. Genevae 17. Aug. 1564.

3) *Relicto Barro Ducis per Divionem et Matisconem Lugdunum petiit.*

4) *Aliter Sarron in Mém. de Condé* II. 202*:* Ceulx de Lyon envoyarent iusques à Mascon ung basteau au Roy dans lequel il se mit le vendredy 9 de ce mois et vint coucher à demye lieue de la ville en ung lieu qu'on appelle Lisle, ou il demeura iusques au mardy ensuyvant (13) qu'il fit son entrée.

5) *Sarron l. c.:* Et combien qu'il soit dit par l'Edict de pacification que nul ne pourra faire prescher en court ny à cinq lieues allentour, si est ce que les Huguenots ne laissoient de faire prescher, encores qu'ilz veoient tous les iours le Roy se promener par la ville: ce que voyant le Roy fit faire ung edict qui se publiera toutes les sepmaines une fois, et le feit publier incontinent, par lequel il deffent à tous de ne faire prescher en sa dicte court ny à cinq lieues allentour: dont les Huguenots sont si mariz qu'ils crierent de despit et au contraire les catholiques joyeulx. Les Huguenotz, mesmes les principaulx de la ville furent devers le Roy et la Royne, les supplier de leur permectre que à tout le moings ilz puissent prescher de nuict, sans scandale, en quelque maison, mais ils n'ont peu riens obtenir.

6) *N.* 4114.

7) *Hist. des choses mém. p.* 295*:* Quoyque la peste fust lors estrangement enflammee à Lyon, la Royne et son conseil ne voulurent bouger et y tindrent le Roy. Finalement la peste estant entree iusques en la chambre de la Roine où elle frappa une de ses damoiselles le Roy fut enlevé de là.

bello perpetuam ostendit, nec sumptibus parcens nec vitae ut afflictos iuvaret. Cuperem eos, si fieri posset, apud D. *Gualtherum* nostrum collocari. Sin minus, eos nihilominus et illi et tibi et caeteris fratribus quantum possum commendo.

Bene vale, mi pater. Dominus ecclesiam suam afflictam respiciat, vere pios et fortes operarios excitet, laborantes confirmet et suo spiritu tueatur. Genevae 14. Iunii.

Brentii et *Eberi* responsum [8]) habeo prae manibus, sed vereor ut perexiguum sit quidquid in tanto moerore praestare possum. Librum *Eberi* primo quoque tempore remittam. Iterum vale.

Tuus Beza.

4117.

IONVILLAEUS BULLINGERO.

Consilium ei aperit epistolas Calvini olim edendi, splendidissimum scilicet tanti viri eiusque ingenii monumentum. Addit pauca de Rege Lugduni iam agente deque pueris illi Turicum missis.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 166, olim Epp. Tom. 24, fol. 292. — Simler. Vol. 109.)

Clarissimo viro D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae fido pastori plurimum mihi observando. Tiguri.

S. Ea fuit acerbitas doloris quem concepi ex morte parentis optimi D. *Calvini* ut prae moerore nihil ad te, vir clarissime, potuerim scribere. Sic enim tanti viri obitus animum meum vulneravit ut incredibile mihi foret, nisi experirer serio, tantum posse ad moestitiam augendam, quum venit in mentem illius hominis cui totus eram obstrictus. Sed quando ita visum fuit Deo nostro, aequum est ut moderate feramus quaecunque statuit: alioqui nullus esset lugendi finis aut modus. Caeterum meministi, ut opinor, quid aliquando de huius viri literis ad te scripserim, [1]) quidque abs te petierim. Rogo igitur, quum opus fuerit et tibi significavero, ut hac in parte nos iuvare digneris. Cupimus enim aliquando, si fieri possit, ut quidquid literarum ab eo scriptum fuit in lucem edatur. Nam inde hominis ingenium et eruditio, atque adeo quantus fuerit, palam fiet. Verum id nondum suscipietur.

Novi quod scribam nihil aliud est quam quod Rex nudius tertius ingressus est Lugdunum, cuius adventu accidit quod timendum piis omnibus erat, nempe vetitam esse publicam evangelii praedicationem quae illic florebat. Regina mater obtendit edictum quo prohibetur ne conciones sacrae habeantur ubicunque Rex agit. Sed D. *Beza* copiosius omnia. Interim rogo te, vir clarissime, ut pro tua humanitate duos istos pueros ex pio et nobili patre natos, et qui ad studia istuc mittuntur, commendatos habeas ut in disciplina retineantur. Quia te libenter hoc facturum spero, pluribus hac de re tecum non agam. Vale igitur. Dominus tibi semper adsit teque suo spiritu regat et laboribus tuis benedicat. *Budaeus* frater et reliqui amici te salutant. Genevae 14. Iunii 1564.

Carolus Ionvillaeus
tui observantissimus.

Literas quasdam ex Gallia tibi inscriptas mitto, quas ab amico quodam accepi ante triduum. Si qua responsione indigeant et eam ad me mittas tuto reddendam curabo.

4118.

BULLINGERUS BEZAE.

Calvini mortem deflet et Bezam hortatur ut eius vestigiis insistat.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 24.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae fideli Genevensis ecclesiae pastori, domino et fratri meo venerando ac carissimo. Et hoc absente D. Carolo Ionvillaeo meo.

Genff.

S. D. Quanto cum dolore audiverim sublatum esse a nobis *Calvinum* venerandum fratrem, non facile dixero. Metuo iratum nobis Dominum instituere contra nos horrenda. Nam intra triennium aut quadriennium sublati sunt ex ecclesia Dei *Philippus*, *Martyr*, *Musculus*, *Hyperius*, *Calvinus* maximi viri per quos Deus magna et multa suis beneficia praestitit. Non invideo illis quietem et quod liberati sunt ex hoc mundo immundissimo, et nunc fruuntur coelesti puritate. Imo votis omnibus meis contendo ut Christus Dominus mox me illis adiungat, si quidem hoc ipsi placeat. Doleo in his

8) *N.* 4112.
4117. 1) *Non exstat. Cf. Ep. Bezae d. d.* 18. *Sept.* 1565.

turbulentis temporibus et furentibus ventis navimque evertere conantibus tales tantosque gubernatores tolli a navi et quidem cum certo navis discrimine. Oro itaque Dominum ut nostri misertus ipse nauclerus sit, ipse nos gubernet, qui . . . . .[1]) septem stellas in manu sua tenet et obambulat inter candelabra. Te hortor, mi domine et frater, ut quod omnes de te speramus et pro te sedulo Dominum oramus, quum subieris in locum fidelissimi servi Dei *Calvini*[2]) eiusdem vestigiis in fide, veritate et sinceritate ingrediaris, nosque studiosissimos amantissimosque ut intimos fratres tuos diligas et nos iuves sicuti et nos parati sumus iuvare te. — — — — — — — — — — — — Tiguri 19. Iunii 1564.

Bullingerus tuus.

4119.

BLAURERUS HUBERTO.

Calvini mors, ultimi fere ex clarissima reformatorum phalange superstitis coryphaei ei occasionem praebet ecclesiae statum considerandi.

(Ex autographo Cod. Argentor. in Arch. Thomanis Epp. Var. Tom. I. fol. 215. — Simler Vol. 109.)

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

Nova apud nos haud crediderim ulla esse quae istic ignoretis. D. *Calvinus*, incomparabile Christi organum et nostri saeculi theologorum quos superstites nobis hactenus Dominus reliquerat propemodum princeps, 28. Maii[1]) post acutissimos ex variis morbis quos per octo dies continuos toleranter sustinuit dolores, terram coelo commutavit, ac velut bonus et fidelis servus in Domini sui gaudium intravit, aeternum cum illo vera vitalique vita beatissime victurus. Cui tôtis animis felicissimam hanc sortem gratulemur, quod in pace, collectis tranquille sarcinulis, frustratis autem tot crudelissimorum hostium conatibus, qui virum dentibus discerpere optabant ac nitebantur, coelestis patriae securissimo tutissimoque portui appulit. Interim vero Dominum precemur, ut nostri misertus, dum optimos quosque duces ac pastores gregis sui ad se colligit, ecclesiam suam clementer conservet, ut ne simus tanquam errabundae oves absque pastore. Ah! Ah! mi carissime et optime frater, quam pauci sunt hodie quos divino zelo accensos non quae sua sed quae Iesu Christi sunt quaerere, et ecclesiae ipsius cura serio tangi videamus. Postquam omnis fere illa generatio ad patres suos congregata est, quae multis annis papisticae servitutis durissimo et plus quam aegyptiaco babylonicoque iugo excarnificata renascentis suavissimae evangelii Iesu Christi libertatis consolationem est experta, vix equidem unus atque alter nunc est qui priorum meminerit, et ii ipsi in tanta impietatis colluvione, et omnium malorum licentia paulatim profanescunt priorem caritatem relinquentes. Sed habet tamen Dominus et omnino habet suos etiamnum quantumvis paucos quos novit, inter quos ut nos quoque velut sanctificatas sibi reliquias numeret et servet dies noctesque fusis lacrymis precemur, imo vero gratias illi agamus per Iesum Christum in quo elegit nos antequam iacerentur fundamenta mundi, hucque perpetuo eluctemur ut simus sancti et irreprehensibiles coram ipso per caritatem, quo clarificetur etiam magnum nomen eius per nos super terram. — — — — — — — — — — — — Lutmerchae die 22. Iunii 1564.

Tuus ab animo
Ambr. Blaurerus.

4120.

ZERKINTES BEZAE.

Praemissis nonnullis quae ad iuvenes quosdam spectant studiorum causa ad Bituriges mittendos, iudicium profert, paucioribus quidem absolutum, suum de Calvino et Calvini de ipso.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 629.)

Doctissimo et vigilantissimo praeclarae et sanctae Genevensis ecclesiae antistiti Theodoro Bezae patri et fratri in Christo Iesu plurimum colendo suo.

Misi exemplum literarum tuarum,[1]) quas ad me de pueris Germanis in Galliam transferendis dedisti, parentibus eorum, qui longius hinc absunt quam ut citius commode respondere potuerint. Hodie accepi literas eorum quibus significant Bitu-

4118. 1) *vox dubia.*
2) *Reg. du Conseil* 29. *Mai. Gaberel* II. 3 *suiv. In ministerio tamen Calvino successit Simon Goulard oriundus ex Senlis.* (*Spon*, I. 309.)

4119. 1) *Errorem excusabis.*

4120. 1) *Non exstant.*

rigum metropolim ipsorum iudicio et optione commodissimum esse gymnasium studiosis legum civilium, eoque ablegandi pueros omnem in me curam transferunt. Quam ego perlibenter impendam tuo adiutus consilio, sine quo hac in re ignotus apud ignotos nihil potero efficere quod meae fidei et puerorum utilitati respondeat. Obrutum te esse negotiis non ignoro: mallem agere hac de re cum aliis quibus plus est otii, sed neque novi quemquam hucusque mihi familiarem, neque cuiusvis est prudentiae iuventutis vitae, moribus et studiis ita consulere ut spei et impensae profectus respondeat. Si omnino tibi non vacat tuam mihi operam commodare, fac saltem per te hominem nanciscar apud vos idoneum, cui non sit molestum hanc subire molestiam, quoties res et tempus poscit studiosorum causa mecum conferendi rationesque accepti et expensi putandi. Colligam in summam quod cupio tuo consilio assequi: apud quem et quanti possim singulos in annum Biturigibus collocare, quo tempore commodissime iter ingrediantur magistro et hospitio prius invento: qui si sponsorem postulet, tunc velis tuam interponere fidem, si meam tibi chirographo obstrinxero, ne quid inde feras damni aut molestiae? Ubi haec rescivero a te, curabo caetera omnia quae ad profectionem pertinent, neque mora ulla erit in numeranda pecunia qua subinde erit opus.

Mortem *Calvini* vestrae reipublicae causa ferrem molestissime, nisi successorem nomini et autoritati amissi episcopi respondentem reliquisset. Ei certe congratulandum plurimum, qui exiguo temporis momento tam multa vitae taedia vicit et nunc aeternitatem ingressus summo quod praedicavit bono fruitur. Dominus nos eo deducat quotquot ipsum in Christo Iesu pie colimus et veneramur.

De rebus Sabaudicis [2]) nihil scribo, quibuscum tamen ad fastidium usque cogor luctari, sed ratione tam ancipiti et incerta ut qualis futura sit catastrophe pronunciare adeo non possim ut ne divinare quidem. Animose multi et fortiter dicunt sententias quas ego cuperem obtinere. Sed quoties imbecillum meum iudicium in circumstantias et impedimenta consiliorum evagari patior, videntur mihi parum firma. Dicam uno verbo: experimenta et eventus magnarum rerum reddunt me in reipublicae periculo et magno discrimine meticulosum, non quod mihi metuam, sed aliis qui forte sunt me imparatiores ad extrema ferenda. *Calvini* tibi de me iudicium confirmo, qui nimis me politicum et pacis amantem solebat dicere. [3]) Habuit ille suas rationes quibus multa constanter et fortiter egit: habent alii alias remissiores et in rebus publicis tractandis mansuetiores. Faxit Deus ut vincat ratio optima.

Caetera ex legatis nostris audies. Vale, pater ac frater in Domino colende, tibique constanter persuade, quicunque tandem fuerit publicarum rerum status, nostram tamen privatam amicitiam ruinam passuram non esse. Bernae 22. Iunii 1564.

Tui observantissimus
Nicolaus Zerchintes.

4121.

BULLINGERUS BEZAE.

Calvinum luget et expleto vitae cursu cum eo aeternum vivere sperat.

(Ex autographo Cod. Genev. 120, fol. 26.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae fidelissimo Genevensis ecclesiae pastori domino meo colendissimo et fratri carissimo.

Genff.

S. D. Quum nullas a morte felicis recordationis D. *Calvini* nostri fratris in Domino aeternum colendi ad me literas dederis, carissime frater, quam

---

2) *Ruchat* VII. 52: Le duc de Savoie continua les négociations avec Berne. On étoit convenu d'avoir une conférence à Nyon, pour régler la religion des terres que Berne céderoit et la sûreté de Genève. Mais la bourgeoisie de Berne témoigna tant de mécontentement de cette affaire qu'on refusa d'envoyer à cette journée. Cependant les autres cantons et les ambassadeurs d'Espagne et de Savoie sollicitèrent si vivement LL. EE. qu'elles consentirent à renouer les négociations sur ces deux articles et à tenir une conférence à Nyon le dernier Avril. Les Bernois y demandèrent 1° que les sujets des terres à céder au Duc auraient le libre exercice de la religion que LL. EE. y avoient établie, 2° qu'on donneroit à la ville de Genève une assurance parfaite pour son indépendance. Cette résolution fut prise par les Savoyards pour la rapporter à leur maitre. Au mois de Juin les Genevois demandérent à Berne qu'on fît quelque changement à l'article qui les regardoit, et une garnison bernoise, étant en peine du côté de la France. Mais les Seigneurs de Berne ne jugèrent pas à propos de faire des mouvements qui pouvoient donner occasion à une guerre. Ils se contentèrent d'envoyer ordre à leurs baillifs de prendre bien garde à tout ce qui se passeroit dans leur voisinage et de leur en donner avis. Le Duc accepta la cession des 3 bailliages de Gex, de Ternier et de Thonon avec les deux conditions de la religion des sujets et de la sûreté de Genève. Le conseil de Berne accepta [illegible] le traité (18. Juillet). Une dernière journée fut tenue à Lausanne le 22. Oct. pour y terminer l'affaire, en présence et avec l'approbation des cantons médiateurs.

3) *Cf. N.* 2906. 3023.

eas quas hic vir bonus D. Franciscus *des Loyes* attulit,[1]) renovasti sane dolorem de morte D. *Calvini* conceptum, non tam tibi ipsi quam mihi. Verum quum ille sit in gloria, nobis omnino annitendum puto ut officium nostrum facientes, ubi cursus noster absolutus fuerit, cum adamato in gloria aeternum vivere possimus in gaudio. — — — — — — — — — — — Tiguri 23. Iunii 1564.

Bullingerus tuus.

4121. 1) *N.* 4116. — *D. de Loyes ignotus, nisi forte ad N.* 4041 *respexeris.*

4122.

HALLERUS BEZAE.

Absumpto Calvino, omnibus bonis flebili viro, orandus Dominus ut in locum Eliae Elisaeum substituat. Et hoc nomine Bezae novum munus gratulatur.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 169.)

Clarissimo viro D. Theodoro Bezae Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo amico fratri et symmystae suo summe semper observando.

S. Quamvis non possim non plurimum dolere propter obitum clarissimi et maximi viri D. *Calvini*, et cum Elizaeo clamare: Currus et auriga Israelis! tamen illi gratulor quod Dominus ipsum ex miseriis huius mundi et praesenti saeculo malo liberavit et ad regnum suum coeleste transtulit, cursumque suum illi tam feliciter absolvere concessit. Faxit is quoque ut et nostrum tandem secundum eius voluntatem expleamus. Interea tamen, ut dixi, non possum non graviter dolere vices nostras, qui tantis subinde orbamur et destituimur ducibus. Abstulit enim hic annus fatalis nobis tres[1]) principes theologos quum paulo ante et D. *Martyr* decesserit. Quid hoc portendat novit Dominus, nobis tamen facile quoque aestimare licet. Orandum ergo valde ut Dominus nos custodiat a malo et pro Eliis istis Elizaeos substituat. Tibi vero, imo ecclesiae vestrae gratulor quod illa te illius habeat successorem. Utinam nobis et aliis quoque ecclesiis sic prospici potuisset. Interea vero quoniam Dominus nos ita in vicinis ecclesiis constituit, demus operam ut unitatem inter nos mutuam foveamus, non curantes quid interdum utrinque fiat a magistratibus quod ad dissolvendam concordiam spectare poterat. Scis inter vicinos multas saepe offensas intervenire solere. Unde et Dominus non frustra proximorum dilectionem praecepit. Qui itaque Christi sumus, coniunctionem illam quaeramus, nec sinamus nos ullas calumnias aut offensas ab unitate doctrinae et communionis separare. In hoc sane nos qui hic sumus sedulo incumbemus et nobis idem quoque de caritate vestra persuademus. — — — — — — — — — — — — — — Bernae 23. Iunii 1564.

I. Hallerus totus tuus.

4122. 1) *Praeter Calvinum hic de Hyperico cogitavit qui Cal. Febr. obierat, et de Musculo a. d. III. Non. Aug.* 1563 *mortuo.*

4123.

BEZA HALLERO.

Mortuo Calvino dum tempestates crescunt gubernator abest. Res tamen eo iam deductae ut retrorsum flecti nequeant ab adversariis.

(Ex apographo Cod. Turic. F. 46, olim Epp. Tom. XI, fol. 564. — Simler. Vol. 109.)

Mi frater. Valde doleo mihi non licere pluribus nunc tecum agere. Audisti de *Calvini* nostri obitu. Iam crescunt tempestates, ablato gubernatore. Vivit tamen ille qui ventis et procellis imperat. Scio non fore molestum D. *Bullingero* nostro si literas aperueris quas ei inscribo,[1]) ex quibus omnia intelliges. Domino sit gratia, qui nos adhuc confirmavit. Certe si perrexerint adversarii, non tam erit haec tela facilis ad retexendum, quam ipsi arbitrantur. Omnes valemus. Pestis Lugduni valde grassatur:[2]) sed utcumque sit, precandum serio ut adveniat regnum Domini. Commendo tuis et fratrum precibus et hanc ecclesiam et Galliam totam. Bene vale. Genevae 25. Iunii 1564.

4123. 1) *quae nostros oculos fugerunt.*
2) *N.* 4116, *not.* 7. *Etiam in reliqua Gallia, Germania et Helvetia.* (*Ruchat* VII. 48.)

4124.

LASICIUS [1]) BULLINGERO.

Vindicat se a crimine heterodoxiae in quod incurrit propter suam cum Castellione amicitiam, cuius quidem probitatem et nunc praedicat, errores si qui fuerint semper detestatus est.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 168, olim Epp. Tom. 25, fol. 259. Bullingerus adscripsit: *Io. Lasicii Poloni literae de Castalione et mea responsio.* 13. *Iul.* 1564. — Simler. Vol. 109.)

Vigilantissimo ecclesiae Tigurinae pastori viro clarissimo D. Henricho Bullingero.

S. p. Audio me apud te, doctissime Bullingere, a quodam adversario graviter esse accusatum. Ego vero te per eam quam multos iam annos docuisti aequitatem etiam atque etiam oro, ne me talem esse putes qualem tibi persuasit accusator. Sic dilexeram *Castalionem* ut tamen eius errores, si qui erant, non dilexerim. Probitas atque singularis illius hominis integritas mihi cara fuit. Quibus virtutibus si quid vitii adiunctum erat, uti fit, plane totum oderam. Quam autem pie de omnibus christianae religionis capitibus sentiam, testis esse poterit, quum totus nostrorum hominum qui istic est coetus, tum vero praecipue mihi amicissimus in Domino frater D. Christophorus *Trecius*, [2]) quocum crebris literis de statu nostrarum ecclesiarum disserere soleo. Tamen si accusatori potius incerta pro certis asserenti quam mihi omnia eiusmodi ficta crimina neganti credere malles, hoc quidem tibi summae prudentiae viro licet, verum ego haud mediocri gravabor iniuria. Bene vale, vir doctissime, et me tui studiosum complectere. Genevae 27. Iunii 1564.

Tuae dignitatis studiosissimus
Ioannes Lasicius.

4124. 1) *De hoc Polono nihil aliunde rescivimus. Videtur Basileae, Turici et nunc Genevae studiis operam navasse. Familiaris fuisse videtur eorum Polonorum qui Castellionis memoriam tum epitaphio posito tum liberis eius prospicientes coluere.*
2) *nunc scholae Cracoviensis rector.*

4125.

RADZIVILIUS CALVINO.

Pertinet ad controversiam de trinitate.

(Ex autographo Arch. Turic. Plut. VI. Vol. 106, olim Epp. II. 971 ss. — Simler. Vol. 110.)

Clarissime idemque ornatissime vir, amice noster plurimum carissime et observandissime.

Non dubitamus te virum sapientem moveri orbis terrarum contentionibus ac vero potissimum pro tua eximia et excellenti pietate prosequi gemitibus inenarrabilibus dissidia religionis, tum dissipationes distractionesque Ecclesiarum ac docentium in Ecclesia Dei. Ac eadem ipsa caussa nos impulit ad te hoc tempore scribere, qui in tantis doctrinae et opinionum procellis, iudicium, consilium et opem tuam nobis magnopere necessariam esse statuimus, ad teque hominem alioquin pientissimum, nobis vero amicissimum, pro fideli et salutari consilio in rebus magni in religione momenti confugimus.

Nolumus enim te celare, exarsisse non ita pridem graves et cumprimis arduas controversias in Regno Poloniae, et in magno Ducatu Lithuaniae, ac in ceteris provintiis et ducatibus Serenissimi Regis nostri Sigismundi Augusti, de primario fidei nostrae fundamento: Et quidem exarsisse non inter Papistas, sed inter nos, qui Iesu Christo unico liberatori et assertori salutis nostrae nomina dedimus, quique Antichristi catarmata Divina gratia affluente a nobis reiicimus, hoc est, inter ipsosmet Evangelicos, qui hactenus magno consensu sequuti sumus et sequimur per totam Poloniam et Lithuaniam confessionem et consensum Ecclesiarum vestrarum per Helvetiam et Allobroges.

Alii sunt qui in articulo fidei de Trinitate, tametsi non rem ipsam, sed nomina illa usitata Dei, Trinitatis, Dei Essentiae, Dei unius qui se in Patre et Filio et Spiritu sancto patefecit, aut in tribus Personis revelavit, Item: Unus Deus Trinitas, Unus Deus in Trinitate, Unus Deus trinus, Tres Personae in una Essentia, una Essentia in tribus Personis, et id genus, prorsus tanquam humana inventa reiiciunt, et soli expresso Verbo Dei in hac parte standum esse statuunt, et symbolis Apostolico et Niceno. In Athanasii vero pleraque reiiciunt. Dicunt enim Deum Trinum unum, et unum trinum nihil aliud esse, quam merum Sabellianismum. Quod videlicet verbis tantum concedant illi realem existentiam ac distinctionem Patris, Filii et Spiritus Sancti. Re ipsa tamen confusionem Sabellii inducunt.

Ac prodierunt non ita pridem iudicia Ecclesiarum Tigurinae et Heidelbergensis de hac ipsa con-

troversia, ex quibus scriptis avide isti quaedam arripuerunt, et pro firmitate caussae suae amplexi sunt. In eo videlicet dum dicunt: Si de rebus ipsis conveniret, non multa esset contentio inter partes de verbis, nempe de Verbo Trinitatis, Essentiae, Personae, Communicationis Idiomatum, proprietatis, relationis, et id genus. Quas omnes loquutiones isti quodammodo reiicere et fastidire videntur, quod scilicet non reperiantur in Scripturis. Quod vero de rebus ipsis conveniat, firmissimis ex scriptura adductis testimoniis comprobare et evincere satagunt, tenere se et amplecti verum fidei fundamentum. Dicunt enim extra Patrem, Filium et Spiritum Sanctum non esse somniandam aliquam Divinitatis Essentiam communem tribus: sed Filium Dei generatione, Spiritum vero Sanctum processione accepisse illud totum quicquid sunt a Patre, ac primum quidem accepisse eos ipsam Naturam, Essentiam, seu in ipsa Divinitate subsistentiam, ac adeo ipsum esse suum: deinde parem per omnia potentiam, gloriam, maiestatem, par imperium, unamque et eandem voluntatem: Aeternum Filium ex aeterno Patre ante omnia secula ex substantia Patris, non autem per ipsam eius voluntatem tantum genitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, Deum plenum de Deo pleno, perfectum de perfecto, coessentialem, coesempiternum, coinfinitum et coimmensum, per quem et secula condita sunt, nulla in parte Patre minorem, sicut altera pars eos calumniari consuevit, sed per omnia parem et aequalem Patri. In ea tamen quasi eminentia Patris appareat, quod ille sit ingenitus, et a se ipso, ac ex se ipso Deus. Filius vero ex substantia seu Essentia, Natura ac Divinitate Patris genitus: Et quod Filius sit missus, non Pater. Filius incarnatus, non Pater.

Arripuerunt et illud ex libello Censurae Ecclesiarum, quod ex Graecis scriptoribus affertur, Patrem esse Principium Filii et Spiritus Sancti. Non quidem intelligunt principium temporis, sed generationis in Filio, et processionis in Spiritu Sancto. Ac inde inferre et concludere conantur, quod Deo Patri propterea in Scripturis Unius Dei praerogativa seu praeeminentia ac appellatio tribuatur ratione paterni nominis, tanquam autori, qui Filii et Spiritus Sancti sit principium atque caussa. Et quod Filius et Spiritus Sanctus ex Patre, tanquam Divinitatis scaturigine, acceperunt naturam seu subsistentiam suam ac adeo illud quicquid sunt, non Pater ab illis. Et propterea illum a se ipso Deum, Filium verum Deum de Deo et Spiritum Sanctum, Spiritum Dei, hoc est, Patris, dicendum esse existimant. Quanquam et Spiritum Christi dicendum esse non negent, ut puta in quo inhabitat plenitudo Divinitatis corporaliter, et quod aeque Filius mittat Spiritum paracletum, sicut et Pater. Et sic Divinitatem eandem in omnibus tribus, quae tamen non Essentia aliqua extranea communis tribus sit, sed quod Pater principium et scaturigo sit Deitatis, ex qua Filius generatione et Spiritus Sanctus processione tanquam ex communicatione paterna suum esse accipiant. Sicut Filius inquit, omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et quod a Patre sit omnis paternitas in coelo et in terra.

Allata praeterea non ita pridem est ad nos Epistola Praestantiae tuae, in qua illa verba scripta exstant: „Precatio vulgo trita, Sancta Trinitas unus „Deus miserere nostri, mihi non placet, ac omnino „barbariem sapit.“ Id quod etiam isti avide arripuerunt, et ad firmitatem caussae suae sumere et usurpare solent. Deinde et illud paulo inferius, quod in reprehensionem delirii Stancariani eadem P. T. ibidem dicit: „Unus Deus et Unus Media„tor, id est Trinitas. Item, ut cognoscant te unum „Deum, id est, Trinitatem. Credite in Deum, id „est, in Trinitatem. Quicquid petieritis a Patre, „id est, a Trinitate, non modo tanquam insipidum, „sed prophanum quoque repudiamus.“ Quae verba ex epistola P. T. isti avide quoque, ut dicimus, arripuerunt. Ac velim nobis credat P. T. hoc genus dogmatis alte radices egisse in Polonia: praecipua enim Nobilitas et praecipui Ministri istam magno spiritu tuentur opinionem. Nos tamen hactenus nostros ministros in officio continuimus. Eorum tamen impulsu haec ad te scribimus, qui se non semel nobis declararunt, nihil se ista caussa videre, quod a Prophetica et Apostolica sententia, tum et a vetusta puritate, et a principiis solidae Theologiae exorbitet.

Alii porro ex nostris evangelicis sunt, qui usitata illa vocabula per omnia retinenda esse existimant, trinitatis, essentiae, personae, Deus trinus in personis et unus in essentia, et id genus. Nec existimet P. T. levem esse hanc inter partes contentionem. Nam et hanc sententiam maximi quique in Polonia viri mordicus tuendam sibi suscipiunt, alteram vero tanquam profanam et haereticam non modo reiiciunt, sed et inspectione cognitioneque eam non dignantur. Quin illis quodammodo religio est intelligere cognoscereque causam hanc. Abhorrent itaque a ministerio istorum, quin et a mutua consuetudine et commercio alterius partis, et geritur res magna contentione et animorum acerbitate, gliscunt simultates et odia, et res omnino ad seditionem spectare videtur. Exultant et insultant utrique parti papistae. Regia etiam Maiestas ab illis incenditur, nec desunt ministri pseudotrinitariorum (sic enim eos vocant) qui frigidam suffundunt, et exacuunt animos istorum. Id quod novissime accidit in publico omnium ordinum conventu, ubi quidam minister, quum multa de vocabulis trinitatis, essentiae, personae, Dei trini unius et unius trini, disseruisset et docuisset vocabulum trinitatis ex voca-

bulo Elohim tanquam per mysterium et sacramentum quoddam profluxisse: intulit quoque ac conclusit, tanquam tesseram et symbolum christianitatis retinendum esse, et qui illud reiiceret et usurpare nollet, non alio loco habendum esse quam in populo Israelis habiti sunt Ephraimitae a Galaditis, qui vocabulum spicae hebraico sermone non recte exprimerent, Sibolet pro Schibolet. Nota est historia ex XII. cap. Iud. Ac quum is idem minister apud quosdam eius farinae reprehenderetur de sanguinario eius spiritu, deque eo, quod ad domesticam seditionem et civile bellum classicum insonare videatur, responderunt illi, id ipsum se in epistola P. T. videre, in cuius calce haec verba scripta sunt: „Superest est nunc, generosi nobiles et praestantissimi viri, ut in huius caussae defensione infatigato studio pergatis. Res est non levis momenti „tenere Christum esse unicum Deum, a quo vita „et salus petenda est, et in quo gloriari fas est. „Id vobis eripere conantur sacrilegi isti errones. „Quare non aliter vobis certandum, quam si ad „Deum fictitium vos abducerent. Pluribus vos hor„tarer, nisi sponte satis animatos esse confiderem.“ Hac tenus sunt verba praestantiae tuae. Et non fallit equidem eandem praestantiam tuam eius augurium, satis enim, quin plus quam satis ad eam rem istos, qui eius sententiae sunt, animatos esse, quod videlicet armis, sanguine, persequutionibus, atque adhibita externa vi, suam quidem tueri, contrariae vero partis exterminare sententiam sibi statuant. Sed et diversae quoque factioni non deest animi constantia, non deest virium, opum, amicorum, affinitatum assistentia atque robur, tum maior pars doctorum et excellentium quorumque virorum et ministrorum pro hac parte stat, qui pro defensione caussae suae parati sunt extrema quaeque pati atque adire. At quorsum in tanta odiorum exacerbatione res spectet, facile pro tua eximia prudentia tecum animo expendere poteris. Sciunt enim isti, quae fuit olim poena contra cultores fictitiorum deorum constituta, nempe ipsa lapidatio et exterminatio e medio populi. Haec sane sparsa sunt per totam Poloniam, non sine invidia nominis praest. tuae. Dicunt enim isti nequaquam se colere fictitios deos, sed aeternum Deum patrem conditorem rerum omnium visibilium et invisibilium, et eius unigenitum, coaeternum et consubstantialem filium, et spiritum sanctum, paracletum, illum quidem generatione, istum processione inenarrabili a patre, hoc est, ex substantia patris subsistentes, neque se unicum Deum Christum colere audacter profiteantur, quod non possit esse unicus, qui habeat patrem et mittat spiritum sanctum paracletum in corda fidelium ab eodem patre, quod scilicet unicus singularitatem denotet, et realem existentiam et distinctionem personarum tollat aut confundat in divinitate. Cuius rei passim dicunt meminisse Hilarium, contra solitarium seu unicum Deum. Proinde non dubitant manifeste retorquere, trinitarios istos fictitios deos et fictitia nomina colere, non in scripturis patefacta, sed ex philosophia et sophistica desumpta. Nulla enim ratione istam propositionem admittere volunt: pater, filius et spiritus sanctus est aut sunt unus Deus, sed loquendum esse secundum scripturam esse illos unum, non unus: quod unus, seu, ut dicunt, singularis seu unicus, a patre uno excludat filium et spiritum sanctum, et amittat mediatorem, vel constituat confusionem Sabellii: et oriri inde infinita monstra, Patripassianos et id genus. Manendum itaque dicunt in terminis scripturae, quae nusquam dicat, quod pater, filius et spiritus sanctus sit unus Deus, sed quod hi tres unum sint, non unus. Ac multa profecto est digladiatio de istis voculis unus et unum: et propositionem illam unus Deus, potissimum vero si absolute ponatur, referendam esse ad patrem, ita tamen ut non excludatur filius a divinitate, nec spiritus sanctus. Nam et filium dicunt esse Deum, et spiritum sanctum deum, sed addunt cautelam, de Deo scilicet patre, qui omnium sit Deus, quia et Christi Deus. Christus vero non posset dici omnium Deus, quod ex illo non sit pater, sed filius ex substantia patris subsistat. Et propterea ordine naturae incipiendum esse semper a patre dum in unius Dei sermonem incidimus. Ac quod ad illum orationes invocationesque nostrae directae esse debeant, idque praeeunte semper fiducia mediatoris Christi, cuius interpretationis ipsummet Christum dominum interpretem esse ostendunt. Verbi gratia dum a propheta dicitur: Audi Israel, dominus Deus tuus, Deus unus est: per quae verba Deum patrem intelligunt, et adducunt ex novo testamento Christi domini interpretationem: Quem vos dicitis Deum vestrum esse, pater unus est. ex quo loco et similibus inferunt quandam conclusionem. Quotiescunque in scripturis Deus absolute ponitur, semper intelligendum et referendum esse ad patrem. Ac eo spectare dicunt alios scripturae locos: 1 Corinth. 8: Scimus quod nihil est simulacrum in mundo, et quod nullus sit Deus alius, nisi unus. Nam etiamsi sint qui dicantur Dii, sive in coelo, sive in terra, quemadmodum sunt dii multi et domini multi, nobis tamen unus est Deus, pater ille ex quo omnia, et nos in illum, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per illum. Item ad Ephes. 4: Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et pater omnium, qui est supra omnes, et per omnia, et in omnibus vobis. Rom. 16: Soli sapienti et immortali Deo per Iesum Christum honor et gloria in secula. 1 ad Timoth. 1: Gratia misericordia, pax a Deo patre nostro et a Iesu Christo domino nostro. Et paulo infra: Regi autem secu-

lorum immortali, invisibili, soli sapienti Deo, gloria honor in secula seculorum. 1 ad Timoth. 6: Praecipio tibi in conspectu Dei, qui vivificat omnia, et coram Iesu Christo, qui testatur sub Pontio Pilato bonam professionem, ut serves praeceptum, immaculatus, irreprehensibilis, usque ad apparitionem domini nostri Iesu Christi, quam temporibus suis ostensurus est ille beatus solus princeps, rex regnantium, et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, lucem inhabitans inaccessam, quem vidit nemo hominum, neque videre potest. Cui honor et imperium sempiternum. 1. Ioan. 5: Quoniam tres sunt qui testimonium dant, spiritus, aqua et sanguis, et hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est. Quoniam hoc est testimonium Dei, quod testificatus est de filio suo: Qui credit in filium Dei, habet testimonium in se ipso. Qui non credit Deo, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de filio suo. Et hoc est testimonium quod vitam aeternam dedit nobis Deus. Et haec est vita in filio eius. Qui habet filium, habet vitam. Qui non habet filium Dei, vitam non habet. 1 Timoth. 2: Unus enim Deus est, unus etiam mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semet ipsum pretium redemptionis pro omnibus etc. Ex quibus et similibus scripturae locis inferunt et concludunt isti, nullo modo confundi posse, ut pater et filius unus sit uterque, sed semper unus ille Deus pater omnium tum in coelo, tum in terra, tum in creatione, tum in restauratione omnia egit per filium suum, qui est mediator ab aeterno etiam creandarum rerum omnium: Non autem filius egit per patrem. Ut enim pater est ex quo omnia, ita et filius per quem omnia. Quae verba manifeste confusioni Sabellianae omnino adversantur, et mixturam seu commixtionem in divinitate non patiuntur. Unus itaque Deus pater, et unus mediator Dei et hominum Christus Iesus, et unus spiritus sanctus. Alius scilicet et alius, sed non aliud. Hoc est, unius et eiusdem naturae, divinitatis, potentiae, gloriae, imperii, maiestatis. Eam tamen divinitatem, potentiam, gloriam, imperium et maiestatem, filium generatione, spiritum sanctum processione a patre accepisse et habere dicunt, sicut dicit filius: Omnia mihi tradita sunt a patre meo.

Ad haec addunt, pluralitatem Deorum trinitarios inducere. Quum enim isti non admittant, patrem esse principium generationis filio, et processionis spiritui sancto, sed esse a se ipso, quemadmodum et pater est a se ipso Deus, inducere eos plura principia, et ex consequentia plures Deos. Ideo isti excogitant nova quaedam vocabula, quod solum patrem vocant autotheon, a se ipso Deum, filium vero et spiritum sanctum Deum de Deo, illum generatione, hunc processione: inenarrabili modo, ut praemissum est filium generatum et spiritum sanctum procedentem. Nec quidquam se novi excogitare existimant, ac perinde esse aiunt patrem autotheon vocari, sicut antiquitus dicebatur, patrem esse ingenitum, filium genitum, spiritum sanctum procedentem. Ac semper addendum esse censent, non ex aliena, sed ex patris substantia filium et spiritum sanctum, tanquam divinitatis fonte profluxisse: citra tamen ullius temporis momenti aut intervalli imaginationem, quod haec accidentia in divinitatem non cadant, sed per omnia aeternos ex aeterno, consubstantiales ex substantia patris, pari, ut dictum est, potentia, gloria, imperio, maiestate, ac una et eadem voluntate et operatione. Ita quod nihil addat hoc ipsum patri, quod sit ingenitus, nec adimat aut detrahat quicquam filio, quod natus est, nec spiritui sancto, quod procedat a patre ac de filio capiat. Sed tamen semper tenendum discrimen inter ingenitum et genitum, Deum missum et mittentem, dantem et accipientem: et quod hi duo unus esse non possint. Pro cuius sententiae assertione adducunt ex Hilario 26. conclusionem synodalem temporum illorum adversus Arrianos, quae sic habet: „Si quis innascibilem „et sine initio dicat filium, tanquam duo sine prin„cipio, et duo innascibilia et duo innata dicens, duos „faciat Deos, anathema sit. Caput enim quod est „principium omnium, filius: caput autem, quod est „principium Christi, Deus. Sic enim ad unum, qui „est principium omnium per filium universa referi„mus. Filium innascibilem confiteri impiissimum „est. Iam enim non erit Deus unus, quia Deum „unum praedicari natura unius innascibilis Dei ex„igit. Quum ergo Deus unus sit, duo innascibiles „esse non possunt, quum idcirco Deus unus sit, „quum pater Deus sit et filius Dei Deus sit, quia „innascibilitas sola penes unum sit, filius autem „idcirco Deus, quia ex innascibili essentia natus „existat. Respuit ergo innascibilem filium praedi„cari fides sancta, ut per unum innascibilem Deum „unum praedicet, ut naturam unigenitam ex innas„cibili genitum essentia, in uno innascibilis Dei no„mine complectatur. Caput enim omnium filius „est, sed caput filii Deus est et ad unum Deum „omnia hoc gradu atque hac confessione referuntur, „quum ab eo sumant universa principium, cui ipse „principium sit.“ Et plana haec, evidentia et minime obscura esse docent.

Ceterum de processione spiritus sancti Graecorum sententiae magis quam Latinorum adstipulantur, quam duplicem esse statuunt: alteram aeternam a solo patre, hoc est ex substantia patris ante omnia saecula, id est, una cum ipso patre et filio eius unigenito exstitisse: alteram processionem ab utroque fieri, tam a patre quam a filio, hac vi-

delicet parte, qua mittitur in corda fidelium et qua est spiritus vivificans, et testimonium conscientiae nostrae perhibens, quod simus filii Dei, et in illo clamemus: Abba pater. Aeque itaque filium mittere aiunt spiritum sanctum, sicut et patrem, et hoc ipsum operari in mentibus fidelium, quod pater et filius vult. Illa tamen aeterna processio iuxta Graecorum sententiam a solo patre fit. Si enim, inquiunt, ab utroque est processio, duo principia statui et ex consequentia plures Deos. Ac eo modo faciunt et constituunt discrimen inter processionem et missionem spiritus sancti: processionem soli patri tribuunt, missionem utrique ad ecclesiam in corda fidelium.

Ex his et similibus doctrinis inferre et concludere conantur, totam doctrinam in papatu, etiam de hoc fidei nostrae fundamento fuisse corruptam, nihilque intactum reliquisse Antichristum, quod tetris et horrendis ille abominationibus non contaminaret, non pollueret, non profanaret. Trinitarii contra concedunt quidem reliqua omnia pessumdata fuisse in papatu: haec vero de primario fidei nostrae fundamento, singulari Dei beneficio, illibata et inviolata permansisse, et illa tantum parte status ac ordines imperiorum serenissimi regis et principis nostri, ac ipsosmet in primis principes, senatum populumque regni Poloniae et magni ducatus Lithuaniae, apud serenissimum regem nostrum reformationem ecclesiarum contra papistas urgere debere: ab ista vero parte de trinitate, ne latum quidem unguem a doctrina papistica oportere discedi, nisi prorsus Epicuraei Atheique esse velimus.

Hic vero, Deus bone, quanta est ab altera parte coacervatio sententiarum ex libris papisticis, ac potissimum ex illis, quos illi missalia, horaria, diurnalia vulgo vocant, nec non ex usitatis cantilenis, tam latinis quam polonicis, papisticis pariter et evangelicis, quae publice leguntur ac canuntur in templis et in plateis. Verbi gratia: Suscipe sancta trinitas hanc oblationem in memoriam domini nostri Iesu Christi. Item in die purificationis:[1]) Benedico te creatura cerae in nomine Dei nostri et sanctae trinitatis. Per dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum et cum spiritu sancto vivit Deus, per omnia etc. Item ibidem: Domine Deus pater omnipotens, precamur te per intercessionem S. Mariae genitricis tuae, propitius sis omnibus clamantibus ad te, quos redemisti pretioso sanguine tuo. Item in die s. trinitatis: Omnipotens, sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis aeternae trinitatis gloriam agnoscere, qui in trinitate unus Deus etc. Ex quibus et similibus sententiis, quarum libri papistici, quin et quorumdam evangelicorum pleni sunt, inferunt et concludunt isti, non tantum trinitatem, sed quaternitatem et aliam multam pluralitatem in divinitate pontificios et quosdam evangelicos inferre, et esse eius generis infinitas corruptelas.

Unde inter partes mira est certaminum coacervatio et odiosa recriminatio. Trinitarii enim istos Arianismi illi eos Sabellianismi coarguunt, quod scilicet realem tollant distinctionem in trinitate, et ex tribus distinctis personis conflent unum confusum Deum trinomium: deinde quod non veram trinitatem, sed quandam quaternitatem, tum quinquennitatem senennitatemque isti doceant: et iniuste olim ab ecclesia romana Ioach. abbatis sententiam sanam et cum verbo Dei congruentem, damnatam et explosam, deteriorem vero Petri Lombardi, qui magister sententiarum dicitur, receptam fuisse. Et recitatur eiusdem abbatis certa quaedam prophetia, quam in scriptis suis reliquisse dicitur in haec verba: Et priusquam cessabit turba missantium, tunc apparebit quaternitas.

Prodiisse etiam dicunt, non ita pridem certos dialogos de trinitate Bernhardini Ochini,[2]) viri de pietate christiana optime meriti, qui in eisdem dialogis suis veterem scholasticorum doctrinam de hoc dogmate non obscure taxet ac reprehendat. Qui quidem libellus tametsi nobis dicatus est, eum tamen hactenus nedum legimus, sed ne vidimus quidem. Aiunt quidem ad nos fuisse missos, sed tamen studiose a quibusdam interceptos, ne ex Germania in Poloniam penetrent.

Nolumus praeterea celare praest. tuam, actam fuisse mense Septembr. Pinczoviae[3]) synodum ecclesiarum renatarum in minori Polonia, ad quam et nos certos ministros et pastores nostros ex Lithuania ablegavimus. In qua quidem synodo summa consensione omnium superintendentum, pastorum et seniorum ex utroque ordine tam nobilium, quam ministrorum, conscripta est quaedam formula consensus de hoc dogmate, quam T. P. inclusam mittimus, ut de ea iudicium feras. Paucissimi autem ex ministris trinitariorum ab hac synodo se absentarunt, et legitime vocati adesse noluerunt, qui etiam nunc multas turbas hic cient, sive pietatis zelo, quem prae se ferre videntur, sive ignoratione caussae. Nam ab illius cognitione nedum iudicium et rationem abducunt: sed ipsas quoque aures et omnem sensum claudunt. Amicam vero, placidam et christianam collationem cum altera parte prorsus detrectant. Id quod sane ad te non sine gemitibus scribimus. Quid enim inde speremus aliud, quam tristissimam et longe lugubrem

---

4125. 1) In missali Cracoviensi sumptibus Halleri impresso *S.*

2) Inscripsit Ochinus hos duos priores dialogos tomi II. dialogorum huic principi *S.*

3) 1563 *S.*

rerum omnium faciem, ex mutuis evangelicorum inter se dissidiis, et papistarum in utrosque insultationibus?

Neque hoc silentio apud praest. tuam praetereundum erat, propositam esse a quibusdam piis et eruditis viris, tertiam quandam sententiam seu opinionem de hoc ipso primario fidei nostrae fundamento, de Deo seu trinitate, ut usitate in ecclesia loquimur, superiorum duarum opinionum quasi conciliatoriam, quanquam ea ipsa ab alterius partis opinione, nempe ab iis, qui papisticam tuentur opinionem, longissime a conciliatione abest: quod hi secundum scholasticorum sententiam prorsus sabellianizent, id est, confundant, unumque confusum ex tribus Deum faciant. Imaginantes quasi supra Patrem unum quendam Deum, quem essentiam vocant, et ab hac ipsa essentia, quum de Deo loquuntur incipiunt, id quod secundum sententiam Hilarii in libro de synodis contra Arrianos erroneum atque haereticum est. Praeterea, quod filium dicant Deum esse a se ipso, quod scilicet haec propositio trahat post se aliquot perniciosos errores, nempe quod filius Dei dominus noster Iesus Christus privetur sua vera legitima et aeterna ex aeterno patre genesi. Si enim, inquiunt, filius Dei a se ipso Deus est, ergo genitus a patre non est, et per consequens ingenitus est, idem scilicet, qui pater. Quo fundamento amisso, nempe ista genesi seu filiatione, ut ita dicam, filii, amitti quoque Christum, amitti mediatorem et eius beneficia, et extra verbum evagando coli fictitia nomina, et plura principia in divinitate induci. Ab hac itaque opinione longissime, uti dico, abest illa quae proposita est conciliatio. Ceterum alterius partis opinio, nempe eorum evangelicorum, qui trinitatis vocabulum, ut dictum est, reiiciunt, ad propositam conciliationem perquam proxime accedit. Congruit enim cum reliquis omnibus istorum thematibus, propositionibus conclusionibusque, de unica tantum propositione, quae ipsa conciliationis nomine proponitur, illis non convenit. Haec autem talis est. Pater, filius et spiritus sanctus recte dicuntur et sunt unus Deus, non persona, sed indifferenti natura, id est, non numero unus, nec individuo, sed similitudine aequalitateque naturae, quod scilicet filius et spiritus sanctus habeant naturam patris, et ex patre subsistant quicquid sunt. Proinde constituunt isti certas quasdam propositiones, seu brevia quaedam axiomata doctrinae docendique caussa. Dicunt enim istam propositionem, pater, filius et spiritus sanctus sunt unus, falsam esse et minime catholicam: quod scilicet ex verbis inordinate prolatis, ut Hieronymus dicit, haeresis incurratur. Eo enim loci particula unus confusionem Sabellianam in divinitate inducit, et significat unum individuum identitate numeri. Quam propositionem propterea explodunt atque reiiciunt utrique, tanquam erroneam, id est, scholasticam atque papisticam. Quum vero dicitur, pater, filius et spiritus sanctus sunt sive est unus Deus, ut particula unus Deus praedicetur de tribus personis divinitatis, veram et catholicam esse propositionem conciliatores isti affirmant. Adiecta tamen semper, intellecta et subaudita praedicta interpretatione, unus Deus, non persona, sed indifferenti natura. Qua propositione admissa et amplexa secundum istorum sententiam totam istam controversiam planam et facilem esse, et discussam omnino videri, ut quae iam antea sit patrum scriptis satis luculenter evidenterque explicata, expensa et conciliata. Pro qua quidem opinione egregius vir, eruditione et pietate praestans D. Franciscus *Lismaninus* Corcyreus, theologiae doctor, quum in sinceriori religione, tum in scholastica theologia et lectione patrum exercitatissimus, comportavit ex scriptis eorumdem patrum certas sententias, easque in specialem libellum collectas hinc inde per Poloniam, partim ad viros doctos, partim ad proceres misit, ac missum etiam eundem libellum audivimus ad praest. tuam, et ad Tigurinos. Quae quidem opinio tametsi proxime, ut dixi, accedat ad opinionem Antitrinitariorum, tametsi etiam ea non semel in synodis polonicis proposita et agitata fuerit, in hanc usque tamen diem recepta non est, et adduntur eius rei certae caussae et rationes evidentia non carentes.

Primum quum dicitur, pater, filius et spiritus sanctus sunt unus Deus, non persona, sed indifferenti natura, respondent amphibologicam esse propositionem. Si enim indifferenti natura pater, filius et spiritus sanctus Deus unus est: ergo quemadmodum pater a se ipso subsistit, et a se ipso suum esse habet, eadem quoque ratione et filius et spiritus sanctus ex se subsistunt, et a se suum esse habent. Hoc enim indifferens natura vult, ut ea communis sit tribus aliunde. Atque eo modo amitti veram genesin filii, et genuinam spiritus sancti processionem ex patre, divinitatis, uti dictum est, fonte. Et quod huiusmodi propositio incidat prorsus in sententiam papisticam de uno Deo in essentia et trino in personis, et sic in quaternitatem, et ex consequentia in pluralitatem Deorum ex pluribus principiis, uti supra dictum est.

Deinde, quid opus est, inquiunt, petere humanam interpretationem aut ea niti, ubi scriptura clarissime et distinctissime loquitur de uno Deo patre illo ex quo omnia: et de uno filio Dei, per quem omnia: et de uno spiritu paracleto, in quo omnia. Quo loci semper isti ad suum illud usitatum axioma, tanquam ad unum maximum recurrunt, illudque conciliationi praedictae obiiciunt, nempe: Quoties unus Deus in scripturis absolute ponitur, intelligendum semper esse de patre, et

quod haec eadem particula, unus Deus, absolute posita non de alio praedicetur, id est, neque de filio, neque de spiritu sancto, nisi semper de patre. Quod scilicet ille solus verus sit Deus, ex quo omnia, una innata, ingenita seu innascibilis virtus, et una sine initio potestas, ut Hilarius ait. Non negant tamen, quin facillime et diserte confitentur, particulam Deus praedicari quoque de filio et de spiritu sancto, non tamen absolute, sed cum certa circumscriptione, de qua paulo infra. Ac manifeste docent, minime spoliari filium Dei divinitate, dum soli patri unius veri Dei praerogativa, ut dictum est, tribuitur. Nec etiam per particulam unius Dei derogari quicquam aut detrahi filio Dei, ne et ipse quoque sit Deus, quod pater Deus unus est. Est enim filius de patre, Deus verus de Deo vero, ex Deo in Deum genitus. Quod vero soli tantum patri unius veri Dei appellatio attribuatur, id fieri κατ' ἐξοχὴν, propter certas rationes. Primum, quia autoritas verbi Dei hoc urgeat et doceat spiritus sanctus per totam scripturam, quum distinctissime de patre et de filio loquitur. Deinde quod pater sit omnium Deus, principium, radix, scaturigo et fons divinitatis filio et spiritui sancto. Deus ergo non modo conditarum rerum, sed inprimis Deus filii sui, domini nostri Iesu Christi, ex cuius substantia, natura, essentia seu divinitate, filius ante omnia secula genitus est et generatione accepit a patre subsistentiam suam, ac adeo ipsum esse suum, et hoc quicquid est ipse. Pater itaque principium filii, unde et caput Christi dicitur, quamvis et Christus principium rerum omnium, sed non patris, at illius vera imago, quamvis nulla ex parte dissimilis, sed omnino indifferenter aequalis. In quantum tamen filius est, de patre accepit ut sit, quum ille de filio id non accepit: id etiam filius debens patri quod est, et quod eidem patri aequalis et par est. Pater autem nulli debet quicquid est. Ideo ratione originis seu principii, ne plura principia in divinitate inducantur, et ex consequentia plures Dii, soli patri tribuitur appellatio unius veri Dei, quod ipse solus ingenitus sit, principii ac originis expers, et propatora non habens, sed ipse sit a se ipso et ex se ipso Deus, et propterea omnium Deus, et soli patri competat haec particula omnium Deus, quod et Christi Deus. Ex Deo scilicet in Deum natus, sed tamen non omnium Deus, qui non sit Deus patris. Et verus quidem Deus de Deo vero, unus ab uno, plenus de pleno, perfectus de perfecto, essentia de essentia, vita de vita, lumen de lumine: coaeternus ergo, consubstantialis, coinfinitus, eiusdem maiestatis, gloriae, potentiae, regni, imperii atque dominationis cum patre, quod scilicet in illo plenitudo divinitatis habitet corporaliter, et quod illi omnia tradita sunt a patre, et quidem tradita, non ut servo a domino modo largitionis, sed ut filio a patre, nomine et modo generationis illius aeternae, ineffabilis, quae nulli sit cognita nisi soli patri. His rationibus adduci se dicunt, cur soli patri praerogativam unius Dei attribuant, per hoc tamen nihil derogent aut detrahant filio Dei, ne et ipse quoque sit verus Deus, sed tamen illi praedictae particulae, omnium Deus, et unus Deus, absolute non competunt, nisi soli patri.

Tertio loco ad sententiam domini doctoris *Lismanini*, quod eam scilicet non audeant admittere aut amplecti, ita argumentantur. Si pater, filius et spiritus sanctus est sive sunt (haec enim aequipollent) unus Deus, quaeritur cuius Dei erit filius Dei, dominus noster Iesus Christus. Si enim respondetur, quod eiusdem unius Dei, illative consequitur, filium quoque sibi esse patrem. Id quod absurdum esse aiunt, et quod haec praedicatio partim Sabellianam confusionem, partim plura principia in divinitate induceret, et plerosque alios tetros errores.

Quarto. Si pater, filius et spiritus sanctus unus Deus est: consequentiam videri velle, quod idem sit incarnatus, idem pro genere humano passus et mortuus: amitti ergo mediatorem, et confusionem trinomiam Sabellii induci. Proinde ut tam absurda et impia evitentur, servandam esse regulam in verbo Dei propositam, quod distinctissime scriptura de patre et filio Dei loquatur: servandumque discrimen clarum, apertum et manifestum inter Deum ingenitum, Deum invisibilem, quem nemo unquam vidit, Deum habitantem lucem inaccessam, Deum omnium, a se ipso et ex se ipso Deum, expertem omnis originis, id est, Deum, ex quo omnia, non habentem propatora, Deum mittentem, item Deum donantem, Deum iubentem. Haec enim proprie soli patri competere dicunt, et quod scriptura distincte de hoc Deo patre loquatur, et distincte de filio Dei, de eo scilicet Deo, qui ante omnia secula genitus est, per quem et secula condita sunt, qui in specie angeli colloquutus est cum patribus, cum Abrahamo, luctatus est cum Iacobo, qui descendit in Sodomam, et pluit sulfur et ignem de coelo super ipsam, dominus a domino, Iehovah a Iehovah, qui alloquutus est Moisen in rubo, qui in specie columnarum ignis per noctem et umbrae per diem protexit et deduxit populum Israel ex Aegypto, qui legem tulit et in monte colloquutus est cum Moïse, qui ex radice Iessae egrediundus erat, quem Iesaias admirabilem consiliarium, heroem fortem, patrem aeternitatis, principem pacis nominat. Et quod hic princeps, postquam venit plenitudo temporis incarnatus ex spiritu sancto in utero Mariae virginis natus, et egressus est dux populi sui ex Bethleem, deinde morti destinatus, crucifixus et carne mortuus, sepultus, resurrexit, et postquam exequutus esset patris voluntatem, tanquam ab eo

missus, ascendit in coelum, captivum secum duxit captivitatem, dedit et dat dona hominibus, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, ita quemadmodum discessit, qui est benedictus Deus in secula, sed tamen non idem qui pater, identitate scilicet numeri, individui aut personae: sed unigenitus filius Dei, qui et λόγος in principio apud Deum fuit, et quidem fuit non apud se ipsum, sed apud Deum, in sinu patris, ex quo nobis revelavit omnia, ex quo etiam missus est languores nostros portare, suscitare mortuos et sanguine suo ecclesiam Deo patri acquirere etc. Quum his enim et similibus circumscriptionibus tanquam certissimis notis atque epithetis, rectissime, iustissime, et necessario Dei filio, domino nostro Iesu Christo, Dei appellatio in scripturis tribuitur, sed absolute soli tantum patri, cum particula seu articulo unus. Idque propterea, ut ambiguitas omnis in scriptura tollatur, ac potissimum Sabelliana confusio, quae mentes hominum occupasse magnopere videtur, adeo ut non intelligant in invocationibus et orationibus suis, quem Deum invocent, et per quem, aut in nomine cuius sacrificia laudis oris sui prosternant, suntque adeo multi, qui quum vel gratias domino Deo agunt vel orationem dominicam, Pater noster, qui es in coelis, recitant, ad totam trinitatem, id est, ad confusum Deum Sabellii mentem dirigant, et multa sunt eius generis errata atque portenta. Nam dato uno absurdo, infinita sequi solent, et error errorem trahere. Ideo hanc distinctionem praedictam diligentissime observandam esse docent, quod scilicet hae et eius generis descriptiones circumstantiaeque ostendant, declarent, coarctent et restringant scripturam, ad quem referri debeat, et de quo Deo loquantur prophetae, an scilicet de ingenito patre, an de genito filio: an de eo qui est λόγος ab aeterno, an de eo apud quem fuit verbum in principio, hoc est an de mediatore domino nostro Iesu Christo, an de eo ad quem ipse et inter quae idem ipse mediator est. Quemadmodum secundum sententiam omnium doctorum, ac potissimum Hilarii, Christus semper ab aeterno fuit, et est mediator, etiam creandarum rerum omnium. Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est: facta silicet per ipsum omnia, volente et tanquam iubente patre, filio vero voluntatem patris exequente.[4])

Pro quinto. Si ad praedictam argumentationem contra sententiam domini doctoris *Lismanini* institutam responderetur, filium Dei esse filium personae paternae, hoc est, in quantum ipse pater alius est persona, a filio, eatenus est illi pater et Deus. Respondent isti itidem relabi doctrinam certam in verbo Dei fundatam, in multo incertas interpretationes humanas, quas plerumque magni et inextricabiles labyrinthi consequantur, quos se magnopere reformidare dicunt, et cavere unico, ne in solas, nudas relationes aut proprietates, sicut in doctrina scholastica seu papistica factum est, generatio filii Dei reincidat, ac potissimum in illam quorundam usitatam phrasin, Deus in quantum Deus non generat, sed in quantum persona. Quae phrasis praeter autoritatem verbi Dei spinose et periculose introducta esse videtur a quibusdam in Ecclesiam, quod scilicet pluralitatem Deorum inducere videatur: Nempe, quod alius Deus secundum essentiam sit, et alius secundum personas: unde manifesta quaternitas emergit, et vera trias patris, filii et spiritus sancti aboletur. Deinde aiunt, filium Dei non fore consubstantialem patri suo aeterno: si eius generatio in relatione personarum tantum consistet, non autem in ipsa, vel secundum ipsam substantiam, nec erit proprius et naturalis filius Dei, sed cuiusdam personae tantum, non substantiae paternae: non etiam habitabit in illo plenitudo divinitatis corporaliter, sed tantum relative, respective, seu imaginative, non autem vere: nec erit filius Dei consubstantialis patri suo, sed compersonalis. Quas loquendi et dicendi phrases a scriptura sancta exorbitare dicunt, quae manifeste dicat, proprio filio Deum non pepercisse.

Ac hoc loco reddere etiam solent rationem, cur communicationem idiomatum, hoc est, figuratam et tropicam loquutionem de passo, crucifixo et mortuo Deo non admittant. Dicunt enim et firmiter credendum esse existimant, illum ipsum λόγον, filium Dei, hominem factum pro nobis vere, non figurate, incarnatum esse, sicut dicitur: Quod nascetur ex te, sanctus vocabitur filius Dei. Sic et centurio testatur, vere filium Dei fuisse istum. Si enim figurate, per communicationem idiomatum, Christus pro nobis passus et mortuus est, anchoram salutis nostrae nobis evacuari et amitti verae reconciliationis nostrae fundamentum. Deinde si figurate Christus natus et mortuus est, alium esse filium Dei ante secula ex Deo genitum, alium filium hominis in tempore ex Maria natum. Ita idem ipse genuinus et naturalis filius Dei, non tropice sed vere factus est obediens patri usque ad mortem, ut nos vera sua morte, vere et non tropice a morte liberaret, secundum quod dicitur: Deus acquisivit sibi ecclesiam sanguine suo. Item in Apocalypsi filius Dei de se loquitur: Ego sum primus et novissimus, et vivus et fui mortuus, et ecce sum vivus in secula seculorum. Proprie itaque et vere filius Dei carne mortuus censendus est non tropice, ne existimetur esse phantasma, et ne alius passus esse, alius vero invisibilis putaretur. Hoc vero loco inanes logomachias praecidendas esse censent, de non passa divinitate, sed humanitate tantum. Sicut enim di-

4) *Hilar. l. IV. de trin.*

vinitas non patitur, ita nec humanitas quoque, sed homo. Sed Deus homo factus ipsissimusque adeo Dei filius homo factus, carne pro carnalibus hominibus natus, passus et mortuus est, more hominum per animae a corpore divulsionem separationemque. „Verbum enim, quod caro factum est, ut Hilarius „dicit, licet se passioni subdiderit, non tamen de„mutatum esse passibilitate patiendi. Nam pati „quidem potuit passione, sed passibilitate passibilis „esse non potuit, quia passibilitas naturae infirmi „significatio est, passio autem est eorum quae sunt „illata perpessio. Itaque quia indemutabilis est „Deus, quum tamen verbum caro factum sit, habue„runt in ipso passiones materiam sine passibilitatis „infirmitate. Manet itaque indemutabilis etiam in „passione natura autori suo non indifferens et im„passibilis essentiae nata substantia." Haec Hilarius. Exinanivit scilicet semetipsum, formam servi accipiens: quae enim exinanitio maior esse potuit quam in passione et morte eius? Sed tamen exinanivit volens, oblatus scilicet quia voluit, non raptus est nolens ad supplicium, sed sponte sua obediens fuit ad mortem crucis.

In his autem controversiis illud potissimum Evangelico-papistae urgere et amarulenter exprobrare, tum insultare erga Antitrinitarios solent, pluralitatem Deorum, seu alias tres Deos istos praedicare. Quum enim expresse, distincte et resolute confiteantur, patrem esse Deum, filium Deum, spiritum quoque sanctum Deum, nec tamen istam personarum trinitatem ad unitatem unius Dei coniunctim reduci patiantur, quod scilicet abhorreant ab ista phrasi, pater, filius et spiritus sanctus sunt unus Deus: tres Deos istos omnino colere. Ad quam exprobrationem insultationemque ita altera pars respondere solita est. Principio ut taceat mulier in ecclesia, philosophicae scilicet et dialecticae rationes ibi cessent, ubi scriptura clare loquitur, de uno Deo patre, de uno Dei filio, de uno spiritu sancto. Neque enim subiecta est verbi Dei potentia principiis et ratiocinationibus philosophicis: stultitiam videlicet praedicationis evangelii sapientia mundi respuit, hanc autem iterum perdit et respuit Deus. Quam quidem suam responsionem fulciunt et confirmant accommodatissimis patrum sententiis. Chrysostomus clare inquit: „Unus Deus pater, et „unus dominus noster Iesus Christus. Ita et hic, „unus et unus non ponit duos. Quia enim adversus „multorum Deorum disceptabat errores, ne quis „duorum numero Deorum multitudinem putaret in„ferri, unus inquit et unus. Vides quanta diligen„tia quantaque vigilantia scriptura huiusmodi col„locet verba: Unus quippe, et unus, duo sunt: at „non istud dicimus, etiam si ratio istud suggerat." Caecam itaque isti dicunt rationem humanam esse in rebus divinis: standum ergo et acquiescendum est in verbo, quod nobis unum Deum', et unum mediatorem proponit.

Deinde respondent cum Hilario, nequaquam se duos Deos colere, quia non duos patres, nec innascibiles seu ingenitos duos, quia autoritate innascibilitatis et innascibilis substantiae Deus unus est. Deinde quod una substantia non differens patris, filii et spiritus sancti, haec tamen non aliunde nisi a patre: ideo pater solus Deus, quia innascibilitas sola penes patrem unum sit: filius autem idcirco Deus, quia ex innascibili substantia natus existat. Formalia autem verba Hilarii lib. IV. sunt haec: „Unum esse Deum, ex quo omnia, unam virtutem „innascibilem, et unam hanc esse sine initio potes„tatem, sed non per id, quod Deus unus est, Dei „filio accidit, negari posse quod Deus est. Moises „namque, vel potius Deus per Moisen, populo et in „Aegypto et in deserto idolis et deorum, ut puta„bant, religionibus occupato hoc constituit princi„pale mandatum, ut unum Deum crederet, et vere „ac merito constituit, Unus est enim Deus, ex quo „omnia. Sed videamus, an idem Moises, eum quo„que per quem omnia sunt, Deum esse confessus „sit. Non enim patri adimitur, quod Deus unus „est, quia et filius Deus sit. Est enim Deus ex „Deo, unus ex uno, ob id unus Deus, quia ex se „Deus. Contra vero non minus per id filius Deus, „quia pater Deus unus sit. Est enim unigenitus „filius Dei non innascibilis, ut patri adimat quod „pater Deus unus sit neque aliud ipse quam Deus, „quia ex Deo natus est." Et lib. III. idem Hilarius: „Igitur perfecti patris perfectus filius, et in„geniti Dei unigenita progenies, qui ab eo, qui habet „omnia, accepit omnia, Deus a Deo, spiritus a spi„ritu, lumen a lumine. Confidenter ait: Pater in „me, et ego in patre, quia ut spiritus pater, ita et „filius spiritus: ut Deus pater, ita et filius Deus: „ut lumen pater, ita et filius lumen. Ex iis ergo „quae in patre sunt, ea in quibus est filius, id est „ex toto patre totus filius natus est, non aliunde, „quia nihil antequam filius. Non ex nihilo quia ex „Deo filius: non in patre tanquam scilicet aliud in „alio, continens in contento, ut in fine libri VII. „idem Hilarius addit. Quia plenitudo deitatis in „filio neque in aliquibus, quia in omnibus, sed ut „voluit, qui potuit eo scilicet modo, ut scit qui „genuit. Quod in patre est, hoc in filio est: quod „in ingenito, hoc et in unigenito est: alter ab altero, „et uterque unum, non duo unus: sed alius in alio, „quia non aliud in utroque: pater in filio, quia ex „eo filius: filius in patre quia non aliunde quod „filius: unigenitus in ingenito: quia ab ingenito „unigenitus: ita in se invicem: quia ut omnia in „ingenito patre perfecta sunt, ita omnia in unige„nito filio perfecta sunt. Haec in patre et filio „unitas, haec virtus, haec caritas, haec fides, haec

„spes, haec veritas, via, vita. Non calumniari de „virtutibus suis Deo, nec per secretum ac potestatem nativitatis obtrectare filio: patri ingenito nihil „comparare, unigenitum ab eo, nec tempore, nec „virtute discernere: Deum filium, quia ex Deo est „confiteri.“ Et lib. VII. de trinit. idem Hilarius explicat locum quo modo pater in filio et filius in patre, his verbis: „Pater in filio est, et filius in „patre, Deus in Deo, non per duplicem convenien„tium generum coniunctionem, neque per insitivam „capacioris substantiae naturam, quia per corpora„lem necessitatem exteriora fieri his quibus conti„nentur interiora non possunt: sed per nativitatem „viventis ex vivente natura, dum res non differt, „dum naturam Dei non degenerat nativitas, dum „non aliud aliquid quam in Deum ex Deo Deus „nascitur, dum nihil in his novum est, nihil alie„num, nihil separabile, dum in patre et filio cre„dere duos Deos impium est, dum patrem et filium „singularem Deum praedicare sacrilegium est, dum „Deum ex Deo, quod in similitudine generis unum „sint negare blasphemum est.“ Quam suam sententiam et explicationem clarius adhuc ibidem explicat, ex verbis Christi: „Verba, quae ego loquor „vobis, non a me loquor, non exemit personam, „neque se filium denegavit, nec naturam in se pa„ternae virtutis abscondidit. Nam dum loquitur, „ipse in substantia manens loquitur: dum autem „non ab se loquitur, nativitatem in se Dei ex Deo „patre testatur ipse, inseparabilis ab eo atque in„dissimilis unitate naturae. Quia quamvis ab eo „loquatur, ipse tamen loquitur. Nam qui non a se „loquitur, et tamen loquitur, non potest non esse „dum loquitur: et dum non a se loquitur, ostendit „non suum tantum esse, quod loquitur: subiecit „enim: sed pater, qui in me manet, ipse facit opera „sua. Manere in filio patrem non est singularis „atque unici: operari vero per filium patrem, non „est differentis aut exteri, sicuti non unius est, non „ab se loqui, quae loquitur: neque rursus alieni ac „separabilis sit, loqui per loquentem. Sed hoc eo„rum sacramentum est, qui unum sunt, qui uter„que non aliud sunt, qui per naturae proprietatem „in se sunt, quorum haec unitas est, ut loquens „non a se loquatur, neque qui non a se loquitur, „non loquatur. Et quia in se patrem et loqui et „operari docuerat, perfectae huius unitatis fidem „statuit, dicens: Sed pater, qui in me manet, ipse „facit opera sua. Credite mihi, quia ego in patre, „et pater in me; sin autem, vel propter opera ipsa „credite. Pater operatur in filio, sed et filius opus „patris operatur. Ne ergo per virtutis efficientiam, „et non per naturae, quae secundum nativitatem „est, proprietatem, pater in filio et operari credere„tur et loqui, ait: Credite mihi, quoniam ego in „patre et pater in me est.“ Et reliqua quae sequuntur ad finem huius libri, quem concludit hisce verbis: „Et idcirco non in Deos duos unigeniti ge„neratio deputatur, quia in Deum filius Dei nas„cens naturam in se Dei gignentis se exhibuit.“ Et infinitas alias esse apud patres sententias, quibus isti docent, antiquitatem semper eo modo sensisse et docuisse. Basilius manifeste dicit, non se duos Deos praedicare, quia non duos patres. Ac idem ipse docet qui plures Deos praedicent, nempe „eos qui plura principia in divinitate inducunt, „deinde eos qui alterius essentiae genitum esse di„cunt a genitore, propter essentiae dissimilitudinem, „si genitum ingenito contrarium aut diversum dicat „aut faciat. Ubi vero unum principium et una ra„dix deitatis filio et spiritui sancto in patre praedi„catur, ac unum archetypon, una etiam illius arche„typi traditur imago, ibi unitatis doctrinam non „corrumpi.“

Quod vero etiam istis obiicitur, de maioritate patris et minoritate filii, tanquam filium minorem patre praedicent, breviter respondent cum Hilario [5]) ex verbis Christi: Pater maior me est: et rursus: „Ego et pater unum sumus: at, qui [6]) me videt, „videt et patrem. Et, ego in patre, et pater in me. „Honorem donatae confessionis (inquit) intellige, „quia dominus Iesus in gloria est Dei patris. Quando „igitur illud est, pater maior me est? nempe quum „donatur ei nomen super omne nomen. At contra, „quando est, ego et pater unum sumus? nempe „quum omnis lingua confitetur, quia dominus Iesus „Christus est in gloria Dei patris. Si igitur do„nantis auctoritate pater maior est, num quid per „doni concessionem minor filius est? Maior itaque „donans est: sed minor iam non est, cui unum esse „donatur. Si non hoc donatur Iesu, ut confitendus „sit in gloria Dei patris, minor patre est. Si autem „in ea gloria donatur ei esse, qua pater est, habes „et in donantis auctoritate, quia pater maior est, „et in donati confessione, quia unum sunt. Maior „itaque pater filio est, et plane maior, cui tantum „donat esse, quantus ipse est, cui innascibilitatis „esse imaginem sacramento nativitatis impertit, quem „ex se in forma sua generat, quem sursum de forma „servi in forma Dei renovat, quem in gloria sua „secundum spiritum Christum Deum natum donat „rursum esse in gloria sua secundum carnem Ie„sum Christum, Deum natum, mortuum.“ Et paulo infra in eodem libro: „Qui me videt, videt et pa„trem: Haec verba quae ego loquor, non a me lo„quor, sed pater, qui in me manet, ipse facit opera „sua. Et credite mihi, quoniam ego in patre et „pater in me est. Et ut sacramentum nativitatis

5) *libro IX. de trin.*
6) *sic.*

„et mysterium assumpti corporis manifestaret, per „continentiam dictorum ad id veniens ait: Quia „pater maior me est. Et confestim ut absoluta „dicti ratio subesset, et agricolae et vitis et palmi-„tum subiecit exemplum, assumptionem per id cor-„poreae humilitatis ostendens, et hinc causam eundi „ad patrem, et dilectionis laetitiam quum ad patrem „iret docens esse oportere, quia pater maior se es-„set, a quo scilicet esset gloriam resumpturus, apud „quem et in quo esset glorificandus, non novello „honore, sed pristino, neque alieno, sed quem apud „eum habuit. Si itaque non in ipso glorificandus „est, id est, ut sit in gloria Dei patris, contumeliam „adscribe naturae: si vero quod ab eo glorificatur „auctoritas est, patrem maiorem in glorificandi auc-„toritate cognosce. Quid dispensationem ad impie-„tatem rapis? Quid sacramentum nostrae salutis „invadis in mortem? glorificaturus pater filium, „maior est: glorificatus in patre filius minor non „est. Aut quomodo minor est, qui in gloria Dei „patris est? Aut numquid pater maior non est? „Maior itaque pater, dum pater est. Sed filius, dum „filius est, minor non est. Nativitas filii patrem „constituit maiorem. Minorem vero filium esse na-„tivitatis natura non patitur. Maior pater est, dum „gloriam assumpto homini rogatur ut reddat. Filius „minor non est, dum gloriam resumit apud patrem. „Atque ita et sacramentum nativitatis, et dispen-„satio corporationis impletur. Nam et pater, dum „et pater est, et glorificat nunc filium hominis, „maior est, et pater et filius unum sunt, dum ex „patre natus filius, post assumptionem terreni cor-„poris, glorificatur in patre. Non habet itaque nati-„vitas naturae ignobilitatem, quia in forma Dei est, „qui ex Deo nascitur. Et quum differre significa-„tione ipsa existimetur innascibilitas a nativitate, „nativitas tamen non est extra innascibilitatis natu-„ram: quia non sumpsit aliunde, quod *subsistit. „Nam etsi non consequuta sit, ut coinnascibilis „effecta sit, accepit tamen ex innascibili Deo esse, „quod Deus est. Fides igitur nostra, etsi initium „nativitatis non apprehendens, unigenitum Deum „semper profiteatur, quia natura non ferat, ut coe-„pisse eum aliquando confiteatur, cuius nativitas „omne initii tempus excedat: sed quem semper esse „et ante tempora confitetur: natum tamen in tem-„porali infinitate non ambigit, eum tamen ex ini-„ciabilis intelligentiae nativitate confessa."

Haec sunt, clarissime et ornatissime vir, amice nobis plurimum carissime, quae de meritis et controversiis caussae praesentis ad te referenda esse putavimus. Oramus autem, obsecramus, et obtestamur te, per Dei aeterni et immortalis sempiternam et nunquam intermorituram, aeterni quoque eius filii Emanuelis nostri Iesu Christi gloriam, perque fidem tuam, quam pro ratione ministerii tui omnibus Christi fidelibus, fidele consilium tuum implorantibus, debere te intelligis, ut quid illi de tota hac controversia videatur, quidque expresso verbo Dei, et fontibus Israelis congruentissimum existimet, censuram suam nobis per literas sive privatas, sive, si videtur, per epistolam publicam adscribat. Consulat autem, per viscera misericordiae Dei te oramus primum ipsi pietati, et verae gloriae Dei, deinde tranquillitati ecclesiarum et reip. nostrae, idque tempestive atque mature, ut pullulantia odia restingui, et impendentia civilia mala, domino Deo per organum praest. tuae ad eam rem vires suppeditante, praeverti, praeveniri, praecaverique possint. Erit hoc perpetuum et immortale, quum erga ecclesiam Dei, tum erga hunc pusillum in ecclesiis renatis Christi gregem, nec non in has regiones nostras septentrionales perpetuum et immortale beneficium, nullo unquam aevo obliterandum. Consules enim una et eadem opera, et immortali gloriae Dei, et conscientiis piorum, qui hanc dissectionem ecclesiarum gementibus pectoribus prosequuntur. Consules et tranquillitati totius reip., extingues gliscens malum, et magno metu remp. nostram liberabis, comparabisque tibi in istis regionibus satis alioquin iam claram immortalitate dignissimam memoriam, si ea nobis explicaveris, ex verbi Dei amussi, quae ad tranquillitatem cum Deo et pia conscientia, et proximo in civili vitae societate ad amorem, caritatem, et mutuam benevolentiam inter partes conciliandam, ac ad ipsam adeo pacem in Israel inducendam colendamque in vera pietate faciant.

Neque dicat, rogamus, praest. tua, edidisse Tigurinam, edidisse et Heidelburgensem ecclesiam de hoc dogmate suam censuram. Ediderunt enim illi pro eximia sua eruditione atque pietate, sed tamen ita ediderunt, secundum quod ab altera tantum parte, hoc est, ab ipsis Trinitariis edocti fuerant: qui si fidelius de hac re commonefacti fuissent, ea haud dubie in medium attulissent, quae explicationi conciliationique tantae controversiae subservirent magis. Quanquam nos pro iudicii nostri tenuitate, non sumimus nobis de tantis viris iudicium. Illis potius haec adscribimus, qui non sincere ad eos de meritis caussae praesentis ex Polonia scripserunt.

Quod restat, oramus aeternum Emanuelem Christum Iesum, sedentem ad dextram Dei patris, et pari potentia, gloria et maiestate, in unitate spiritus sancti cum patre regnantem, ut te nobis et ecclesiae suae conservet in longam et multam aetatem perquam florentem. Mittimus autem hanc epistolam ad te, per illustrem dominum Nicolaum Christophorum *Radsivil*, filiolum nostrum, qui nunc in studiis literarum Argentorati versatur, et vera pietatis ac virtutis semina imbibit. Discit etiam linguas et artes, qui etiam suo tempore ad te veniet, et sua praesentia nostrum erga te studium, nostrum

affectum, veramque et seriam benevolentiam, et observantem caritatem, suo et nostro nomine contestabitur. Petimus itaque, ut ad hanc epistolam, quam primum ad te ab illo missa fuerit, per eundem primo quoque tempore respondeas, ad illumque Argentoratum, ipse ad nos mitti curabit. Iterum atque iterum vale, literarum atque pietatis nostri aevi decus, nosque solita tua benevolentia, ut facis, prosequere. Datum Brestae 6. Iulii anno Domini 1564.

Mense Septembri 1563.

Confessionis
ministrorum in synodo Pinczoviensi congregatorum formula, de qua supra in literis mentio est, sic habet: 7)

Postquam Christus dominus et magister noster, nos crescere de die in diem iubet, donec in virum perfectum perveniamus, et huic rei verbum suum ex omni parte purum et perfectum, in quo solo nos acquiescere vult, nobis destinavit, sub magisterio eius nos proficere, et ex tot tantisque labyrinthis Antichristi, quos aliquot centenis annorum struxit, paulatim a domino educi nec pudet nec poenitet. Quum itaque placuit spiritui sancto, veritatis duci, clarificatorique domini nostri Iesu Christi, non potuimus et nos parvuli in nomine Iesu ad hanc synodum congregati tanto placito resistere, postquam igne eius sacrosancto incaluit spiritus noster, quin credamus, solum verum Deum patrem, et quem pater misit Iesum Christum, et hanc cognitionem esse vitam aeternam. Tanta lux ubi affulsit animis nostris, tenebrae rationis humanae discussae sunt, cesserunt persuasorii ex philosophia desumpti sermones, quibus simplicitas verbi Dei obscurabatur: et veri Dei cognitio, quae a prophetis, Christo et Apostolis expresse tradita est, plane eripiebatur, quum Deus essentia, Deus unus trinus et aliis nominibus appellabatur, unde error Sabellii, quem nos aeque ut Arrii blasphemiam detestamur, quae somnia rationis humanae ut deliramenta luce verbi Dei discussimus, discussaque vi spiritus sancti tanquam perniciosa abiecimus, memores illius dicti: Quicquid non est ex fide, peccatum est. Ex eisdem tenebris philosophiae filium Dei Iesum Christum, verum Deum de Deo, eductum reverenter excipimus, et non amplius personam de persona genitum, sed ipsissimum filium Dei vivi colimus, maiestate nulla patris imminutum, verbum aeternum apud aeternum Deum, quemadmodum ex oraculis evangelii accepimus. Hunc eundem definito tempore non figurate, sed vere et proprie natum, mortuum, passum, resurrexisse, ascendisseque, ut ingenue cum Thoma exclamare audeamus ad Christum hunc pro nobis crucifixum: Dominus meus et Deus meus. In eadem simplicitate eiusdem lucis filii Dei spiritum sanctum a patre procedentem adoramus, glorificamus. De plenitudine autem Iesu Christi hunc hauriri ab electis confitemur voce Iesu Christi in hac fide animati, qui dicit se missurum alium paracletum, qui a patre procedit. Propterea nullas fides novas praeter vetustissimam apostolicam singuli in hoc coetu nostro professi sumus. Admoniti superioribus seculis, quam in tristissimis tenebris versati sumus, quamdiu vocem unam solamque unius pastoris nostri filii Dei, sine humanae sapientiae additamentis non audivimus: quam quum nunc vel toties propius exaudire per Dei clementiam liceat, a nemine pio innovationis et inconstantiae nota nobis inuri potest. Crescere enim et augere in una eademque fide donec occurramus in virum perfectum plenae aetatis Christi, non nova dogmata sequi ab apostolo dicuntur, quicunque fundamento prophetarum et apostolorum nixi inventa traditionesque humanas susque deque ferunt, ut quibus frustra colitur Deus. Solius autem verbi divini ea est apud omnes electos reverentia (quorum de numero nos esse non diffitemur) ut illi nec addere, nec quicquam imminuere fas esse credant. In qua fide conservet nos augeatque ille solus unus verus Deus, pater, per filium suum unigenitum in spiritu sancto. Amen! 8)

4126.

BULLINGERUS LASICIO.

Castalionis integritatem quam ille laudaverat [redacted] *non curare docet dum constet eam non* [redacted] *quominus monstrosa dogmata profiteretur.* [redacted] *suam solis orthodoxis certam esse.*

(Vide ad N. 4124.)

S. D. Qualis quantaque fuerit [redacted] bitas atque integritas nescio. Nam [redacted] mihi familiariter notus. Hoc tamen [redacted]

7) *in cod. cod. Tig.* VI. 106, *fol.* 984 *v.*

8) Subscripserunt huic [redacted] circiter XXX. Lismaninus a synodo [redacted] *Beza a. d. XIV. Cal. Apr.* 1565. [redacted] *Radzivilium de unitate essentiae* [redacted] I. 646.

tantum non adorari ab Anabaptistis [1]) etiam nunc, et quidem ab illis perversissimis quorum reliquiae adhuc sunt in Belgico et in inferiore Germania. Audivi [2]) praesentibus viris spectabilibus qui dixerit se manu sua rebaptizasse *Castalionem*. Utut autem ea res habeat, ipsum monstrosa aluisse dogmata et inter haec nimium viribus tribuisse humanis, contra praedicationem gratiae apostolicam. Verum quum sit mortuus, habuit ille suum iudicem. Tu vero, mi *Lasici*, quum ingenue tuis ad me literis profitearis nihil te habere cum dogmatis eius alienis commune, a tua ut et a *Tretii* communis nostri amici amicitia non abhorreo, ac scire te volo, si ita ut profiteris, et ut te omnino facturum confido, perrexeris sana sequi dogmata, me habiturum te fratrem et amicum sincerum. Non diffiteor quaedam Basilea de te et de quibusdam aliis Polonis scripta esse, sed qualia illa fuerint nunc proferre nihil profuerit. Tibi tamen hoc apud me non nocuit, neque seiunxit me a te et caeteris Polonis, quos intellexero peregrina et curiosa refugere dogmata, orthodoxa autem retinere mordicus vitamque vivere sanctam. Vale, mi *Lasici*, et saluta amicos et fratres meos Polonos qui tecum Genevae sunt. Tiguri 13. Iulii 1564.

Bullingerus tuus.

4126. 1) *Castellionem inter et Anabaptistas aliquam intercessisse familiaritatem satis vero simile est. I. I. Grynaeus ap. Maehly p.* 97 *dicit:* Hoc habebat ut ruri interdum accederet coetus Anabaptistarum et inde deflecteret ad patrem meum Thomam qui Roetelam commigravit. *Bellius in praef. ad ducem Christophorum:* Quid si ita dicat aliquis: credo hominem non ante baptizari debere quam possit fidei suae reddere rationem: quaeso te, si Christus ipse iudex adesset, iuberetne hunc hominem occidi? Non arbitror.

2) *Haec Bullingeri verba repetit Hottinger, Helv. KG.* III. 749. *Ille fabulam narrat, veram esse affirmare non audet. Nos putidum mendacium habemus. Factum, si revera exstiterit, silentio sepeliri non potuisset et Bernates de viro Lausannam vocando nunquam cogitassent.*

4127.

IONVILLAEUS BULLINGERO.

De epistolis Calvini edendis.

(Ex autographo Bibl. civicae Turic. MSS. F. Vol. 39, fol. 499.)

Clarissimo viro D. Bullingero Tigurinae ecclesiae fido pastori mihi plurimum honorando.
Tiguri.

S. Quia permulti sunt, vir clarissime, qui vehementer cupiunt ac postulant ut edantur in lucem [1]) quaecunque inveniri possunt literae, quas D. *Calvinus* b. memoriae vir scripsit ad amicos, quorum operam hac in re conficienda necessariam esse video: nunc, quod iam antea quoque, peto abs te, imo obnixe te rogo atque obsecro, ut quidquid unquam literarum ab eo accepisti diligenter colligas et complicatum ad me mittas, ut inde, si exemplaria tua tibi velis remitti antequam typis committantur, exscribi possint. Neque enim id tam cito fieri potest. Nam a multis et quidem procul hinc dissitis petenda sunt exemplaria. Nuper Lutetia ad me tredecim epistolae eius missae sunt ab amico qui supra modum hanc editionem expetit et efflagitat. Multas iam habeo apud me collectas. D. *Beza* etiam multas habet, quas ex D. *Calvini* mandato accepit. [2]) Ille enim paulo ante mortem iussit ut quaecunque manu scripta domi erant D. *Bezae* traderentur. Hic autem aliquoties mihi dixit, in animo sibi esse ea in ordinem digerere, et mea opera velle uti. [3]) Quo nihil gratius esse mihi potest, et spero brevi Deo favente me id aggressurum. Scis vero optime quantum ex eo labore utilitatis ad pios omnes sit rediturum. Itaque velim ut primo quoque nuncio significes ecquid videatur de hac nostra cogitatione. Si probetur, fac si placet ut quaecunque eius scripta nondum vulgata habes quam citissime fieri poterit ad me mittas et quid factum velis scribas. — — — — — — — — — — — — — — —

Genevae 26. Augusti 1565.

Carolus Ionvillaeus
tui semper observantissimus.

Omiseram quod tamen ut efficias etiam atque etiam abs te peto, vir praestantissime. Nempe si qua ratione fieri possit ut ab amicis Philippi *Melanchtonis* [4]) obtineas exemplaria literarum quas D. *Calvinus* ad eum unquam scripsit, et eas quidem permultas ut scio. Id autem pro ea qua polles autoritate et gratia apud illius viri familiares dum viveret, vel haeredes, facile impetraturum confido. Quod idem ut praestes et obtineas velim aut ab amicis aut haeredibus D. *Blareri* ministri apud Biennenses. Nam certo scio D. *Calvinum* saepius ad eum scribere solitum et quidem de rebus gravissimis. Tu igitur, vir humanissime, digneris tantum beneficium nobis conferre, nec graveris dare operam ut literas illas recuperemus. Et si apud alios quosdam esse intellexeris, fac quaeso habeamus. Atque hoc nomine ego cum piis omnibus tibi devinctissimus ero. Iterum vale.

Si quas D. *Calvini* literas habent DD. *Gualtherus*, *Wolphius*, *Frisius* a patre relictas et alii amici Tigurini, rogo illos admoneas ut tuis adiungant. — — — — — — —

Venit etiam nunc in mentem D. *Sulcerus* Basileensis pastor, ad quem saepe D. *Calvinus* scrip-

4127. 1) *De editione ipsa v. Prolegg. nostra Opp. T. X. P. II.*
2) *Quod ipse Beza in Dedic. Epp. ad El. Palatinum refert in iisdem nostris Prolegg. transscripta p. xii.*
3) *Cf. Besae Admon. ad lectorem l. l. pag. x.*

4) *Quaecunque exstant Calvini ad Melanchthonem vel autoris autoschediasmata sunt, vel apographa in suum ipsius usum facta, nisi forte dixeris Bezam eas quae ex Germania accipere potuit ipsas typographo tradidisse; sic enim plurima autographa perierunt.*

sit. Ille, ut opinor, exemplaria literarum tibi non denegabit. Vides, vir ornatissime, quantum audeam. Sed institutum meum et animum non ignoras. [5])

4128.

BEZA BULLINGERO.

Eiusdem argumenti.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 39.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero patri mihi plurimum observando Tigurinae ecclesiae vere fido pastori.

— — — — — — — — — — — — — — — —

Scio te habere plurimas *Calvini* nostri literas in quibus quascunque compereris dignas quae cum aliis edantur rogo ut ad nos mittas quum idoneum nuncium nactus fueris. Habeo quoque tuas ad illum plurimas, dequibus nihil nisi quod voles statuetur.[1]) Inter D. *Blaureri* chartas non dubito quin multae quoque inveniantur quas optarim non temere in cuiusvis manus pervenire. Scis enim quam familiariter inter se de multis interdum agere soleant amici, quae nonnulli postea in deterius capiunt. Qua de re cum *Linero* nostro egi quum hac iter faceret, ut haeredes moneret, non tantum *Calvini* sed etiam mei ipsius causa. — — [1]) Genevae 18. Sept. 1565.

4129.

BEZA BULLINGERO.

Eiusdem argumenti.

(Ex eodem codice.)

— — — — — — — — — — — — — — — —

De literis D. *Calvini* nostri recte censes maximum adhibendum iudicium. Scis enim dies esse malos, et bonus ille vir multa familiariter amicis scribebat quae, ut sunt ista calumniis obvia, nihil prodessent, obessent autem plurimum. Utinam qui D. *Blaureri* nostri chartas nacti sunt idem et in illius eiusdem et in meis ad ipsum literis faciant. Qua de re puto me iam ad te scripsisse et iterum scribo. Ego quidem, etsi haec vere κειμήλια libenter et pretiose servare consuevi, tamen experientia edoctus soleo singulis mensibus evolvere quae ab amicis accepi, et eiusmodi multa veluti veniam ab illis absentibus precatus, igni tradere, iis tantum servatis quae interesse puto ut serventur. Idem velim de meis fieri. Quod ad illa attinet quae D. *Calvinus* reliquit, tam multa reperio, quae si voles omnia ad te mittam, ea lege ut remittas quae magni interest ecclesiae ut edantur, ut de mutuo nostrarum ecclesiarum consensu etiam his familiaribus testimoniis posteris constet. Sin mavis meo in hac re indicio stare, dabo operam favente Deo tum in tuis, tum in aliorum multorum literis ne vel syllaba exeat quae cuiquam fraudi esse possit. [1]) — —
Genevae 23. Octobris 1565.

---

5) *Beza quidem non omni ex parte fideliter iis usus est quas passim accepit. Earum quidem quae ad Bullingerum datae fuerant plurimae hodieque in Archivis Turicensibus asservantur adeoque redditae fuerunt, nonnullae tamen desiderantur. Etiam Genevae multae deperditae sunt labentibus saeculis. Caeterum multas alias amicis dono dedit et vivus et testamento. Inter quas illas quae hodie Gothae exstant.*

4128. 1) *Hic etiam addere libet quae habet Beza in praef. ad Iosuam p.* 68 (*d. d.* 19. *Aug.* 1564): Item, grand nombre de lettres, conseils, advertissemens et responses, tant en Latin qu'en François à diverses personnes de toute qualité: où il est traité de diverses matieres et dont (s'il plait à Dieu qu'on les mette un iour en lumiere) on poura encores mieux voir quel estoit l'esprit, dexterité, ingement singulier et graces divines et admirables qui ont esté en ce fidele serviteur de Dieu.

4129. 1) *Cui Bullingerus d. d.* 28. *Nov.* (*Cod. Genev.* [illegible] *fol.* 50): De literis meis scriptis ad D. Calvinum nostrum iudico: mittendas esse illas ad me omnes. Seligam quas putavero edendas. Si vero ita placuerit omnes una remittam, sin non, edendas eas quas ego selegero. In colligendis vero illius literis adhuc versor. Scribam et ad D. Gervicum Blaurerum, Blaureri nostri filium, Vitodurum, petamque Calvini ad patrem literas.

SUPPLEMENTUM

THESAURI EPISTOLICI CALVINIANI

TRIPARTITUM.

SERIES PRIMA

Epistolarum quae olim casu omissae fuerunt, vel serius repertae, vel de quarum natalibus non satis constabat.

4130.

CALVINUS CONSISTORIO BERNENSI.

Literae commendatitiae. Bernenses adierant Genevenses de professore Lausannensi et pastore Albonensi quaerendis.

(Ex autographo Cod. Genev. 106, fol. 10. Recentiora exemplaria reperies ibid. Cod. 145, fol. 2 v. Bernae in Archiv. Epp. Vol. VI. fol. 5. 15. 23 et ap. Simler. Vol. 71 Herminjard, T. IV. p. 286.)

Gratia vobis et pax a Deo patre et Domino Iesu Christo.

Praestantissimi viri.

Quum literae vestrae nobis redditae fuerunt quibus hominem vobis dari poscebatis cui linguae graecae professio Lausannae demandaretur neminem tum ad manum habebamus quem putaremus fore satis idoneum, neque vero temere quempiam praeficere animus erat qui muneri suo respondere non posset. Ubi autem primum hic nobis oblatus fuit illuc eum destinabamus donec renunciatum nobis fuit alterum iam suffectum fuisse. Postea literas a Senatu vestro *Farellus* accepit quibus iubebatur fidelem aliquem ministrum Albonensi ecclesiae deligere qui ad vos mitteretur explorandus et confirmandus. Quoniam magnopere referre intelligimus ne Albonensis ecclesia diutius pastore careat, expedire censemus, si vobis ita visum fuerit, ut eo traducatur qui nuper vestro decreto ministro Viviacensi adiunctus fuerat, ea lege ut simul eius oppidi scholae praeesset: si quid enim iudicii nobis est, et verbi ministerio et illi loco erit aptissimus, si quidem et doctrina pollet et peritia et integritate et aliis fidi pastoris dotibus.

Ne autem Viviacensis schola, quae hactenus totius regionis celeberrima fuit, praeceptore spolietur, vobis hunc offerimus quem cognitione utriusque linguae non poenitenda praeditum esse experti sumus. Si vobis probatus fuerit, date operam ut cum publico Senatus mandato illuc dimittatur. Stipendium priori constitutum, ut nobis videtur, fuerat malignius paulo quam conveniat. Centum enim floreni Sabaudici duntaxat assignati erant. Cuius rei admonemus vos, quo huic melius prospectum curetis: dignus enim est cuius ratio habeatur. Praeter doctrinam dexteritatem habet in formanda pueritia non infelicem, nonnullo etiam usu confirmatam. Non pauci huc quotidie confluunt sed nudi. Neque facultates nostrae illis tamdiu alendis sufficiunt, dum iusto examine probari queant. Genevae pridie Cal. Sept. [1])

4130. 1) *Omnino ad a.* 1537 *referenda est. Calvinus et Farellus adhuc simul Genevae sunt. Lausannensis schola eodem illo anno condita fuit. Rectorem facere voluerunt Bernenses Io. Frisium, Carolo Vetus Testamentum, Viretо Novum destinatum est. Praeterea lectorem in graecis et alium in hebraicis quaerebant (Megander ad Bull. d. d.* 15. *Ian. ap. Herminj.* IV. 166). *Qui dicitur alter suffectus is est Conr. Gesnerus, a Myconio commendatus, qui m. Sept. Lausannam venit.* (*Hanhart, Gesner. p.* 63). *Albonae pastor fuerat per aliquod tempus Aegidius Michelius* (*Michaux*) *teste Ruchat* IV. 409. *Herm.* IV. 230. *Idem vir doctus ad hanc ep. suspicatur eum qui ministro Viviacensi adiunctus dicitur fuisse Iac. Valerium Delphinatem. Denique is, quem Genevenses offerunt, eodem autore Io. Ribittus Sabaudus fuisse videtur.*

4131.

GRYNAEUS CALVINO.

Narrat Rupefortii cuiusdam caedem.

(Ex autographo Cod. Genev. 113, fol. 55.)

Ioh. Calvino suo fratri carissimo.

S. Quanquam non dubito famam dudum ad vos de morte *Rupefortii* nostri allatam esse, tamen quia id postulas verbis paucis significabo. Ambulatum cum propinquo *Vinario* extra moenia iverat, per proditorem, qui in pago proximo quosdam e Gallia nuper reversos milites saltandi luctandique gnaros esse promiserat, eductus. Quum ad pagum fere ventum est, cuneus hostium impetu facto omnes quidem prehendit et in navim quae Rheni ripam in hoc disposita stabat compulit. Propinquus igitur *Vinarius* et servorum *Rupefortii* alter dum in navim pertruduntur, ipse *Rupefortius* inter militum tumultum saltu sese ingenti in ripam proripit ac manus latronum evadit. Equites in insidiis erant duo, qui fugientem ad pagum proximum persequuti longius egerunt praeter pagum, ac in campis ipsis apertis cum itinere, qua Argentina venitur, ad currus ea praetereuntes tendentem interceperunt. Viderunt aurigae, quum se fortiter defenderet et opem eorum imploraret, captum ac equo impositum et ad sylvam proximam abreptum. Res haec accidit mille ad summum a moenibus passuum intervallo. Per sylvam ductus est equo, quum alter equitum in pedes se coniecisset. Orta nocte iam, et ex vulnere quod in capite habuit satis magnum, et ex itinere fatigatus, vehi equo non potuit commode, ac destitui viribus ut videtur coepit. Latro exanimem propemodum prorsus hominem istic interfecit bombarda pectore traiecto. Globum hic nos domi habemus. Et rusticus, qui ipse oculis suis vidit, et clamores morientis et ictum ferientis bombardaeque sonum audivit, narravit nobis. Est facinus quod nullis verbis satis attolli potest. Prehendit magistratus eum qui navi praefuit. Parat se rebus omnibus ad arces exscindendas eas quae et tenent hos et praetereuntes receperunt. Comitia hac hebdomade habentur apud Helvetios. Sic fatum est huius viri. Ipse dominica proxima quam interfectus est ad mensam Domini adiens significationem fidei dedit non obscuram, et apud me vixit innocentissime. Incredibile est quem dolorem concepерimus omnes ex isto casu, qui utique ad res maiores spectare videtur.

De foedere cum rege nihil est nisi iam sit aliquid. Consul ipse ad . . . . [1]) scripsit iterum, ac etiam senatus nomine iussit scribi. Argentinensibus significavi omnia. De conatibus improborum apud vos valde doleo. Sed hae tempestates pelagus hoc, quod recte tu scribis, nunquam destituent. Nos in statione semper erimus, et gratulabimur nobis dum sic nos contra omnia firmat Christus, ut impius interim regno Christi concedat. Ah ne nos horribilis facies rerum terreat. Superabit certe Dominus Christus Iesus, et fides nunc probata quod pretium habebit. Dominus Christus nos in omni voluntate sua sancte servet. Amen. Dulce caput et carissimum pectus *Farellum* nostrum saluta. Amate nos vere. Amet nos Dominus Christus. Amen.[2])

4131. 1) *Nomen ex pessima viri literatura extricare non valuimus.*

2) *Quum Grynaeus a.* 1541 *e vivis excesserit, haec epistola antiquioribus omnino adnumeranda est.*

4132.

BUTLERUS ET TRAHERO CALVINO.

Nuper, ut videtur, Geneva profecti praeceptori et amico omnia fausta apprecantur.

(Exstat in Cod. Genev. 113, fol. 113. Edita est in Epp. Tigurinis p. 403 et anglice versa in Parkerianis T. III. p. 621. Herminjard. IV. 376.)

Excellenti quum doctrina tum pietate viro D. Iohanni Calvino amico inprimis observando.

Eruditissimo viro sibique multo carissimo D. Iohanni Calvino Iohannes Butlerus et Bartholomaeus Trehernius τὴν ἀληθῆ χαρὰν ἐν Χριστῷ.

Ita nobis posthac laeta omnia accidant ut nobis gravem dolorem attulit haec nostra a te digressio. Tametsi enim non admodum diuturna, ut speramus, futura sit, tamen tanta ingenii suavitate, tanta colloquiorum dulcedine, nos vel ad horas aliquot fraudari, non dolere non possumus. Nec illud interim animum nostrum mediocriter angit, ne sint qui putent nos muscas imitari, quae quum aestate diligenter adsint ubi hiems ingruit aufugiunt. Nos certe, si qua in re te iuvare potuissemus, neque ulla voluptas abs te avocasset, neque ullum periculum abstraxisset. Enimvero maior est haec tristitia quam tibi malesana quorundam ingenia attulerunt, quam ut eam nos lenire possimus. Sed habes qui quidquid animo tuo nebularum obortum est sane consolationis radiis facile dispellat, Χριστὸν Ἰησοῦν. Is tibi reddet laetam tranquillitatem, is hostes tuos

fundet fugabitque, is te *ἐνδόξως θριαμβεῦσαι περὶ τῶν νενικημένων ἐχθρῶν ποιήσει.* Id quam primum ut fiat nos eum quam possumus ardentissime precabimur.

Haec inpraesentiarum pauca, suavissime doctissimeque *Calvine*, ut habeas animi erga te nostri *μνημόσυνον.* D. *Pharellum*, quum invicto pectoris robore, tum singulari doctrina pietateque excellentem hominem, nostris verbis salutabis. Salvos iube D. *Olevetanum*, D. *Fontanum*, fratrem tuum, amicos nostros sinceros. Conterranei nostri totos cumulos salutum. Bene vale, carissime. [1])

4133.

TRAHERO CALVINO.

Citius quam putasset in patriam revocatus, amicitiae memoriam nunquam aboleri se passurum testatur.

(Ex autographo bibl. Genev. Cod. 109, fol. 156. Epp. Tigur. p. 217 et anglice Parker. I. 328. Herminjard IV. 408.)

Viro eximia pietate parique doctrina D. Iohanni Calvino amico cum primis observando.

Viro longe omnium doctissimo D. Iohanni Calvino Bartholomaeus Trehernius S. in Domino.

Re ipsa experior, eruditissime *Calvine*, quidquid homines deliberaverint aut statuerint, omnem tamen eventum pendere ex Dei voluntate, saepeque fieri ut quod nos primum agere decreverimus id aut nunquam aut longo post tempore fiat. Nam quum mihi in animo fuisset certum fixumque, ut te brevi reviserem, ita nunc evenit ut quando id sim facturus plane nesciam. Tales enim literas a patria accepimus ut nobis Anglia, velimus nolimus, propius sit adeunda, quo mihi haud scio an quidquam accidere potuerit tristius, insuavius certe nunquam. Cupiebam enim unum saltem annum apud te transigere, utpote cuius consuetudo mihi longe quum suavissima tum fructuosissima visa est. Sed, ut video, quo fata trahunt nobis eundum est. Quaeso itaque ut, tametsi corporibus longe seiuncti fuerimus, animis tamen *συνοικοῦμεν.* Longe enim de me aliter meritus es, quam ut tui aliquando immemor esse queam. Non enim alia re tuis in me beneficiis respondere possum, quam fideli amicitiae nostrae memoria quam tibi diligentissime diutissimeque praestabo. Quod superest de decem coronatis quos tibi tradidi non peterem nisi vererer ne mihi defuturum sit viaticum. Vide tamen ne ipse ullum capias detrimentum. Eximium virum Do. *Pharellum* meis verbis salutabis cum reliquis amicis omnibus nominatim. Vale, carissime, feliciter diuque. [1])

4134.

CLASSES GALLICAE DITIONIS BERNENSIS SENATUI.

Subscribunt decretis synodi Lausannensis pridie Cal. Apr. habitae. [1])

(Ex autographo Vireti Cod. bibl. civ. Turic. F. 82, olim Epp. Tom. 47, fol. 212. — Simler Vol. 89. Herminjard T. IV. p. 413 textum exhibet sine subscriptionibus.)

Fratres omnes qui ad Lausannensem synodum convenerunt communibus suffragiis ac unanimi consensu admiserunt probaruntque caeremonias et ritus Bernensis ecclesiae quae nobis in synodo sunt proposita, nempe baptizare ad lapidem sive baptisterium, uti panibus azymis in coena Domini, hac tamen lege ut ad nullam certam panum formam superstitiose adigantur, sed qui frangi possint constituanturque qui tales panes suppeditent et curent conficiendos, neque magis abhorrent a diebus festis. [2]) Hoc solum obnixe rogant ut magnificis Dominis placeat remittere nimis exactam istam quorundam praefectorum severitatem, si qui alioqui viri boni

---

4132. 1) *In definiendis natalibus huius epistolae Herminjardo duce* (IV. 376) *haec statuemus: Bullingerus ad Calv. Nov.* 1537 (*N.* 80) *scribit Butlerum cum aliis Anglis Turico Genevam proficisci. Porro Farellus Pellicano a. d. VIII. Cal. Mart.* 1538 (*N.* 94) *duos Anglos Geneva Turicum profectos esse ante aliquot dies. Iam patet hanc epistolam non ita diu post eorum discessum scriptam esse, et quidem Turici. Etiam inde efficies hoc mox factum quod Olivetanus etiam in vicinia* (*Chablais*) *est, qui eo ipso anno Italiam petiit ubi obiit, et quod Farellus cum Calvino adhuc Genevae est. Fontanus vero est Petrus de la Fontaine, v. d. m. in Chablais.*

4133. 1) *De Traherone sive Trehernio cf. N.* 1650. 1748 *et saepius. Bis Genevae fuisse constat, primum ante a.* 1540, *iterum a.* 1545. *Hanc epistolam ad priorem periodum pertinere ex eo colligimus quod Farellum simul salutat. Herminjardus eam anno* 1538 *ineunti adscribit, adeoque ante Calvini exsilium. Angli nihil ad rem. Vide omnino quae annotavimus ad N.* 4132.

4134. 1) *Cf. N.* 106. *Roget, hist. du peuple de G. I. p.* 84. *Ruchat* IV. 451 *ss.*

2) *de quibus vide N.* 105 *not.* 2. *Cf. etiam N.* 104.

et de causa pietatis optime meriti minime malo animo aut studio contradicendi et perturbandae tranquillitatis ecclesiae aliquid operis egerint, sed istam potius severitatem exerceant in scortatores, aleatores, quibus sunt longe clementiores. [3])

Subscripserunt

Morandus decanus Lausannensis [4]) suo et totius classis nomine.
Richardus Paterniacensis decanus.[5])
Iacobus Bernhardus Gayensis decanus. [6])
Thomas Malingrius Iverdunensis. [7])
Christophorus Libertinus cum Pro-Thononiensibus fratribus
Iacobus Gallus [8]) nomine totius suae classis Morgiensis.

4135.

LE SÉNAT DE GENÈVE A DUFOUR.

Il est envoyé à Berne, à Neuchâtel et à Strasbourg pour négocier le retour de Calvin.

(Archives de Genève. Pièces historiques N. 1241. Comme nous avons négligé dans le temps d'en prendre copie nous-mêmes, nous copions le texte dans l'Inventaire des Archives de Genève publié par MM. Turretini et Grivel en 1877, p. 245.)

Instructions az nostre treschier et bien ayme frere Consellier noble Loys Dufour az luy ballies le 22. octobre 1540.

Luy estant az Berne fere nous humbles recommandations aux Magniffiques Puyssans et tresredoubtes Seygneurs Messieurs ladvoyer et Conseyl de Berne nous grans amys et treschiers combourgeoys et delivre laz lectre de nostre part et inster dhavoyer lectres de recommandations addressantes a laz Seygneurie dEstrabourg peur induyre maystre *Caulvin* az retorner en saz prestine plache et ministere en nostre ville.

Plus estant az Neufchatel fere nous recommandations az maystre Guillaume Farel et luy deslyvre laz lectre et oultre icelle le prier de volloyer transporter Estrabourg avecques luy pour induyre ledictz *Caulvin* comment dessus.

Et dempuys estant Estrabourg deslyvrer las lectre de nostre part aut Conseyl et fere nous treshumbles recommandations avecques loffre des services etc. et inster le contenus de ladicte lectre avecques puyssance de fere toutes requestes rayssonnables pour admonester ledictz *Caulvin* comment dessus.

Et audictz docteur *Caulvin* fere nous recommandations etc. et luy deslyvre laz lectre [1]) et oultre icelle le prier az fere le contenus avecques remonstrances de laffection que nostre peuple luy porte et au grand bien que en pourroy procedyr etc.

4136.

DUFOUR AU SÉNAT DE GENÈVE.

Rapport sur sa mission à Berne et à Neuchâtel. Il poussera jusqu'à Strasbourg quoique Calvin en soit absent en ce moment.

(Mêmes sources que pour la précédente.)

A Magniffiques et treshonnores Segniours les Sindiques et Consel de Genefve.

Iehsus adi 2. novembre 1540 in Bala.

Magniffiques et mes treshonnores Segniours je me recommande treshumblement aus bonnes graces de vous Signiories.

Magniffiques Segniours je suis ce matin arive issy avec grosse affection et bon volloer de mectre a bon effet le volloer de vous Signiories commant jay par bonnes instructions: suivant les quelles jay aut passe este devant les Ecellences des Segniours magniffiques puissans et tresredotes de Berne vers lesqueus jay trouve grosse modestie amitie et honnour et de bon volloer. Ont veu au grand et peti Consel vostre missive par eux mise an lours lengage et ausy iceux on agreablement oies an peti

---

3) *Pertinet ad m. Aprilem* 1538.

4) *Io. Morand, Picardus ex Vervins, doctor Sorbonicus, olim vicarius episcopi Ambianensis, a.* 1537 *Genevam se recepit* (*Herm.* IV. 335 *not.* 16). *Hic saltem solus huius nominis est quem novimus. Calvini expulsi successor fuit et saepius occurrit in thesauro nostro a.* 1538 *seq.*

5) *N.* 159 *not.* 2.

6) *olim Guardianus Franciscanorum a.* 1536 *v. d. m. in praefectura Terniacensi* (*N.* 88. *Herm.* IV. 88 *et* 430) *postea Genevae.*

7) *olim Ord. Praedic. Normandus, Iverduni minister inde ab a.* 1536, *et hactenus emendanda annot. nostra ad N.* 35 *not.* 4.

8) *Le Coq N.* 145 *not.* 4.

4135. 1) *N.* 245.

Concel vous hombles recommandations et offre que lour ayt fect aut mieux que jay seu de la part de vous Signiories. Pour la conclusion dudit Consel monsieur lavoier mat refferu fort amiablemant que veu que la chose demandee est fort honeste critienne et resonable qui nestoit mestier davoer autre adresse de eux disan qui saivent ceux de Strabour sy [*favorables a*] [1]) vous Segniours qui ne feront nulle difficulte du cast: disant ausy que eux estans aut lieu de Strabourc qui ne contredires nullemant. A la resto [*j'ay receu*] tan donnour et bonne compagnie du petit Concel avec de bons vin qui seroit fort long a rescrire.

Don sans plus men suis revenu a Neufchatel ver mestre Guilliaume *Farel* don ne seroit posible a moy de rescripre le bon volloer que jai trouve an lui anvers une Signiorie de Genefve disan sy voict mestier et besoin de veni avec moy qui le feroi jour et nuit: ce neanmoins causan le bon chemin et moien qui lat fet tant par escript que verbalement aut sieur *Calvin* et autres aiant puissance an laffere qui sofirat une missive qui ma livree adressant audit *Calvin* don aydant nostre Seigneur suis pres avec le Sieur *Michiel* le libraire [2]) lequel vien avec moy de parti pour trove ledit sieur *Calvin* de presance bien que soit luy avec *Grineus* et autres les plus savans a Ulme [3]) 4 journee de la Strabort au une journee se tient la par la foy. Magniffiques Segniours croies fermemant que jay bon cuer davoer tel personage par une ville de Genefve ce sayt Dieu auquel je prie vous avoer an sa saincte garde.

Voustre humble servitour et sujet
Loys Dufourt.

4137.

ZWICKIUS CALVINO.

Quaerit quatenus statibus protestantibus liceat in bello Turcico instante militare auxilium pontificiis praestare.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 135 sine inscriptione.)

S. Non excidit tibi, opinor, clarissime vir, quod superioribus diebus in aurem tibi dixerim, me in causa quadam consilio atque iudicio tuo opus habere. Ne igitur putes hoc a me vel leviter vel non ex animo dictum, volui te eius rei certiorem facere quae ita se habet: Domini mei in mandatis mihi dederunt ut in quaestione de bello turcico confoederatis nostris clare et diserte exponam quid ipsi ea in re faciundum esse putent, videlicet: nulli christiano statui licere ut se bello isto papistis immisceat: non igitur milite ferenda esse auxilia, sed ne invidia et mala suspicione se gravent status nostri, Regi tantam pecuniam largiendam quantam ipsos in conducendis militibus exponere oporteret. Quum vero consilium hoc multis ineptum, nonnullis rarum * et infirmum, plerisque vero grave et inhumanum videri possit, visum est mihi istud tibi communicare, cuius sanctum et prudens iudicium tam mihi perspectum est ut nihil omnino de eo dubitare possim. Rogo igitur modis omnibus, praestantissime vir, ut consilium senatus mei legas et diligenter perpendas et, si tale esse existimaveris quod indignum sit in tanto consessu proponi, libere hoc mihi referas. Volo autem tibi persuasum esse, dominos meos ista non temere sic deliberasse, sed animo bono ac sincero, utpote qui unum hoc student et omnibus votis optant, ne in magna ista causa subinde peccemus, sed in omnibus actionibus salva sit et firma conscientia nostra. Ingens est malum prae foribus quod Germaniae imminet, quod nisi maturo et pio consilio propellatur, quid quaeso aliud futurum esse poterit quam ut universa Germania devastetur. Mirum vero si hoc ipsum nobis aliquando accidat quod scriptura tam constanter praedicit et vos praecones verbi praemonetis, hoc inquam quod re ipsa quotidie experimur, et iam antea omnibus iis evenit qui post longam verbi praedicationem resipiscere noluerunt. Curandum itaque ut recta et salubria remedia huic morbo adhibeantur. Consilium vero istud tibi soli communico, ea lege ut nemini aperias: ego certe nulli hominum exposui. Quod si rogare auderem, peterem, optime vir, ut responsum tuum brevi scripto mihi redderes. Sic enim exempla et scripturae loca, quibus sententiam istam illustrares vel refelleres, rectius expendere et conferre possem. Scio sancta tua negotia quibus quotidie occuparis, sed fretus singulari humanitate et benevolentia tua hoc abs te peto et scribo. Vale et commenda me precibus tuis diligenter Domino ut dirigat gressus meos. [1])

Conradus Zwiccius
ex animo tuus.

4136. 1) *Les mots entre crochets sont ajoutés par les éditeurs.*
2) *Du Bois.*
3) *Ratisbonne.*

4137. 1) *Fortassis haec epistola scripta est sub finem comitiorum Ratisbonensium a.* 1541, *quum Calvinus iam discessisset, et abrupto colloquio de bello Turcico ageretur. Zwickius civitatis Constantiensis nomine hic loquitur. Cf. Sleidan.* II. 236.

4138.

CORDERIUS CALVINO.

Commendat iuvenem quendam studiorum causa Genevam deducendum.

(Ex codice Lugduno-Batavo Perizonii 5, fol. 1. Quam hoc loco demum afferimus quum eum codicem nondum inspicere nobis contigerit quo tempore epistolae anni 1542 prelo subiiciebantur.)

Ioanni Calvino optimo et carissimo fratri meo in Domino Iesu.

S. P. Si epistolam meam existimarem plus apud te ponderis habituram quam verba praesentia optimorum fratrum nostrorum *Farelli* et *Barbarini*, de hoc adolescente multis verbis ad te scripsissem. Sed quum sit notissimus utrique illorum, quorum testimonium et gravissimum et sanctissimum esse non ignoras, nihil opus fore visum est ut eum verbosa epistola tibi commendarem. De hoc igitur brevi sic habeto. Quum superioribus annis primum apud *Fatonem*, deinde hic aliquamdiu apud me nonnihil in linguae latinae principiis promovisset, nec posset cum paupercula matre diutius sustentari, coactus est biennio fere literarum studium intermittere. Sed quum viderent fratres, eius animum quum ad doctrinam tum ad pietatem semper esse propensum, adeoque constantem in proposito ut non possent de illo non optime sperare, tandem uno et eodem consensu decreverunt ut ad vos repetendorum studiorum gratia deduceretur. Qua autem ratione speremus eum istic ali posse, audies ex ipsis fratribus. Quod superest, si commode fieri poterit ut apud vos maneat, eum spero tibi ob nomen Iesu Christi sic fore commendatum, ut paene pudeat meo nomine aliquid commendationis adiicere. Si quid tamen adhuc apud te valet tua ista iam pridem inveterata in me benevolentia, vide, obsecro, mi *Calvine*, ne hic bonae spei adolescens statim cogatur sine aliquo literarum profectu ad nos remigrare. Non est, ut verum fatear, tam felici ingenio ut sine assiduo labore ac diligentia possit in literis magnos progressus facere: nec tamen ita prorsus hebes, ut eum diffidam studio pertinaci aliquid posse consequi, praesertim si assiduus fuerit *Sebastiani* [1]) auditor, ab eoque diligenter in repetendis praelectionibus exerceatur.

Sed iam plura quam institueram. Caetera ex *Barbarino* plenissime cognosces. Fac, oro, ut primo quoque tempore ad nos mittatur quidquid iam impressum erit ex libello tuo de christianae religionis elementis. [2]) Dominus Iesus tibi semper adsit et gratiam augeat, ut in eius obeundis muneribus fidelissime pergas et constantissime. Vale. 17. Cal. Apr. 1542.

Tuus Corderius. [3])

4138. 1) *Castellionis qui eo ipso tempore Genevam adiit.*

2) *Catechismum novum gallicum eo tempore a Calvino editum fuisse vero satis simile est etsi non omnino certum. Cf. Prolegg. T. VI. p. ix. De Institutione aliter locutus esset Corderius quae iam a.* 1539 *in forma maxima prodierat. Nostram coniecturam confirmare videtur quod affert V. Clar. Alb. Rilliet in praef. Catechismi nuper ab ipso editi p.* 35.

3) *De ipso Corderio qui ab a.* 1539 *Neocomi scholam regebat vide etiam Am. Roget, M. Cordier, doyen des pédagogues genevois* (*Hommes et choses du temps passé* I. 99 *ss.*)

4139.

CALVINUS VIRETO.

Genevenses ministri eum ad se revocant ut in constituenda sua ecclesia eius consilio uti possint.

(Ex autographo Cod. Genev. 106, fol. 77. — Alia exemplaria exstant in Cod. 111, fol. 59. Turretini, 111[a], fol. 27. Ioavillaei, porro in Cod. Bern. Epp. VII. p. 427 et in Simleri Vol. 51.)

Fratri nostro carissimo Petro Vireto ecclesiae Lausannensis fideli ministro.

Gratia et pax Domini tibi, amicissime frater. Quid sit a nobis de tuo reditu constitutum tametsi ex literis ad collegium vestrum scriptis intelliges, pauca haec tamen adiungere ad te privatim visum est, quibus te rogaremus ut quam poteris celerrime evadendi tibi occasionem conficias. Quod citra fratrum offensionem ut fieret, dedimus operam. Postquam huc te receperis, quid et in commune ecclesiae Domini et illi etiam abortivae expediat, melius coram prospiciemus. Tantum curabis ne veniendi occasionem quae se prima dabit praetermittas. Genevae. [1])

Fratres amantissimi tui.

4139. 1) *Circiter Id. Iul.* 1542 *Viretus Lausannam redierat. Vide quae annotavimus ad N.* 404. *Minime ergo haec ad m. Iunium referenda est ut habet annotatio Turretini. Putat Genevenses ad classem Lausannensem scripsisse ut ipsis Viretum denuo concederent. Quod Lausannensem ecclesiam abortivam dicunt, id non est quod mireris, perlecta Vireti epistola quam modo laudavimus. Nostra absque dubio post eam scripta est.*

4140.

STURMIUS CALVINO.

Continet veteris amicitiae inconcussam fidem et declarationem.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 1.)

Ecclesiae Genevensis pastori et patri D. Ioanni Calvino amico observando.

S. P. Credo me fore μακρόβιον, quia iuveniles in me sunt adhuc et cogitationes et sententiae, quod genus cum laetitia semper coniunctum est. Vetus iam nostra est benevolentia: multae in te sunt causae non solum amoris verum etiam observantiae. Taceo de doctrina ne adulari videar: de tua fide, constantia, autoritate et fortitudine in religione, et quum haec summa sint et fere consecrationem mereantur, tamen, ut olim Romani cineribus et ossibus parentum, ita ego delector epistola tua et ipso genere defensionis, quod partem culpae in te recipis quae mea est tota et solius. Faciamus igitur, ut nominum, ita nostrae benevolentiae novas tabulas, quas ego a te accipiam, ut si quid committam in te negligentia aut perfidia, stare velim tuo iudicio et poenam abs te aestimari. Fortassis ludere me putas: loquor serio, etiamsi verbis loquar alienis. Scio qui sis et memini nostrae amicitiae, ut ex tui memoria et voluptatem capiam et consiliorum meorum confirmationem. Vale. Argentorati 25. Novembris. [1])

Ioan. Stur.

4141.

BADUELLUS CALVINO.

Carpentoractensi gymnasio praefectus ibi non sine fructu docet et iam evangelii semina in urbe caeteroquin superstitiosa germinare videntur.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 6.)

Doctissimo ut optimo viro D. Ioan. Calvino amico suo.

Ego a Carpentorat. civibus honesta satis conditione sum ascitus, ut gymnasium quod in hac civitate est satis celebre instituam, bonasque literas doceam. [1]) Causam autem cur reliquerim Nemausum patriam meam intelliges ex ea epistola quam ad Iacobum *Sadoletum* scripsi [2]) in qua si illum aliter tractavi quam tu in quodam tuo ad illo [3]) libro peto abs te ut mihi ignoscas meque τῷ καιρῷ δουλεύειν existimes. Quanquam hic cum eo et in hac ratione literarum ita versamur, ut memores simus christianae vocationis et quoad nobis licet Christo praestemus eam confessionem quam ei debemus. Nam et diebus festis proverbia Salomonis explicamus, nostrosque discipulos, quorum maximum habemus numerum, in timore Domini veraque pietate informamus, ad quam lectionem multi etiam cives accedunt: et in reliqua doctrina nullum damus argumentum quod non habeat sententiam aliquam gravem et sanctam institutionem. Quo in genere docendi video progressus fieri non doctrinae solum elegantis, verum etiam pietatis, magnumque studium sapientiae divinae et religionis in multis esse excitatum. Atque hoc quidem nobis faciendum est diligentius quod nulla est in Provincia ac Gallia Narbonensi civitas quae maiore aut barbarie aut superstitione fuerit occupata: quae nunc mihi videtur ad cultum aliquem quum humanitatis tum etiam pietatis revocari. Habemus hic nobiscum homines bonos et gloriae Christi studiosos, in quibus est quaestor pontificis, vir quum summa autoritate tum singulari in Christum voluntate et admirabili vitae sanctitate. Eius studio et benevolentia evangelium maxima in his locis suscepit incrementa. Quare velim ut quum ad nos scribes, quod quidem facies quum certos habebis homines, ad eum quoque literas des quibus eius studium et fidem tibi gratam esse ostendas eumque ad constantiam cohorteris. Nos dabimus omnem operam ne nostro officio et tantae opportunitati quam Dominus nobis obtulit defuisse videamur. Tu Dominum rogabis ut vires mei et ingenioli et corpusculi adiuvet, quo tantum munus sustinere possimus. Spero nos eius virtute omnem molestiam laboremque superaturos. Scribe etiam ad istos bonos viros vicinos nostros, eosque admone ut sint et modesti et prudentes. Audio enim illos minus esse cautos in recipiendis iis hominibus qui ad eos confugiunt: in quibus multi

---

4140. 1) *Schmidtius hanc ad a.* 1546 *refert, nescimus qua de causa. Constat Sturmium et m. Octobri et iterum Decembri in Gallia fuisse. Si quid videmus scripta est a.* 1543, *nam quod dicit de* novis tabulis, *ad id Calvinus respondet N.* 564 *se* novas tabulas *illas recipere et vicissim consignare. Vide quae ibi annotavimus.*

4141. 1) *Baduellus pertaesus litium cum Bigotio in collegio Nemausensi* (1543 *seq.*) *aestate* 1542 *officia sua Cardinali Sadoleto obtulit, Carpentoractensium episcopo, qui cum urbis consulibus rectorem collegii sui quaerebat. Stipendium ei datum est* 300 *librarum.* (*Jul. Gaufrès in Bullet.* XXIII. *p.* 391.) *Appulit ibi m. Sept.*

2) De officio et munere eorum qui erudiendam iuventutem suscipiunt. Lugd. Gryph. 1544. 26. Aug.

3) *sic.*

dicuntur esse vitae non satis honestae nec christianae, quorum vita et mores maiorem confert in illos offensionem quam hominum benevolentiam. Itaque bene facies si eos admonueris, ut delectum aliquem habeant, vitam eorum probent priusquam recipiantur. Sunt enim simplices, quibus aliorum improbitas vel fraudi vel infamiae esse potest. Sed quia hic sum eorum vicinus et amicus, exquiram diligentius de tota ipsorum ratione ac consuetudine, teque certiorem faciam.

De concilio fama est constans, et hominum huiusmodi sermones ut omnes prope desiderare et flagitare videantur. Cupio valde scire quid tu sentias. Venerunt quidam a vobis qui dixerunt vos iam parari et armari ad illam arcem pontificiam oppugnandam. Est id quidem *χαλεπὸν*, sed tamen non *ἀμαχητὸν*, et ad victoriam caeterarum rerum *ἀναγκαῖον*. Spiritus Domini aderit, cuius sapientiae ac potentiae ne gigantes quidem huius mundi *θεομαχοῦντες* poterunt resistere. Is nos omnes gubernet. Vale, mi *Calvine*. Carpen. vj. Ianua. [4])

Tuus Clau. Baduellus.

4142.

TOSSANUS CALVINO.

Queritur de Lutheranorum contra se ipsum machinationibus et exspectat ut propediem vel eiiciatur vel sponte abeat.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 169.)

Clarissimo viro Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori vigilantissimo fratri suo plurimum observando.

Genevae.

S. Quanquam adversa valetudine variisque negotiorum undis a scribendo impediar, *Calvine* frater in Domino colendissime, nolui tamen hunc tui affinem, mihi in Christo coniunctissimum fratrem, sine meis literis ad te redire. Res nostrae nunquam peiore in loco fuere quam sunt. *Bucerus, Brentius, Schnepffius*, et alii quidam pii et docti viri *Angelandro* scripserant ne ob ritus nescio quos inutiles et quaestionem illam suam de manducatione impiorum nos aut ecclesias nostras turbaret, sed ea potius quae pacis sunt et aedificationis sectaretur, neque mitius tractaret solito. Sed spreto omnium doctorum consilio pergunt adversarii facere quidquid venit in mentem, adeo ut pium illum et doctum virum Pantaleonem *Blasium*, quem ecclesiae Wirtembergensis superintendentes huc miserant, non solum ut turbatam hanc ecclesiam componeret, sed ut Principi quoque hic nostro esset a concionibus, iam eiecerint, non aliam ob causam quam quod se illis, rebus nostris cognitis, ad nos turbandos adiungere noluerit. Nec aliud exspecto quam ut vel eiiciar ipse vel necessitate coactus abeam: quandoquidem isti nec verbum Domini audire, nec nos nec ullos doctos volunt, et faciunt de industria quidquid non solum putant sed etiam vident palam adversari huic ecclesiae. Et iam, ut dixi, illum collegam et symmystam nostrum in odium et contemptum nostri eiecerunt. Sed ora diligenter Dominum Deum pro nobis, pioque tuo et sancto consilio nos semper adiuva. Vale. Raptim Mombelgardi 20. Ianuarii. [1])

4) *Annum iam certo constituimus* 1545, *quae etiam Iulii Gaufrès sententia est l. l. p.* 394 *qui vir doctissimus humanissime varias de Baduello notitias nobiscum communicavit. Iam et alteram Baduelli epistolam eodem die scriptam huc referre oportet quam nos olim falso ad annum* 1541 *retulimus* (*N.* 270).

4142. 1) *Incunctanter iam hanc ad a.* 1545 *referimus. Cf. N.* 546 *et* 670. *Ad eam magis etiam illustrandam transscribere licet quae habet Duvernoy in Ephem. p.* 134 *ad* 19. *April* 1545: Des discussions très-vives existaient depuis la fin de 1544 entre les chapelains allemands du duc Christophe, Jean Engelmann et Pantaleon Bläsi., et les ministres de Montbéliard, sur l'article de la cène et sur les cérémonies du culte. Toussaint ne considérait l'eucharistie que comme un emblème. Le prince avait fortifié de tout le poids de son opinion personnelle celle de ses aumôniers. Il fallait que quelqu'un cédât. Toussaint se retira à Bâle et adressa de là sa démission au prince *etc. Cf. Heyd, Ulrich Hz. zu W.* III. 150 *ss. De Brentii interventione Hartm. et Jaeger* II. 134: Die erste Nachricht von dem dortigen Streit erhielt Brenz durch Bucer der ihn aufforderte ihn beizulegen. Brenz schrieb an Engelmann: Ich weiss dass sich Tossanus in der Lehre vom Abendmahl zur A. C. bekennt, und nicht in Abrede zieht dass die Unwürdigen im Abendmahl den Leib Christi empfangen, sondern die Entscheidung darüber frommen und gelehrten Männern überlassen will. Darum glaube ich nicht dass man ihn verdammen und sich seiner entschlagen darf. Möglich wäre es wohl dass die mit denen du zu thun hast ihre Zwinglische Ansicht durch Worte verdecken und anders denken als sie reden. Aber sind die Worte fromm, so will ich doch nach der chr. Liebe lieber das Beste glauben als auf einen blossen Verdacht hin allzustreng urtheilen . . . . . . *Hartmann, Schnepf. p.* 161 *not.* An Schnepf schrieb Brenz 7. Nov. 1544, Tossanus sei zwar ein gelehrter und frommer Mann, verhülle aber, wie die Zwinglianer überhaupt, seine Meinung unter den Worten der Gegner. Doch wolle er nicht Oel ins Feuer giessen und habe daher Engelmann zum Frieden ermahnt. Curandum autem nobis est ne nostris literis tradamus Engelmannum suis collegis opprimendum. Quare te rogo ne exemplum mearum mittas ad Tossanum. Nec dubito quin tu ipse pro tua prudentia literis tuis provisurus sis ne his nostris exhortationibus discordia magis alatur quam pax constituatur. — *Quod Noster Blasium placabiliorem imo sibi faventem dicit, hoc vero, contradicentibus caeteris omnibus, nobis non persuademus.*

Adrianus etiam hinc eiectus est, sed ob sua demerita potius quam ob religionem.

Aeternum tuum mancipium
Petrus Tossanus.

4143.

BALDUINUS CALVINO.

Gravi morbo matris et ut videtur supremo impeditus desiderium Genevae denuo invisendae explere pro tempore nequit. [1])

(Edita a Calvino ad calcem Respons. ad Balduini convicia p. 49.)

S. Miraris, mi pater, mutos nos esse, et tamen auritos, quia physici aliter doceant. At quum iidem tradant, mutos fieri quos lupi videre priores, cur miraris nos inter agmina *κακολύκων* obmutescere, aut inter tot auritos Corycaeos [2]) aures quoque arrigere? Suaviter superioribus literis riseras ignavos sessores: sed si videres quibus hic modis iactemur, nequaquam rideres delitias nostrarum sessionum. Cur igitur, inquies, istic cessas ac desides? Equidem, mi pater, iam compedes omnes semel abruperam, ac tantum non equum alacris conscendere parabam: et ecce tristes literae de gravissimo morbo matris animam agentis cogunt alio flectere lora. Quid facerem infelix? Diceres simul omnes coniurasse difficultates, ut me praepediant, et tantum non discerpant medium distrahendo. Iam dudum totus ardeo incredibili desiderio vestrae consuetudinis. Ubi post longam luctam videor me utcunque expediise, en novae piae matris compedes: quam nunc deserere, quum me vocat ad extremum vale dicendum, omnino non possum, ut contemnam damna rei familiaris. Sed quominus omnino desperem sustentor obfirmato animo: qui quum erigatur bona semper spe nullis difficultatibus frangi potest.

Paraveram, mi pater, apologiam audaculo illi histrioni quem accusas, quod temporibus dubiis temere prodiit in proscenium. Sed quum omnino statueris ridere omnes eius ineptias, malo confitentem reum habeas quam ridiculum vanitatis patronum. Quanquam nondum nosti totam fabulam illius actionis nostrae *καὶ παῤῥησίας*. Verum ignosce inconsultae huius aetatis audaciae, sive potius temeritati. Sed ne quam inuras notam ambitiosae vanitatis. Interim maximas tibi habeo gratias tuae castigationis ergo. Agnosco pii parentis curas et sollicitos affectus. Neque vero nos ignari sumus quam *res sit solliciti plena timoris amor.* [3]) Quanquam et publica causa facit ut de te simus anxii, quum insidias veneficiorum, quae istic grassantur, [4]) audimus. Nosti Homericum illud de Antilocho *περὶ γὰρ δίε ποιμένι λαῶν μήτι πάθοι.* Rursus vale, et precibus tuum *Franciscum* Domino commenda ut aliquando liber evolare possit. [5])

Tuus Rochius.

4144.

BALDUINUS CALVINO.

Ex Lutetia varia sua et aliorum negotia attingit.

(Ex authentico exemplari Cod. Genev. 117, fol. 85, coll. c. Cod 119, fol. 19.)

A Monseigneur Monsieur Despeville
a Milan.

Puderet me vehementer meae morae, mi pater, nisi et nostram cessationem tueretur iusta excusatio et pudorem discuteret recta conscientia. Diu me suspensum tenuerunt Argentoratenses et nunc tandem ab iis vix quidquam certi accepi praeter tristissimum nuncium mortui nostri *Henrici* [1]) et lugentis viduae cum orphanis liberis. Iam vero quominus statim properem ad vos, obstant fratris mei *Burgundi* [2]) atque *Gallasii* nostri negotia, [3]) quae quum iam fere confecta sint et praesentem nostram

---

4143. 1) *Balduini epistolae plurimae sine die et consule veniunt et difficillime suis locis ascribuntur. Ex coniectura tamen fortasse non specie decepti supra sedecim diversis annis adscripsimus, hanc vero et eas quae sequuntur olim nobis ipsis diffidentes pro tempore seposuimus. Calvini editio nullam affert utilitatem in hac disquisitione, quia quas praebet epistolas eas nulla temporum ratione habita exhibet. Sequuntur enim ibi hoc ordine:* 1672 — 1648. 1002 — — 709. 963. 987 — 2116. 2438. 738. — *Iam tibi h. l. eas tradimus quarum seriem in impresso linea interposita significavimus.*

2) *Eadem voce utitur in epistola Lugduno data N.* 987.

3) *Ovid. Heroid.* I. 12.

4) *Haec ad famosam causam seminatae pestis respicere videntur quae vere a.* 1545 *Genevae agebatur.* (*Roget* II. 151 *et N.* 627.)

5) *Si quid coniicere licet ad m. Martium aut Aprilem a.* 1545 *referenda videtur et Lutetiae scripta.*

4144. 1) *N.* 663.

2) *Crispini, qui tunc adhuc in Gallia sedebat.*

3) *quae a.* 1546 *Balduinus Parisiis curabat.* (*Biga* 153.)

operam omnino desiderent, non possum intempestive deserere susceptum officium. Mirum est quas identidem difficultates ingerat Satan ut interturbet pia consilia. Sed perrumpit omnes obices bene obfirmatus animus. Interim ingratae morae taedium fallimus vestrae consuetudinis, cui me totum devovi, gratissima recordatione, et de ecclesia sollicito nunquam non occurrit tui memoria, quae vel in media historiarum veterum lectione nostris oculis observatur.[4]) Incidi hisce diebus in tempora Romanorum tui nominis consulem. Hic ego intuebar morientem tuum Nehemiam et captam urbem sanctam, deinde conditiones pacis caudinae contemplabar. Perterruerunt pavidos animos haec tristia omina. Sed perterrefactum consolabantur alia deinde tempora aliorum tui nominis eiusdemque gentis consulum. Hic enim vidi Hircanum ducem fortissimum et sanctissimum subvertentem templum illud profanum quod impius Pontifex Manasses, ab ipso quondam Nehemia fugatus erexerat. Vidi postea alium quendam Hircanum sacerdotem summum instaurantem muros Hierosolymitanos. Vidi iisdem annis interemptum illum sceleratum et seditiosum Clodium qui omnia sacra polluerat quum sub veste matronali delitesceret. Hic ego quid cogitem, quid suspirem, quid a te petam, facile potes coniicere. Ne tamen prorsus his curis intabescamus, interdum sacris studiis profana, seriis ludicra miscemus. Certo amicorum hortatu, quum hic desides et otiosi feriaremur, coacti sumus recognoscere quandam civilium nostrorum studiorum farraginem cuius specimen quod in gratiam ingenuae iuventutis edidimus nunc ad te mitto.[5])

Exspectamus in horas reditum *Claudii* qui captivum *Petrum* consolatur. Quae hic praeterea gerantur, audies ex hoc tabellario. Tristiora sunt omnia quam ut a me perscribi possint. Audimus Antiochum per medium Argentoratum properare Ratisbonam. Quam metuo ne totum rursus conventum fallat et suis praestigiis imponat piis heroibus. Utinam vel icti sapiant Phryges. De negotiis nostri *Gallasii* ex ipso intelliges omnia. Quod ad nos attinet, obsecro, mi pater, dispice tenuem aliquam istic functionem quae hanc aetatem, ne otio elanguescat, aliquando exerceat et occupet. Quidquid de nobis statueris non poterit non esse gratissimum nec deero vocationi. Vale. Idibus Aprilis.

Tuus tibi addictissimus B.

Incidit nuper disputatio in coetu doctorum virorum de illo ad Corinthios dicto Pauli: Dei sumus cooperarii sive *συνεργοί*. Hic omnes vehementer tuos commentarios qui totam controversiam facile composuissent, desiderant.[6]) Interim quod mihi videbatur verecunde admonui, Paulum eo loco illud agere ut ministros Dei conferat inter sese, non autem cum Domino, eosque demonstret inter sese cooperarios esse qui Dei sint et Domino pariter omnes serviant. Nam et alioqui particulam *σὺν*, si ad Deum referatur, etiam in compositione dativum casum poscere. Hanc sententiam iussus sum ad te referre ut pronuncies verane sit an minus. Quod ubi definieris nulla erit provocatio.[7])

4145.

BALDUINUS CALVINO.

Pro re familiari luctari coactus, qua carere nequit, pro tempore in urbe retinetur.

(Ex editione Calvini pag. 54.)

S. Mirarer, mi pater, novum istic de me privilegium ferri, ne, quod omnibus qui abesse volunt licet, liceat mihi, vel si sit necesse. Sed nihili est plebiscitum quando tu autor non es. Vanos illos augures nihil moror quos audio tam confidenter pronunciare de eo quod iis plane esse ignotum video. Alius mihi iudex est qui me et consilia novit mea: is quoque mihi testis est qui non iniquis coniecturis sed veritatis cognitione ducitur. Illud magis me angit quod audiam novum vobis exortum esse Davum[1]) qui interturbet omnia. Cum his tibi monstris saepe congrediendum est, ut Spartam quam nactus es tuearis: eamque inclinatam in te unum recumbere vides. Sed ne animo frangaris, meministi cui servias.

De me quod scribam nihildum certi habeo, idque in causa fuit quod nihil hactenus ad te scrip-

4) *sic.*

5) *Anno* 1546 *Balduinus suis Commentariis iuris, qui eo ipso anno prodierunt, operam navaverat.* (*Biga l. l.*)

6) *Prodierunt a.* 1546.

7) *Epistolam ad a.* 1546 *referri posse credimus. M. Octobri* 1545 *adhuc Argentorati erat* (*N.* 709), *Decembri iam Lutetiae redux* (*N.* 738). *Imperator Ratisbonam proficiscentem sistit, ubi a.* 1546 *ineunte colloquium celebrabatur. Per Argentoratum iisse falsus rumor erat. De a.* 1547 *cogitare non possumus, quum m. Aprili bellum totam Germaniam suspensam teneret, de quo hic nihil. Balduinum autorem certissime agnoscimus.*

4145. 1) *De quonam hic loquatur nos quidem definire non audemus. Calvino fere quotannis cum uno vel altero res erat in consistorio. A.* 1546 *Petrum Ameaux, a.* 1547 *Fr. Favre tibi sistimus, de quibus ille queri potuerat. Etiam Henslingius alterutrum annum proponit.*

serim quod quidem quo magis tibi credo ita esse persuasum eo minus mihi venit in mentem suspicari, quod nihil scriberem, ne tu ideo de mea voluntate secus quam vellem existimares. Animus meus et fuit et erit erga te qui esse debet. Quid me hic remoretur, quae necessitas invitum detineat, puto facile coniicere te. Iam dudum luctor cum meis de re mea: vix quidquam proficio, nec possum tamen, quod fortasse velint, *τῶν οἰκείων ἐξίστασθαι*. Mihi enim istic omnino esse opus aliquo viatico non ignoras. Cogor itaque hic nihil non facere, quod quidem salvo officio possum, ut quod actione iudicioque non possem astu quodam honesto extorqueam. Tu me in hac tam longa tamque misera iactatione, ut aliquando eluctari possim, precibus apud Dominum adiuvato, certumque habeto facile me reliquas blandientis mundi illecebras repudiaturum.[2])

Rochius tuus.

4146.

VIRETUS CALVINO.

Ochinum commendat qui pro tempore locum quaerit quo pedem figat.

(Ex autographo Cod. in Museo Britannico asservati Add. MSS. 21,524, fol. 55.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori vigilantissimo fatri et symmystae plurimum observando.

Genevae.

S. Mitto ad te fasciculum* literarum sicuti a *Fallesio* et *Farello* accepi. Literas *Buceri*[1]) non satis intelligo, quas mihi reddit obscuriores ignorantia argumenti tuarum ad eum literarum quibus respondet. Puto praeterea eum dedita opera voluisse obscurius scribere.

De *Bernardino* nescio an *Santandraeas* tibi verba fecerit. Quantum ex eius oratione colligere potui, valde cupit ad vos redire, quod et apertis verbis indicavit. Nam Augustam redire[2]) quamdiu illic rerum potietur Caesar, non statuit apud se. Basileae parum sibi placet.[3]) Quaerit locum in quo tutus esse possit et commodius habitare, et habere homines magis suis moribus aptos et magis ex animi sententia. Apud Helvetios non video ubi invenire possit quod cupit. Nosti hominum mores, et quam parum illis cum Italis conveniat, et quam pauci sunt qui magni faciant tales viros. Quid de Berna sperem nescio, hoc praesertim tempore quo *Coelius* adeo reddidit Italicum nomen foetidum.[4]) Lausannae non videtur mihi satis tutus futurus. Apud vos tutior esset, et haberet homines magis ex animi sententia: sed quantum intelligere ex eius verbis potui, eum paene pudet ad eos redire a quibus semel discessit. Cuperet revocari aut a vobis aut alia aliqua honesta ratione. Me rogavit ut hac de re tecum conferrem et se nostro acquieturum consilio recepit. Te igitur oro ut ad me aut ad illum tuam super hac re perscribas sententiam. Vir dignus est cuius ratio habeatur. Saltem testemur omnibus quibus poterimus officiis, ipsum et eius causam nobis curae fuisse. Exposuit mihi totam historiam sui coniugii[5]) cum ancilla quam istic habuerat, quod tandem in lucem produxit.

Scripsi nuper quid impediret quominus ad vos me conferrem. Praestabo quod iusseris si quid mea opera conferre possum post proximas ferias. Claudius *Farellus*[6]) literis me admonuit ut istuc remitterem literas ad se quas nuper ad me misisti. Sed iam Neocomum missae erant quum eius mihi literae redditae sunt. Si adhuc apud vos sit, eum curabis huius admonitum.

Salutant te nostri omnes, praesertim uxor, cuius nomine et meo tuam quoque salutabis. Vale optime cum omnibus collegis et symmystis. Lausannae 2. Aprilis 1547.[7])

Tuus Petrus Viretus.

---

2) *Vides diuturniorem absentiam Calvino suspicionem movisse de Balduini fide et constantia.*

4146. 1) *N.* 886.

2) *unde aufugerat appropinquante Caesare.*

3) *Cf. N.* 888, *not.* 4 *et Hottinger, Helv. KG.* III. 776.

4) *Cf. N.* 887.

5) *Alibi de hoc nihil accuratius. Benrath p.* 194 *tacet. Quum Ochinus in Angliam se contulit uxorem secum non duxit, sed postea demum eam accersivit.*

6) *Farello quatuor erant fratres: Io. Iacobus pharmaceuta Genevensis, Daniel qui in agro Vadensi sedem fixit, Gaucherianus qui cum Comite Guil. de Furstemberg erat, et hic Claudius cuius nomen saepissime occurrit in nostro thesauro. Civis Genevensis receptus fuit cum Iacobo et Guilelmo a. d. VII. Idus Mart.* 1537. (*Herm.* IV. 103 *not.* 6, 145 *not.* 5, 198 *not.* 10, 212 *not.* 1.)

7) *Calvini responsum habes N.* 892.

4147.

BOSQUETUS CALVINO.

Calvini laudes, cui se officiis in se collatis devinctissimum affirmat.

(Ex autographo Cod. Genev. 113, fol. 112.)

Mon Seigneur Monsr. despeville.

Car. Bosquettus humanissimo atque optimo viro C. Passelio pacem perpetuam precatur.

Omnium post homines natos ingratissimus videar, integerrime *Pas.*, nisi candorem tuum humanitati summae coniunctum et singularem in me et meos benevolentiam memoria colam sempiterna. Nam vel hoc uno nomine tibi me quam devinctissimum si profitear nihil prorsus affingam. Id igitur si literis saltem non tester, quo tandem inter homines loco haberi possim? Quanquam certo scio hanc literarum testificationem a te non expeti. Verum ne in tuorum erga me beneficiorum commemoratione, mihi tamen multo iucundissima, sim prolixior, hoc unum affirmabo, tuae in nos benevolentiae tot tamque certa signa a te edita quum istic agerem, ut ea tacere vel oblivioni tradere nefas esse credam. Te ad bene merendum de his quibuscunque [1]) licet iam antea satis intellexeram: at cum re ipsa comperio te eum esse qui commodis eorum studeas a quibus nihil sperare possis, et quorum curam ita suscipias ut ipsi ne per somnium quidem id optaverint, animum vere pium et omnino christianae religioni consecratum agnosco. Sed quae paucis attigi sic accipias velim ut tibi persuadeas ab eo profecta qui tui nunquam oblivisci possit, et qui secum praeclare actum iri indicat, si quid unquam faciat quod tibi gratum esse sentiat. Istaec ex animo dico. Faxit Dominus noster ut hoc brevi conficiam.

Haec per nostrum singularem amicum scripsi ne sine meis ad te literis istuc rediret. Caeterum mihi abeunti te scripturum de eo negotio quod tum explicasti promiseras, ea tamen lege, prius ut ab illo literas exspectares. Iam si quid tuis responderit et id mihi significare tibi liceat, erit gratissimum. Hic noster rem totam matri et fratri meo narravit. Facile, ut spero, sed Deo opt. max. favente, quod volumus consequemur. Ea non scribam quae commodius idem noster tibi referet.

Aliud quod addam non habeo. Tantum a te vehementer precabor nos ut vestris precationibus Deo commendetis. Certiorem de his quae hic agun-tur te facerem, nisi hunc nostrum satis esse disertum cognoscerem. Si quid ad me scribas, id vel *Roberto St.*, vel *Gaucherio* nostro, vel *Budaeis* amicissimis reddatur. Nunc Deum patrem nostrum per Iesum Christum dominum et servatorem nostrum supplex oro ut tibi pro sua in omnes bonitate semper adsit, et suo spiritu sic te perpetuo tueatur, ut spatium illud tibi oblatum in ipsius honorem decurras, licet interim scelerati et ad omnia crimina proiecti rumpantur invidia.

Hic non possum quin sororis meae nominatim salutem tibi annunciem. Ea se totam tuis precibus commendatam exoptat. A. d. 3. Kal. Augusti.[2])

4147. 1) *deest vocabulum.*

2) *Neque de scriptore neque de huius epistolae tempore et argumento quidquam accuratius habemus quod certum ferremus. Ex N.* 4152 *tamen colligimus mox post abitum scriptam esse in itinere Italico et fere a.* 1547.

4148.

BADUELLUS CALVINO.

Queritur de statu rerum in Provincia, maxime de concionatoribus. Laudat Calvini epistolam ad pios Nemausenses scriptam et petit plura eiusdem generis. Commendat pium aliquem Genevam proficiscentem.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 12.)

Doctissimo atque optimo viro D. Carolo Fasello amico singulari.

Multorum non dicam pietas simulata, quam pauci hoc tempore prae se ferunt, sed in nomine christiano manifesta vitae impudentia, facit ut neminem temere tibi commendem, nisi eos quorum probitas et modestia mihi cognita atque perspecta fuit. Scio quantopere vos huiuscemodi homines offendant, apud quos religio et sanctitas nullis maculis aspersa nitere debet, quum nos in his locis, in quibus multa ac magna inquinamenta sunt, eorum insolentiam intemperantiamque vix videre possimus. Sed hoc interest quod vos coercere tantam impudentiam potestis, aut etiam e republica vestra et ecclesia Christi profligare, ne sanctissimum coetum dehonestent. Nos vero nihil aliud possumus quam eos a consuetudine nostra et congressione prohibere.

Itaque perlubenter legi eas literas quas supe-

rioribus diebus ad nostrates scripsisti[1]) in quibus non solum eos hortaris ut in pristina, hoc est, vera fide Christi maneant, verum etiam doces quemadmodum quisque vivere debeat, et mones ut nihil committant quod christiana vocatione indignum videatur. Mihique pergratum erit, et ut existimo ecclesiae maximopere utile, si saepius ad illos ea scripseris, aut etiam librum παραινετικὸν gallice scriptum edideris,[2]) in quo huiusmodi praecepta et monita complectaris, quibus vita singulorum in officiis studiisque pietatis instituatur. Nam explicare nullis verbis possem quam sint negligentes et concionatores in his vitae christianae officiis tradendis et caeteri in iisdem colendis, aut etiam utrique impudentes in iis vitiis et peccatis quibus optima religionis professio deformatur. In tantam enim iam corruptionem pravitatemque delapsi sumus, ut qui in aliorum vitam lumen quoddam inferre deberemus eorumque tenebras redarguere, nunc nos ab illis coarguamur, et quasi autores et professores tum doctrinae tum vitae impiae et sceleratae reprehendamur. Quibus iustitiae sanctimoniae modestiae omnisque virtutis magistri debemus esse, his nos videmur desperati plane ac perditi homines, omni lege religioneque soluti: ac digni quidem iudicamur qui omnibus et divinis et humanis iudiciis suppliciis coerceamur. Hinc tam parvus evangelii progressus, tanti tamque turbulenti motus, quibus homines pii et modesti maximopere perturbantur et vexantur. Dominus pro sua mansuetudine et consuetudine nostri aliquam misericordiam capiat, et aut hanc tantam nequitiam iniustitiamque tollat, aut nos qui ipsum metuimus ex hac hominum colluvione eripiat. Sed per eundem, mi carissime frater, te etiam atque etiam vehementer rogo, ut pro ea sapientia spiritus, quam Dominus tibi tribuit, aliqua remedia cogites atque adhibeas, quibus huic tantae communis ecclesiae turpitudini et calamitati mederi possis. Poteris in ea vitae institutione commemorare casus omnes quibus animi hominum bonorum ad studium pietatis innocentiae ac sanctitatis excitentur, et denunciare eas gravissimas poenas quas Dominus et in hac vita et in futura comminatur, qui suo sanctissimo nomine evangelioque scelerate abutuntur, ut et recordatione beneficiorum collatorum, et exspectatione futurorum, et metu iudiciorum ac suppliciorum quisque in officio veraque fide contineatur. Nam ea quidem doctrina hoc tempore maxime est adhibenda, qua in his postremis diebus animi eorum qui pietatem profitentur ab omni illusione et vanitate huius mundi ad Deum pie casteque colendum Christumque redemptorem exspectandum convertantur, totamque poenitentiae rationem et vim amplectantur. Sed tu haec melius.

Qui has tibi reddidit non est ex illorum hominum genere ac numero quorum supra cum maximo animi dolore mentionem feci, sed ex iis qui et mea commendatione et tua benevolentia perdigni existimandi sunt. Nam quum in omni vitae parte ac consuetudine tum in sacrosancto verbi praedicandi munere iam diu ita se gessit ut nobis propter suam modestiam et probitatem et singularem in Christum eiusque ecclesiam amore sit probatissimus atque carissimus. Ei, quum istuc ad vos proficisci cogeretur, a meque contendisset ut literas ad te darem, quibus quis esset et quomodo hic apud nos versatus fuisset ostenderem, libenter dedi apud te testimonium eius opinionis quam de illo habeo. Itaque commendo tibi hominem pium et modestum, in ministerio verbi integre casteque versatum, de ecclesia bene meritum, eo ingenio studio atque animo praeditum, ut si a vobis fuerit adiutus et institutus ecclesiae magno adiumento et usui aliquando esse possit. A te maximopere peto ut eum tanquam fidelem ministrum Christi tua humanitate caritateque complectaris.

Uxor mea tibi tuaeque uxori plurimum salutis et pacis a Domino precatur, teque mecum magnopere rogat ut tu nos cum nostra familia in vestris sanctissimis precibus tum publicis tum privatis cogitatione et benevolentia tua comprehendas.[3])

Tuus Appius Claudius.

4149.

BADUELLUS CALVINO.

Literae commendatitiae quarum occasione denuo statum rerum et mores hominum deflet.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 8.)

Optimo viro et doctissimo homini D. Carolo Pasello amico suo.

A multis mihi non sine summo meo dolore nunciatum est qua fide ac conscientia aliqui eorum

4148. 1) *Quaenam illae fuerint, haud facile dixeris. Gaufresius cogitat de illa quam nos sub N.* 931 *exhibuimus, a. d. IX. Cal. Aug.* 1547 *scripta, et inde annum definire conatur. Illa vero non speciatim ad Nemausenses.* (*Bullet. l. c. p.* 398.)

2) *Talis non exstat.*

3) *Idem V. D. autor est Baduellum Carpentoracto relicto Nemausum rediise m. Iulio* 1547. (*Bull.* XXIV. *p.* 12.) *Haec omnia tamen minime nobis sufficere videntur ad natales epistolae definiendos.*

istic sunt usi, qui a me tibi diligenter commendati fuerunt. Sed nulla cuiusquam est tanta perfidia quae meum officium impediat, iterque intercludat consuetudinis eius, qua tibi eos commendare soleo, quos nec mea commendatione nec tua opitulatione non indignos esse existimo. Hoc in genere ac numero est iste qui has tibi reddidit: in quo commendando quum non minus tibi quam mihi notus probatusque sit, testificationem opinionis meae, quam de eius doctrina pietateque habeo, supervacaneam esse puto. Sed tamen non alienum ab officio me facturum existimavi, neque tibi ingratum, si hoc genere literarum eum apud te prosequerer quibus hominem mihi carissimum, qui a nobis ita discederet ut vobiscum istic victurus esset, quasi per manus tibi traderem, praesertim iis tempestatibus iactatum, in quibus iste portus vestrae et ecclesiae et benevolentiae maximopere desiderandus videatur. Nam quum ex pontificio comitatu Carpentoractoque expulsus huc ad nos confugisset, in Dominoque nobiscum de tota ratione ac statu rerum suarum consilium cepisset, visum est ut istuc ad vos proficisceretur, quum nihil apud nos esset quod nomine Christi eiusque ecclesiae agere posset. Est autem eo rerum usu et prudentia qua maximo usui et adiumento ecclesiae esse potest, ea vero naturae ingeniique bonitate atque voluntate, ut indignus eo genere vitae et instituto, in quo iam diu est versatus, plane videatur. Itaque pro tua prudentia videbis an opera eius istis vestris sanctissimis ecclesiis opportuna utilisque esse possit.

Nostrarum quidem ecclesiarum is est status et miserrima conditio, in qua nulla virtutis pietatisque ratio habetur. Orbamur quotidie ea luce quae nobis singulari Domini benignitate in maximis tenebris illuxerat: sed quia nulla ecclesiae gravis est constituta disciplina, ac summa potius licentia, sumus iidem qui fuimus antea, aut etiam deteriores, ut nulla emendatio commutatioque vitiorum, sed progressio ad maiorem impietatem facta esse videatur. In hac privatione luminis amissioneque verbi Dei etiam illa dona nobis eripiuntur quae una cum clarissima suavissimaque illa luce mirabiliter illustrata fuerunt. Nam omnis et elegantia literarum artiumque optimarum depravatur, et vis ingeniorum atque studiorum debilitatur, ut in summa omnium rerum infirmitate corruptioneque omnia nostra optima et studia et vitae instituta iam finem habitura videantur. Itaque ego quoque in summa vitae humanae vanitate incipio languere in his studiis quae apud * habent professionem seiunctam ab eius cultu qui nos ad ea deduxit. Summa est hominum ignoratio aut ingratitudo tam iniqua et scelerata ut vix diutius toleranda videatur. In his tantis periculis ac tenebris me familiamque meam verbo Domini sustento et confirmo ea pietatis disciplina quae nobis ab eo praescripta est. Amplector vos etiam absentes, suaviterque aliquando in vestrae ecclesiae sinu acquiesco, lubenti spiritu fruens iis precibus quas ad Deum patrem per Christum pie et caste adhibetis. Itaque maximopere per Christum etiam atque etiam te rogo ut in hoc officii genere, in quo est iusta et necessaria pro fratris salute sollicitudo ac commendatio, singularem tuam humanitatem et caritatem nobis praestes. Gratia Domini sit tecum ac cum tuis omnibus.[1])

Tuus App. Claudius.

4150.

BADUELLUS CALVINO.

Commendat Rollandum quendam.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 16.)

Optimo viro atque doctissimo homini Carolo Phasello.

Lutetiae.

Conservabo consuetudinem meam, ut tibi eos commendem, qui nec mea commendatione nec approbatione tua opeque indigni esse videbuntur. *Rollandus* iste qui tibi meas reddidit, multis viris bonis ac piis, qui istic apud vos agunt, notus et probatus fuit, multique sunt in hac regione qui ei insigni pietatis et caritatis testimonium dare possint, sed quoniam ea necessitudo, quae mihi tecum intercedit, plerisque nota est, eaque opinio quam tu de me habes, propterea ad me confugit et a me contendit, ut quum istuc ad vos proficisceretur sibi aliquod meae opinionis testimonium darem, quo maiore cum fide et benevolentia vestra vobiscum isto in loco vivere possit. Itaque libenter hanc testificationem ei dedi, qua accipies in vestram communionem hominem probum, modestum vestroque studio ac benevolentia dignum. Una in re paulo minus fuit consideratus, quod matrimonium coiit cum ea muliere quam propter turpitudinem atque infidelitatem relinquere coactus est ad vosque istuc confugere, sed hoc peccatum est imprudentiae non malitiae aut nequitiae. Quare non minus carus vobis erit. De nostris rebus volebam plura scribere,

---

4149. 1) *Literae nihil omnino continent ex quo certum ei locum vindices. Patet tamen Nemausi scriptas esse ergo ante a. 1550. Gaufresius nobis ex coniectura a. 1547 indicavit.*

sed ita occupatus eram ut vix haec potuerim. Ex *Rollando* intelliges quid nos agamus, quo in loco nunc sit *Bigotius.* [1])

Nos in hac civitate a concionatoribus nullam consolationem habemus, quum multis ante annis evangelii praedicatio maximopere floruerit. Dominus nos consoletur, misso verbo veritatis cultuque pietatis plane restituto. Nunc in tanta confusione rerum omnium quid possumus aliud quam gemere, et vicem nostram ac ecclesiae deplorare. Horum malorum tantorum nullum finem ego video. Itaque gratissimum mihi feceris si hanc nostram molestiam tuis optimis consiliis solatiisque levaveris idque ut facias te rogo. Vale in Domino, frater carissime.

Nemausi xx. Mar. subito.

Tuus Ap. Claud.

4151.

BADUELLUS CALVINO.

Vinalem quendam Calvino commendaverat qui iam tali laude indignus fuisse videtur. Interea alium Caperonium commendat.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 4.)

Doctissimo viro atque optimo homini D. Carolo Phasello.

De *Vinali* quem tibi hyeme superiore commendavi ea mihi narrata fuerunt quae mihi tantam et admirationem et molestiam attulerunt quantam et illa superior commendatio, et nunc, si illa vera sunt, iudicii mei commutatio afferre debuit. Quanquam non plane sciebam an haec ita se haberent, sunt tamen mihi maximopere molesta. Itaque mihi gratissimum erit si per eum qui mihi narravit quid sit ad me scripseris. Haec causa fuit quod et iste qui meas tibi iam reddidit, quum istuc ad vos vellet proficisci, cum pudore ac metu iter susciperet, et ego eum tibi aliqua cum sollicitudine commendarem: non quod aut ipse nullum ad vos huiusmodi conscientiam afferat, aut ego de eius moribus ac vita eam opinionem habeam quae cum dubitatione sit coniuncta, sed tamen nos movent eorum exempla in quos nulla huiuscemodi suspicio cadere posse videbatur. Itaque primum a te peto ut si quid ille tale aliquid commisit, mihi pro humanitate tua ignoscas, meque lapsum opinione ita putes, ut potestas tamen et vere de aliis iudicandi et eos tibi commendandi nullo modo adempta sit. Nam hunc quidem Ioannem *Caperonium* [1]) iamdiu ita cognovi, tum in publicis concionibus in quibus caste integreque est versatus, tum in privatis nostris colloquutionibus vitaeque totius consuetudine, ut tibi et affirmare et spondere possim, eum nec re nec oratione commissurum quod sanctissimo vestro coetu indignum sit. Is Monspessuli coenobio Dominicanorum ita diu praefuit ut ea in administratione eius et prudentia et probitas et gravitas perspecta fuerit omnibusque maximopere probata. Postea vero quam a Domino est illuminatus magis hae virtutes in illo eluxerunt, ut non sit nobis dubitandum quin in Domini timore pietatisque studio sibi apud vos constet. Nam quantum in eo religionis sit studium atque amor, satis declarat vitae susceptae ac diu probatae commutatio, in qua, si voluisset otii ventrisque aut etiam alicuius existimationis rationem habere, cum magna et gratia et laude hominum multorum manere poterat. Sed pluris facit unius Christi excellentem cognitionem vestramque consuetudinem, quam caeterarum huiusmodi perfruitionem rerum, quae cum impietate coniunctae sunt. Itaque a te peto atque contendo ut hunc a me tibi commendatum ita nunc accipias, eoque iudicio atque animo comprehendas, ut omni tempore, quo istic vobiscum futurus est, optimum virum, modestissimum, gravissimum hominem, vestri studiosissimum, amantissimum, observantissimum, vestra ecclesia perdignum sis cogniturus. Ego pro eo fidem meam interpono. Dominus sit tecum. Nemausi iiij. no. Ma.

Tuus App. Claud.

4152.

BOSQUETUS CALVINO.

Italiae pertaesus de reditu cogitat.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 762. Edidit Liebe p. 75.)

4150. 1) *Teste Gaufresio* (*Bull.* XXIV. *p.* 20. 194) *Bigotius ob causam non satis honestam Nemausum relinquere coactus Lutetiam se contulerat, sed a.* 1547 *Tolosam redierat. Hinc vir doctus epistolam ad a.* 1548 *refert.*

4151. 1) *Eundem denuo Baduellus commendat N.* 1348 *i. e. a.* 1550 *eumque dicit iam olim commendatum a se Calvino fuisse et notum. Inde Gaufresius ex coniectura hanc biennio antiquiorem facit.*

A Monseigneur Monsr. d'espeville.

Iam literas ad te scripseram, vir optime, quum noster Britannus tuas mihi reddidit, quibus nihil optatius aut iucundius adferri potuit, ob ea quae pro tua humanitate et singulari in me benevolentia scribis. Unum mihi molestum fuit quod mihi carissimus frater tam importunus fuerit ut a te cum morbo conflictante et stomachi cruditate affecto literas ad me non sit veritus expetere. Te ais exspectare dum tibi significem me iam Italiae taedio captum quotidie ingemiscere quod hic mora longior mihi sit trahenda. Quam prudenter haec cogitaris testari possum: et vero iamdudum ad te scripsissem, nisi me sortis meae puduisset, atque certo scivissem de fratre meo te rem totam intellecturum. Quoties et quibus suspiriis iam de reditu meo cogitarim Dominus novit. Hic quod res est copiosius explicare mihi non licet propter huius internuncii discessum repentinum et praeter meam exspectationem paratum. Ille de nobis et rebus Italicis plura narrabit quam possim ita breviter scribere. Alias longe plura: interim me excuses etiam atque etiam rogo. Ferrariam nondum vidimus, nec quando visuri simus adhuc nobis constat. Tuas literas accepit *Ramboul.*, quibus, ut mihi dixit, respondisset si per dolorem manus dexterae, quem mensem iam integrum pertulit, ipsi licuisset. Itaque me rogavit ut tibi scribam, se excusatum habeas et commendatum. Id enim vehementer desiderat. Sed cogor finem hic facere, prius tamen me tibi tuisque precibus commendo, et ut me ames pro tuo more velim maxime. Dominus te perpetuo tueatur. Patavii 3° Kal. Octob. [1])

Frater meus Ludovicus *Verac.* hic nobiscum aget quoad ipsum non taedeat rerum Patavinarum. Interim Rabbinos evolvet. Ego vero nihil solus agam.

Tuus tibi quam devinctissimus
et perpetuo obsequentissimus
Car. Bosquettus.

4152. 1) *Lud. Budaeus obiit Genevae professor l. hebr. a. d. VIII. Kal. Iun.* 1551. *Male Senebier,* I. 386 *quem sequitur Haagius eius mortem ad a.* 1552 *refert* (*N.* 1499. 1506). *Quid quod Archinard p.* 55 *eum ad a.* 1567 *superstitem sistit. Eius iter Italicum ad annos* 1546—1549 *referunt N.* 793. 887. 1188. 1191. 1201 *et seqq. Epistolam hanc ergo ad a. fere* 1548 *referre poteris, certe post N.* 4147 *collocandam.*

4153.

CALVINUS MINISTRIS NEOCOMENSIBUS.

Fratrum nomine queritur Ludovicum diaconum, qui tempore pestis grassantis cum vitae discrimine Neocomensibus fidelem operam praestiterat, nunc a Senatu repente dimissum esse.

(Ex apographo satis recenti Bibl. nation. Parisiensis Coll. Dupuy Vol. 102, fol. 18.)

Fidelibus Domini nostri Iesu Christi servis decano et collegio ministrorum Neocomensis ecclesiae fratribus et symmystis carissimis et colendis.

Gratia vobis et pax a Deo patre nostro et Domino Iesu Christo, fratres carissimi et ex animo nobis colendi.

Inviti quidem facimus ut vobiscum utamur ullo genere expostulationis. Sed quia alterutrum nobis est necesse, aut sustinere facti vestri culpam aut amice placideque vobiscum expostulando efficere ut quod peccatum est corrigatur, veniam nobis pro vestra aequitate, ut speramus, dabitis, ut ne longa quidem aut sollicita excusatione opus sit. Quum frater noster *Ludovicus* [1]) feliciter scholae nostrae serviret eum vobis rogantibus concessimus ut provinciam apud vos obiret, primum valde molestam deinde supra modum periculosam. Reputate vobiscum quam pauci reperiantur, qui se tam praesenti mortis periculo opponant. Neque vero aut nos eum extraximus, aut ipse inopia coactus se vobis adduxit. Receptus a vobis fuit et a senatu vestro hac lege ut perpetuo ministerio fungeretur. Postquam eius opera tanquam venalis cuiuspiam mancipii abusi sunt vestri homines, nunc eum ablegant. Principio, ubi fides? deinde, ubi aequitas? ubi gratitudo? ubi denique humanitas? Neque haec exprobrandi causa dicimus, sed ut nostra admonitione expergefacti senatui vestro demonstretis, facinus pessimi exempli fore et plenum maximi dedecoris, si pio viro, cuius fidelem operam in summa necessitate expertus est, ita illuserit. Nos certe unius hominis iactura moniti posthac cautiores erimus, nisi haec iniquitas correcta fuerit. Valete, fratres nobis dilectissimi, ac liberam nostram obiurgationem boni consulite. Dominus vos diu sibi et ecclesiae suae

---

4153. 1) *Hunc commendaverat Calvinus N.* 678, *Capunculo morienti adstitisse comperimus N.* 713. — Hubert Louis dirigeait en 1537 le collége de La Roche en Faucigny. (*Herminj.* IV. 288).

incolumes servet spirituque suo regat. Genevae 21 Novemb. 1548. [2])

Ministri ecclesiae Genevensis in urbe et in agro.
Ioannes Calvinus fratrum nomine.

4154.

CALVINUS BUCERO.

Felicem ei in Anglia adventum gratulatus narrat quid proximis mensibus acciderit.

(Ex autographo bibliothecae Collegii Corporis Christi Cantabrigiae Cod. CII. 19, p. 297 in nostrum usum descripsit Dr. Katterfeld.)

Clarissimo viro et eximio ecclesiae Dei pastori D. Martino Bucero patri et symmystae semper colendo.

S. Literae tuae [1]) mihi serius redditae fuerunt quam ut a *Farello* et *Vireto* responsionem accipere nunc possis. Ac mihi etiam praeter spem oblatus fuit hic nuncius qui ad finem nundinarum eo perveniret unde tibi alii scribent. Te in Angliam appulisse [2]) iam ex quorundam literis [3]) intellexeram et constans rumor ferebat. Hoc tamen ipsum ex te scire multo fuit gratius. Hanc exsilio tuo quietam sedem sic a Deo fuisse datam certe sum persuasus, ut non patiatur inutilem te sedere. Ac iam laborem tibi iniunctum esse audio, et te dignum et toti ecclesiae plus quam utilem. Et quanto plus a turbulentis assiduisque occupationibus, quae te antehac obruebant, dabitur otii, eo uberiores ex tuis lucubrationibus fructus ad nos redibunt. Ita sane interpretor has iam tibi partes esse destinatas. Tu quidem non parum mihi addis animi quum fructuosa esse ecclesiae Dei iudicas quae scribo: sed quo plus vales, praestaret hoc munus te occupare. Praeterquam enim quod tenuitatem meam agnosco, non credas quam parum temporis [4]) mihi restet ad scribendum. Conciones et praelectiones multum absumunt: continuis interpellationibus et saepe molestissimis mire obturbor. Valetudo autem sic fracta est [5]) ut temperare ab immodico labore cogar. Ego tamen ex meis rivulis qualescunque guttas propinare filiis Dei non desinam. Abs te aliquid maius dari potest. Adde quod ad sublevandum ac mitigandum animi tui moerorem istis scriptionibus nihil aptius est quibus ecclesiam tantopere adiuvari vides, cuius sola calamitas te angit et excruciat.

Nos hic pro more certis periculis expositi ad quotidianas minas occalluimus. Si alia esset in nobis pietas aliusque Dei timor quam in multis apparet, liceret securis vivere, quia felices vivendo et moriendo essemus. Sed quum video huc tot undique pios quasi ad vexillum aggregari, [6]) spero Dominum huius loci fore tutorem. Vidua *Budaei* [7]) huc se cum liberis recepit. Complures eiusdem generis voluntarium sibi exsilium indixerunt ut Deum pace nobiscum colant. Utinam Pharao noster [8]) aliquando sapere incipiat, ne sibi et aliis ita sit infestus. Piis Angliae gubernatoribus [9]) gratulor, qui inter maxima obstacula Christi tamen regnum promovere non desinunt.

Farellus et *Viretus* recte valent. Ego dimidia mei parte sum superstes, nam Dominus uxorem ad se meam nuper recepit. Ita migravit e mundo ut in coelum mira fidei constantia properaret. Paulo post eius mortem Tigurum me contuli [10]) (*Farellus* comitem se adiunxit) ut finem aliquem imponeremus infaustae controversiae quae variis subinde malis occasionem praebebat. Formulam nostrae consensionis scripsimus, cuius exemplar tibi mitto. Etsi tu nonnulla forte desiderabis, mihi tamen hoc satis visum est quod tria praecipua obtinuerimus. Nempe sacramenta non externae duntaxat professionis esse, sed vera gratiae Dei testimonia et sigilla. Deinde non . . . . . illic nobis offerri gratiam, sed Deum efficaciter . . . . . illa . . . . . . [11]). Tertio qui fide ea recipiunt, Christum illic cum omnibus suis . . . . . . invenire. Rogo tamen ut mihi tuum indicium p . . . . significes.

Vale, ornatissime vir et pater mihi semper in Domino colende: quem precor ut semper tibi adsit gratiaque te prosequatur. Salutant te reverenter omnes collegae mei et reliqua piorum fratrum cohors. 4. Calendas Iulias. [12])

Io. Cal. vere tuus.

---

2) *Sic apographon. De anno tamen nobis non constat. Habemus epistolas eodem temporis momento scriptas quae eius mentionem non faciunt* (*N.* 1097. 1100).

4154. 1) *deperditae.*

2) *et quidem a. d. IV. Kal. Maias Cantabrigiae* (*Baum, Butzer. p.* 560).

3) *Cf. N.* 1177.

4) *Vide Colladon. p.* 42 *sq.*

5) *Idem p.* 48.

6) *Cf. Reg. du Conseil ad* 3. *Maii. Inter alios advenit Beza.*

7) *Ibid.* 27. *Iunii.*

8) *Henricus II.*

9) *Somerseti duci.*

10) *Reg. du Conseil ad* 20. *Maii. Colladon p.* 49. *Vita ed. Nickel p.* 17. *Redux fuit Nonis Iuniis.*

11) *Vir doctus literaturam Calvini legere non potuit.*

12) 1549.

A Monseigneur Monsr. d'espeville.

Iam literas ad te scripseram, vir optime, quum noster Britannus tuas mihi reddidit, quibus nihil optatius aut iucundius adferri potuit, ob ea quae pro tua humanitate et singulari in me benevolentia scribis. Unum mihi molestum fuit quod mihi carissimus frater tam importunus fuerit ut a te cum morbo conflictante et stomachi cruditate affecto literas ad me non sit veritus expetere. Te ais exspectare dum tibi significem me iam Italiae taedio captum quotidie ingemiscere quod hic mora longior mihi sit trahenda. Quam prudenter haec cogitaris testari possum: et vero iamdudum ad te scripsissem, nisi me sortis meae puduisset, atque certo scivissem de fratre meo te rem totam intellecturum. Quoties et quibus suspiriis iam de reditu meo cogitarim Dominus novit. Hic quod res est copiosius explicare mihi non licet propter huius internuncii discessum repentinum et praeter meam exspectationem paratum. Ille de nobis et rebus Italicis plura narrabit quam possim ita breviter scribere. Alias longe plura: interim me excuses etiam atque etiam rogo. Ferrariam nondum vidimus, nec quando visuri simus adhuc nobis constat. Tuas literas accepit *Ramboul.*, quibus, ut mihi dixit, respondisset si per dolorem manus dexterae, quem mensem iam integrum pertulit, ipsi licuisset. Itaque me rogavit ut tibi scribam, se excusatum habeas et commendatum. Id enim vehementer desiderat. Sed cogor finem hic facere, prius tamen me tibi tuisque precibus commendo, et ut me ames pro tuo more velim maxime. Dominus te perpetuo tueatur. Patavii 3° Kal. Octob. [1])

Frater meus Ludovicus *Verac.* hic nobiscum aget quoad ipsum non taedeat rerum Patavinarum. Interim Rabbinos evolvet. Ego vero nihil solus agam.

Tuus tibi quam devinctissimus
et perpetuo obsequentissimus
Car. Bosquettus.

4152. 1) *Lud. Budaeus obiit Genevae professor l. hebr. a. d. VIII. Kal. Iun.* 1551. *Male Senebier*, I. 386 *quem sequitur Haagius eius mortem ad a.* 1552 *refert* (*N.* 1499. 1506). *Quid quod Archinard p.* 55 *eum ad a.* 1567 *superstitem sistit. Eius iter Italicum ad annos* 1546—1549 *referunt N.* 793. 887. 1188. 1191. 1201 *et seqq. Epistolam hanc ergo ad a. fere* 1548 *referre poteris, certe post N.* 4147 *collocandam.*

4153.

CALVINUS MINISTRIS NEOCOMENSIBUS.

Fratrum nomine queritur Ludovicum diaconum, qui tempore pestis grassantis cum vitae discrimine Neocomensibus fidelem operam praestiterat, nunc a Senatu repente dimissum esse.

(Ex apographo satis recenti Bibl. nation. Parisiensis Coll. Dupuy Vol. 102, fol. 18.)

Fidelibus Domini nostri Iesu Christi servis decano et collegio ministrorum Neocomensis ecclesiae fratribus et symmystis carissimis et colendis.

Gratia vobis et pax a Deo patre nostro et Domino Iesu Christo, fratres carissimi et ex animo nobis colendi.

Inviti quidem facimus ut vobiscum utamur ullo genere expostulationis. Sed quia alterutrum nobis est necesse, aut sustinere facti vestri culpam aut amice placideque vobiscum expostulando efficere ut quod peccatum est corrigatur, veniam nobis pro vestra aequitate, ut speramus, dabitis, ut ne longa quidem aut sollicita excusatione opus sit. Quum frater noster *Ludovicus* [1]) feliciter scholae nostrae serviret eum vobis rogantibus concessimus ut provinciam apud vos obiret, primum valde molestam, deinde supra modum periculosam. Reputate vobiscum quam pauci reperiantur, qui se tam praesenti mortis periculo opponant. Neque vero aut nos eum extraximus, aut ipse inopia coactus se vobis addixit. Receptus a vobis fuit et a senatu vestro hac lege ut perpetuo ministerio fungeretur. Postquam eius opera tanquam venalis cuiuspiam mancipii abusi sunt vestri homines, nunc eum ablegant. Principio, ubi fides? deinde, ubi aequitas? ubi gratitudo? ubi denique humanitas? Neque haec exprobrandi causa dicimus, sed ut nostra admonitione expergefacti senatui vestro demonstretis, facinus pessimi exempli fore et plenum maximi dedecoris, si pio viro, cuius fidelem operam in summa necessitate expertus est, ita illuserit. Nos certe unius hominis iactura moniti posthac cautiores erimus, nisi haec iniquitas correcta fuerit. Valete, fratres nobis dilectissimi, ac liberam nostram obiurgationem boni consulite. Dominus vos diu sibi et ecclesiae suae

---

4153. 1) *Hunc commendaverat Calvinus N.* 678, *Capunculo morienti adstitisse comperimus N.* 713. — Hubert Louis dirigeait en 1537 le collége de La Roche en Faucigny. (*Herminj.* IV. 288).

incolumes servet spirituque suo regat. Genevae 21 Novemb. 1548. [2])

Ministri ecclesiae Genevensis in urbe et in agro.
Ioannes Calvinus fratrum nomine.

4154.

CALVINUS BUCERO.

Felicem ei in Anglia adventum gratulatus narrat quid proximis mensibus acciderit.

(Ex autographo bibliothecae Collegii Corporis Christi Cantabrigiae Cod. CII. 19, p. 297 in nostrum usum descripsit Dr. Katterfeld.)

Clarissimo viro et eximio ecclesiae Dei pastori D. Martino Bucero patri et symmystae semper colendo.

S. Literae tuae [1]) mihi serius redditae fuerunt quam ut a *Farello* et *Vireto* responsionem accipere nunc possis. Ac mihi etiam praeter spem oblatus fuit hic nuncius qui ad finem nundinarum eo perveniret unde tibi alii scribent. Te in Angliam appulisse [2]) iam ex quorundam literis [3]) intellexeram et constans rumor ferebat. Hoc tamen ipsum ex te scire multo fuit gratius. Hanc exsilio tuo quietam sedem sic a Deo fuisse datam certe sum persuasus, ut non patiatur inutilem te sedere. Ac iam laborem tibi iniunctum esse audio, et te dignum et toti ecclesiae plus quam utilem. Et quanto plus a turbulentis assiduisque occupationibus, quae te antehac obruebant, dabitur otii, eo uberiores ex tuis lucubrationibus fructus ad nos redibunt. Ita sane interpretor has iam tibi partes esse destinatas. Tu quidem non parum mihi addis animi quum fructuosa esse ecclesiae Dei iudicas quae scribo: sed quo plus vales, praestaret hoc munus te occupare. Praeterquam enim quod tenuitatem meam agnosco, non credas quam parum temporis [4]) mihi restet ad scribendum. Conciones et praelectiones multum absumunt: continuis interpellationibus et saepe molestissimis mire obturbor. Valetudo autem sic fracta est [5]) ut temperare ab immodico labore cogar. Ego tamen ex meis rivulis qualescunque guttas propinare filiis Dei non desinam. Abs te aliquid maius dari potest. Adde quod ad sublevandum ac mitigandum animi tui moerorem istis scriptionibus nihil aptius est quibus ecclesiam tantopere adiuvari vides, cuius sola calamitas te angit et excruciat.

Nos hic pro more certis periculis expositi ad quotidianas minas occalluimus. Si alia esset in nobis pietas aliusque Dei timor quam in multis apparet, liceret securis vivere, quia felices vivendo et moriendo essemus. Sed quum video huc tot undique pios quasi ad vexillum aggregari, [6]) spero Dominum huius loci fore tutorem. Vidua *Budaei* [7]) huc se cum liberis recepit. Complures eiusdem generis voluntarium sibi exsilium indixerunt ut Deum pace nobiscum colant. Utinam Pharao noster [8]) aliquando sapere incipiat, ne sibi et aliis ita sit infestus. Piis Angliae gubernatoribus [9]) gratulor, qui inter maxima obstacula Christi tamen regnum promovere non desinunt.

Farellus et *Viretus* recte valent. Ego dimidia mei parte sum superstes, nam Dominus uxorem ad se meam nuper recepit. Ita migravit e mundo ut in coelum mira fidei constantia properaret. Paulo post eius mortem Tigurum me contuli [10]) (*Farellus* comitem se adiunxit) ut finem aliquem imponeremus infaustae controversiae quae variis subinde malis occasionem praebebat. Formulam nostrae consensionis scripsimus, cuius exemplar tibi mitto. Etsi tu nonnulla forte desiderabis, mihi tamen hoc satis visum est quod tria praecipua obtinuerimus. Nempe sacramenta non externae duntaxat professionis esse, sed vera gratiae Dei testimonia et sigilla. Deinde non ..... illic nobis offerri gratiam, sed Deum efficaciter ..... illa ...... [11]). Tertio qui fide ea recipiunt, Christum illic cum omnibus suis ...... invenire. Rogo tamen ut mihi tuum iudicium p .... significes.

Vale, ornatissime vir et pater mihi semper in Domino colende: quem precor ut semper tibi adsit gratiaque te prosequatur. Salutant te reverenter omnes collegae mei et reliqua piorum fratrum cohors. 4. Calendas Iulias. [12])

Io. Cal. vere tuus.

---

2) *Sic apographon. De anno tamen nobis non constat. Habemus epistolas eodem temporis momento scriptas quae eius mentionem non faciunt* (*N.* 1097. 1100).

4154. 1) *deperditae.*

2) *et quidem a. d. IV. Kal. Maias Cantabrigiae* (*Baum, Butzer. p.* 560).

3) *Cf. N.* 1177.

4) *Vide Colladon. p.* 42 *sq.*

5) *Idem p.* 48.

6) *Cf. Reg. du Conseil ad* 3. *Maii. Inter alios advenit Beza.*

7) *Ibid.* 27. *Iunii.*

8) *Henricus II.*

9) *Somerseti duci.*

10) *Reg. du Conseil ad* 20. *Maii. Colladon p.* 49. *Vita ed. Nickel p.* 17. *Redux fuit Nonis Iuniis.*

11) *Vir doctus literaturam Calvini legere non potuit.*

12) 1549.

Quum[13]) illud Tigurinum scriptum perquirerem, nullum hic exemplar repertum est. Sed quia unum prius *Utenhovio* miseram ab eo petes si videbitur. Tametsi desunt illic duo capita quae per incogitantiam omissa inserere suis locis Tigurini, ut spero, non recusabunt.

Unum est quod addi debet ...... Diximus Christum in carne sua .... dum esse etc. Porro ut se nobis talem exhibeat Christus, ac eiusmodi in nobis effectus proferat, unum cum ipso nos effici et in eius c[*orpus*] coalescere oportet, quia non aliter vitam in nos suam diffundit, nisi dum caput nostrum est, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam submi[*nistrationis*] secundum operationem in mensuram cuiusque mem[*bri*] augmentum corporis facit. Alterum, ordine decimum nonum. Ex autem carnis suae esu et sanguinis potione quae hi[*s signis*] figurantur, Christus animas nostras spiritus sui virtute per fidem pascit: id non perinde accipiendum quasi aliqua fi[*at*] substantiae vel commixtio vel transfusio, sed quoniam ex carne semel in sacrificium oblata et ex sanguine in expiationem effuso vitam hauriamus.

13) *Postscriptum in tergo.*

4155.

CZERWENKA CALVINO.

Memoriam pristinae familiaritatis recolit, iuvenes quosdam studiosos commendat, tristem conditionem ecclesiarum Bohemicarum depingit.

(Ex Codice Lissano VIII. fol. 32 in Archivis fratrum Herrenhut. edidit Gindely, Quellen z. Gesch. d. böhm. Brüder. 1859. p. 273. Quocum contulit authenticum exemplar in nostrum usum P. Kummer, Cand. min. Saxo.)

Eximio Christi ministro D. Ioanni Calvino ecclesiae Dei apud Genuenses* in Sabaudia pastori fidelissimo fratri in Christo reverenter colendo.

Gratiam et pacem in Domino. Etsi temeritatis atque inscitiae[1]) accusari, idque fortassis merito possim, quia tibi viro doctissimo et ingentibus curarum laborumque oneribus fere obruto hisce meis literis obstrepere ausus fuerim, tamen fretus ea existimatione quam de te olim optimam concepi, ea deinde humanitate, candore eruditioneque tua, quam in te luculenter, quum semel apud *Bucerum* ornatissimum virum Argentorati fueram, deprehendi, eo denique amore quo te in omnes Christi cultores flagrare animadverti, qui omnia boni consulit, nunquam offenditur, laesus facile offensas ignoscit, eo audacius ad te scripsi, minime ambigens, si quid hac audacia peccavero, veniam me haud gravatim impetraturum, praesertim quum intellexeris, me huius scripti aliquas, qualescunque sint, causas habuisse.

Ante decennium fere, quum apud doctissimum virum D. M. *Bucerum* Argentorati fratrum Boemorum nomine egeram, tecum quoque familiaritatem non vulgarem contraxi, atque etiam literas ad F. Ioannem *Augustam*, Boemicum nostrum pastorem, a te fere extorsi, in quibus summa officia tua, quae absentes absentibus praestare possunt, fratribus detulisti, quae illis omnibus gratissima fuere. Ab eo tempore nulla opportuna occasio offerebatur te seu videndi, seu etiam scripto invisendi, quamvis[2]) nunquam non obverseris mihi ob oculos et omnibus symmystis ecclesiarum nostrarum, praesertim scripta tua ut eximii organi Christi legentibus. Nunc itaque quum fratribus nostris dignum esse videretur ut quosdam ingenuos adolescentes Basileam studiorum gratia ablegatos suis sumptibus alerent, officii mei esse putabam ut te vel semel in tot annorum[3]) curriculo salutarem, imo meo aliorumque fratrum nomine rogarem obtestarerque ut, si quando contingeret hisce adolescentibus vel eorum cuipiam ad vos divertere,[4]) eos vel eum tanquam fratrem in Christo excipere consilioque vestro iuvare non dedignaremini. Id quod vos propter communem pietatis causam facturos non dubitamus.

Quod ad ecclesias nostras per Boemiam attinet, visum est divinae dignationi eas cruci multisque ingentibus persequutionibus subiicere, dilectissimique filii sui Domini nostri Iesu Christi imagini conformes reddere, quo fidei sanctorum facta sanctimonia eius, ut Paulus inquit, abundantius induerentur. Pars ecclesiarum cum ministris quoque regis *Ferdinandi* e dictis sedibus suis propter constantem professionem evangelii eiecta in Prussiam Sauromatis Lituanis Scitisve* vicinam[5]) concessit. Domino eis illic qualecunque domicilium concedente, reliquae Baronibus subiectae sub gravissimo onere tribulationum[6]) gemunt, omni sanctarum administrationum libertate eis interdicta, ad amplectendas Antichristi abominationes vi coguntur. Ministri quidam in carcerem coniecti misere torquentur.

4155. 1) inscientiae *G.*

2) sed ..... obversaris *G.*
3) amorum *G.*
4) quipiam . . . diverteret *G.*
5) in Prussiam Sauromatiam Lituaniamve satis vicinam *G.*
6) tribulatorum *G.*

Quorum ex numero est ille Ioannes *Augusta* ad quem olim humanitas tua scriptum dederat. Reliqui passim dispersi, disiecti omnibus periculis expositi sunt, ut nunquam aut perraro ecclesias suas accedere possint. Haec est ecclesiarum nostrarum fortuna, misera illa quidem et coram mundo abiecta, verum sine dubio coram Deo gloriosissima, Christo per eas Satanam, Antichristum et hunc mundum in maligno positum devincente et de illis hisce postremis diebus triumphante. Moravicae ecclesiae ab hac calamitate hactenus immunes exstitere, quamvis et illae in procinctu semper stant[7]) et ad similia perferenda se accingunt. Rogo itaque, frater carissime, quandoquidem vestris ecclesiis beneficio Dei hactenus maiorem tranquillitatem concessam esse audivimus, ut nos ecclesiasque nostras commendatas habeatis orationibus (id quod pium ac iustum utrique ducimus et facimus) adiuvetis laborantes. Salutant vos ecclesiae nostrae earumque ministri, praesertim seniores: me vero peto ut peculiariter commendatum habeas, imo si quando per occupationes licuerit fraternis literis consolari velis. Valebitis in Domino, praesidio eius ab omnibus Satanae machinationibus tuti.

E Brandisio Bohemiae supra Orlicziam. Octobris MDXLIX.

Mathias Czervenka Boemus
tui amantissimus.

4155 bis.

BADUELLUS CALVINO.

Literae commendatitiae.

(Ex codice Avenionensi in nostrum usum descripsit Iul. Gaufrès non hoc solo officio de nobis bene meritus.)

Cl. Bad. Ioanni Chambardo [1]) S. D.

Plura ad te scribam quum plus otii nactus ero. Nunc ut brevior essem fecit repentinus horum iuvenum ad nos adventus et subitus ad vos discessus, qui tamen ab amicis quibusdam hominibus piis commendati has literas a me petierunt quibus ipsos tibi commendarem. Iter habent istuc ad vos plenum religionis ac pietatis, qua adducti vinculis quibusdam ad haec vestra amabilissima tabernacula Domini domumque plenam libertatis, laetitiae, consolationis confugere voluerunt. Itaque a te magnopere per Christum peto atque contendo ut, quod sine tua fiat molestia, tantum eis tuae humanitatis et pietatis impertias quantum homines Christum sitientes atque esurientes postulare videantur. Nam mihi quidem ab aliis bonis viris ita diligenter sunt commendati ut eos nec mea commendatione nec consolatione tua indignos esse iudicem. Sed tu pro tua prudentia videbis quemadmodum in suscepto pietatis studio sint confirmandi atque ita instituendi ut ad suos reversi sine aliqua offensione ac dedecore christianae religionis vivere possint. Nam permagna est paucitas eorum qui huiusmodi vitam instituant et degant in qua et praeclarum sanctissimorum morum exemplum et testimonium iustum Christo debitum exstare videatur. Quae res in his quidem locis tantum dolorem nobis affert quantum et honos Christi redemptoris et salus proximorum nostrorum his novissimis temporibus afferre debet. Sed hanc molestiam meam pluribus tum persequar quum mihi plus temporis et facultatis ad scribendum et componendum datum erit. Ego tuas literas vehementer,[2]) scriptas in eam sententiam quam proximis meis literis indicavi. Nos hic audivimus vos instituere publicum gymnasium in quo iuventus in optimis studiis liberalissimisque artibus erudiatur. Qua de re scripsi ego ad te aliquando. Nam summa afficior interdum sollicitudine et cura, magnopereque metuo ne, si Dominus te evocarit, ecclesia haec idoneis ministris prudentissimisque gubernatoribus destituatur. Nam me vehementer movet summa bonorum ministrorum raritas et orbitas eorum quos Dominus nobis eripuit atque ad se vocavit. Huic tanto incommodo maximum remedium esse poterat accurata elegans et sancta iuventutis institutio. Itaque non dubito quin pro tua prudentia in hac cura cogitationeque verseris. Ego Dominum toto animo studioque precor ut te nobis incolumem quam diutissime conservet, istamque ecclesiam efflorescentem quotidie iis pietatis et ornamentis et solatiis,[3]) quae ad caeteras omnes gentes cum summa Dei laude proferantur. Nos velim in eodem Domino

---

7) procinctu perstant *G.*

4155 bis. 1) *Hoc nomine Calvinum ornari inde patet quod in eodem codice illae quas sub N.* 1348. 1378 *et* 1403 *tibi exhibuimus eidem Chambardo inscriptae sunt. Porro exstat Baduelli ep. ad Melanchthonem in qua inter alia haec leguntur:* Io. Chambardus quem Argentinae apud Bucerum aliquando cognovi ea pietate, doctrina, spiritus virtute quam tu nosti, nos in maximis calamitatibus suis literis frequenter graviterque consolatur.

2) *deest verbum: coniicimus omissum esse:* desidero. *Quod iam G. animadvertit.*

3) *Iterum lacunam librario debitam hic deprehendimus:* ornet, *vel* locupletet.

fraterne diligas carosque habeas. Bene vale. Nemausi.[4])

4156.

BEZA CALVINO.

Columberii haereditas amicorum opera recuperanda est. Sonerius aere alieno pressus mutuam accipere quaerit.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 718. — Edidit Bretschneider p. 103.)

Eximio Iesu Christi servo D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fidelissimo pastori.

Genevae.

Salutem et pacem a Domino.

Salve plurimum, mi pater. Reversus domum et brevis itineris maximis molestiis defunctus exposui aliquot amicis nostram sententiam de persequenda haereditate *Columberii* illius qui *Quintini* nostri socer erat. Placuit omnibus ut, quum Ioannes ille *Darugus* pro sua pietate operam suam obtulerit ad hoc curandum negotium, hanc occasionem ne amittamus.[1]) Quia vero in hac re multum potest Georgius *Albrechtus*, vir optimus et tibi amicissimus, petimus a te omnes nomine duarum muliercularum et quinque puerorum ut hanc causam illi commendes, sicut te facturum esse ultro recepisti. Neque vero tibi laborandum est de summa negotii ad ipsum perscribenda. Rem enim totam ex *Darugo* ipso facilius ac planius cognoscet.

Caeterum *Saunierus* noster, qui has tibi literas reddit, quum hac iter faceret, Berna scil.[2]) revertens ubi damnatus fuit ad 440 florenos mercatori cuidam persolvendos, atque inter varias querelas illud etiam adderet, se magnopere vereri ne, si secum mercator ille (molestus certe, ut audio, exactor) summo iure ageret, cogeretur ipse ad aliquid faciendum quod tum sibi ipsi privatim turpe, tum etiam ecclesiae parum esset decorum, apud eos homines praesertim quibuscum versatur, petiit a me scilicet ut se in hac difficultate vel re vel consilio iuvarem. Respondi, quod verum est, mihi paene nullam sepositam pecuniam esse, nempe viginti plus minus coronatos, quibus uterer si quid mihi vel familiae humanitus accideret. Nam profecto plures hoc quidem tempore non possem repraesentare. Quod autem ad consilium attinet, dixi istic fortasse in tanta piorum multitudine inventurum, qui commode hoc illi beneficium praestarent, si modo idonee caveret. Placuit illi consilium, et tandem a me extorsit ut de ea re ad te scriberem. Minime autem ad te scribo vel ut tibi onus imponam quod ipse a me reiecerim, vel ut tibi aut cuiquam alii sim molestus, sed quia, quum id a me magnopere flagitaret et se paratum diceret idonee cavere futuro creditori, neque putavi amici preces spernendas, neque rem penitus indignam quam tibi μετρίως commendarem, id est, quoad eius fieri potest sine magna tua molestia vel cuiusquam incommodo. Aliud enim quidquam neque ipse a me petiit neque a te petitum volo. Quod si in eo quoque vel nimium[3]) facilis vel etiam impudens fuisse videbor, peto a te veniam, mi pater, et ea quidem conditione ut nunquam posthac tale quidquam committam.

Porro quod ad res nostras attinet. Legatos exspectamus ad Idus Ianuarias. Nostri securitatem simulant. Sed Dominus, ut spero, non sinet irritas esse ecclesiae preces. Iam quidem est ipsis diserte interdictum ne, sicut solebant, caereos venales proponant. Hoc est perexiguum si cum summis illis ἀσεβείαις compares, sed tamen est aliquid et spem nobis facit alicuius instaurationis. Utinam, atque iterum utinam, exspectatio nostra minime nos fallat. *Iacobum* Gaiensem nondum vidimus. Quomodo cum illo sit actum, et quam tragoediam excitarit diaconus ille, ex *Saunerio* ipso intelliges. Bene vale, mi pater observandissime. Dominus Iesus te salvum et incolumem praestet ecclesiae suae. Amen. Lausannae iii° Nonas Ianuarii.

Literas tuas Calendis Ianuarii Paterniacum misi, sed vereor ne nives immensae *Cognatum* retineant. Audimus enim tantas esse ut nonnulli etiam periti itinerum sint absorpti. Egi cum *Arenaeo* nostro sicut volebas. Commotus est, sed tamen multo lenius quam putassem, nisi forte dissimulat. D. *Viretus* et nostri omnes magnopere te salutant.[4])

Theodorus Beza plane tuus.

---

4) *Scripta esse videtur a.* 1550 *ante N.* 1378. *Nam ibi epistolam quam hic desiderat acceptam ei refert et de gymnasio quoque certiora se accepisse testatur.*

4156. 1) omittamus *Br.*

2) Bernasque *Br.*

3) minimum *Br.*

4) *Quum quae hic attinguntur negotia Columberii, Sonerii et Arenaei alibi nusquam commemorentur, in definienda epistolae natalibus haeremus. Id tamen fortassis coniecturae ansam praebere potest quod Beza c. mensem Dec.* 1550 *Genevae fuerat* (*N.* 1429). *Quo tempore Quintinus Lausannae professor erat, ubi et Sonerius docebat. Arenaeum a.* 1549 *vergente ibidem Diaconum creatum legisti N.* 1272.

4157.

CALVINUS BUCERO.

Varia nova transmittit tam politica quam theologica et literaria viro eo temporis momento iam spiritum agenti.

(Exstat autographon Cantabrigiae in Bibliotheca Collegii Corporis Christi. CXIX. N. 56. Descripsit in nostrum usum Dr. Katterfeld.)

Praestantissimo Christi servo D. Martino Bucero patri et symmystae mihi plurimum observando.

S. Quia de Germaniae statu nihil habeo scribendum quod te magnopere oblectet, ac si quid est dignum cognitu a *Sturmio*[1]) et reliquis[2]) tibi perscribi arbitror, illud argumentum non attingo. Apud Helvetios quieta omnia. Nam Caesarem Turcico bello[3]) implicitum nihil in his regionibus ausurum putant. Vicini nostri[4]) minus nos amant et vicissim minus studiose eos colimus quam optarem. Itaque si quis exoriatur motus vereor ne parum in illis habituri simus praesidii. Nuper etiam ex re levicula crevit offensio: quod dies quidam festi olim, ut tenes memoria, suscepti in illorum gratiam subito a nostris abrogati sunt.[5]) Autores mihi gratum id fore sperabant, in quo se deceptos sero tandem intellexerunt. Interea cum desperatissimis nebulonibus[6]) mihi intestinum est certamen. Quascunque tamen facessunt molestias devorare facile est, ubi vincit ac regnat Christus.

Si verum est, quod vix credere audeo, te a Rege accersitum nunc Londini concionari,[7]) plura ex nuncio intelliges. Petendae Cantabrigiae nescio an commoda facultas dabitur. Scis, opinor, iam quam sceleratus sit impostor *Florianus*[8]) ille, quem tot mihi elogiis praedicaveras. De eo quum nuper se D. Ioannes *a Lasco* purgaret,[9]) inseruit nescio quid unde suspicatus sum, de sacramentis nondum inter nos convenire.[10]) Quanquam simul addebat, bonam spem esse pleni consensus. Cupio aliquid prodire quod non modo consensum vestrum testetur, sed lucem etiam huic doctrinae afferat, ut certe uberior explicatio valde optanda foret, quam quae in formula nostra habetur.

Quorundam piorum rogatu, vel flagitatione potius, meum in Canonicas Epistolas commentarium, et alterum in Iesaiam a *Gallasio* exceptum dicavi.[11]) Praefationes, si forte in manus tuas inciderint, legere non gravaberis. Privatis tamen literis aliquanto liberius et acrius cohortatus sum, ac praesertim ut scholis mederi studeat.

Quoniam longius distamus quam ut consilium abs te petere liceat, quid nuper D. *Philippo*[12]) scripserim te saltem scire volui. Itaque epistolae exemplar mitto. Vale, praestantissime vir et mihi semper ex animo colende pater. Dominus te familiamque suo praesidio servet, faustos tuos labores benedicat, spiritu suo gubernet totum tuae vitae cursum. Amen.

Farellus et *Viretus*, collegae mei et plurimi fratrum reverenter te salutant. Genevae 7. Calendas Mart 1551.[13])

Ioannes Calvinus tuus.

4157. 1) *Ioanne.*
2) *in quibus prae caeteris Conr. Hubertus, diaconus ad S. Thomae.*
3) *ineunte anno in Hungaria redintegrato. Ferdinandus rex Nonis Ianuariis statibus imperii de auxiliis ferendis scripsit teste Sleidano* III. 241.
4) *Bernenses.*
5) *Cf. N.* 1428. 1476. *Reg. du Conseil* 11. *et* 14. *Nov.* 1550.
6) *Ph. Bertelerio et Ph. Bonna aliisque factionis Perrinianae sociis.*
7) *Bucerus iam m. Sept. vel Oct.* 1549 *Cantabrigiam se contulerat ubi Fagius Idibus Nov. fato functus est.*
8) *Susliga* (*N.* 1441, *not.* 6).
9) *Cf. N.* 1445, *not.* 5.
10) *Bucerus consensum Tigurinum approbaverat* (*N.* 1223).
11) *supple:* Regi *quod librarius noster casu omisisse videtur. Caeterum vide N.* 1443 *seq.*
12) *Literae non exstant.*
13) *Addidit alia manus:* Hae literae redditae post mortem D. Buceri *qui obiit pridie Kal. Mart.*

4158.

BALDUINUS CALVINO.

Absentiae causa se male audire queritur.

(Ex Calvini editione p. 46.)

S. Etsi testem habeam Deum meamque adeo conscientiam, quae mihi esse debet mille testium instar,[1]) optimo fuisse animo scriptas quas ad te nuper dedi literas, fit tamen nescio quomodo ut verear ne, dum familiariter ut solebat ad te unus *Rochius* scribit, aliquem, quod nollet, forte offenderit imprudens. Neque nunc certe ausus esset ad infelices et ingratas redire literas:[2]) sed facere non potest quin, quando nihil praeterea reliquum, eas

4158. 1) *Idem dicit in ea quam modo legisti, fortasse recentiore.*
2) *Ad quamam hic respiciat nobis non constat.*

rursus faciat est* animi sui testes, teque per has deprecatrices vehementer oret plane ut existimes, illas eo animo scriptas fuisse quo filius summa erga pium patrem observantia, et adolescens, non valde quidem fortasse fortis, sed religionis tamen et ecclesiae profecto amans, scriberet. Orat praeterea, si quis precibus locus, ut si quid vel in hoc genere peccavit, vel in eo in quo se magis reum esse posse fatetur, meliora pollicenti saltem hoc tribuas veteris ut consuetudinis aliquam esse velis memoriam: infelicis vero absentiae, si minus ἀμνηστίαν, certe eorum quae consequuta eam sunt oblivionem impetrare ut possit.

Quid te pluribus obtunderem? De Britannia, quae in unum te inclinata recumbit, audiisti omnia. Scripseram Ioanni *Obero*, [3]) sed carcer obstitit quominus meae ad eum literae perferri potuerint. Utinam liberatum propius aliquando salutare possim. Dominus te tuosque perpetuo conservet. Calendis Martiis.

Tui observantissimus
Petrus Rochius.

4159.

BALDUINUS CALVINO.

Longior ipsius absentia quibusdam iniquis iudicibus ansam praebet calumniis quum tamen absentiae causa honesta sit et conscientia sua ipsum absolvat.

(Ex eadem editione p. 43.)

S. Vehementer me terrerent, mi pater, quae isthic de me acerbe dici audio, nisi si quotquot ea de re ad me scribunt patronos se esse meae absentiae profiterentur: et ii sint quorum mihi sit satis autoritas ut alios secure contemnere ausim, quos non tam iudicio quam levitate quadam video commoveri. Sed qui tandem hi sint tam duri censores mei rescire non possum, qui tam facile sibi permittunt inauditum reum damnare: imo vero aures obstruunt ne audiant. Sed hoc iis liceat, liceat etiam, si velint, aliter de me pronunciare quam ipsius eorum conscientiae sensus ferat. Liceat confingere quidvis ut maiori me invidia onerent: veritas rerum erroribus iudiciorum non vitiatur. Interea vero mihi conscientia mille testes. Sed non putassem equidem eos, qui me multis iam annis et vitam et consilia norunt mea, tam mihi iniquos fore, aut tam leviter nullaque de causa, quae quidem aut iusta sit aut vera, tam male erga absentem esse affectos qui praesentem amare videbantur. Fuerunt et ii aliquando absentes, sunt et alii: ego solus plector, cui tamen si dixerim, iustiorem quam iis esse absentiae causam, et honestiorem interea morae suae rationem constare, quod et verum est et omnibus satis notum dicam. Sed hac quidem de re alias ad te scripsi. Silentium interpretarer abdicationem nisi si et graviorem et aequiorem esse te scirem quam ut temere commovearis inanibus calumniis vanorum hominum. Brevius fortasse quam putas te revisam. Faxit Dominus ut istic tam laeta offendam omnia quam desidero. Vale. Pridie Calendas Iulias. [1])

P. Rochius tuus.

4160.

BEZA BULLINGERO.

De eius libello Regi Galliae inscripto.

(Ex autographo Cod. Genev. 118, fol. 126.)

Eximio Christi servo D. Henrico Bullingero ecclesiae Tigurinae pastori fidelissimo.
Tiguri.

S. et pacem a Domino. Erat nuper apud me D. *Calvinus*, quum tuae illi redderentur literae una cum doctissimo et valde pio tuo opusculo quod Tyranno nostro dedicasti. Is utinam vel micam haberet verae pietatis, tantum abest ut Christianissimi cognomento sit dignus, quod ego certe mirarer in scriptis ad illum tuis apparere, nisi te satis intelligerem hac appellatione illum officii admonere voluisse. Quoties tamen cogito quae sint eius non tantum domestica probra et flagitia, sed etiam crudelissima facta in filios Dei, opto vel illum a nostris hominibus omnino non appellari, vel certe posteritatis causa falso hoc titulo non ornari. Absit autem ut consilium tuum reprehendam, mi pater: non ita insanio. Imo vero non possum satis praedicare eximium tuum in nostros Gallos studium,

3) *Si sub hac forma Hooperi nomen latet epistola Cal. Martiis* 1551 *scripta est. Cf. N.* 1463.

4159. 1) *Hevelingius coniicit hanc epistolam scriptam fuisse dum Balduinus apud Bituriges personam Nicodemi ageret, Genevensibus suspectam, i. e. anno fere* 1551 *vel* 1552.

et precari non desino ne frustra hunc illi laborem impenderis. Sed de his hactenus.

Caeterum exspectabam omnino, quum D. *Calvinus* eum fasciculum literarum aperiret, ut ad postremas literas meas [1]) aliquid responderes, de quibus quum tu ne γρὺ quidem, suspicor vel eas esse interceptas (quod sane nollem multis de causis), vel quo tempore ad *Calvinum* scribebas [2]) tibi nondum redditas fuisse. Verum tu nos hoc metu propediem, ut spero, liberabis. Caetera hic se habent ut solent. Mira hominum negligentia et plus quam supina in tantis malis securitas. — — — — — — — — Lausanae 4°. No. Decembribus. [3])

Theod. Beza tuus.

4161.

LES MINISTRES DE GENÈVE AU SÉNAT DE BERNE.

Ils intercèdent pour le ministre St. André banni des terres de Berne à cause d'un sermon sur les fêtes. [1])

(Autographe de Calvin. Bibliothèque de Genève. Carton 197aa. N. 11.)

A Magnifiques puissantz et tresredoutez Seigneurs Messieurs Ladvoier et conseil de Berne.

Supplient humblement les ministres de la parole de Dieu en leglise de Genefve, tant de la ville que des villages qui en dependent. Comme ainsi soit que leur frere Maistre Iehan *de Saind Andre*, nagueres ministre a Iussi, pour certains propos tenus et demenez a un sermon en leglise de Foncenay touchant les festes, ait este emprisonne: et pource quon estimoit quil eut voulu blasmer ceux qui gardent les festes quil vous a semble bon retenir, il a este banny de vos terres: iusque a ce que vostre bon plaisir fust luy donner conge dy venir. Et pource que ledict *sainct Andre* estant venu de pais loingtain pour servir purement a Dieu sest tousiours porte pardeca fort chrestiennement et a monstre si bon exemple que chascun en a este edifie comme la chose est notoire: et depuis quil a este ordonne prescheur s'est si bien et fidelement acquite de son office, quil seroit a desirer quil y en eut beaucoup de semblables: ioinct aussi que lesdictz suppliantz sont asseurez que iammais son intention ne fut telle comme aucuns lont prinse, de taxer lordre que vous tenez mais au contraire a tousiours entretenu bonne paix et fraternite avec les ministres de vostre pais: ilz ont pensé que leur devoir estoit de supplier tous ensemble vostre excellence quil vous plaise affin de donner pour le temps advenir au dict *S. Andre* meilleur couraige de perseverer de bien en mieux luy relascher de vostre grace le bannissement auquel il a este condamne affin qu'il luy soit loysible daller et venir sur voz terres pour exercer son office et habiter quant besoing seroit. En ce faisant vous obligerez tant plus lesdictz suppliantz a vous faire service comme ilz ont desire par cydevant et mis poine de sy emploier. Et remedierez au scandale qui est provenu de cela entre les ignorans ou gens mal affectionnez a levangile. Lesdictz suppliantz esperent bien que vous serez si humains que de leur ottroier leur requeste comme raisonnable et sur tout pource que vous estes princes Chrestiens desquelz loffice est d'ayder et donner toute faveur a ceux qui desirent de servir a Dieu en bonne conscience du nombre desquelz ils pensent estre tenus de vous. Surquoy ilz prient Dieu vous faire prosperer en tout bien.

4160. 1) *N.* 1540.
2) *N.* 1545.
3) *a.* 1551. *Quod efficies ex iis quae de libello Bullingeri scribit coll.* *N.* 1534. 1545, *a Besa gallice verso vere a.* 1552 (*N.* 1609).

4161. 1) *Voyez sur cette affaire N.* 1596. 1602. 1606. — *Reg. du Conseil.* 11. *Févr.* 1552: *Rapport de Calvin sur la détention de St. André, et résolution du conseil d'en écrire à Berne.* Et cependant si M. Calvin y veult aller aux despens dudit ministre quil le peult faire. — *St. André était accusé d'avoir dit au sermon à Foncenex* (*terre de Berne*) que ceulx qui prennent la cene le jour de Noël prennent le diable. *D'après le Reg. de la Comp. il aurait simplement dit:* ceux qui avoient receu la cene le jour de Noël, faisant plus de cas de ce jour que d'ung aultre, avoient receu la cene de Noël et non pas de J. C. (*Roget* III. 223). — *Calvin revint le* 26. *Février sans avoir rien obtenu. Le* 7. *Mars Berne signifie à Genève que St. André a été banni de ses terres. Calvin revient à la charge au conseil le* 21. *Mars et propose d'écrire de nouveau à Berne* (*Roget* 223. 228). *On ne peut en inférer que la présente lettre soit du* 21. *Mars ou à peu près, car elle est écrite par les ministres. Toujours est-il qu'elle est postérieure à l'arrêt de bannissement.*

4162.

CALVINUS VIRETO.

Invitat eum ad nuptias sororis Fallesii. Monetus in vincula coniectus.

(Ex autographo Cod. Genev. 107[a], fol. 119; praeter quod ad manus erant exemplaria alia tria, Turretini Cod. 108, fol. 54 v., Bernense Epp. VI. p. 498, et Simleri Vol. 85.)

Optimo Christi servo Petro Vireto ecclesiae Lausannensis fido pastori fratri et amico integerrimo.

S. De colloquio quod habui cum legato regio plura audies, si ad nuptias veneris, ad quas iam te invito. Nam hodie D. *Fallesius* sororem suam *Vellutio* elocavit.[1]) Scias tamen interea de religione exiguum fuisse sermonem.

Novi quod scribam nihil est, nisi hoc scire vis, Rodolphum *Monetum*[2]) hodie demum in carcerem fuisse coniectum. Alia illi scelera impunita erant, nisi comicum Caesarem iactasset sua opera e furcis ereptum, illius et *Vendelini* uxores a se fuisse subactas.[3]) Mirum itaque erit si furcas ipse effugiat. Ego inter varios motus qui in utramque partem concitantur sileo.[4]) Vale iterum. A coena, sponsalium die.

Hoc breviculum daturus eram *Marpicio*,[5]) sed famulus oblitus est.

4162. 1) *Mentio fit huius matrimonii in N.* 1647 (*Sept.* 1552) *quum uxor fato functa esset.*

2) *Cf. N.* 1236. *A Bernensibus traditus fuit Genevensibus et m. Sept.* 1549 *e vinculis causam dicere coactus a. d. XI. Cal. Dec. capite plexus fuit, qua de causa non bene constat. Bonivard, Police de Genève. G.* 1865, *p.* 101: Il portoit ordinairement un livre où estoient pourtraicts tous les actes de paillardise . . . et disoit que c'estoit son nouvel Testament. (*Roget, hist. du peuple de G.* III. 112 *ss.; Galiffe, Procès Perrin et Mégret p.* 10; *Gaberel, hist. de l'Egl. de G.* I. 411.)

3) *Bonivard l. c.* Les tesmoings vont à Perrin et Wandel faire le rapport, comme Monet s'estoit vanto de havoir paillardé avec quatre femmes destouffe a Geneve, desquelles lune estoit la femme de Wandel, lautre celle de Perrin, lautre sa tante et lautre la femme d'un demeurant a la porte du chastel . . . . . et si ie ne croy pas que Monet leust dict mais il en fut accoulpe.

4) *Alii Monetum Libertinis adscribunt, alii Calvinistis. Vides Nostrum neutris adstipulari velle.* (*Roget l. l.*)

5) *Qui quum* 10. *Sept. iam Lausannae fuerit* (*N.* 1259), *epistolam initio eius mensis scriptam fuisse patet. Omnino fallitur Turretinus qui eam ad a.* 1555 *et coniurationem Perrini refert.*

4163.

CALVINUS BULLINGERO.

Libello eius Regem aegre placatum iri praevidet. Aegrius fert in negotio Bolseci Turicenses non tam fortiter ab ipsius partibus stetisse atque speraverat.

(Ex Codice recens in bibliothecam civicam Turicensem relato in nostrum usum descripsit vir doctissimus et humanissimus A. S. Voegelin.)

Ornatissimo viro et eximio Christi ministro D. Heinricho Bullingero Tigurinae ecclesiae pastori fratri et symmystae colendissimo.

S. Et sedulo in placanda Pharaonis nostri saevitia miserisque fratribus iuvandis laborasti:[1]) in eo scilicet te eundem esse probasti quem te hactenus praestare solitus es. Satis enim memoria teneo quam fideliter semper et strenue in hanc causam incubueris. Quanquam non abs re vereor ne literis parum profectum sit, quas eludere aulicis novum non est. Imo hoc mihi nuper in aurem confessus est Regis legatus, quum iter hac faceret. Homine itaque opus foret si quid impetrare volumus. Qua de re agitatum Badenae fuisse audio. Sed illa forte deliberatio evanuit. De tua fide et diligentia ita sum persuasus ut supervacaneum censeam verbo uno te stimulare.

In altero negotio utinam ita satisfactum nobis foret ut sine exceptione gratias tibi et collegis agere possemus. Sed quia non sine acerbo dolore experti sumus, minus aliquanto esse in vobis auxilii quam pollicitus sibi quisque nostrum fuerat ingenue apud te id conqueri malo, quam offensionem intus premendo alere. Scribis vos miratos esse cur ab improbo et protervo nebulone[2]) vexati de doctrina quam calumniabatur vestram sententiam rogaverimus. Longe nos fefellit opinio. Nam quum ille nos impiae doctrinae reos egisset, iudicium vobis honoris causa detulimus. Hoc vobis cur molestum esse debuerit non video. Certe utcunque aliquid laboris subeundum foret, vobis tamen non adeo ingratum putavi fore onus quod fratribus levationis tantundem afferret. Scribis grave esse, simpliciter disputationibus subscribere, praesertim quum illic inveniantur quae lector aliter et forte commodius tractari posse existimet. Atqui neque unquam credidi neque hodie etiam arbitror, vos ex eorum esse numero quibus tantopere sua placeant ut aliorum nihil legant sine fastidio. Nec vero con-

---

4163. 1) *edito libello de Perfectione christianorum* (*N.* 1594 1545).

2) *Bolseco.*

silium nostrum fuit formulam vobis dictare cui praecise subscribi vellemus. Satis superque erat, doctrinam quam ex verbo Dei acceptam tuemur calculo vestro probari. Neque agebatur quam dextre vel argute a nobis tractata foret. Imo crassa et omni artificio vacua tractatio ostendit non aliud fuisse nobis propositum nisi ut pravas hominis calumnias refutando testatum foret, nihil nisi ex puro verbi Dei fonte haustum nos docere. Et rogaveram ne vobis grave esset magistratui nostro, quasi de re nova et integra, dare responsum. Metuendum non erat, meo iudicio, ut vos mendacii quisquam argueret. Quid enim cogebat profiteri de quo nemo quaesierat? Atqui vobis secus esse visum facile patior. Quod modestiam in nobis et humanitatem desideratis inde factum esse colligimus, quia literis nostris minor quam decebat habita est fides. Utinam esset *Hieronymus* vir non malus, qualem vobis praedicarunt. Utinam, quod videris in eo animadvertisse, omnia Dei gratiae tribueret. Sed qui tranquillam ecclesiam seditiose turbavit, qui exitiali dissidio nos scindere conatus est, qui ne levissima quidem iniuria unquam provocatus omni probrorum genere nos oneravit, qui publice criminatus est Deo tyrannicum imperium a nobis affingi, imo poeticum Iovem fabricari Dei loco: eum vestro patrocinio defendi perquam absurdum est. Porro an Dei gratiae tribuat omnia qui aequalem omnibus gratiam offerri iactat, eius autem efficaciam ex libero cuiusque arbitrio pendere, qui omnibus promiscue corda carnea dari garrit, hoc est gratiae capacia, ut autem quis gratiam recipiat ex proprio cuiusque esse motu, ipse videas. In summa ipsius causae vehementer dolet, non meliorem esse inter nos consensum, vel saltem pleniorem. Obstupui sane quum in tuis literis legerem, docendi genus quo utor multis bonis viris displicere: sicuti et Zuingliano *Hieronymus* offenditur. Obsecro, quid simile *Zuinglii?* Huius libellus, ut familiariter in sinum tuum loquar, tam duris paradoxis refertus est, ut longissime ab ea quam adhibui moderatione distet. Novum opus a me promitti, in quo Deum non esse peccati autorem demonstrandum suscipiam, non recte interpretatus es. Nam quum ista calumnia me impostor gravaret, eius refellendae causa obieci quod verum erat, me edito libro satis testatum esse quantum ab illa blasphemia abhorream quam ex professo oppugno. Librum porro contra Libertinos pridem editum notare animus fuit. Et tamen huius nebulonis improbitas me compulit ut mox adversus *Pighium* responsioni quam de praedestinatione et providentia Dei restabat attexerem. Si errare tibi videor, libenter abs te moneri patiar. Caeterum cur ingenue nec dissimulanter proferam quod mihi datum est, uberius illis commemoro. *Hieronymus* ipse publico iudicio in exsilium eiectus est. Atrociorem poenam nos expetere falso quidam maledici sparserunt, et stulte creditum est. *Fallesius* noster, praesertim ob curatum ancillae cancrum, adeo se homini addixit ut propemodum fascinatus videri queat. Molestiam a nobis vel primo die excutere non fuisset difficile. Sed piorum fratrum rogatu ea peste agrum quoque Bernensem purgare studio fuit. Nunc quum ambiguum vel saltem non liquidum responsum producit, gloriatur nebulo vos errori suo suffragari. Quod de tragoediae exitu cupiebas fieri certior, utinam id in praesentia liceret praestare. Sed magnopere fallor nisi propediem audiatis, praeludiis tantum quibusdam ad maiores turbas movendas viam sibi eum stravisse. Caeterum de vestro responso ignosce si ex interiore animi mei sensu apud te libere sum conquestus. Ego quod meam exspectationem frustrati estis amicitiae nostrae libenter condono. Apud alios perinde dissimulo ac si mihi omni ex parte satisfactum esset.

Caeterum quia fratris mei socer nonnihil de filio suo quem istic habet est sollicitus, cogor in eius gratiam tibi iterum molestus esse. Unum hoc abs te eius nomine impetratum cupio, ut pueri magistrum ad te voces deque illius profectu inquiras: ac si comperias, patris spem et votum in eo fraudari, mihi prima quaque occasione significes. Salutant vos omnes peramanter collegae mei. Meo etiam nomine rogo ut plurimam salutem reliquis fratribus dicas. Dominus vos omnes tueatur ac regat spiritu suo. Genevae Calendis Octob. 1552.

Ioannes Calvinus vere tuus.

4164.

VILLIERIUS CALVINO.

Multa tradit et teterrima de vexationibus piorum in Gallia regnante Henrico II.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 152 sine inscriptione.)

S. D. Etsi non dubito quin amici complures alii eorum quae hic geruntur certiorem te faciant, observande mihi pater, et pleraque praecurrens fama nunciet, malui tamen inutili, modo ne ingrato tibi, literarum officio defungi quam illud abs te requiri. Ergo ardens illud crudeleque concilium [1])

4164. 1) On establit à Paris une chambre extraordinaire pour vaquer aux proces de ceux de la religion surnommez les Lutheriens, lesquels estoyent cruellement brusles vifs s'ils per

edicto rursus iudicare iussum: quod pridie Id. Mart. promulgatum est,[2]) a *Cardinali* vero nominatim delecti qui iudicarent. Itaque nefarius ille tot sibi satellites carnificesque delegit, per quos Christum membratim excruciet atque equuleis, cruce, ignibus, omnique tormentorum diritate conficiat, adversante et nequidquam praemonente magistro equitum,[3]) qui tam potentes nationes irritare vehementius, aut non satis fidas amicasque exasperare, aut pacatum Galliae statum turbare tumultibus, periculosum affirmarat hoc tempore. Nam constare sibi treis e quatuor Galliae partibus aut infectas haeresi aut Lutheranis favere. Prius enim *Guisius*, Cardinalis istius frater, a quo sermonis huius initium factum, dixerat Vascones, qui Metis in praesidio sunt, palam profiteri religionem christianam, et e reliquis, quo quisque fortior esset et ad omnia mandata paratior, eo constantius asserere hoc dogma.[4]) Autorem quendam cohortis praefectum, *Favas* nomine, qui ipse fortissime pro Rege dimicans interiisset. Metis desolata iacere templa, missas paucas aut nullas ferme celebrari. Versari passim inter militum manus Lutheranorum libros dum excubias agerent aut essent in statione. Hic *Cardinalis,* ni Rex quam primum medeatur, desperata omnia dicere, et ab ipsis fundamentis ruiturum regnum. Remedium afferre salutare et necessarium, caedem scilicet et proscriptionem, praesertim nobilium, qui sua studia non magnopere dissimularent: serpens hoc venenum ne longius evagetur per nobilitatem gallicam, ferro coercendum et ignibus. Ita apud fascinatum carmine meretricio[5]) omnique superstitione regem plus valuit autoritas istius venefici quam prudens aliorum consilium, qui commodius in tempus, quum nullus externus metus cohiberet, caedem bonorum differendam censerent. Verum, ut ego quidem arbitror, fatalis haec est regni periodus. Domestico tumultu quassatum, externa vi impulsum, ruinam minatur, et rex ferrum quo se defendere deberet in propria vertit viscera. Nam ne inanes esse putes conatus, eo prorupit Cardinalis *Borbonii* stoliditas, ut ante annos decem Lutheranum in Gallia nullum fore audientibus multis pro sua sanctitate sanctissime deieraret. Ago vero et agam Deo meo gratias qui, dum ex elato supremoque superbiae gradu regnum hoc deiiciat, tantisper dum effundit iram suam suos subtrahit et vocat in sinum gremiumque suum. Causam persequutionis huius vides quae praetendatur: potissima et quae unica impellat avaritia est horum idolum. Nam meretrici in redemptionem generi, et his sicariis e Christianorum spoliis 200 M. coronatorum promissa sunt.[6]) Nec iam bonis fortunisque contenti sunt: sanguinem vitamque expetunt, et quia intus eos cruciat conscientia, ratam certamque non putant fore proscriptionem nisi qui queri possit supersit nemo. Ducenti et amplius locupletes designati ad caedem, e quibus consiliarii sunt xv (ut aiunt) notae spectataeque virtutis. Qui hos iugulent excruciatos assueti caedibus gladiatores lecti sunt ex universo senatu, quorum potissimum superioribus annis perspecta est crudelitas, detestante et imprecante optimo quoque. Nam si quis stolidus, si quis impius, in id concilium vocatus est: quum facilius nihil sit quam a magistris nostris oculis designatum reum mortis sontemque dicere, nec gratius ullum iucundiusque Deo, ut aiunt, tot sordium corruptionumque piaculum quam huiusmodi *καθάρματα*. Quin et ipse praeses secundus,[7]) professus hostis nominis christiani, cuiusque toga christiano sanguine tincta imbutaque est, horret apertum scelus, et iussus praeesse conscelerato illi concilio, rem non dissimulandam ait: non enim agi de stabilienda religione, sed ut innocentum fortunis et opibus paucorum expleatur avaritia, aut sanguine satietur ulciscendi libido. Senatus universus, sponte sua coactus, conquestus est graviter non sibi more maiorum permissum delectum eorum qui de haeresi et capitis causa cognoscerent. Ita damnari religionis hoc praeiudicio universum ordinem, vel delectos qui ad aliorum praescriptum nutumque iudicarent. Missi sunt ad regem cum mandatis praesides: quae res suspensum tenet concilium.

---

severoyent en leur confession de foy. (*Hist. des choses mém.* 1599. *p.* 7.) On l'appelloit la chambre ardente. (*Hist. eccl.* I. 68.) Elle estoit comme une fournaise vomissant le feu tous les iours (*ibid.* 100).

2) *Talis edicti mentionem factam alibi non relegimus, nisi illud de quo Thuanus* I. 262 *edit. Aurel.* 1626: *Mense Martio* 1551 lex de praesidiali iurisdictione in senatu Parisiensi et aliis regiis curiis recitata est et frementibus patribus promulgata. Ea in omnibus praefecturis consiliariis ad minimum septem summum iudicium de omnibus civilibus litibus tribuitur . . . Id Card. Lotaringo instigante factum. *Verum hic de haereticis nihil. Aliud edictum* renouvelant les anciens contre ceux de la Religion, attribuant la cognoissance de ceux qui sentiroient mal de l'Eglise Romaine à tous iuges présidiaux en dernier ressort (*Hist. eccl.* I. 84) *datum fuit a. d. V. Cal. Iul.* 1551 *et a. d. III. Non. Sept. a Parlamento receptum.* (*Popelin.* I. 6; *Recueil des Actes du Clergé de France P.* 1771. I. 1101; *Haag, Pièces p.* 17; *Soldan* I. 228.)

3) *Le connétable de Montmorency.*

4) *Ergo haec ep. scripta est post captam Metensium urbem. Caeterum de iis quae hic narrantur nihil alibi, ne apud Meurisse quidem.* (*Hist. de l'hérésie dans Metz.* 1670.)

5) *Alludit ad Dianam Pictaviensem.*

6) *Etiam haec alibi non referuntur. De Cardinalis et Dianae avaritia multa tradunt autores (cf. Sleidanum, Thuanum, Sarpium) et scortum illud regem impulisse ut sibi damnatorum bona adiudicaret.* (*Soldan* I. 233.)

7) *Quis hic fuerit nescimus. Primus praeses fuit famosus ille Petrus Liset cui Beza monumentum exstruxit aere perennius.*

Horum carnificum manus *Cormellius* [8]) frater noster effugit summo Dei miraculo, quum traditus esset a rege, proditus a Cardinale, gravaretur a meretrice. In quo torquendo se ipsos crudelitate vincere constituerant, sive quod tanti viri constantiam gravitate suppliciorum frangere et de nobis triumphum ducere erat in animo, sive quod extorquere tormentis volebant qui e nobilitate aut civitate nostra locupletes Christum amplecterentur. Nam Cardinalis, quum rogaretur ab uxore ut qualem se verbis saepe antea testatus erat tum viri summo in discrimine re declararet, paternus, inquit, tibi sum amicus, neque quidquam est quod tui causa nolim: et hoc nunc fidele tibi et utile do consilium ut abiecto marito patrem sequare: ita facies quod honestam decet feminam. Quum destitutus esset *Cormellius* omni humana spe et traditus illi concilio, non ad iudicium sed ad mortem crudelissimam et omni morte acerbiores cruciatus, liberatus est a Domino, et plane liberatus. Quod qui factum sit propediem, ut spero, cognosces ab iis qui negotio praefuerunt. Uxorem ante praemiserat quae digna est tali viro, et in extremum orbem [9]) (quo me scripsi proficisci) prosequi parata vel pedibus. Quod eo scripsi ut nobiscum gratias agas Deo, qui quo *Cormelium* totum omni servitute et compedibus vindicaret in libertatem captivum fieri voluit et vinctum. O speciosa vincula quae talem libertatem pepererunt! O salutarem utrique carcerem! Quo sit animo malui te ex illorum literis cognoscere quarum exemplar, quum non vacaret describere, describi utrumque iussi.

Olbracus [10]) noster sponsione data liberatus est et emissus e morte certissima gratia et autoritate suorum eodem profectus. Sexto abhinc die profecta est hinc in orbem, ut scripsi, extremum lectissima pientissimaque femina *Belfinia*, suos in complexu habens liberos, quos suavissimum gratissimumque sacrificium offerat Deo tantorum beneficiorum autori.

Ego tuas quotidie literas exspecto: interim haereo in eodem scopulo sed tamen sum in bona spe. Quos captos audieras reservantur illi concilio: nam senatores ἀκροπόλεως [11]) rem odiosam a se in illos carnifices reiiciunt. *Nicolaus* vester [12]) forti invictoque animo est, noster lignarius bono quidem, sed pedore carceris et terrore tormentorum debilitatur. *Lambertus* negat se responsurum apud alienum iudicem, se oriundum e Latobrigibus, illic sedem domiciliumque habere, in Galliam negotiationis tantum causa commeare. Si quid commiserit adversus leges non recusare iudicium, si causa religionis agitur, se Gallum non esse nec se magis quam totam gentem unde sit accusari. Faxit Dominus pro nominis sui gloria, et tueatur quos testes verbi sui esse voluit, et invictos reddat quae ipsa est invicta veritas. Nec magis perspicua est Dei in suis servandis summa benignitas quam est in perdendis hostibus illustre iudicium.

Ioannes *Andreas* (scis nimirum quem dico) paucis abhinc diebus mortuus est repentino correptus morbo. Archiepiscopus *Turonensis*, Cardinalis istius anima, periit quum ex resecti cruris quod putruerat dolore in desperationem venisset. [13]) *Robertus* noster exustus est, sed eo Lutheranum magis visum quemquam negant, qui crucem ne viderit quidem nec persuaderi potuerit ut conficeretur. Sed istis furiosis cum lemuribus et larvis, hoc est insepulti retecti anima, bellum fore video et praedico. Nos, ut haec sunt tempora, bene valemus. Literas tuas exspecto. Salutabis *Villetium*, [14]) *Veracem*, *Varronium*, [15]) *Areneum* caeterosque nostros. Te Dominus cum tuis fratribus in ea statione in qua te posuit quam diutissime episcopum vigilemque velit esse ad nominis sui gloriam suorumque salutem.

Tuus Claud. Tubinus. [16])

---

8) *De hoc viro aliunde nihil rescivimus. De Gasp. Carmelo minime cogitandum quem usque ad a.* 1557 *Genevae, Argentorati et Neocomi fuisse tralatitium est et per omne antecedens tempus de his cruciatibus ne γρῦ quidem in nostro thesauro ubi tamen fere singulis mensibus eius mentio fit.*

9) *Hoc nomine, etiam infra usurpato, Geneva vel Helvetia significari videtur.*

10) *Guilelmus Holbracus iam a.* 1548 *in Helvetia erat, et de carcere Parisiensi eius omnino nihil legimus.*

11) *Parlamentum Parisiense.*

12) *Hist. eccl.* I. 92 *laudat aliquem Nicol. Nail Cenomanum, qui a.* 1553 *Lutetiae combustus est. Hist. des Mart. f.* 27 *eum Lausannensem dicit sutorem qui S. S. exemplaria in Galliam portaverat.*

13) *Mém. de Condé* I. 593: Le Card. de Lorraine se devroit souvenir de l'histoire d'Estienne Poncher archevesque de Tours, son grand suppost, lequel fut frappé de la main de Dieu en une jambe à laquelle le feu se prit, et combien qu'elle lui fut couppée toutesfois le feu passa oultre et se prit par tout son corps sans qu'on y peust remedier, tellement que dans trois jours il mourut reniant et blasphemant Dieu. *Constat autem hunc mortuum esse Id. Mart.* 1553. (*Gallia chr. T. XIV. Par.* 1856. *p.* 135.) *Iam habes epistolae natales!*

14) *Galiffe* III. 494.

15) *Ami Varro ex Ducentis* 1552 *in Senatu* 1569 *et Syndicus obiit* 1593. (*Id.* III. 476.)

16) *Manus quum eadem sit ac ea quae scripsit in codice praecedentem* (*N.* 2750) *autorem credimus Claudium Villiers alias Loiseleur.*

4165.

WHITTINGHAMUS CALVINO.

Queritur de forma ecclesiae in Anglia obtinente.

(Ex autographo Cod. Paris. Dupuy 102, fol. 182.)

Ornatissimo viro D. Calvino theologo illustrissimo.

Genevae.

Literas tuas,[1]) ornatissime vir, quibus erant scriptae qua potui diligentia maxima reddidi, pro quibus universi gratias egerunt infinitas: plurimi se rescripturos polliciti sunt. Quominus vero huic nuncio dederunt, nescio an per meam valetudinem steterit, quae sane ex reditu meo fuit aliquantulum adversa, adeo ut nec literas flagitare, nec Regis aulam adire licuit.

De rebus nostris non dubito quin multorum literis sis factus certior. Nam quae nuper apud nos decreta sunt adeo nihil afferunt religioni et pietati promovendae, ut plurimum derogent et quasi turpitudine ipsa noceant. Baptismus tam fit domi in aedibus privatis ab obstetricibus quam in ecclesia absque praeeunte verbo. Eucharistia apud aegrotos in coenaculis administratur. Minister verbi nemo creari potest, nisi se prius diaconatu induat, hoc est, ritu (ut sunt nostra tempora et rationes) superstitioso ac plane papistico. Nullum enim quum sit munus coniunctum, tanquam larva sic inepto tantum titulo ornatus incedat necesse est. Itaque nec ego ad ministerium sine hoc medio pervenire possum, nec hoc modo mihi fas esse arbitror. Quapropter statui, reiectis his naeniis, ad episcopos tanquam iustos dominos apud regem agere, ut saltem concionari mihi liceat. Nullum omnino praemium exposco aut lucrum: modo certe libera conscientia officium meum meis praestare concedatur, nihil moror. Amicos meos omnes licet ab hac causa aversatissimos habeam, ego tamen recto pede pergere et totis viribus in rem tam praeclaram incumbere statui. Ad quam sane rem ut citius perveniam tuis precibus apud Deum iuvari vehementer cupio et oro. Vale, ornatissime et optime vir. Londini 27. Maii.[2])

Tibi deditissimus
Guil. Whittinghamus.

4165. 1) *deperditas.*

2) *Annum adscribimus* 1553. *Nam regem Eduardum superstitem sistit epistola, et Whittinghamum mense Ianuario adhuc Argentorati commorantem Hubertus N.* 1698.

4166.

TOSSANUS FARELLO.

Ludimagistrum quaerit pium et doctum. Edoceri cupit quid rei sit circa Servetum nuper ob religionem in vincula coniectum.

(Ex autographo Cod. Genev. 197, fol. 93.)

Fidelissimo Christi servo Guil. Farello ecclesiae Neocomensis pastori vigilantissimo.

S. Scripseram ad te epistolam hic inclusam superioribus diebus, quum nos adhuc pestis satis crudeliter affligeret.[1]) Sed nunc, gratia Christo, melius habemus. Faxit Dominus Deus ut, quando evangelii praedicationem hactenus ingrati contempsimus, hac levi castigatione admoniti vere resipiscamus. Ego indies magis atque magis ludi nostri moderatoris obitum ob singularem hominis pietatem et eruditionem defleo, Dominum Deum orans ut nobis et ecclesiae commodum aliquando nanciscamur. De qua re velim te ad *Viretum* nostrum scribere, ut clam dispiciat si quis illic sit ad hanc provinciam natus, aptus ad docendum, bene latinus, graece mediocriter doctus, quique linguae hebraicae non prorsus sit ignarus, sed cuius inprimis pietas, sana doctrina, mortificatio et pacis studium bene perspecta sint et cognita, ut quum posthac volente Christo homini ea de re scribam melius nobis consulere possit. Nam nos, quemadmodum eruditionem cum pietate vera et mortificatione coniunctam, utpote singulare Dei donum, unice veneramur, ita vanos istos et intractabiles felicitate ingenii aut eruditionis persuasione sibi placentes ac tumentes vehementer horremus ac detestamur. Optime vale cum tuis omnibus. Raptim 21. Septembris.[2])

Scriptum est ad me Basilea Hispanum quendam [3]) Genevae ob religionem in vincula coniectum esse de vitaque periclitari. Quod an verum sit et quis sit scire cupio. Quanquam non putem nobis quemquam ad mortem religionis causa persequendum, nisi seditio aut aliae magnae causae adsint, ob quas magistratus iure officio suo fungatur. Iterum vale.

Tuus Tossanus.

Farellus adscripsit:

Volui has [*ad*] te [4]) mittere ut intelligas consilium *Tossani* super moderatore iuventutis, ut in

---

4166. 1) *De tali peste Mombelgardiae tunc saeviente Duvernoy in Ephemeridibus tacet.*

2) 1553, *ut patet ex sequentibus.*

3) *Servetum.*

4) *Viretum?*

tam sancto voto ei satisfacias, et insuper materiam habeas scribendi de *Serveto*, cuius librum habes, ut contendas hominem avocare a tam nocenti sententia. Nam clementia illa nihil est crudelius. Vale iterum, et fac nos certiores de Genevensi ecclesia.

4167.

MOLINAEUS CALVINO.

Ex Argentorato adventum suum nunciat.

(Apographon satis recens exstat Parisiis in Bibl. nationali Coll. Dupuy Cod. 268, fol. 38.)

Doctissimo viro et acerrimo evangelii propugnatori D. Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori vigilantissimo.

Genevae.

Plurimum tibi debeo, clarissime doctor ecclesiae et patrone carissime. Heri hora tertia post meridiem navi cum librorum sarcinis Argentinam ingressus domum piissimi viri Io. *Garnerii*, postridie alio translatus, donec senatus certam domum dederit. Interim, dum schola vacat, *Lantgravium* Hessium et alios adeo. Fefellit enim uxor quae se Neocomum venturam scripserat, ut eo me alliceret, mox per eosdem principes revocationem meam molita, sed frustra. Conditiones enim scripsit quas illa impossibiles, ut sunt, ait. Persisto enim et maius remedium tento. Scio enim illam non alia de re detrectari, nisi quod liber non esset exitus qui, impetratus, expeditus erit. Equus unus cum ministro publico mihi commodatur cum altero iam privatim accommodato. Interim, ut semper, D. Iesus, dux noster, te servet et ecclesiam tuam propugnet et augeat. Latius scribam. Vale in Domino feliciter, pater optime. Argentinae 25. Septembris 1555. [1])

Deditissimus tuus Carolus Molinaeus
Iureconsultus consiliarius et professor
Argentinensis.

4167. 1) *In anno latet error* (*cf. N.* 2299). *Lege* 1553. *Mense Sept. huius anni relicta Helvetia Argentoratum se contulit novum illud munus cuius titulo se hic ornat auspicaturus.*

4168.

CALVINUS INCERTAE MULIERI.

Cui confirmatione opus erat vacillanti.

(Ex gallico. Beza Genev. p. 155, Laus. p. 330, Hanov. p. 369, Chouet p. 208, Amst. p. 96. Ponit hanc inter epistolas a. 1554.)

Quum ex eo tempore, quo Domino placuit probare fidem tuam, nihil de te acceperim, nisi ex communi fama, non habeo nunc quidem N. quod ad te scribam: neque tamen deesse volui tam opportunae occasioni. Dolet vero quod non ita pridem aliquis ex tuis hac praeteriit me inconsulto, per quem ad te tuto poteram literas dare. Non videbam cui satis fiderem ex quo tibi illae molestiae inflictae sunt. Et quamvis de afflictionum tuarum exitu perplexus haererem, ut idoneum ad te scribendi argumentum nondum suppeteret: laborabam tamen eo nomine, maxime quod non haberem ad manum per quem scriberem. Nunc etiam quia non ita mihi constat de tuo statu, illud tantum perstringam, facile me existimare tibi fuisse de via recta deflectendum, ut hominibus morem gereres. Est enim triste illud indicium, quod qui ante tibi tam acerbe instabant, ut te a Dei cultu averterent, tibi nunc in otio agere per illos liceat. Ita enim res habet. Diabolus nempe ista occasione tibias inflavit, ut coacti fuerimus capite deiecto ingemiscere, ab ampliori disquisitione abstinendo. Quod reliquum est, N. quum Dominus ille et clementissimus parens nunquam non paratus sit ad nos in gratiam recipiendos, quum lapsis porrigat manum, ne casus nostri letales evadant, peto a te ut animum colligas: neque si hostis semel adversum te praevaluit per infirmitatem tuam, solidam tamen victoriam reportet: sentiat potius quos Dominus restituit, duplo confirmatiores redditos ad illius excipiendos insultus. Quum igitur cogitaveris ita solere Dominum suos humiliare, ut tamen confusos nunquam reddat, illud te ad spem certam eriget, qua te longe cordatius geras in posterum. Novi enim eosdem impetus qui te deiecerunt, tibi de novo imminere. Sed expende, quaeso, quantum illi debeas qui et te tam care redemit, et te quotidie ad coelestem haereditatem compellat. Absit ut pro tanto hero cuiquam rei pareamus, maxime si exitum ipsum intueamur, qui nostras afflictiones et probra manet, quae illius nomine subeunda sunt nobis. Ille igitur invocandus cum certa illa confidentia, unum illum abunde esse nobis, qui nostris infirmitatibus medeatur. Singulares illae promissiones meditandae, quae nos ad beatam spem coelestis gloriae attollant, et vel ipso earum gustu nobis satis est, ad nos a mundo plane abducendos,

ut illum pedibus iam calcare audeamus. Ut vero omnino demonstres, quam non emortuus sit affectus in te serviendi gloriae Dei, cura N. ut non solum in te ipsa exemplum edas uti par est, sed etiam ita familiam tuam constituas, ut maledicentium ora prorsus obturentur. Dominus te praesidio suo tueatur et manu potenti fulciat, augeat in te sua dona, atque ad suam unius gloriam illa in te promoveat. Idus Febr.

4169.

CALVIN AUX FRANÇAIS RETIRÉS A WESEL.

Premières exhortations à une communauté non encore régulièrement organisée.

(Minute originale. Bibl. de Genève Vol. 107a, fol. 342. Le commencement est écrit de la main de Calvin. Bonnet II. 358. — Traduction latine Genève p. 234, Laus. p. 492, Han. p. 552, Chouet p. 319, Amst. p. 146.)

La dilection de Dieu nostre pere et la grace de nostre Seigneur Iesuschrist demeure tousiours sur vous.

Treschers seigneurs et freres, il y a desia long temps que iavoye este requis par aulcuns de voz bons amis de vous escrire: et en avois bonne volonte selon que ie vous ay, non sans cause, en singuliere recommandation. Mais pource que iavoye este adverty, qu'autres bons personaiges, qui estoient voz voisins de plus pres, avoient prevenu, pensant que ma peine seroit superflue ie men estois depporte. Or maintenant ayant de rechef entendu que loccasion n'estoit pas encor passee, que mes lettres ne vous vinssent aussi bien a propos que iammais, ie nay pas voulu defaillir a mon devoir, cest de vous monstrer qu'estant eslongné de corps arriere de vous, ie ne laisse pas de vous avoir dedans mon cueur, et porter le soing de vostre salut, pour m'employer en tout ce que ie pourrois à l'advancer.

Premierement ie remercie nostre bon Dieu de ce qu'ayant permis que vous fussiez contrainctz d'abandonner le pais de vostre naissance pour le tesmognage de sa parole, il vous a donne lieu de refuge, où vous le puissiez servir en pure conscience, et mesme vous a recueillis ensemble comme en un petit nid, pour estre en consolation mutuelle lun a laultre. Mais sur tout ie luy rens graces de la constance qu'il vous donne, tellement que vous ne defailliez point en la persecution, que vous portez patiemment la perte des biens terriens, pensant a la recompense qui est au ciel: que vous ne regrettez point la diminution qui a este faicte en vous quant au monde, puis que ça este pour augmenter l'honneur de celluy lequel ne demande d'estre honore de nous, sinon pour nous faire participans de sa gloire. Veu la fragilité qui est en nous, ce n'est pas un petit bien que Dieu nous faict, de nous confermer ainsi au besoing, et nous soustenir affin que nous ne soions point vaincus d'aulcune tentation. Or pource que ce n'est rien d'avoir commencé, ne mesme poursuivy pour un temps, il vous fault tenir sur voz gardes, veiller diligemment, vous inciter par exhortations mutuelles, vous exercer en tout ce qui vous peult donner bon couraige, mais sur tout requerir instamment ce bon Dieu qu'il vous tienne tousiours la main, pour vous conduire iusqu'au but ou il nous appelle.[1])

Mesmes il vous fault penser, puis que vous avez este persecutez pour le nom de Iesuschrist, qu'il vous a faict cest honneur de vous donner sa marque et sa livree, afin que vous soyez d'aultant mieulx recongneuz des siens. Et pour cela vous debvez estre incitez à mectre tant plus grand peine à le glorifier en toute vostre vie, car vous entendez bien que si on ne vous voit cheminer comme il appartient à vrays fidelles, que le scandalle en sera double, et en serez d'aultant plus coupables devant Dieu. Que vous soiez doncques en exemple à tous les aultres, tellement qu'on ayt occasion de glorifier Dieu en vous, et quon apperçoive que ce n'a point este[2]) en vain que vous avez souffert pour le tesmongnage de lEvangille. Que vous ne faciez point ceste honte au Filz de Dieu nostre redempteur qu'il soit deshonore par voz faultes, et mesmes d'aultant que vous estes avec une nation estrange, laquelle se pourroit plustost offenser, si elle voioit quelques vices en vous, que cela vous soit ung advertissement de cheminer en tant plus grande prudence, en obviant à tous scandalles tant petis qu'ils soient. Et puis que sur tout nostre Seigneur nous recommande union et concorde, mectez peine de l'entretenir songneusement entre vous, ce qui ne se peult faire sans vous supporter. Car si nous ne sommes humains à pardonner beaucoup de petites faultes, il est certain que nous aurons tousiours matiere de riottes et de picques. Mais le plus grand mal qui y soit, c'est quant chascun est adonne à son sens propre, et que nul ne veult ceder à son prochain. Parquoy, mes freres, gardez vous de cela comme d'une peste mortelle. Mais plus tost soyez

---

4169. 1) *Ici Calvin remet la plume à son secrétaire.*
2) qu'on n'aperçoive point que ce n'a pas esté *Bt.*

enclins de vous accommoder l'ung à l'autre, de vous escouter patiemment, d'obeir plustost à bon conseil, que d'appeter d'estre sages et bien advisez en vous mesmes, d'user en toutes choses de communication fraternelle. Car en ce faisant vous sentirez que l'esprit de Dieu habitera au milleu de vous, et vous sera condeucteur en tous voz affaires. Et que tousiours il vous souvienne qu'ambition est la mere d'envye, et que d'envye procedent rancunes, detractions et telles choses, et que finallement le feu s'enflambe pour esmouvoir contentions et debatz qui ne se peuvent pas apaiser, quant une fois ils sont esmeuz.

Le [3]) principal moien de vivre bien unis ensemble, tant en doctrine comme en tout le reste, est destre diligens a frequenter les sermons d'un bon accord, car comme en la guerre tous se retirent à l'enseigne, pour s'asister [4]) et tenir bon contre les ennemis, aussi nostre Seigneur a voulu que sa parole nous fust ung enseigne soubz laquelle nous convenions. Autrement il fault que nous soions povrement dissipez. Vous sçavez que si les brebis sont esgarees qu'elles sont toutes exposees au danger des loups, et qu'il n'y a autre remede pour les tenir à seureté, que quand elles sont recuellies au troupeau soubz la main du pasteur. Il est vray que nous sommes tous soubz ung mesme pasteur, Jesuschrist, lequel nous a pris en sa charge: mais nous sçavons aussi qu'il a commis les ministres de sa parole pour exercer son office, et a establi cest ordre pour la conservation de son eglise, comme sainct Paul le montre au 4[me] des Ephesiens. Estimes doncques que nostre Seigneur vous a faict une singuliere grace, de vous donner ceste commodité que vous aies sa parole qui vous soit prechee. Et pourtant gardez vous de la mespriser et d'estre nonchalans à en user, car une telle ingratitude ne demeureroit point impunie. Nous voions en quelle estime ce bon prophete David a eu les congregations sainctes en son temps, tellement qu'il luy faisoit plus mal d'estre bany d'icelles, que d'estre chassé de son pais, privé de femme et de ses biens. Et à bon droit, car nous ne pouvons assez reputer le prouffit qui nous provient de ceste police, quant nous avons le moien de convenir ensemble pour estre instruictz d'une mesme doctrine, pour invoquer le nom de Dieu d'un cueur et d'une bouche, pour nous confermer en l'usaige de ses sacremens, pour faire protestation de nostre Chrestienté devant les Anges et devant les hommes. Brief c'est ung exercice plus que necessaire, parquoy la plus grande tentation et la plus perilleuse que Satan vous pourroit suggerer, est de vous faire avoir en mespris ung tel bien ou de vous en distraire par quelque occasion ou couleur que ce soyt. Ne soions point plus saiges que Dieu, nous faisant acroire qu'il y ayt aultre moien de proffiter en Jesuschrist que celuy qu'il a ordonné, et principalement quant il nous faict la grace que nous l'avons a la main. Car je confesse bien qu'il saulve beaucoup de ses esleuz en la dissipation de Babilonne, combien que selon les hommes et en apparence visible ilz n'aient ne pasteur ne conduicte: mais c'est d'une façon extraordinaire et miraculeuse, et ce pendant c'est une verge de son ire qu'ilz sont privez de la predication de sa parole. Parquoy recevons le bien quant il nous est presenté, sachant què nous ne pouvons autrement respondre à la vocation de Dieu.

Si vous avez quelque difficulté quant à la doctrine, recourez à celuy qui vous sera ordonné pour pasteur. [5]) Car par conference amiable, nous parvenons mieulx en bonne resolution de ce qui nous est en doubte. Au contraire c'est une peste merveilleusement pernicieuse que ceste presomption qui est aujourdhuy entre beaucoup de gens, de s'arrester a ses fantasies, et faire conclusion d'une chose devant que l'avoir bien entendue, et se tenir à son propre sens, sans avoir communication avec plus sçavant. Je sçay bien qu'il ne nous fault estre disciples que de Jesuschrist seul, mais souvienne vous qu'il se dict maistre des humbles et des petis, et que ce n'est point nous soubmettre à sa verité que d'estre si audacieulx à suivre des opinions volaiges, qu'il n'y ayt nulle bride pour nous retenir. Surtout, mes freres, gardes vous que Satan ne vous desgouste de la simplicité de l'evangile, pour vous faire decliner à des curiositez vaines. Ce que Dieu nous enseigne, et ce qu'il veult que nous aprenions de luy, c'est ce qui nous peult servir en edification, à sçavoir que nous soions instruictz à le craindre et l'aimer, à mettre nostre fiance en luy, à l'avoir pour nostre refuge, a le glorifier, desdians toute nostre vie à son obeissance, et a chercher nostre salut en la seule grace de Jesuschrist. C'est ce que dict sainct Paul que toute l'escripture est utile a enseigner, à exhorter, à admonester, et rendre l'homme de Dieu parfaict à toutes bonnes oeuvres. Parquoy ceulx qui l'appliquent à des subtilitez inutiles, abusent meschamment d'icelle et sont sacrileges. De faict nous voions comment Dieu s'en venge à la rigueur. Car les erreurs et heresies tant enormes qui regnent au iourdhuy au monde, sont sorties de ceste fontaine. Beaucoup d'espritz legers et vagabons se sont plus tost adonnez à des questions subtilles, qu'à solide doctrine et proffitable, et n'ont cherché autre chose en l'escripture, que

3) *Trois lignes autographes jusqu'au mot:* accord.
4) résister *Bt.*

5) *Donc ils n'en avaient pas encore.*

ce qui servoit à leur fol appetit. Nostre Seigneur par une iuste punition a permis qu'ils soient tombez en des resveries tant absurdes que tout homme de bon sens en a horreur. Et de cela vous en avez assez de miroirs aupres de vous, car les pais circonvoisins de vous en ont esté autant infectez que nulz autres. Parquoy soies sur voz gardes, et que Satan n'ait point d'entree pour vous surprendre. Et sachez que nostre Seigneur desgaigne le glaive de sa parole pour vostre deffence, et pour repoulser les assaulx de l'ennemy, quant il vous faict ce bien que vous aiez quelque docteur pour vous munir, affin que vous ne soies point esbranlez par la cautelle et malice des seducteurs.

Pour obvier à tous dangers qui pourroient advenir, pour reduire ceulx qui desia auroient erré, il seroit bon que vous eussiez quelque police entre vous, c'est que vous eussiez quelque forme de discipline pour admonester ceulx qui faillent, pour tenir les rebelles en bride, et renger chascun à faire son office.[6]) Car comme nous avons esté le temps passé soubz ceste malheureuse tyrannie du pape, aussi c'est bien raison que nous soions maintenant soubz le ioug de Jesuschrist, congnoissans que la liberte qui * nous donne n'est point une licence desbridee, qui nous iette en desordre et confusion, mais plus tost que c'est pour nous tenir en son obeissance. Quant doncques vous auries quelque police decente, elle serviroit non seulement pour remedier à la diversité des opinions, mais aussi pour reprimer les scandales et les vices, et les dissolutions qui se commectent en la vie, et Dieu seroit de tant plus honoré entre vous.

Quant ie vous ay allegué la necessité que nous avons d'avoir forme d'eglise pour nous assembler au nom de Dieu, en cela ie comprens aussi l'usaige des sacremens. Car ne pensons point que nostre seigneur les nous ait ordonnez comme choses superflues et de faict si nous considerons bien nostre infirmité, il nous sera facile de iuger combien ilz nous sont requis. Nous ne sommes pas spirituelz, comme des Anges de paradis, qui nous puissions passer de signes visibles. Or puis que Dieu par sa bonté infinie a supporté nostre rudesse iusque la, de nous donner des aides qui soient convenables à nostre capacité, gardons nous de les reietter, ou de n'en tenir compte, si nous ne voulons provocquer son ire contre nous. Ainsi que vous aiez en singuliere recommandation le baptesme et la saincte cene. Combien que le baptesme que nous avons tous receu une fois, nous soit un signe perpetuel de la grace de Dieu et de nostre adoption, par laquelle il nous a faict ses enfans, toutesfois en ordonnant la cene pour une nouvelle confirmation, il a congneu que le premier ne nous suffisoit pas sans le second, et a declairé qu'il le congnoissoit, affin de nous en advertir. Parquoy celuy qui s'abstiendroit de la cene soubz ombre qui s'en pourroit bien passer, seroit seduict et aveuglé de satan, se mescongnoissant soymesme. Et à cela il n'est ia mestier de longs argumens, car si nous ne voulons desmentir Jesuschrist, il nous fault recongnoistre qu'en nous instituant sa cene, il a declairé que ce nous estoit ung aide necessaire. Celuy qui sera en ung desert, ou enclos en une prison s'en pourra bien passer, ie le confesse, voire d'autant qu'il ne la peult avoir, et Dieu supplie bien ce default par la grace de son esprit, car ie n'entens point que l'esprit de Dieu soyt attaché aux sacremens, mais tant y a que ce sont les moiens ordinaires par lesquelz il luy plaist besongner en nous pendant qu'il nous les donne. Ainsi maintenant puis que vous aves la commodité d'en user, gardes qu'en la mesprisant vous n'encouries devant luy ceste condamnation, d'avoir refusé sa grace au lieu de l'accepter: qu'il vous souvienne combien vous avez souspiré et gemi apres, du temps que vous esties en Babylonne. Penses qu'il y a encore ung nombre infini de bons fidelles espars çà et là qui incessamment avec ung ardent desir regretent qu'ilz n'en peuvent avoir la iouissance.

J'ay bien entendu que vous aves quelque difficulté, laquelle iusques icy vous a empeché, c'est à cause des ceremonies, lesquelles on vous a voulu mettre sus, pour vous faire accommoder à la façon commune de la ville ou vous estes. Quant à cela je confesse que le moins de ceremonie seroit le meilleur. Car nous voions par experience quel danger il y a qu'elle n'engendre superstition. Mais encore quant la chose n'est pas en nostre liberté, si ne fault il pas que cela nous retarde d'aspirer tousiours au principal. Ce n'est pas chose de si grande consequence que nous devions à ceste occasion nous priver voluntairement de la saincte cene du Seigneur. Desirons tousiours ce que nous congnoissons estre le meilleur: procurons qu'il se face entant qu'en nous est. S'il n'est pas en nostre puissance d'en venir à bout, supportons quelques imperfections sans les approuver, moiennant qu'il n'y ait point d'impieté, ne chose qui soit repugnante à la parole de Dieu. Comme s'il y avoit quelque apparence d'idolatrie, nous debvrions bien y resister iusques à la mort. Mais puis que la doctrine est saine et pure, et que les ceremonies ne sont que pour une honnesteté civile, nous les pouvons bien passer plus tost que d'esmouvoir grand trouble et contention.[7])

---

6) *Il n'y avait donc pas encore d'église organisée.*

7) *Ceci encore prouve qu'on n'en était encore qu'au début des exigences des Luthériens.*

Mes freres, comme vous estes persuadez que ie vous porte un amour cordial, aussi ie vous prie au nom de Dieu vous tenir asseurez que ie n'ay regardé en ces admonitions qu'a vostre bien et salut. Parquoy recepvez les humainement, et poisez le tout meurement avec humilité et modestie, vous gardans d'estre preoccupez de quelque obstination qui vous empesche à recepvoir ce qui vous est utile. Ce pendant apres m'estre affectueusement recommandé à vos oraisons, ie prieray nostre bon Dieu qui vous accroisse de plus en plus en tous biens spirituelz, vous adressant en toute sagesse et prudence, vous fortifiant en patience et constance, tellement qu'il soit glorifié de vous iusques à la fin et que nous en recepvions tous ensemble consolation. De Geneve. [8])

4170.

LE SÉNAT DE GENÈVE AU SÉNAT DE BERNE.

Affaire de Zébédée et consorts. Demande de réparation d'honneur pour les ministres de Genève. [1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie. Copie.)

Magnifiques Seigneurs etc. Nous avons este advertis par noz prescheurs pour ce que avec grand scandale de levangile leur doctrine est blasmee par aucuns de voz prescheurs et autres subjectz. pour remedier a ung tel mal jlz avoient delibere de recourir vers vous pour vous en faire plaintif et vous prier dy mectre ordre moiennant que cela fut trouve bon de nous et que leur permissions de ce faire. Or pource que le bruit de telz diffames est grand et mauvais nous leur avons voluntiers octroie de vous faire telle requeste, esperant que de vostre couste vous y pourvoierez tellement que telz desordres ne regnent plus. Car cest ung grand opprobre pour toute la chrestiente que non seullement par les rues mais aux temples et en plain sermon ceulx qui doivent estre conioinctz et uniz sentre appellent hereticques Et cela donne occasion aux papistes de blasphemer contre Dieu. et aussi il redonde au vitupere tant de vous que de nous. Et pource que nous sommes asseurez que vous en ferez comme bons seigneurs de justice et princes fideles et chrestiens nous ninsistons point davantage a vous en prier. Seullement nous vous avons voulu escripre ce mot pour vous certifier que nosditz prescheurs ne se retirent pas vers vous sans nostre bon gre et conge affin que vous soiez tant plus enclins a leur donner audience et corriger ce mal qui nest point supportable. Quoy attendans etc. de Geneve le 2. Octobre 1554.

4171.

LE SÉNAT DE GENÈVE AU SÉNAT DE BERNE.

Suite de la même affaire, dénonciation de Bolsec et de Fonselet. [1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie. Copie.)

Magnifiques etc., nous avons receu vostre lettre par laquelle vous nous mandez que vous estes bien maris de ce que la doctrine de noz prescheurs a este blasmee tellement quil y en a grant scandalle par le pais. Et de faict telz differens et contentions doibvent bien contrister tous ceulx qui ont lhonneur de Dieu pour recommande et surtout les seigneurs qui ont charge de maintenir la religion en son entier et que lestat de leglise soit paisible. Or apres que nous avons communicque a noz prescheurs ladite lettre pour leur donner a entendre ladmonition que vous desirez leur estre faicte ilz nous ont respondu que de leur coste ilz nont iusques icy donne occasion de trouble et ne vouldroient a lavenir en donner non plus mais plustost ont tasche et se deliberent de tousiours mectre paine de nourrir paix et concorde laquelle excuse nous avons accepte daultant quil ne nous a este

8) *Bèse a mis au bas de cette lettre l'année* 1560. *M. Bonnet l'a ajoutée également. En ceci ils se sont positivement trompés. Une lecture attentive fait voir que c'est la toute première que Calvin ait écrite aux réfugiés wallons à Wesel. Et nous croyons même que celle que nous avons publiée sous le N.* 1929 *y fait allusion* (*voyez au lieu cité note* 3). *La présente est donc antérieure au* 13. *Mars* 1554. *Perrucel n'y arriva que dans l'été suivant. Nous constatons que Wolters* (*Ref.-Gesch. v. Wesel p.* 163 *suiv.*) *est de la même opinion. Il ne reste qu'un doute d'une moindre importance. La lettre du* 13. *Mars parle d'une précédente adressée à deux personnes, tandis que la nôtre paraît être destinée à un plus grand nombre. Si l'on devait insister sur cette circonstance il resterait toujours certain que la présente est de la même époque.*

4170. 1) *Voyez le Registre du Conseil au* 2. *Oct.* 1554 *et les N.* 2020. 2021. 2023.

4171. 1) *Reg. du Conseil au* 26. *et* 27. *Nov.* 1554. (*N.* 2046 *seq.* 2051. 2056.)

faict nulle plainte et ne nous est pas venu a notice que nosdictz ministres aient scandalize la doctrine des vostres. Cependant nous avons este contrainctz par urgente necessite de vous prier comme nous avons faict de vouloir remedier aux scandalles que nous voions et desquelz vous avez entendu le bruit actendu mesmes quen la personne de lun de noz confreres conseillers vostre prescheur de Nion avoit si aigrement diffame la doctrine qui est icy portee et tenue que les bruis en ont este grans par tout le voisinage et aussy quun nomme *Ierosme* lequel nous avons banni de nostre ville pour sa faulse doctrine publie ca et la que M. Iehan *Calvin* est un hereticque et le veult maintenir tel. Item un aultre de voz subiectz nomme bastian *fonsellet* a dict et escript que nostre ville est une Sodome et Gomorre et beaucoup de choses semblables Enquoy vous voiez quil seroit requis dy pourvoir de bonne heure. Et comme de nostre coste nous ne vouldrions nullement souffrir que telz propos se tinssent soubz nostre iurisdiction qui seroient diffamatoires contre vous redondans au deshonneur de Dieu et de levangille aussi nous vous prions aviser que par bons moiens les faultes qui ont este commises tant par voz prescheurs que les aultres soient reprimees et que noz eglises que Dieu a conioinctes sentretienent en bonne fraternite. Prians etc. donne ce 27 de novembre 1554.

4172.

BEZA.

De Bolseco, Melanchthone, rescripto Senatus Bernensis et suis ipsius Annotationibus.

(Fragmentum autographon Cod. Goth. 404, fol. 735. Pars superior chartae abscissa.)

(*Folio recto.*)

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —
alatur incendium — — — — — — — — — — — — — erupturum, vel ut nonnulli aliter doceant quam sentiant. Sed vereor ne cum istis contendere sit cum ratione insanire. Faciendum est tamen officium, vel ut posteritati consulatur. Praesertim de *Hieronymo* [1]) etiam atque etiam urgendum et modis omnibus instandum censeo. Et hoc omnino spero, modo viri simus, elabi iam non posse.

Die Mercurii Viviaci legentur principum literae [2]) ad nos missae, quarum habes exemplar. Agetur de responso. Nostrum vero hic erit operam dare ut illum praesertim suis coloribus pingamus, et quae sit horum malorum origo illis patefaciamus. Det nobis Deus spiritum prudentiae et fortitudinis. Nam quod ad disciplinam ecclesiasticam attinet, res est in acie novaculae, quod aiunt, et idcirco potissimum institutus est noster — — — — — — — —

(*Folio verso.*)

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —
— — earum rerum agam — — — — — — instat *Robertus* [3]) noster, cui vix tamen possum duas horas in singulos dies dare. Scribe quod expedire cognoveris, et si censueris mihi istuc eundum, etiam equum mitte, ut apud nostros magis idoneam excusationem habeam profectionis. Praestare autem puto multis de causis ut, si eundum mihi est, ante Natalia Domini id fiat, quam ut tempus illud exspectem. Tignrinorum responsum avidissime exspecto. *Philippus* [4]) spem meam non fefellit. O miserum hominem! Hi sunt nimirum fructus eorum qui non a Deo sed a coelo pendent. Liberet suos Dominus in his diebus malis, et per medias tempestates tandem in portum deducat. Bene vale, mi optime pater. Dominus Iesus sancto suo spiritu te indies magis ac magis confirmet. Lausannae penultima Novembris, multa iam nocte. [5])

Th. Beza
filius tibi in Domino addictissimus.

4173.

CALVINUS INCERTIS MULIERIBUS.

Quae in via salutis adhuc titubantes eius consolationem expetierant.

(Habet Beza Genev. p. 146, Laus. p. 322, Hanov. p. 359, Chouet p. 196, Amst. p. 90. Ipse se hanc ex gallico vertisse affirmat.)

Dolet mihi plurimum, dilectissimae in Domino, quod non satis videam, quid consolationis vobis

4172. 1) *Bolseco, qui a. 1554, maxime mensibus autumnalibus bilem nostris et stomachum movebat.*

2) *N. 2046.*
3) *Stephanus cuius prelo suum N. T. destinabat, anno demum 1556 editum.*
4) *Hoc ipso mense Calvinus saepius ad familiares scribens de Melanchthonis mollitie querebatur* (*N.* 2050. 2052).
5) *omnino ad a. 1554 referenda videtur.*

nunc quidem adferre possim. Mihi enim iusta est tacendi causa, ubi plus quam sciam possimque a me exspectatur aut quaeritur. Agnoscitis nempe ex meo quodam scripto, quum Deum non colitis, nullam vobis pacem conscientiae constare posse. At illud multo peius habet, quod omnem ex illo vestro carcere effugiendi rationem praecisam vobis statuitis. Quid dicam? Miseret me vestrae sortis et constrictionis. Sed quorsum illud? nempe ut Dominum pro vobis supplex orem ut in tantis infirmitatibus vos respiciat, quod nobis omnibus mutuo ac perpetuo precari debemus: ac non ut has meas preces interponendo, quod a vobis malum admittitur, elevem. Neque etiam exspectatis fortasse ut vobis blandiar: sed quum ita meam consolationem requiritis ut mali aliquando tollendi occasionem omnem vobis negatam adiiciatis, illud me plane constringit, ne quid ulterius vobis respondere valeam. Ego vero si vestrae illae angustiae veros ac ferventes gemitus ad Dominum in vobis excitarent, sperarem exitum a Domino vobis oblatum iri. Sed quemadmodum extra spem in illum sperandum est, ita etiam extra media ad ipsius vocationem sequendam enitendum est, ne illi desimus. Idque ita statuendum est, ut quum omnia sese opponere videbuntur, et viae omnes claudi atque obstrui, nihilominus perrumpamus omnia, et nullus nostris commodis vel rationibus in rei tantae deliberatione detur locus. Si penes me esset vobis manum quovis modo porrigere, non committerem ut meum hic officium a vobis merito desideraretur. Quum aliud non possim, nolite exspectare ut quod Dominus a vobis requirit illud a me remitti possit. Vestrum est potius, ut consolationem accipiant corda vestra, vosmet inter vos ad illud ipsum exhortari, quod a vobis pro impossibili habetur. Veniat enim in mentem quantum sit illud malum, quo adhuc detinemini. Quumque illud ita ut est persenseritis, tum a Domino vires postulate ad luctam, etiamsi ad sanguinem usque decertandum sit. Inducite porro in animum, non esse praescriptam vobis unius diei luctam, quum ex Satanae vinculis evolaveritis: neque aliter omnia peractum iri cogitate, quam si, uti semel maledictum illud quod vobis incumbit iugum exueritis, ita etiam in sancta et recta constantia reliqua deinde vita perstetis. Nimis enim frequentia sunt illarum exempla, quae bullarum instar momento a pietate exciderunt. Atque ita sibi consulunt pessime, qui in aere aedificant. Iam ubi serio meditatae eritis, quam non minus arduum sit perseverantiae exemplum quam plane necessarium in Domini vocatione, ut ad illud praestandum impares nimium sumus, illud vos excitet, ut ad Domini opem et praesidium vos conferatis. Sic enim illum abunde instructum comperietis ad suos ad cumulum suae erga ipsos liberalitatis perducendos, uti iam ab ipso primitias illius semel perceperunt. Atque hic est meae ad vos exhortationis scopus. Dominus vobis adsit, ac vestras illas quae eum non latent infirmitates, ipse corrigat, augeat in vobis dona sui spiritus, animum et vires suppeditet ad illud quod ipsi probari edoctae iam estis, vosque adeo manu praesenti regat et protegat, ut luporum vobis inhiantium fauces inoffensae evitare possitis. Genevae 1554.

4174.

VIRETUS CALVINO.

Queritur de adversariis quorum insultus indies impudentiores etiam, si opus fuerit, scripto repellere paratus est.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 45.)

Praestantissimo Iesu Christi servo D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori vigilantissimo fratri et symmystae carissimo.

Genevae.

S. Me pudet scriptionis quam refert hic tabellarius. Quanquam non soleo exspectare quidquam valde accommodum rebus nostris eo ex loco unde redit, falsus tamen sum longe mea exspectatione hac in causa. Sed quid agas? Hic nos docet Deus quotidie copiosioribus et insignioribus exemplis quid ab hominibus sperare debeamus. Satis sit vobis Dei veritas et certa conscientia, quam nullae inferorum portae unquam poterunt convellere. Praevideo quid Satanas conetur, cui non deerunt ministri. Capti sunt multi taedio doctrinae purioris. Digni sunt aliis prophetis. Dominus, qui hactenus suam veritatem vindicavit ab omnibus insidiis ut et tyrannide hominum, eam non pateretur succumbere. Sed nos interea oportet exerceri ut ex conflictu gloriosior exsurgat veritatis victoria. Necesse est plus laedi plerumque Dei filios a domesticis quam ab externis. Cupimus ex te cognoscere quae fuerit aliorum sententia qui a vobis rogati sunt. Quid nobis acciderit a paucis diebus ex hoc tabellario intelliges, quod obsistat quominus ad vos publice scribatur. Non statuimus hoc dissimulare, quocunque tandem sint res casurae. Sed quia verebamur ne maiores vobis et nobis turbas concitaremus, plusque noceremus causae quam prodessemus scripto nostro, maluimus ad tempus supersedere, donec plenius a vobis intelligeremus quantum sit

nostra opera necessaria. Nam si eo pervenit res ut silere non possimus, quin nostrum silentium plus ecclesiae noceat quam eam iuvare possit, rebus ut sunt comparatis, scito nos eos esse qui gratia Domini pridem didicimus Deo magis quam hominibus parere et res omnes nostras officio nostro postponere. Tantum metuimus ne occasionem demus turbarum et motuum qui res nostras disturbent magis. Tu igitur audito nuncio expende quid tibi faciendum existimares sic se rebus habentibus, et quid utriusque * ecclesiae consultius tibi futurum videatur. Non dubito quin mea unius causa haec magna ex parte sint procurata. Non deero tamen meo officio ubi intellexero quid a me Dominus magis requirat et quid nequeam [*sine*] scelere praeterire et ecclesiae iactura. Interea esto bono animo cum [*fratr*]ibus. Haec non est tibi prima lis intentata et lucta suscepta. Seges est tibi nova amplificandae latius gloriae Christi. Plausibilius est humanae rationi, praesertim fastidiosis qui iam saturi sunt usque ad nauseam, quod a nostris adversariis proponitur. Nihil poterit tam absurdum afferri quod non inveniat, vel nostri solo odio, patronos et applausores. Quanto magis si species aliqua obtendatur, quae facile fucum faciat iis qui fucis magis quam rebus veris delectantur. Vix credas quantum *Beza* iis hominum studiis commoveatur, et quanta afficiatur molestia, et fratres omnes. At conteret Dominus Satanam sub pedibus nostris, si modo Christum ex animo quaerimus et precibus ipsi suam causam committimus. Salutant te nostri omnes. Saluta fratres et amicos. Vale, frater amantissime. Dominus Iesus suo te spiritu magis atque magis locupletet et confirmet ut fortiter repellas ab eius grege lupos et feras truculentas a quibus undique impetitur. Lausannae. [1])

Tuus Petrus Viretus.

4175.

VIRETUS CALVINO.

Commendat iuvenem invito patre evangelio addictum, et Stephanum in Valles alpinas mittendum putat.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 59.)

Eximio Christi servo D. Ioanni Calvino fido ecclesiae Genevensis pastori fratri et symmystae plurimum observando.

Genevae.

S. Etsi nihil est apud nos rerum novarum quod ad te scribam, nolui tamen hunc a me tabellarium absque meis ad te literis dimittere. Hic egit iam menses aliquot cum *Ripanderio*. Videtur mihi pie affectus ad religionem, quamvis patrem habeat evangelicae doctrinae hostem infensissimum. Tu ex illo cognosces quibus cum difficultatibus ei luctandum sit. Illum ut pergat in sancto proposito hortaberis. *Farellus* fuit proximo die dominico Orbae. Invisit ecclesiam et novum illum hospitem quem Orbani exceperunt. Si Inalpinis pluribus est ministris opus, *Stephanus* ille de quo nuper ad te scripsi, mihi videtur illis utilissimus futurus. Illum conveni. Non detrectabat provinciam si vocetur, sed in omnibus nostris parebit consiliis. Salutat te uxor et nostri omnes. Salutem multam dico fratri et omnibus domesticis. Vale. Lausannae 29. Iunii. [1])

Tuus Petrus Viretus.

4176.

LE SÉNAT DE GENÈVE A CELUI DE BERNE.

Cette lettre appartient à la série de celles échangées entre les deux conseils au sujet de l'affaire Perrin.

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie.)

Magnifiques Seigneurs etc. Nous receumes voz lettres responsives aux nostres et a celle de nostre bien ayme et feal ministre Spectable Mr. Jehan *Calvin* En ce que concerne les occurrens contre la religion lesquelles nous avons communique a noz ministres qui nous ont sur icelles respondu a la forme de lescript icy dedans enclos Lequel vous envoyons vous prians et exhortans de rechef affec-

---

4174. 1) *Si quid videmus haec epistola alludit ad causam Calvini contra Zebedaeum et Angelum coram Bernensibus evocatam, et scripta est vernis mensibus a.* 1555. *Sed patiemur meliora edoceri. Cf. N.* 2193. 2203. 2221.

4175. 1) *Videtur epistola a.* 1555 *scripta. Ecclesia Orbana condita fuit a Vireto et Farello vere anni* 1554 (*cf. N.* [illegible] *sqq.*). *Verum quo minus de hoc anno cogitemus in causa est quod eo ipso mense Iunio Farellus Genevae fuerit postridie illius* (*N.* 1972, *not.* 1), *nisi fortasse tu suspiceris eum inde Orbam devenisse. Quidquid sit, ante a.* 1556 *scripta est quum Stephanus ille iam apud Valdenses ministerio fungebatur* (*N.* [illegible]).

tueusement au nom de Dieu et par vertu de nostre combourgeoisie jl vous plaise bien peser les matieres et avoir nostre honneur comme de voz treschers combourgeois et de nostre eglise en telle recommandation que en puissions congnoistre leffect comme aussi, magnifiques puissans tresredoubtes et treschers combourgeois, sommes de tout nostre possible prestz nous emploier a vous faire tous plaisirs et honneurs et de prier Dieu pour la prosperite et augmentation de vostre magnifique estat. De Geneve ce lundy premier de Julliet [1]) 1555.

4177.

QUERCULUS CALVINO.

Salutem ei dicit nomine Geryonis Seyleri veteris amici.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 183.)

Eximio Christi servo D. D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo.
Genevae.

S. D. Quod tibi ignotus excellentiam tuam literis interpellare audet, forte mirabere, omnium doctissime. Sed quum ad harum literarum finem legendo perveneris factum meum audaciae minime, ut spero, adscribes. Etsi enim ante annos aliquot non sine magno fructu coelestisque doctrinae accessione omni admiratione dignis concionibus tuis adfui, etiam nonnulla ex eruditissimis monumentis tuis evolvi, non idcirco tamen ut ad te scriberem impulsus sum. Nam id omnes qui te audiunt si facere instituerent vix temporis tibi praesertim in negotiis maxime seriis occupatissimo ad eorum reserandas literas satis suppeteret. Alia igitur ratio est qua hoc tempore inductus sum ut in gravissimas occupationes tuas intempestivus forte irrumperem.

Amicitia quam in comitiis Ratisponensibus tecum iniit clarissimus vir D. Geryon *Seylerus*, Augustanus medicus excellentissimus, quae postea literis vestris ultro citroque datis acceptisque conservata est atque confirmata, ea ipsa in causa est quod ad te nunc scribere audeam. Ego in aedibus D. *Geryonis* ago, ab ipso huc ad erudiendum filium suum natu minorem Lausanna accersitus. Heri, quum de literis Genevam mittendis secum * verba facerem, serio iniunxit ut, quacunque ratione fieri posset, curarem diligenter salutem suo nomine tibi plurimam impertiri, atque significari memoriam tui absentis apud se perpetuo vigere sanctissimeque conservari. Quod equidem ipsemet significasset, si per infinita negotia quibus perpetuo implicatur manum calamo admovere licuisset. Sperabat quidem fore ut filius maior natu ex Gallia rediens te inviseret amicitiamque renovaret. Sed ille arrepta induciarum occasione per Antverpiam iter faciens ad nos istis diebus se recepit. Iuvenis certe eximius, multa et varia scientia ornatus, tali modestia et sobrietate instructus ut inter Germanos aliquod esse monstrum facile dixeris. Et quod rei praecipuum caput est, tanta pietate ac timore Dei praeditus ut a pulcherrimis sanctissimisque parentis sui vestigiis ac exemplis nulla in re degenerare videatur. Dominus velit in eo perficere quod incepit. Hoc ego possum asserere, religionem papisticam paucos tam acres inimicos, tamque sibi hostiliter infensos in Germania habere qualis ipse futurus est, si ad aliquam dignitatem, in qua maioribus auspiciis Antichristi tyrannidem labefactare possit, fuerit evectus. Itaque quum alia via quam ipse speraverat filius redierit, et hoc pacto se exspectatione sua decidisse videat, iam per literas id efficere conatur quod alioqui filii praesentia longe commodius effecisset. Non igitur erit alienum ab humanitate, prudentia atque adeo constantia tua hanc suae voluntatis significationem boni consulere, teque eodem erga ipsum esse animo quo ille erga te, hoc est, longe optimo.

Ex imperii rebus nonnulla hic adscribi curasset, nisi certo persuasum haberet omnia tibi cum D. Heinrico *Bullingero*, ad quem de rebus omnibus fusissime scribere solet, esse communia. Superest igitur ut et suo et filii meoque nomine plurimam hic salutem apponam, Deumque suppliciter orem ut in omnium ecclesiarum ac singulorum Christianorum utilitatem te nobis diutius salvum incolumemque conservet. Vale, vir et doctissime et piissime. Augustae Vindelicorum pridie idus Iulii. [1])

Excellentiae tuae deditissimus
Thomas Querculus Andegavensis.

4176. 1) *Le nom du mois n'est pas bien lisible, mais la mention du lundi ne permet pas le doute. En tout cas on comparera utilement le N.* 2214, *le Registre du Conseil au* 7. *et* 10. *Juin et Roget, hist. du peuple de Genève* IV. 277 *suiv.*

4177. 1) *Cal. Nov.* 1554 *Geryon Seylerus filium suum Calvino commendaverat* (*N.* 2038), *quem ille absentem non vidit. Iam alia via ex Gallia Augustam rediit. Scripta ergo haec est fortasse a.* 1555. *Querculus ipse antequam Augustam venerit Lausannae commorabatur, ut ipse hic dicit. Postea eodem rediit* (*N.* 2641) *et a Genevensibus Lutetiam missus est a.* 1557 (*N.* 2661).

4178.

INCERTUS CALVINO.

Narrat paucis quid actum sit in Parlamento quum rex iudicia de haeresibus inquisitori permittere voluerit.

(Haec ultimo loco venit in editione Genevensi a. 1576, p. 428, Chouet eam habet p. 598, Amstelodamensis p. 268. Caeterae non praebent.)

Τῷ τῶν ἱεραπολιτῶν [1]) *ἐκκλησιαστῇ καὶ διδασκάλῳ Δ. ὁ Λ.* [2])

Τήμερον εἶπέ μοί τις βουλευτὴς τῆς τῶν Παῤῥισίων βουλῆς τῆς περὶ τὰς δίκας ἀσχολούσης [3]) *ὅτι πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν ἅπαντα τὰ τῆς εἰρημένης βουλῆς συνέδρια συνῆλθε καὶ συνήχθη ἐπὶ τῇ ὑποθέσει καὶ πραγματείᾳ τῆς αἱρέσεως· ἐν ᾗ Ὀρίσιος* [4]) *ὁ θεολόγος (ὃν ματαιολόγον δικαιότερον εἴποι τις ἂν) ὁ τῆς πίστεως Ζητητὴς* [5]) *καλούμενος, ἠξίου ἑαυτῷ ὁλόκληρον καὶ ἀνυπεύθυνον καὶ (ὡς οἱ Ῥωμαῖοι λέγουσι)* sine provocatione [6]) *κρίσιν καὶ γνῶσιν τῆς αἱρέσεως δίδοσθαι καὶ συγχωρεῖσθαι. Οὐ μὴν ἀλλὰ ἡ Βουλὴ πᾶσα τὴν τοῦ Ὀρισίου ἀξίωσιν ἀπεδοκίμασέ τε καὶ ἠκύρωσεν. οὐ μόνον δὲ τοῦτ' ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Βασιλέως ἐπιστολὴν καὶ διάταξιν, δι' ἧς τὴν τοῦ Ὀρισίου ἀξίωσιν ἐκεῖνος ἀπεδέχετο καὶ αὐτὴν ὑπὸ τῆς βουλῆς κυροῦσθαι ἐκέλευεν, οὐκ ἐθέλησε κυρίαν ποιεῖν, οὐδ' εἰς τὰς κυρίας διατάξεις ἐγγράφειν, ἀλλ' ἐνταῦθα τῇ τοῦ βασιλέως κελεύσει ἠπείθησε. πρόεδροι δ' ἦσαν ὁ Μαγιστρὶ,* [7]) *ὁ Λιγνερὶς,* [8]) *ὁ Μαιγρέτος, ὁ Δετοῦ,* [9]) ex quibus hi tres posteriores causam *τῆς εὐσεβείας ἀνδρείως καὶ εὐσεβῶς* tutati sunt. *ὁ δὲ πρῶτος,* [10]) *ὃς ὕστατος τὴν γνώμην ἀπέφηνε*, sententiam atque autoritatem illorum sequi coactus est. Vale. [11])

4179.

DER GENFER RATH AN DIE EIDGENOSSEN.

Denkschrift in Betreff der Exulanten Perrin und Consorten. [1])

(Thomas-Archiv zu Strassburg.)

Sindic vnnd Rhat der Statt Jenff.

Darumb wir vernommen habend Das ettliche hieuor vnser Burgere, So von jrer myeshandlung und thäten wegen durch vns gevrtheylet worden, vnd durch hinflucht der verdienten straff endtrunnen sind, am lestgehabten gmeyner Eydtgnoschafft Tag zu Baden erschynen synd, vnnd daselbst durch erdichtte Schmachreden vns zeuerlümbden vnderstanden, jr sach damitt gutt zemachen vnnd gunst zeerwerben, Begären wir Es syge des Ersamen Rhats eynes yeden Orts wolgeuallen die hierunder gesetzte entschuldigung vber die verlesterung, So vns falschlich vnd vnbillich vffgesetzt, gutigklich zehören vnd anzenemmen, Nitt das wir meynind das Jr gnad sollichen Possen, die do sich der vervr-

---

4178. 1) *Genevensium.*

2) *Hic latet nomen scriptoris.*

3) *Parlamenti.*

4) *Matthaeum Orris saepius supra obvium habuisti* (*Opp.* VIII. 838 *ss. X. P.* 1: *p.* 197 *tum N.* 1663. 1708 *etc.*) *Hist. eccl. eum notat iam ad a.* 1534 (I. 20) *et ad a.* 1547 (I. 57). — *De Thou l.* VIII. (I. 668 *Basil.*): Dès le 14. Janvier 1551 (1552) la commission du Roi qui établissoit M. Orry dans l'emploi d'inquisiteur avoit été vérifiée au Parlement.... [le Roi y parle de lui comme d'un ancien inquisiteur général dans ses états, nommé par le Pape, approuvé par le Roi son pere, auquel il renouvelle ses pouvoirs] *etc. — Haec vero ad hanc epistolam non pertinent, et omnino distinguendum est inter edictum quod dicitur de Châteaubriand* (27. *Iun.* 1551) *a Parlamento promulgatum et illud alterum de quo hic agitur.*

5) *inquisitor fidei.*

6) *Sleidan* III. 506 *sq.* (*Thuan. l.* 16. II. 375) *haec habet de edicto postridie Id. Oct.* 1555 *facto:* Galliae rex a suis familiaribus incitatus edictum scribi iusserat quo suis praefectis mandabat ut quos ecclesiastici indices ac inquisitores fidei damnassent statim absque mora nec ullius appellationis habita ratione punirent. Hoc edictum Card. Lotharingiae Parisino senatui proponit ut comprobatum ab illis publicis actis insereretur. Illi vero rei novitate commoti, quod provocationis auxilium tolleretur, deliberandi spatium petunt ac missis legatis regi quid ipsorum sententiae sit exponunt. ...... *ibid. p.* 510 *sic dicentes sistuntur:* Per illud tuum edictum quod ante quartum annum prodiit (*not.* 4) tibi tuisque iudicibus integram servasti cognitionem haeresis Lutheranae. Hoc vero, de quo nunc agitur, plane contrarium statuit. Nam populum ecclesiastico iudicio subiicit et inquisitoribus, eaque ratione tuam dignitatem imminuit et populo iustam praebet doloris causam quum abs te destituti potestati subiiciantur alienae. Sed multo plus erit incommodi quum eorum fortunae, vita, salus et honos in illorum erit arbitrio provocationis adempto subsidio. Nam sane asylum innocentiae est provocatio. Tu vero tutor es et defensor innocentium. Quod si iam inquisitoribus et officiariis episcoporum ius detur iudicandi provocatione sublata, fenestram hoc est aperire et patefacere viam ut etiam innocentes damnentur. Nam illi tanta potestate praediti obliviscentur officii neque modum servabunt *caett.*

7) Magistri, premier président du parlement de Paris. (*Mém. de Condé* III. 551.)

8) Jaques de Ligneris conseiller, depuis président, fut aussi au concile de Trente, dont il vota le rejet (*ibid.* V. 91.)

9) de Thou, président.

10) *Magistri.*

11) *Patet hanc epistolam scriptam esse c. Octob. 1555.*

4179. 1) *Wir haben das Original nicht gefunden, und wissen auch nicht ob die Uebersetzung in der Schweiz oder in Strassburg gemacht worden ist.*

theylung halb vber sy rechtlich geschächen zeweschen, jre obren vnd Richttern gond verclagen, Sonders gedenckhen wir (Alsdann Jr gnaden fromme redliche vnnd fursichttige herren sind) das Sy vyl ehe vnns jn der nott byston wöltind, zu abstellung der Fräuelkheyt deren die ein gmeinde zebetruben vnd alle ordnung zeuerkheeren sich also erhebend. Wir habend aber wol anzeygen wöllen, wie fast wir by Jnen jn guter Achttung zesyn begeren, die Frundtschafft die Sy vns hieuor erzeygt damitt zeerhaltten, Darzu so verhoffen wir Jnen ein wolgeuallen daran zegeschähen wann Sy der sach grundtlich verstendiget werdend, damitt Jr gnad sich sollicher vnwurdiger lüten gar nüt beladen thun, Sonst ehe meer die Bandyten sich hand als vnschamhafft zulügen gewäget, wöllend wir desterminder vergessenn wer wir synd vnnd was einem Rhat zereden wol zustande, wöllend doch dessen nitt lange vorred thun als die kheyn zwyfel tragend Es werde ein Lobliche Eydtgnoschafft vnnserm Sagen, als durch gewüsse vnd glaubwurdige khundtschafften wol bewertten, glouben geben.

Erstlich vff jr fürschüben jres adels vnd altten harkhommens wäre jnen wol angestanden sich söllichen vberhebens zcenthaben, dann die zwey Oberstenn jrer Schaar *Perrin* vnd *Wandel* sind zweyer Frömbden Burgundern, die do Tälbar vnd Eygendienstmannen warend, Sünen. Was jr gut antrifft habend sy zum höchsten dessen nitt sovil das es darumb zereden wert syge, wiewol wann sy sich eherlich vnd tugendtlich gehalten jnen dasselbig hette bas zu Eeren dann jr harkhommen vnd Rychtthumb moegen gedienen. Es ist aber vyl zekhundtbar wie der *Perrin* vnd *Wandel* vss raubery betrug vnd befleckhung des rechtens meer glebt hand dann vss jren rendten oder khunst, dessen haben wir völlige khundtschafften, von denen die jnen die gäben vss eignem seckel oder Jnnamen andrer lüten, gethon oder gewusst, praticiert vnd theylhafftig sind gsyn, verhört. Vor Jaren ward ein Frantzösischer Seckelmeyster jnn unnser Stat vff das ansuchen des Französischen legaten arrestiert wollicher jme selbst zefursehen must hundert Cronen zellen die dem *Perrin* durch ein furnemen khouffman gegeben wurdend. Es ist ouch ein andrer khouffman in unser Statt der zu erhalttung sines dozemal rechtshandels eim yetlichen jrer beyden funftzig kronen gab. Ein anderer hatt dem *Wandel* wyn, saltz vnd Cronen offt gestüret das er von jm vffenthalter[2]) wurde. Der bysplen synd sovil vnd sowol bewert das ein Einiger gnugsam wäre vber sy zerichtten. Vnnder andern jst die bsoldung die der *Perrin* vom Probst von Mortaux (wiewol er dozemal richtter in den aplatzen[3]) was) genommen hatt woll zemerkhen, dann vom selben der so jme ein grosse Silberyne Schalen gab khundtschafft gibt, vber die achthundert kronen die jm vnderhanden khamen, wöllichs dermossen khundtbar ist das ouch ettliche herren von Frybourg woll daruon khöndtind sagen. Jn summa die befleckhung des rechttens vnd söllichs rauben vnd betrugen was jnen so gmeyn das vnnser Stat jnn grosse vneher vnd das Recht jn grosser guarlikheyt darmitt geuallen, ya byss dahar das sy einem verruchtten ketzer, der (nitt mit den Spänen so diser zyt jnn der Religion synd) sonders mit vnsagenden Gots vnd der heyligen dryualtigkheyt lesterungen die Christenheyt vor zwentzig Jaren har betrubt hatt, vnnd schon jn Franckrych zum für vervrtheylet was, vffenthalt vnnd gunst gethon, darumb das er geltt hatt, dermossen das der *Perrin*, so dozemol Sindicq was, Jnn der vervrtheilung nitt wolt gegenwurtig syn. Wann gefragt würde wie wir söllichs gelitten, Sind wir durch jr Bossheyt vnd pratig so vberfallen gsyn das wir nitt anderst khönnen sagen dann das durch Gottes verhengknus geschähen syge das jr bossheyt syge volkhommen worden damit sy menglichem Schuchlich wurde. Do es aber an jr letste myshandlung von dero wegen sy vervrtheylet worden gekhommen, haben wir yetztgemelte sachen nitt darin wöllen begryfen, damitt nitt gesagt werden möchte wir hettind die altte laster gesucht glych als ob das lest nitt grusam gnug wäre.

Nun so ist das vngluck des vffrurs jm Meyen lest verschynten 1555 Jars geschähen vorlangist erneert Dermossen so wirs müssen sagen vns zuschämen ist sovil erlitten zehaben. Wie man aber ettwan förchtet sich zustreng zeerzeygen vntzit man mit duldtmutigkeyt, ob sich villicht dass böss gestillen werde erfaren, haben wir soueer vns moglich vyl gfaaren vnd lasten, die do nut dann alles vbel gebären mochten, gelitten, darzu so hatt das arg so fast vberhand gnommen das schwerlich was dem zerhaten.

Jm ist aber also das der *Perrin*, *Wandel* vnd jre anhenger vermeyntend so jn grosser sicherer besitzung zesyn das jrem willen widerstand zethund vnmoglich wäre, dergstalten das sy vermeyntend vnser Statt Stand mitt der ampteren setzung vnd absetzung gantz nach jrem willen zeuerendren, diewyl aber vnd damitt sy die Mutwilligen an sich mochttend zühen, Thäten sy ein vppige erlöubnus vnd vbersähung aller lastern mitt verkherung aller zucht vnd erbarkheyt erhaltten. Es begab sich aber do jn der Erwellung der Sindicquen vnd rhä-

2) *récelеur* (*protecteur*) *Fischart*: Aufenthalter der bösen. Aufenthalten = herbergen, aufnehmen, schützen, nähren. (*Grimm*.)

3) appellation.

ten die Sach nitt jrem willen nach sonders anderst geuallen, das sy sich offentlich erhubend, die so jnen vnangenommen mitt red vnd that Offentlich an der gassen Ouch jn vnserm Rhat schmächlich angryffende, Glych als wölttend sy alle Fryheyt vndertruckhen vnnd die Statt vnnder jrenn gewalt bringen. Dess wir ettliche Züchttigung (ya so messige das sy sich darab zeklagen nitt hattend) thun musstend. Nutt dester weniger liessen sy nitt alles das so jnen möglich zevnderston.

Sy hattend vnder jnen ein besondere Bossheyt vber die anderen, die Frömbden so jn vnser Statt der Religion halb khommen sind vnbillich anzefechtten vnd zebeleydigen. Vnnd wiewol wir das sy sich als Schaaffen styl vnd frydsam ouch als dhein andre vnsere vnnderthanen ghorsam vnd demutig dermossen ghalten haben das khein vrsach was vtzit verdruss ab jnen zenemmen, wol mögind bestätigen, hatt man jnen doch uff gemeltter verbunstigen veruolgung jre waffen genommen vnnd jnen darzu jre gweer zetragen verpotten.

Es ist aber wol zemerkhen das jnn ansehen der vyle der Frömbden, so von vnser Religion wegen jnn vnser Statt allenthalben khament, wir vorlangist fürgsähen hand das sich kheyner mitt söllichem schyn falschlich bedeckhen möchtte. Dann es ist ein Ordnung gemachett wordenn das khein Frömbder jnn unser Statt zewonen angenommen werden sölle Er gäbe dann syner Fromkheyt halb gute khundtschafft vnnd erschine vor vnns vnd schwere den Eyd vns ein truwer ghörsamer vnderthäner zesyn. Dermossen das wir ettlichen, die do fräuenlich für andre vnbekhandten hatten khundtschafft gäben vss vnser Stat und Piett verboten hand. Daruss mag Ermessen werden die vnuerschampte deren die do sagen das wir alle zufliessende ongeuarlich one zugnus jres handels vnd wandels annemend. Dann das wyderspyl wirdt vss den daruff richtteten Registern heyter Ersehen, Darüber ist mencklichem khundt Wenn etliche Frömbden eines bösen lübdens, oder die Etwas begangen vnd ein mutwillig läben getryben harkhamen das dieselbige durch dise erhalttet, die jres vermogens das sy nitt abgewysen zehindern vnderstunden, dieselb also an sich zu ziehen, mitt wöllichem wir dick vyl zeschaffen gehabt, das doch nach der lenge zemelden vnnot ist.

Zelest do wir sahend das die so schon mit Langer zyt wol Bewärt vnnd bekhandt waren, wann sy zu Burgern angenommen wurdend, Vnser Stat bas mochttind helffen, dann so wir jnen mysstruwtend vnnd vnser Stat souil hilffs vnnd machtte endtblundeten Damitt wir sy jnn vnsern dienst vnd ghörsam dester anmutiger machtend ouch sy an vns desterbas verbundetend, hattend wir für gutt angsähen, Nach vnnser vnnd aller Stetten obliche gwonheyt Ettlich zu Burgern anzenemmen, Dise Schalcken aber die do nütt dan gewül vnd grümpel suchttend, mitt was schyn das were, Namend hieruff ein Fürwort sich zu Empören Vnnd nach dem sy by dem wyn jre pratig getryben, ouch vyl schlechtte vffgelessne possen jn jr Schaar gebracht khamend sy mitt grossen trauwungen jn unser Rhathuss als wöltend sy vns vbergwaltigen, dermossen wir die obligende gfaar woll ersehen möchttend, wann sich nitt vnnser der almechttiger Gott erbärmet hette. Hierin aber sind die Bandyten vnd gerichtten, so vor gmeyner loblicher Eydtgnoschafft erschynen zeuyl vnuerschampt gsyn, do sy sagend das wir die Frantzosen vff das Rhathuss geladenn da wir jnn dryen wuchen by zwentzig vnnd hundert der fürnempsten vnd volgends alle die die dess begert zu Burgern angenommen habind. Dann die so sich erpotten vnnd dess Begert werdendt nitt sagen das wir sy geladen heygind, allein jn hoffnung das sy von vns so sy wol bekhandt nitt abgwysen würdind sind sy khommen. Diewyl aber sind die nitt alle angenommen worden, die doch der *Perrin* vnd *Wandel* gern hettind jnzogen sonders darumb das dieselben ettlicher massen befleckhet, oder das sy vns nitt wolbekhandt gwesen. sind sy hingschickt worden, So jnen das ein verdruss gebracht hat, warumb vngeuarlich vor acht Jaren ist geschähen das ouch mitt jrem rhat die frömbden jnwoner vnserer Statt dozemal berufft wurdend jnen das sy sich zu Burgern annemmen liessend, oder aber vss der Statt ziehen söltend anzemuten, darumb das man jnen anderst nitt wol getrüwen mocht. Darzu so sind ouch hieuor vff jr anmuten vnd begär ettliche deren man nitt gar gute khundtschafft hatt, zu Burgern angenommen worden. Do sy aber sagend das jn dryen wuchen mer dan jn den zehen nechst verschynten Jaren Burger gemacht worden jst ein vyl zeschantlicher Lug. Dann jn den Registern beschyndt das vor zwentzig vnd hundert Jaren man hette jn einem Jar wol hundert angenommen, vnnd dozmal pflegt man jn einem Jar vnder Viertzigen oder Funfftzigen nitt anzenemmen. Vnnd sydert hats alwegen so beharret mit so guter zal das dise lettste nitt vnmessig was. Namlich do die khömligkheit gegeben ein gute zal frommer wölbewärter jn der statt vorlangist gesässner lüten zehaben. Darin wir kheins wegs ytzit nüws angefangen, sonders den altten vnserer alttvordern vnd vorfaren bruch (als dann vss jrer *Perrins* vnd *Wandels* vattern erkhaufften Burgrechtten oder brieffen erschynen mag) geuolget.

Sonst damitt die warheyt oder luge jres schrybens, das die altten frommen Burger ab söllichen annemen verdrussig synd gsyn, erschynen moge, jst zumerkhen das der so durch jnen die klag ze-

thund angwysen worden mitt jme ein versamlung vffgelessner vnburgelicher personen, deren Ettliche khein Eyd der truwe nye geschworen hatten, vffs Rhathus gefurt hat.

Diewyl aber wir vns sölliche getonb zeglegen * vnderwunden, thäten sy darwider in angfangner Bossheyt vnd geschäfften beharren, Begegneten also jn einer nacht den wachtherren. Do nun vss Gottlicher verhengnus einer vnser Sindiquen gegenwurtig, als er der vffrurischen einen mitt gezugtem schwerdt ersach, thät denselben begryffen jnn gefangen zelegen, vyelend gar schnel vyl der vffrurischen Schaar dem Sindico wider, also das er den gefangnen ledig zelassen ward gezwungen. Darzu kham ouch der *Perrin* der demselbigen Syndico fräuenlich syn Sindiquen stab hinnemmen wolt, vnnd do ers demselbigen nitt mocht, khart er sich zu einem andern vnserer vier Sindiquen dem er syn stab hinryss vnd nam, als hette er alles zeuerkheeren gentzlich furgesetzt. Es soll aber jr gnad hie wol merkhen das jn kurtzer Frist, vnnd schier jn einem jubschg ein grosse zal gewapneter vnd zemmenstymmender lüten die do alle mitt grosser vngestumme vnd empörung den zweyen Sindiquen die Jnen des vffrurs abzeston hiessend vnghorsam vnd widerig versamlet wurdend, dermossen das das gricht gar wenig gunst noch hilff mocht ankhommen, dann alle frommen biderbaren Burger vnd frydsame jnwoner, die do nutt zwyfletend, lagen jn jren bethern, vnnd wiewol die vffrurischen alle einhelligklich zemenschruwend Es hetten die Frantzosen die Statt verräten vnnd werend jrer wol viertzig oder sechszig gewapnete jn eines vnsers mitt-Rhäts huss versamlet ward doch nye khein Frantzos jm selben huss noch an der gassen gespurt noch gsähen. Sonnders vnangsähen die grosse vnnd guarliche vngestumme hielttend Sy sich styl jn jren husern. Wir aber mitt Göttlicher hilff verschuffend souyl jn derselbigen nacht das der vffrur gestillet ward vnnd morndrigen tags als dann es die sach eruordert, vnnd ouch jnn vnserm Rhat Beschlossen was, Thäten vnns der sach flyssigklich erjnnern, vnnd mögen vch hie wol sagen das wir dyss vnglücks vrsprung zvergryffen vber hundert zügen verhört habend, vnnd wiewol von allem alterhar vns dem kleynen Rhat der lastern vnnd Blutssachen Erkhandtnus zustande, ouch nitt wyter zuhe, wölttend wir doch dieselbige sach dozmal vnnserm grossen Rhat der zweyhunderten wol mitteylen vnd fürkhommen lassen, jr gutt bedunkhen daruff zeempfahen, diewyl aber man darüber beratschlaget machttend sich ettliche der vffrurischen die sich daran schuldig zesin empfanden paldt vss der Statt, Entdranen also das man sy paldt darnach do man sy jn gfengknus gfürt sölt haben, nitt khondt finden.

Sonst haben wir durch gute glaubwürdige Zügen Befunden das zwey Brüder schlechten stands, nachdem sy jn einem wynhuss mit dem *Perrino, Wandel* vnnd andern vffrurschen mittgnossen zenachtgessen hattend vnnsere wachter angryffen thäten. Wöllicher Brudern der dem do vnser Syndicus Begegnet vnd jme den gezucktnen schwerdt gefunden einer was. Ouch ist wol Bewäret das ein Steyn gegen einem fürfarenden mentschen on einichen zanckh durch einen der Röttischen gworffen ward. Do nun wir sahend dise vngestumme durch denselben dryen angfangen worden zesyn, als wir sy gfengklich ergriffen hattend, Thäten wir die Rechtshandlung vss jren eignen bekhandtnussen vnd Sag der Zügen beschliessen, vnnd habend erfunden,

Erstlich das ettliche tagen vor dem vffrur jnn den wirtzhusern vyl vnbezaltte ürttynen[4]) vnder falschem schyn bezalt worden waren. Item das alle die so sy an sich zogend das wortzeichen hattend zesagend jr fürnemen Langete zu Jennff vnd Gottes eher. Item das sy das volckh zeerweckhen die Grosse glockhen luten soltend vnns darnach anzeclagen. Item darumb das jren einer vnser Büchssen vnd munition Fürgesetzter was, thäten sy sich dester sterckher vnd gwaltiger zesyn berumen. Item wann das volckh besamlet wäre hattend sy gegen vns als hettend wir die Statt den Frantzosen verraten ein vfflauff zethun fürgesetzt

Item jm selbigen tag des vffrurs hatt gemeltter *Perryn* den gedachtten zweyen Brudern gesprochen, Er hette ein sicher Ort vsserthalb vnnser Piet do einer der jnn der Statt ettwas mysshandlet hette paldt entrunnen mochtte, vnnd wyter, Es wäre gut das man anderschwenhär fünff oder vierhundert knechten die Statt wider die Frantzosen, allwyl die gmeynd jm Rhat versamlet wäre, zebeschirmen hette.

Item jnn derselbigen nacht huben sich ettliche der Bosshafftigen von jrem nachtmal vnd von einem wirtzhuss vnnd zugend zum anndern, do dann der *Perryn Wandel* vnd andere Mitthäter versamlet warend.

Darnach pald als sy vsszugend ward durch jren einen genant Frantz daniel *Bertellier* ein Stein einem fürfarenden mentschen der jme nütt zeleyd gethon hatt am hals geworffen, vermeynt jnn zethod gschlagen han. Darzu hatt derselbig *Bertellier* dry oder vier tag zeuoran mitt grossen Gotteslesterungen gesprochen, Es wurdendt jn kurtzen tagen vyl köpff zerbrochen vnnd zerschlagen, wöllichs nun ein luter zeychen ist das sy nütt dan getöss suchttend.

---

4) *Ürte, Wirthszeche.*

Item jnn dem vffrur machttend die vffrurer ein grosses gschrey wider den Sindiquen vnd wachtherren, sy als verräter verletzende damitt sy den gmeynen man anreytztend, man söltte ouch jnn der Burgern vnd jnwonern husern vallen sy zeersuchen dann jn jren bethern wärend vyl harnisch vnd waaffen verborgen, wöllichs wol anzeyget das sy zeplundern mut hatten.

Als dann jren einer vorlangist zu sinem bruder gesagt hatt sy wurden alle in kurtzer zyt mitt disen Frömbdlingen rych gemacht werdenn.

Vnnd vber das diewyl wir jnn vnserm Rhat diser sach halb zeberatschlagenn versamlet warend, ward da yferlich vor vnnserm Rhathuss mit hoher Stym geschruwen mann müsste alle dise Frantzosen vnnd darzu alle jre gunner vnd liebhaber gan vmbbringen vnd henckhen.

Es mag hieby gesehen werden wie schandtlich dise vervrtheyltte hannd vor einer so Loblichen Eherlichen versamlung getörffen sagen das in eines vnnsers Mittrhats huss ein grosse zal bewapneter Frantzosen was, so doch durch Gutten khundschafften das nitt ein einiger mentsch darin gesähen bewert ist. Daruff aber das sy sagend die khundtschäfften sygind durch die Sindiquen jres eignen vermessens geuasset, Erschyndt durch vnnser Register vnnd darzu so ist es wolbekhandt das söllichs geschach vss eigentlicher Rhatsordnung, damitt alles den zweyhundert fürgebracht würde. Beträffend jr Sag das jre Partyen vnd vyend sind zu der khundtschafft angenommen worden, so sy die wachtherren die do angegryffen worden sind jre widerwertigen zesyn benampsen, wenn soll man drumb verhören, dan die so darby warend vnnd angryffen sind worden darzu so sindts dozmal gsyn als gmeyne Personen die vnser beuelch vssrichttetend: so sy jre vyend alle die die wider sy der warheyt gezuget schätzen wöllend, habenn wir doch souil vnns antrifft fromklich darin gehandlet vnnd der warheyt wol geuasset zewerden byss jnn die hundert Zugen verhört.

Diss alles ist wol vnd gnugsamlich bewert vnd durch die vbelthäter die wir rechtlich zum thod verdampt on widerred erhaltten. Sy hattend wol ettlich ander stuck die sy letstlich widerrufft verhiehen. Als die zwey Brudern die vnnsere wechtter angryffend sagtend dasselbig zethund wäre jnen eigentlich gebotten damitt sy die so vss jren husern gan würdind zethod schlugind. Item das gemelte *Perrin* vnd *Wandel* sagtend Es wäre die Stund jrer rach wider jren vyenden vnder wöllichen sy ein theyl vnnser Sindiquen vnd Rhäten, Ouch vnnsern wolgeliepten Christi dienern *Caluinum* benampseten, Hand darzu gnugsam bezuget das sy nitt als verräter sturbind noch vtzit wider die Statt furgnommen hettind. Darzwüschen aber habend sy wie jnn jren obgesetzten bekhandtnussen begryffen ist beharret. Darnäbend so hatten sy vber ein monatt jnn dem das sy jnn jrem thod hand wöllen widerruffen bestanden.

Daruff aber vnsere verbunstigenn vnns an dem als hetten wir die vbelthätern vbermossen geuolteret zeuerletzen vnnderstond, mögen wir Jr. g. wol sprechen das aller deren die wir mitt dem thod Richtten lassenn Eben zwey vnnd doch nitt strenglich (vff die sag der zugen) geuolteret worden synd, die zwey andren der gychttung allein angebunden wordenn, dermossen dass jnn söllichen vffrurischen abtrünnigen lastern zimlicher vnd duldtmutiger zehandlen vnmöglich was. Vnnd wiewol vyl daran schuldig haben wir doch vier allein zum thod geschickt, also das ouch die die do geschruwen hatten man soltte vnser Rhathuss anfallen vnd angryffen, so gutlich das sy nitt allein mitt rutenn geschlagen ghalten worden sind.

Was aber die so sich vss vnser Statt fluchttig gemacht antrifft, haben wir gegen jnen rechtliche handlung gehaltten, sy als dann vnserer Statt alter Bruch ist mitt der Pusaunen geruffl, vnnd geburliche zyl vnd Dagen angesetzt mitt gnugsamen Ladungen, vor vnns zeerschynen, da verhört vnnd sich der vffgeclagten lastern zeuersprechen, vnd mitt dem rechtten zereynigen, Do aber an Statt der Erschynung, jre Schuld zemeeren sy nuwe stuck begiengend, Byss dahar das sy vnnser Statt Ringmuren ein nechstkhunfftige zerstörung dermossen khein Stein vff den andern plyben wurde getruwtend, haben wir sy jren mysathaten nach ettliche zum thod, die andere vss Statt vnd Piet ewigklich, anndere by angesetzter zyt verdampt, jnmossen sy vns nüt anders dann das sy durch jre vyend verdampt worden verwyssen khönnen, wiewol wir jnen nie khein vnrecht gethon, sonnders schetzend vns als widerwertigen darumb das wir jre lastern nitt hand mögen vngestrafft lassenn.

Do sy aber sagend das sy nitt hand mögen jm rechten verhört werden, vermögen wir syn nüt, dann gar spötlich wäre gsyn wider sy zehandlen vnnd das demnach sy mitt jrem sichern gleyt (als sy dasselbig begert) hettind mögen der straff entwychen, vnd dem rechtten nitt Stat gäben, wöllichs ouch nye gesähen worden das ein Oberkheyt vnd Regiment jren vnderthanen, so ettwas lastern angeclagt vnnd fluchttig synd, solliche Fryheyt gäbe. Es soll ouch nitt seltzam gefunden werden, so wir solliche Begär Einer Loblichen Statt Bern Ersamen Standtpotten nitt hand mögen bewilligen dann es zu Nachtey* vnd abbruch vnserer grechttigkheyt, altter vnnbedencklicher gwonheyt vnnd bruch vnserer Statt hette gelangett, das die so beziget wärend nitt mochttend gestrafft werden.

Sy nemmend ouch ein falschen schyn spre-

chende das von altter har ein satzung jn der statt gsyn ist, die gefangnen sich zeuerantwurten vnd zeuersprechen khommen zelassen, dann allein die darzu gelassen werdend die nach vffrichttung jres proces nitt dermossen gnugsamklich oder Clarlich beschwärdt vnd angeklagt zesin sich befunden das man zu vrtheyl fürfaren möge. Alsdann wirdt jnen vnd doch jnn der gfenknus zugelassen sich mitt jrem darthun vnd anbringen zeweren vnd zeentschuldigen. Es hette gern der *Wandel* vnd syn anhang söllichs (jr Fürnemen darmitt dester bass zeuolstreckhen) vor dry oder vier Jaren jngfürt, das doch nitt angenommen ward. Dise ist nun die Ältte von wöllicher sy reden.

Jrer gnaden Ersam wysseheyt weyst aber woll das ein vbelthäter, wann es jm nachgelassenn, alwegen gern den richttern anklagen wöltte, wir aber den thod lieber dann sollichen schandtlichen lastern gunst gäben oder dieselben vngestrafft lassen ertragen wöltend.

Ouch hannd sy nitt vnderlassen vnns nach jrem vermögen schmächlich zeuerlesteren, ouch vnsere Burger nachby vnnser Statt mit Schmachreden vnd thäten angegryfen.

Es ist aber vnnser vertruwte hoffnung an Jr gnaden, dieselben werdend diser vnnser warlicher Sag meer Gloubens, dann allein dem so sölliche verruchte vnnd verbünstige möchttend zu verletzung vnnsers guten lumbdens ouch zu erlöschung v. g. guten willens vnd huld gegen vns erdichtten, zugäbenn.

Wann wir Jr gn. verdruss zegebären nitt geschüchet hetten wir die sachen völliger mögen vsslegen. Es zeygt aber diser kurtzer bricht gnugsamlich an das wir sölliche vngestumme zeuerruckhen vns zimlicher strenge gebruchen musstend, wir wöltind dann selbs willigklich vnnsere Statt zenute khommen lassen.

4179 bis.

CALVINUS NYDBRUCKIO.

Queritur de Gallo et Westphalo. De Maximiliano rege optima quaeque auguratur.

(Ex apographo Cod. Vindobonensis 10,364, fol. 11 v. in nostrum usum benevolentissime descripsit Vir doctiss. I. Lampel sub auspiciis summi viri D. Göldlin bibliothecarii et assistente V. D. Haupt eiusdem custode, quibus hic debitas gratias lubentissime solvimus.)

Nobili et multis virtutibus eximio viro D. Gaspari a Nydbruck Regiae Romanorum Maiestatis et Serenissimi Bohemiae Regis consiliario Ioannes Calvinus.

S. Retulit mihi nuper unus ex librariis nostris domum reversus, quum per Austriam iter faciens tibi forte in diversorio oblatus esset, eximie vir, hac te occasione fuisse laetatum quod me salutari tuo nomine cuperes. Porro signum, quo mihi in memoriam revocavit quisnam esses, protinus agnovi, ac te conceptam ex brevissimo colloquio amicitiam adhuc in animo fovere plurimum gaudeo. Hoc vero non tam privati in me amoris quam pietatis tuae et prudentiae testimonium fuit, hominem quondam mihi infensum tuo consilio et hortatu cohibitum fuisse ne libro publice edito bilem in me emoveret. Etsi ante nomen tacuisti, ex vicinia tamen *Gallum* [1]) Danubii accolam esse suspicor de quo iam ante annum *Philippus* me admonuit. [2]) Utinam aliorum quoque intemperies fuisset eodem modo serenata. Verum maiore fertur impetu quam ut remedium ullum ad sanitatem efficax inveniatur. Inter alios Ioachimus *Westphalus* sua me importunitate coegit ad edendam refutationem [3]) cuius exemplar tibi mitto. Mallem, si liceret, aliis scriptionibus operam impendere: sed pro tua aequitate intelligis quia [4]) me officii necessitas ad hoc certamen compulerit. Una me spes solatur, si forte discussis errorum nebulis tempestas ista serenitatem pariat. Quid [5]) mihi etiam tuo mandato narravit librarius noster, magnum aliquid agitari quod bonis omnibus non vulgare gaudium afferret, meque hortatus est ut successum qualis optandus est assiduis votis a Domino precarer, hoc ego probabili coniectura ductus ad Regem filium [6]) retuli, cuius in manum et potestatem ventura esse dicitur regio prope nobis contigua. Quod si eius opera et autoritate Christi regnum propagari contingat, iusta omnibus Dei filiis erit gratulationis causa. Quum ante annos quindecim agerem in Germania, praeclaram eius indolem omnes laudabant. Postea virtutum maturitas celebrata fuit, ac inprimis studium pietatis, cuius fructum brevi emergere cupio, et mihi, simul ac data fuerit facultas, abs te promitti libenter ominor. Vale, praestantissime vir et frater mihi colende.

4179 bis. 1) *Nicolaum Ratisponensem ministrum* (*N.* 2196. 2610.)

2) *N.* 2204.

3) *Si quid videmus agit de secunda Defensione m. Ianuario* 1556 *edita.* (*Prolegg.* IX. 16.)

4) *In hoc vocabulo latet error:* quae?

5) *legendum videtur:* Quod.

6) *Maximilianum* (*cf. N.* 2385) *fama provinciis Austriacis anterioribus, quae vocabantur, praefectum iri perhibebat.*

Dominus te suo praesidio tueatur, spiritu gubernet omnique benedictione locupletet. Genevae 13. Calend. April. 1556.[7])

4180.

SLEIDANUS CALVINO.

Infantius Argentorati. Crispinus de negotio pridem promisso tacet.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 13.)

D. Ioanni Calvino viro praestantissimo.
Genevae.

Sal. Postquam ad te scripsi venit ad me D. *Infantius* et abduxit ad prandium. Sub eius finem supervenit *Crispinus*. Post deambulavimus versus curiam. Ibi tandem discessum est et *Crispinus* ne verbum quidem ad me de negotio, non magis quam si nulla fuisset unquam facta mentio. Miror tantam dissimulationem et exspecto quomodo velit excusare quod mihi negavit se quidquam in eo agere. Iterum vale, vir integerrime. Datum post literas.[1])

Io. Sl.

4181.

LANGLOIS CALVINO.

A pontificiis exagitatus, ut liberius suas partes agere valeat, uxorem Genevam mittit.

(Ex autographo Cod. Genev. 113, fol. 126.)

Monsieur Monsieur despeville.

Gaudemus valde, fidelissime pastor, redditam tibi quae ad tempus ablata erat sanitatem. Nihil enim inter tot turbines, quibus agitamur quotidie, nos magis affligebat quam quum referebatur te gravi quodam morbo oppressum decumbere et acerrime torqueri. Nunc autem Deo gratias agimus qui nostri misertus te sanum nobis restituit. De statu nostro quum fusioribus verbis ad te scribere vellem, occurrit dilectus frater *despoir*,[1]) qui hac iter faciens quaecunque audivit et vidit tibi se narraturum pollicitus est. Interim non te latet quanta vafritie nos aggredi conantur adversarii. Nullum sane non movent lapidem ut evertant funditus quod Dominus hic iam aedificavit, et quum non possint vel audeant in affines et cognatos animadvertere, tunc furiose propter munus nobis iniunctum in nos sua iacula vibrant assidue, et me et uxorem quaerentes. Proinde, ne adversus ipsorum tam furentes conatus viderer quadam uti temeritate, amicorum fretus consilio, ut expeditius meas agere partes valeam, ipsam hinc discedere optimum duxi, quae libenter consentiens isthuc se conferre decrevit. Hanc tuae caritati commendo. Vale, pastor fidelissime. Dominus conservet te et sui spiritus dona augeat indies in te feliciter. Amen.

Precor meo nomine salutari omnes Domini mei Christi ministri. *

Tuus obsequentissimus
Iacobus Anglus.

4181 bis.

CALVINUS NYDBRUCKIO.

De methodo scribendae historiae ecclesiasticae interrogatus[1]) *sententiam suam, quippe qui ad eam rem animum nunquam applicuerit, interponere non audet, interim nonnulla tradit quae sibi e re futura videntur.*

(Autographon exstat in Cod. Vindobonensi 9737k, fol. 174: recentius exemplar in Cod. 10,364, fol. 12. Debemus hanc quoque viris humanissimis quos laudavimus ad N. 4179 bis.)

S. Proximo autumno Francofurtum proficiscens, quia locus ille propter nundinas ad scribendum videbatur commodior, mecum tuleram scriptum illud in quo methodum scribendae historiae

---

7) *Respondit Nydbruckius N.* 2419.

4180. 1) *Patet hoc non esse nisi postscriptum ad epistolam quandam deperditam. Iam si attente perlegeris postscriptum Hotomani ad suam a. d. IV. Non. Maias* 1556 *datam (N.* 2447) *habebis et Infantium Argentorati et Sleidanum apud eum pransum. Crispini negotium, quod dicit, videtur versio gallica celeberrimi operis Sleidani fuisse.*

4181. 1) *Jean de Pleurs dit d'Espoir ex Andegavis Genevam rediit vere a.* 1556 *ut videtur (N.* 2604, *not.* 5). *Eodem tempore Calvinum febris vexabat (N.* 2454 *seq.). Haec fortasse ad definiendos epistolae natales facient.*

4181 bis. 1) *Cf. N.* 2419 *ubi vidisti Nydbruckium cum Flacio de Centuriis Magdeburgicis egisse.*

ecclesiasticae delicasti.[2]) Quod vero nullae tibi a me literae venerunt, clarissime vir et mihi ex animo colende, non tantum ut meis occupationibus, quibus illic fui assidue et absque ulla relaxatione districtus, imputes rogo: sed alia excusatione utor quod, quum mihi nunciatum esset te procul abesse ab Austria diemque reditus esse incertum, obrepsit mihi nescio quae segnities, quae me ad discessum usque tenuit. Negabis hanc fuisse legitimam cessandi causam, neque ego contra disputo: tantum ingenue retuli quid me tunc ab officio impedierit. Nunc ubi alterum exemplar mihi oblatum est, dolui fuisse laborem tibi duplicatum, ac praesertim quum mihi integrum non sit voto tuo morem gerere. Cupis hac de re copiose tibi ac diligenter meum consilium exponi. Ego vero, quia res est apprime ardua et difficilis, neque ad eam ingenium meum sic applicui ut idoneus mihi videar iudex, sententiam meam, ne temeritatis damner, interponere non audeo. Nonnihil forte in sermone familiari proferrem. Sed quia neque res mihi probe meditata est et longam exercitationem flagitat, a scriptione supersedere malo quam onus suscipere cuius solo aspectu terreor. Adde quod forma illa, quae abs te missa est, a peritis artificibus se compositam fuisse ostendit: quam si limando polire tentavero, timendum est ne deteram. Ne tamen existimes nimis praecise omnia me tibi negare, methodum summopere placere non dissimulo, paucis tantum exceptis. Atque utinam eo quem describis ordine iam composita esset historia, quam et fides commendaret et ornaret dexteritas. Quanquam autem incredibilis erit labor, spem tamen aliquam incomparabilis huius thesauri nobis fieri vehementer gaudeo. Caeterum in aliis tibi libenter subscribens, an singulas annorum centurias in certos libros distribui expediat nescio. Accidet enim ut decem anni uberiorem quam integrum saeculum texendae historiae materiam suppeditent. Quare praefixa lege ad annorum numerum adstringi, usus docebit, nisi fallor, non esse consentaneum neque utile. Atque haec libertas praestantissimis historiis[3]) placuit, ut oblatae rerum copiae potius quam annis libros aptarent. Atque etiam hoc videris animadvertisse, dum correctionem addis spatiis certa ratione sumptis. Sed tamen admonitio haec mea non supervacua, opinor, neque intempestiva erit. Distinctio quam proponis etsi probabilis est, vereor tamen ne eadem iterando fastidium ac molestiam pariat lectoribus. Nam de ecclesiae propagatione, de genere doctrinae et erroribus disserere non poteris quin personas simul admisceas. De conciliis etiam quae reiicis in secundam classem tacere absurdum erit. Iam ne odiosa sit repetitio videndum. Haec vero tolerabilis forte esset cavendi ratio si autor historiae, quisquis erit, illam capitum distinctionem, quae scite et prudenter abs te observata est, oculis suis subiectam habeat, eo tamen artificio temperet historiae filum, ne res inter se natura connexas et quasi simul fluentes distrahendo se implicet nimia servitute, ac taedio lectores onerans tenebras pro luce obiiciat. Nam et pro tua prudentia optime nosti quam melius interdum ex occulto vel in speciem neglecto quam anxie captato artificio eluceat perspicuitas. Caeterum quia concinna est series illa abs te digesta, ut scriptoris consilium ac ratio pateat, capita illa velim initio proponi quasi scopum qui semper lectorum oculos in se vertat. Neque vero ut mihi in his subscribas contendo: quia sufficit aliqua ex parte me tibi fuisse obsequutum. Vale, ornatissime vir et mihi plurimum honorande . . . . benedictionum locupletet.[4]) Genevae idibus Februarii 1557.

Ioannes Calvinus tuus.

2) delibasti? delineasti? — *Methodus illa quam Calvino proposuerat fortassis excerpta fuit ex libello:* De ecclesiastica historia quae Magdeburgi contexitur narratio, contra Menium et scholasticorum Wittebergensium epistolas a gubernatoribus et operariis eius historiae edita. Witt. 1558. 4. *Caeterum Nostri consilia post festum venerunt quum iam medio a.* 1557 *primae tres Centuriae absolutae fuerint. Cf. Preger Flacius* II. 419 *sqq.*

3) *lege:* historicis.

4) *Patet hic librario humani aliquid accidisse. Excidit versus integer quo tamen facile carebis.*

4182.

LE SÉNAT DE GENÈVE AUX MAGISTRATS DE LAUSANNE.

Recommandation de l'affaire de Calvin contre Daguet.[1])

(Lettres de la Seigneurie. Copie.)

Aux nobles sages et honorez freres les seigneurs Bourguemaistre et Conseil de Losanne noz bons voysins et amys.

Nobles sages et honorez freres Apres noz affectueuses amiables recommandations Ayans estez requys par spectable Jehan *Calvin*, nostre treschier et bienayme ministre de la parolle de Dieu, de vous escripre en sa faveur affin quil puisse obtenir

4182. 1) *Reg. du Conseil au* 23. *Mars* 1557. *cf. N.* 2593.

tant plus brieve justice En une sienne cause pardevant vous contre Pierre *Daguet* jadys son serviteur. Combien que scachions assez jcelluy spectable *Calvin* pour les graces desquelles le Seigneur la douees estre a vous comme amateurs dycelles vostre recommande, touteffois pour notre debvoir envers luy comme nostre bienayme Navons peu reffuser vous prier encores pour lamour de nous lavoir tellement en recommandation que de ladite cause il puisse obtenir si bonne et si brieve justice quil apercoive noz presentes luy avoir este profitables en son bon droit Ce que recevrons comme a nous mesmes Et ne laisserons a deservir par tous moyens a nous possibles Et si prierons Dieu pour vostre prosperite. De Geneve ce 23. de mars 1557.

Les Sindiques et conseil de Geneve
voz bons voisins et amys.

4183.

LE SÉNAT DE GENÈVE AU DUC DE WURTEMBERG.

Communication relative à Gribaldi.

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie. Copie.)

A Illustre Prince et seigneur Msgr. le Comte de Wurtemberg et de Montbelliard nostre grand et special amy.

Tresillustre prince et Seigneur Apres vous avoir presente noz humbles recommandations pour brievement respondre aux lettres quil vous a pleu nous escripre En premier lieu jl nous semble que vous ayez este mal advertiz dune chose, cest que le seigneur Mathieu *Gribald* ayt este resident en nostre ville ou ay este a noz gages Car jamais jl ne la este jcy sinon comme passant sans avoir nul serment ny obligation speciale a nous. Or jl y a environ deux ans que noz chiers et bienaymez les ministres de la parolle de Dieu en ceste eglise ayans entendu quil tenoit des erreurs meschans tochant la Trinite des personnes en Dieu volurent communiquer amiablement avec luy En presence de ceux qui estoient ordonnez par le consistoire ecclesiastique Et pource quil refusa telle communication a leur requeste et jnstance nous le fismes appeller en la chambre de nostre Conseil la ou aussi il ne volut entrer en propos monstrant bien quil ne se voloit pas deporter de ses mauvaises fantasies se plaignant au surplus de ce quon le poursuyvoit si rigoureusement pour estre different en opinion a quoy jl luy fut respondu que ung discord au fondement et article principal de nostre foy nestoit pas suportable Et mesmes auparavant jl sestoit monstre en partie adherent a cest heretique *Servet* du tems quil fut jcy detenu prisonnier. Or pource que ledict *Gribald* nestoit pas nostre subiect ny mesme resident en nostre ville nous le laissames aller sans passer plus oultre. Mais nous vous declairons que nous ne voudrions nullement souffrir en nostre ville ung homme tel quil sest assez declaire. Dequoy vous pourrez encores estre mieux et plus amplement jnforme par les lettres de nostre treschier et bienayme M^e^. Iehan *Calvin* lequel en a prys la charge selon ce aussi que vous luy en avez escript. Qui sera cause de nous faire mettre fin a la presente Apres avoir prie Dieu, tresillustre frere et prince de vous maintenir en sa saincte protection Et vous faire prosperer en tout bien vous offrant tous services et plaisirs a nous possibles. De Geneve ce [1]) de may 1557.

4184.

BEZA CALVINO.

Praeter alia loquitur de Annotationibus suis denuo edendis, de Bibliorum correctione, de legatione Lutetiam missa, de conventu principum Francofurdiensi.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 727. — Edidit Bretschneider p. 117.)

Eximio servo Dei D. Ioanni Calvino mihi inprimis observando.

Genevae.

S. Hodie mane reddidit mihi tuas literas bonus ille vir quem mihi commendasti. Nos, ut spero, officium faciemus. Mirarer te nihil ad nos scripsisse de iis quae a nostris quibusdam acta sunt in *Morellani* nostri negotio, nisi iam pridem divinassem, te non aliter accepturum esse fratrum silentium quam si diserte scripsissemus ista nobis non placere. Sed tamen, ut dicam quod res est, facit nostra paupertas ut quodammodo tantos thesauros vobis

---

4183. 1) *la date est laissée en blanc. La lettre dont une partie en même temps que le N.* 2623.

invideam, ita tamen ut vobis nihil decrescere cupiam. Sed sane misere nobiscum agitur, ita inquam misere ut non habeam quod sperem. Certum est nobis in synodo (nos capitula vocamus) potius ultima pati quam ut istum apertum Epicureismum feramus. Quid futurum sit potes prospicere, nempe ut vel Dominus (quod utinam fiat) istorum animos repente immutet, vel impleta mensura iram Domini subeamus. Habebis nos igitur cum tota ecclesia commendatos in tuis precibus, multo magis quam unquam antea, ut et nobis constantia et illis bona mens donetur.

In istis cogitationibus nondum potuit invenire locum noster Passavantius.[1]) Sperabam tamen fore ut legati vestri laeto aliquo nuncio nos ita reficerent ut gestiens animus aliquid suggereret Passavantio non indignum. Sed neque hac praeterire voluerunt, neque, quod saltem a *Ross.*[2]) sperabamus, qui aliis de rebus satis copiose ad *Iacobum*[3]) nostrum scripsit, dignati sunt saltem uno verbo nos recreare. Ita haeremus suspensi et, sicuti nosti sollicitum esse et meticulosum amorem, interdum etiam in sinistram propendemus. Vide ergo, mi pater, ut quidquid nobis exspectandum est tandem resciscamus. Vestra enim nostra sunt, ut tibi satis esse persuasum scio. *Robertus*[4]) noster nondum mihi significavit quid Basileae sit actum. Scripsit sibi placere ut *Antonius*[5]) noster veteris testamenti translationem conferat et ego vicissim novi. Utrumque curabitur, sed ea lege quod ad me praesertim attinet, ut, quod in priore nostrarum annotationum editione[6]) non potuisti praestare, id ipsum nunc diligentissime praestes, ne bis fiam Epimetheus.

Sed ecce, paene praeterieram quod praecipuum erat. Ex *Hobrachi*[7]) literis animadvertisse mihi videor, omnino placere Deo nostro ut felix illa pax,[8]) cuius sola cogitatio me gestire cogit, per alios transigatur quam per istas hominum larvas quae nos nimis diu eluserunt. Sic placet Domino, infimos omnium hominum deligere, dum cessant illi in quorum potestate omnia posita videbantur. Nobis igitur nullo modo cessandum puto. Tu signum dato et stationem nostram nobis attribue quam, ut spero, ad extremum usque spiritum servabimus.

De legatis puto te nosse Helveticos iam pridem in aulam venisse. Miror quid Germanos retinuerit, quum *Wirtebergensis* tam prolixe nobis omnia promisisset. Audivi ex quodam rumusculo, ipsum esse in Galliam profectum ex Francofordiensi conventu,[9]) quod mihi nondum potui persuadere. Si ita est, non dubito quin ipse causam urgeat. Nam aut ego vehementer fallor, aut in hoc principe multum residet pietatis, quantum quidem ex ipsius oratione et toto vultu perspicere potui. De humanitate et comitate nihil dico, quia iam pridem didici principes ipsos istarum virtutum larvis quasi hamis solere homines inescare. Utinam tandem audiamus fratres nostros aliquantulum saltem nostra hac opera recreatos: et certe is est rerum nostri Tyranni status ut a Domino cogendum esse speremus ad illud ipsum Christi regnum stabiliendum quod evertere moliebatur. Vides quo me nescio quis aestus abripuerit, quandoquidem tecum nonnisi per literas colloqui possum. Bene vale, mi pater. Dominus Iesus sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. Laus. 15. Iulii.[10])

Th. Beza
filius tibi in Domino addictissimus.

4185.

LE SÉNAT DE GENÈVE AU SÉNAT DE ZURICH.

Il sollicite le congé de Vermigli demandé comme pasteur par l'église italienne de Genève.[1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie. Copie faite par Jonvillier.)

Prothocolle de missive envoyee au burguemaister et Senat de Zurich.

Magnifiques sages vertueux et tres honorez signeurs noz amiables recommandations premises selon la requeste a nous faicte par les Italians habitans en nostre ville de vous supplier et sil est possible de faire tant envers vous que le docteur

---

4184. 1) *Baum.* I. 194 *ss.*
2) *Roseto?*
3) *Valerium.*
4) *Stephanus.*
5) *Chevalier.*
6) *Prodierat a.* 1556.
7) *tunc temporis Francofordiensis ministri.*
8) *De pace cum Lutheranis agit.*

9) *M. Iunio* 1557 *celebrato.*
10) *Non omnia in hac epistola lucida sunt. Verum quae de Francofordiensi conventu habet, et de priore editione suarum annotationum nobis a.* 1557 *indicare videntur. Legati pro piis intercessuri m. Iunio Lutetiam appulerunt.* (*Hist. eccl.* I. 132.) *Cevallerius a.* 1554 *adhuc in Anglia erat* (*N.* 2044), *a.* 1558 *iam dudum redux* (*N.* 2944). *Holbracus a.* 1557. *Francofurtum missus literas istas ex Germania scripsisse putandus est.*
4185. 1) *Reg. du Conseil au* 27. *Août* 1557 *cf. N.* 2694.

Petrus Martyr estant au service de vostre Eschole leur soit ottroyé pour leur pasteur nous sommes contrainctz veu la necessité urgente de vous prier si cela se peult faire sans grand preiudice et dommage avoir pitié d'un troupeau desprouveu qui merite bien qu'on luy aide et qu'on le secoure. Car jlz sont Dieu mercy belle compagnie et en assez grand nombre et gens craignans Dieu paisibles et de bonne exemple Jusques jcy jlz ont eu un ministre homme docte et de bon zele et qui les a tresbien edifiez. Apres que Dieu la retiré de ce monde tous d'un accord ont esleu ledit docteur *Petrus Martyr* comme desia de long temps jls l'avoient desiré mais jl s'estoit excusé pource qu'il ne luy sembloit point que sa venue fust si necessaire d'aultant qu'alors jlz estoient prouveuz d'homme suffisant et lequel jusques a la fin a tresbien fourny a sa charge. Maintenant puis qu'ilz en sont privez jlz seroient comme un pauvre trouppeau esgaré s'il ne se trouve quelque bon successeur. Nous n'aurions pas telle hardiesse a parler pour nous mesmes comme nous avons a vous recommander ces bonnes gens. Ioinct aussi qu'il semble bien que le fruict de son labeur s'estendra plus loing en preschant a un peuple qu'en lisant en une eschole. Nous vous prions donques selon que vous adviserez par vostre bonne prudence ou jl y aura plus grande edification de monstrer le bon desir que vous avez que Dieu soit honoré par tout.

Surquoy, magnifiques vertueux et treshonorez Signeurs, nous supplierons nostre bon Dieu vous avoir en sa protection maintenir vostre noble estat en toute prosperite. De Geneve ce 30. daoust 1557.

4186.

LE SÉNAT DE GENÈVE A VIRET.

Vireto suum benevolum animum declarat.[1]

(Lettres de la Seigneurie. Copie.)

A spectable scavant frere Maistre Pierre Viret ministre de la parolle de Dieu a Losanne nostre treschier et singulier amy.

Spectable scavant treschier et singulier amy, nostre salutation en Jesuchrist devant mise Nous avons entendu voz affaires et facheries Et par la bonne affection que nous avons en touiours envers vous ne pouvons dissimuler le regret que nous en concevons comme si cestoit a nousmesmes Et dautant plus pource que nous scavons a qui vous servez. Nous estant donques vostre mal commung Nous prions premierement celuy auquel nous servons et qui est nostre juge tesmoing et guerent envers et contre tous quil y donne tel remede quil cognoit estre expedient a son honneur et gloire selon quil est le souverain ayant sa justice et les siens en recommandation. Cependant par cecy nous entendons nous communiquer a vous selon que nostre faculte vous pourroit estre duisable laquelle offrans de bon coeur et nous recommandans a vos prieres prierons de plus en plus le Seigneur pour la prosperite et protection de son Eglise. Donne ce 23. doctob. 1557.

Les Sindiques et conseil de Geneve.

4186. 1) *Confer omnino N.* 2753, *not.* 3 *et* 4.

4187.

CALVINUS INCERTO.

Fragmentum epistolae ad quendam non vulgarem virum qua eum hortatur ut vel invita uxore evangelio nomen det et si minus aliter potuerit migratione suscepta illud palam profiteatur.

(Legitur in edd. Bezani thesauri Gen. p. 189, Laus. p. 40[illegible] Hanov. p. 454, Chouet p. 256, Amst. p. 117.)

Me vero angustiae tuae anxium habent. Sed quidquid difficultatum opponat Satan, eniti nos tamen contra infracto animo decet. Nec vero desinendum est, donec emerserimus. Quando nos ad se Dominus invitat, eundum est. Si per solitudinem et vasta loca iter est nobis, ne propterea fatigemur. Nam quum ideo nobis manum porrexerit, ut in coelum usque attollat, dabit procul dubio ut omnia mundi huius obstacula superemus. Tantum ne torpore animi nostri flaccescant. Si ea quae tibi adiutrix esse debuerat adversariam se praebet, nihilo illi magis quam carni indulgendum. Et sane multa sunt quae te in contrariam partem sollicitent, ne pravis eius suasionibus acquiescas. Miserum est inter continuos motus aestuare: quod tibi usu venire non dubito. Atque ut periculi nihil instet, eo tamen progressus es, unde pedem referre erit turpissimum. Deinde cogitare debes, non te unum esse ex vulgo, ut privatim tibi pecces. Tot enim in te coniecti sunt oculi ut gravissime exempla pe-

cess. Et quam interea pacem cum tua conscientia habere potes? Non est necesse enumerare, quae te istic retineant. Sed non tanti esse omnia agnoscis, ut tam indigna mercede redimantur. Bellum enim te cum Deo suscipere non ignoras, ut pacem habeas cum hominibus. Hoc vero omnium pessimum, quod in hoc labyrintho adeo nullus errandi finis apparet ut te indies magis involvas. Nam de exitu nulla iam fieri mentio dicitur. Vide, obsecro, ne uxori et sub eius praetextu tibi delitias faciens iram in te summi iudicis provoces. Nihil dico, nisi quod mihi audire et expediret, et optabile foret, si tuo loco essem. In illa enim procellosa caligine saepius hominem ante opprimere mors solet quam sentiatur. Itaque melius ex sereno loco tua pericula cernere mihi videor. Neque vero migrationem urgeo, quasi nusquam, nisi apud nos, salvus esse nequeas. Tantum vereor, ne accensus in te pii zeli ignis vel sopiatur, vel evanescat. Haec sollicitudo non ex constantiae tuae diffidentia, sed ex singulari erga te amore nascitur. Vale, ornatissime vir et honorande in Domino frater. Dominus Iesus te spiritu consilii et fortitudinis instruat. Amen. [1]

4187. 1) *Beza ad a.* 1557 *refert.*

4188.

ZEVELIUS CALVINO.

Quaerit quem cursum tenere debeat quoad externos ritus pontificiorum in sua conversatione cum iis.

(Ex duobus apographis Cod. Paris. Dupuy 102, fol. 105 et 176 sine inscriptione.)

S. Amicissime D. *Calvine.* Valde dolemus quod nuper, quum una vobiscum Genevae essemus, oblatam occasionem non arripuerimus et tecum de magnis quibusdam rebus coram contulerimus. Quanquam id sane, ut verum fatear, non neglexerimus. Sed tu, uti scis, ita semper negotiis et studiis impeditus fuisti, ut vix satis ad colloquendum tempus suppetierit. Itaque per literas nunc tentare voluimus an id quod tum in animo habuimus iam per literas commodius efficere possemus.

Principio multi pii adolescentes, qui partim cum *Crispino* vestro praeterita aestate habitarunt, partim cum concionatore quodam vestro, pio viro cuius nomen mihi excidit, hi te per Christum vehementer rogant ut consilium tuum nobis impertias. Valde inter nos quaeritur quomodo in patriam reversi nos gerere debeamus. Recitabitur salutatio evangelica, crucibus se contra veram pietatem quidam, ut fieri solet, signabunt. Omitto alia quae contingere possunt. Quaeritur sitne statim contradicendum aliquid, an vero humanius sit unum aut alterum diem exspectare, ne praecipites nimium esse videamur. Praeterea, quum Biturigibus in ecclesia essemus, multa sancte polliciti sumus ut, puta, papistica templa nos non accessuros, papistarumque conciones non audituros. Interdicta sunt etiam plurima, chartae, aleae, tripudia, papistarumque convivia. Haec quidam aiunt tam stricte praeciseque non esse intelligenda, sed hinc sibi tripudiare, chartis, aleis ludere et papisticas conciones audire licere putant. Accedit ad superiora quod domum reversi aderunt parentes, amici atque cognati, rogabunt ut pro infantibus fide iubere velimus. Fortasse ducenda erit uxor. Quid agemus? *Lutherus* admittit, quibusdam in locis papisticos sacerdotes esse in officio. Sic enim loquitur. Deinde tu ipse ab eo non videris abhorrere, quum illum locum explicas: Lapis quem reprobaverunt aedificantes etc. Quum igitur illi titulum gerant quemadmodum et Pharisaei olim, et [1]) officium non praestent ut debebant (nam et baptizatos ab illis non rebaptizamus, nec matrimonia ab illis coniuncta non dissolvimus), his ita se habentibus quaeritur quid impediat quominus infantes illis baptizandos nosque matrimonio iungendos offerre liceret, ita tamen si antea coram ipso sacerdote et populo publice protestemur, nos non assentiri, sed exsecrari potius omnes istas impietates quae ad baptismum et matrimonium contra Dei verbum accedunt: nos nihil accipere nisi quod a Domino institutum est. Quaeritur an propter hanc publicam protestationem superiora fidelibus non permittantur.

Ad haec ut rescribas tuam sententiam, quum otium erit, omnes te per Christum Iesum rogamus. Nam ad ea brevi veniemus loca, in quibus multae nobis occurrerent afflictiones. Prosis igitur nobis, carissime domine, et si fieri potest rescribe. Literas tuas *Crispino* ad nos dare potes. Novi prorsus nihil est. Nos omnes nos vestris sanctissimis precibus commendamus. Ignosce festinationi. Vale per Christum, amicissime domine. Deus te nobis diu incolumem conservet. Datum 16. Ianuarii Spirae. [2])

4188. 1) *In his videtur aliquid a librariis peccatum fuisse. Fortasse pro:* et *legendum:* etsi.

2) *Respondit Calvinus pridie Idus Martias* 1558. *Sic iam non est de anno ambigendum* (*N.* 2829).

Quid agat D. *Martius* [3]) Biturigibus scire avemus.

Gossvinus Zevelius Alvensis [4])
tui amantissimus.

4189.

CALVINUS MINISTRIS LAUSANNENSIBUS.

Rogat ut Bezae veniam impetrare studeant in gratiam piorum Gallorum profectionem suscepturo.

(Non ita pridem hanc reperit in Cod. Bibliothecae Lugduno-Batavae Lat. N. 293. B. Vir doctissimus W. N. du Rieu bibliothecae praefectus et protinus humanissime nobiscum communicavit, sicut et antea plura et minime spernenda eius benevolentiae debuimus.

Eximiis et fidelibus Christi servis ecclesiae Lausannensis pastoribus et doctoribus symmystis et fratribus observandis.

S. Quod et vobis privatim molestum et scholae vestrae parum utile fore scio, petere tamen a vobis cogor: ut optimus frater noster *Beza*, non modo permissu vestro adhuc unius mensis operam fratribus per Galliam dispersis impendat, sed per vos quoque impetret commeatum a senatu Bernensi. Nam si hic actus fuerit omissus, timendum est ne labores hactenus suscepti pereant. Cur hactenus legatos non miserint principes, quod tam liberaliter polliciti fuerant, probabile est non alia de causa factum, nisi quod rumoribus per Regis ministros impudenter sparsis nimis fuerunt creduli. Dum autem illis persuasum est, carceres esse vacuos et piis nihil exhiberi molestiae, tribus coccineis bestiis Rex sub praetextu inquisitionis omnem saeviendi licentiam concedit, et veteribus edictis novum adiungit, quasi oleum camino. Itaque scripsit *Macarius* plenas terroris minas iactari ab adversariis quae, etsi non frangunt piorum animos, constantiam tamen debilitant. Et proterviendi audacia illis haud dubie crevit quod Germanos principes astu suo delusos secure contemnant. Quam sit incommodum vagari per diversas aulas, plus satis expertus est ipse *Beza*. Experientia vero ostendit, dum alii ab aliis responsa mutuo exspectant, tempus cum statione effluere, obliquis autem actibus et fallaciis dissolvi omnia consilia. Iam quum praecipui Francofurtum mox venturi sint, divinitus oblata videtur occasio: quam si cessando amittimus decies oppressi erunt fratres nostri antequam ad opem implorandam currere liceat. Harum rerum admonitos ultra vel rogare vel hortari quia supervacuum esset, finem facio. Valete, fratres mihi vere colendi. Dominus vos spiritu suo gubernet semper, tueatur, benedicat. Genevae idibus Februarii 1558. [1])

Iohannes Calvinus vester.

3) Martinus (*p.* 176).
4) Aquensis (*id.*)

4190.

INCERTUS CALVINO.

Mittit ei excerpta quaedam ex Recessu qui dicitur Francofurtensi, ad articulum de coena spectantia.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 736. Initium deesse videtur.)

Fidelissimo Christi servo D. Ioanni Calvino patri suo observando.

Genevae.

Principio testamur Recessum hunc nostrum non in eum finem vulgatum esse ut quisquam in privatis articulis inauditus condemnetur. Neque enim praefati D. Electores et principes aut eorum theologi hoc scripto de controversis disputationibus aliis in locis habitis iudicant. Sed visum est necessarium esse ut elector et alii principes simul et unanimiter confessionis specie ea repeterent quae in Augustana confessione suo loco tractantur, ne quisquam dubitaret aut forte sinistrius isthaec interpretaretur. Quum igitur electores et principes intellexissent inter nonnullos Augustanae confessionis theologos huius temporis de 4 articulis pugnas exstitisse (de doctrina iustificationis nostri coram Deo, de propositione: Bona opera sunt necessaria ad salutem, de sacramento corporis et sanguinis Christi, de adiaphoris ritibus in ecclesia) praefati electores et principes de his articulis amice inter se contulerunt, et habito consilio ex verbi Dei fontibus ut decet magistratum christianum, quem res tantae merito afficiunt, diligenter perpenderunt atque examinarunt, ac statuerunt ut confessionibus olim editis conformiter doceatur ut sequitur:

4189. 1) *Haec epistola comes addita est alii quam habuit N.* 2801 *et sic ratum factum est quod ibi annotavimus not.* 1. *Quod autem legisti N.* 2804, *not.* 2 *ad hanc praesentem referendum erit.*

Articulus 3. De sacramento corporis et sanguinis Christi. Abominandam et manifestam εἰδωλομανίαν per papistas missa, gestatione sacramenti, repositione et falsa adoratione in mundum invectam esse, quam illi insuper sanguine innocentium hominum fuso defendunt, manifestum est. Nam non potest esse sacramentum extra institutionem Domini etc. Quum igitur coena Domini instituta sit ut esset perceptio, ut habetur: Accipite et manducate etc. sequitur papisticam consuetudinem esse idolomaniam, quia panem extra perceptionem adorant multiplici abusu in missis, repositoriis, circumgestatione etc.[1]) *Contra has similesque papistarum idolomanias haec regula posita esto: quod nihil rationem habet sacramenti extra institutionem divinam.*

De vero sacramento in nostris ecclesiis. Hic articulus doceatur quemadmodum in Augustana confessione traditur: quod in hac Christi institutione suae coenae ipse verus, essentialis, vivens ac praesens sit, et cum pane ac vino, symbolis ab ipso constitutis, nobis Christianis corpus suum manducandum et sanguis suus bibendus detur, et testetur hac actione nos esse membra ipsius, applicans nobis se ipsum et misericordiae suae promissionem, et operetur in nobis. Ita loquitur Hilarius: Haec sumpta et hausta faciunt ut Christus in nobis sit et nos in ipso. Haec verba diserte loquitur de perceptione, veluti etiam expresse de eadem loquitur Paulus: Panis quem frangimus communicatio est corporis Christi. Hoc extra perceptionem fieri intelligi non potest. Panis hoc ipsum est quo communio corporis nobis communicatur. Et ita loquuntur praecipui veteres scriptores. Irenaeus inquit: Eucharistia constat duabus rebus, terrena et coelesti. Et Epiphanius ac Theodoretus inquiunt diserte naturam panis manere, sed cum eo donantur ipsa dona, corpus et sanguis Christi. Successu temporis introductae sunt novae phrases, panem mutari veluti virga Moysi mutata est in serpentem. Deinde excogitarunt monachi aliam phrasim: panem deserere priorem substantiam et esse corpus in specie panis etiam extra perceptionem. Has phrases veteribus incognitas esse facillimum est declarare. Quidquid insuper certius de usu et abusu coenae, item de missa dicendum videtur suo alibi loco declaratur. Estque valde necessarium ut hic intellectus in veris ecclesiis maneat, quod perceptio ad confirmationem fidei et consolationem fieri debet, quod re vera filius Dei se ipsum nobis applicat, et cum pane et vino vere donatur, et hanc actionem non esse sacrificium propitiatorium pro aliis. Sed de his in aliis scriptis fusior explicatio tradita est. Quod vero nonnulli dicunt quod Christus Dominus non essentialiter ibi adsit et quod hoc symbolum externum tantum signum sit fidei ac professionis nota, qua discerni possimus ab aliis, erroneum est.

Ad extremum post 4 articulum haec adduntur:

In hac praefata confessione, et ea sola quae scriptis propheticis et apostolicis conformis est, decreverunt Electores ac principes manere et contra eam nihil instituere. Si tamen in posterum de his articulis disputationes moveantur et fusior explicatio requiratur, volunt Electores et principes cum aliis Aug. confessionis sociis statibus, uti ordo reipublicae ecclesiasticae et fraterna caritas poscunt, fusius conferre et colloqui, ac sese tales praebere ut ex divino mandato debent.

Nolunt praeterea ferre aut pati ut in scholis vel ecclesiis suae ditionis aliquid praedicetur, doceatur publice aut privatim, quod cum hac confessione repugnet, ne de ipsis vere spargi possit, eos impia schismata ac errores scientes ferre. Quod etiam suis ecclesiarum ministris edictum volunt, ut superioribus et huic repetitae confessioni per omnia se conforment, ita ut verbum Dei pure praedicent ac doceant, nullam vero doctrinam erroneam ac periculosam ac non necessariam aut perversam excitent admisceantve, per quam omnipotentis Domini et salvificum evangelium male audiat, simplices offendantur et ecclesiae Augustanae confessioni adhaerentes traducantur.

Plura non potui complecti exclusus angustia temporis. Iubemur sententiam nostram de 4 articulis scripto testari apud ampliss. Senatum, qui deinde ad Illustr. principem Electorem Palatinum perferri curabit. Idem poscuntur et alii ministri Germanicarum ecclesiarum. Vota nostra precibus tuis adiuva et si qua potes opem fer. At res poscit praesentem.[2])

4191.

SENATUS GENEVENSIS DUCI BIPONTINO.

Petit Tremellium professorem linguae hebraicae.

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie.)

Illustrissimo principi ac Domino D. Duci Bipontino Bavariae Palatino.

4190. 1) *In margine:* Nos nullo modo adorandum profitemur, ne in ipsa quidem actione coenae.

2) *Scripta fuit non ita multo post editum Recessum illum qui autore Melanchthone conscriptus a. d. XV. Kal. Iun. 1558 a principibus receptus est. Epistolae autor Argentoratensis fuisse videtur.*

Illustrissime princeps ac Domine, quanquam non putamus vestrae Celsitudini nos esse admodum notos, quia tamen in verae ac sincerae religionis consensu sumus coniuncti fiduciam scribendi sumsimus, et eo quidem liberius quod nihil aliud praeterea in animo erat nisi quod ad propagandum Christi regnum pertinet. Porro, ne vestrae Celsitudini molesta sit nostra prolixitas, summam breviter expediemus. Quia nobis propositum est mediocrem scholam pro nostra tenuitate erigere, quae instar seminarii pios et probe institutos doctores in posterum nobis suppeditet et in qua pueri formentur et excolantur eorum ingenia, nullus autem idoneus linguae hebraicae professor nobis est ad manum, coegit nos necessitas subsidium a vestra Celsitudine petere. Est enim sub vestra ditione Emmanuel *Tremellius*, qui paulo ante docendis vestris liberis praefectus erat magister. Quum hac provincia nunc solutus sit, putavimus sine magno vestro incommodo eum nobis pro vestra liberalitate posse concedi. Neque enim eo usque sumus rustici ut in mentem venisset eum postulare si adhuc in munere illo fuisset occupatus. Neque tamen dubium nobis est quin Celsitudo vestra inveniat in sua ditione ubi utatur hominis opera, et certo etiam persuasi sumus, prout meretur eius eruditio et pietas, ipsum vobis carum esse. Fama etiam scholae nuper in vestra dictione erectae ad nos pervenit, ad quam haec nostra longo intervallo non accedet. Sed quia confidimus doctis professoribus minime vos destitui, non dubitavimus propensam fore erga nos vestram Celsitudinem ut, quod sine gravi iactura potest, nostrae inopiae succurrat. Hoc si ab ea impetramus, non vulgari beneficio nos sibi habebit obstrictos. Illustrissime princeps ac praestantissime Domine, ex animo Deum precabimur ut Celsitudinem vestram tueatur diu incolumem et omni benedictionis genere locupletet. Genevae decimo Calen. Octobris. [1])

Illustrissimae vestrae Celsitudinis studiosissimi Syndici et Senatus civitatis Genevae.

4192.

LE SÉNAT DE GENÈVE A VIRET.

On l'invite à reprendre son ministère à Genève où l'on a gardé le souvenir de ses anciens services.

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie.)

A Spectable nostre bien ayme M^e. Pierre Viret.

Nostre amiable salutation premise. Nous avons entendu comme vous soyez delivre de la charge et ministere lequel vous avez exercé a Lozanne. Dempuys que sortistes de nostre ville, ou semblablement avec nostre bien ayme maistre Guillaume *Farel* avez este pasteur et fondateur de la saincte reformation, a laquelle le Seigneur par vostre organe nous a appellez, Et pource que nous desirons que ceste Eglise profite de plus en plus et accroisse par vostre moyen comme jadys, plustost que de vous laisser oisifz nous avons advise de vous prier venir devers nous y continuer ce que y avez commence, adiouxtant touiours a voz premiers faitz Envers ceux esquelz estes fort agreable Et qui vous ayment au seigneur. Nous entendons bien que dailleurs soyez solicite et appelle. Mais toteffois quant bien vous serez avec nous nostre intention nest pas d'empecher ce qui serviroit le mieux pour l'avancement de levangile tellement que si vous estiez appelle a Maitz nous vous veuillons garder de faire le plus expedient. Ainsin attendans vostre venue pour responce desiree nous prions le Seigneur quil vous preserve. De Geneve ce 30 de Janvier 1559. [1])

Les Sindiques et Conseil de Geneva.

4193.

SENATUS GENEVENSIS ARGENTORATENSI.

Rogat ut Zancus ecclesiae Italicae Genevensi concedatur. [1])

(Archives de Genève. Lettres de la Seigneurie.)

Praestantibus prudentibusque Dominis Consuli et Senatui reipublicae Argentinensis amicis nostris plurimum observandis.

Praestantissimi prudentesque viri, quando satis compertum habemus quanto pietatis studio flagretis et propensi hactenus fueritis ad propagandum Christi regnum, quantopere etiam parati ad eccle-

4191. 1) *Annum adscribe* 1558 *collatis N.* 2944 *et* 3030.

4192. 1) *Époque où Viret fut congédié par le gouvernement de Berne* (*N.* 2998).

4193. 1) *Cf. N.* 3027. 3033. 3037.

sias iuvandas, uti apud vos longo sermone in hac causa supervacuum videtur. Est apud nos ecclesia Italica quae hactenus a probis et fidis pastoribus feliciter gubernata fuit. Nunc quum ultimus mortem obierit, quia hic non reperiunt idoneum successorem, rogarunt nos ut D. *Zancum* a vobis peteremus, sicuti communibus eorum votis expetitur. Nam quum vobis operam suam addixerit, non modo stultae temeritatis esset velle eum a sua vocatione abstrahere nisi vestro permissu. Inde incipere oportuit ut, si eum absque magno incommodo et iactura dimittere vobis integrum erit, misero gregi et orbo manum auxiliarem ferre ne gravemini. Quoniam autem nobis satis nota est necessitas quae ipsos urget, eam vobis quoque testandam censuimus quo sitis ad annuendum procliviores. Neque enim humanum fuisset partes apud vos intercedendi illis negare quas suppliciter et enixe a nobis flagitabant. Putamus urbem vestram non carere aliis hominibus qui provinciam subeant qua nunc fungitur *Zancus* ipse. Qui vero succedat in hunc vacuum locum neque apud nos neque alibi occurrit. Ergo quoad scholae vestrae commoditas feret vehementer rogamus ut hoc beneficio et nos et coetum hunc non poenitendum vobis obligetis. Non audemus quidem magis instare, ne sedulitas nostra sit importuna. Cogit tamen nos officii religio et necessitas quam cernimus, experiri an hoc a vobis impetrari queat. Quod si nobis annueritis studebimus pro virili quibuscunque licebit officiis vicissim vos demereri. Datum Genevae die Veneris 10. Martii 1559.

Syndici et Senatus civitatis Genevae.

4194.

SEELAC A COLLADON.

Nouvelles de la Guyenne. Troubles causés par les iconoclastes. Condoléances au sujet de la santé de Calvin.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 121, fol. 6.)

A mon seigneur Monsieur N. Colladon.
En sa maison.

Grace et paix de par dieu le pere et par nostre seigneur Jesus Christ vous soit donnee a tous nos sains peres qui sont avec vous. Amen.

Monsieur, Nous avons receu le dernier jour de may les lettres lesquelles il vous a pleu me escrire par nostre frere et serviteur de dieu M[r]. *de Boysnormant*, ensemble la resolution des pointz que tant nouz desirions scavoir pour le repos et tranquilite d'esprit de plusieurs infirmes. Et aussi pour nous rendre d'autant plus certain en nostre conscience, si nous pouvions faire ces choses sans estre par trop grandement contraires a la parole de dieu: lequel nous prions jour et nuit que son plaisir soit de tellement nous conduire en nostre charge et vocation que nous ne tendions a autre but qu'a glorifier son sainct nom et jnstruire sa pouvre Eglise en sa crainte et amour selon la grace qu'il luy a pleu nous faire, le suppliant affectueusement nous suporter en nos feblesses et jnfirmites: vous priant tous au nom de ce grand dieu vivant de prier pour nous Qu'il luy plaise nous fortifier en une constence invincible. Car certes nous avons beaucoup d'ennemis a l'entour de nous. Mais tant y a qu'il benit tousiours de plus en plus nostre petit labeur. Dont nous pouvons cognoistre que nostre cause s'en yra tantost gaigner si c'est son bon plaisir. Nous prenons tousiours fiance en nostre Dieu, estans certains et asseurez que celuy qui est pour nous est tout seul plus fort pour nous delivrer de nos ennemis que ne sont nos ennemis ensemble puissans pour nous destourner de luy ou pour nous espouvanter.

Nous avons este ces jours passes (par le conge de nostre Eglise) en troys petites villes: Montsegur, Gensac et pelegrus la ou nous avons commence a bastir et a edifier un petit bastiment sur le fondement de nostre seigneur Jesus Christ. Et avons trouve les pouvres fideles et chrestiens fort disposes pour recevoir ceste pasture celeste Et tout ainsi que les petiz oyseaux demandent la boschee a leur mere Aussi ceux ci demandant norriture a Dieu par le mojen de ceux qui les vont visiter. Nous avons donc commence a planter et a semer: Dieu par son sainct Esprit y veuille donner bon accroissement. Il y a un dangier cest que sous pretexte de prescher levangile plusieurs loups ravissans entrent en la bergerie: comme nous avons desia apperceu a Agen quilz avoient receu legalement un nomme *la Sausaye* parisien que Mr. *du gue* cognoist a ce que jay peu entendre: lequel les freres l'ont dechasse et envoye. Il est vray que nostre frere Mr. *de Boysnormant* m'a escrit qu'il estoit a Nerac la ou il pretendoit estre ouj en ces justifications. Il y a eu aussi un petit matin de moyne nomme Jerome *du Verdier* qui cest defroque et a presche en un pre ou il y avoit bien six ou sept cens persones et apres avoir presche firent mille jnsolences, rompirent croix et ydoles quilz trouvoient par leur eglises don sen ensuivit meurtres batteries et grands scandales, plusieurs furent menes

les uns a Bordeaux qui ont fait amendes honorables, les autres a Agen qui y sont encores. On en voit aujourdhui beaucoup de semblables petit moynes voyant que dieu esclarsit le soleil de justice et que leur marmite ce refroidit. Je delaisse a dire que ce gallant s'en fuit laissant la les povres brebis esgarees et en est alle faire autant en un autre lieu. Par quoy si tel estoit vostre bon plaisir et que troviiez cela estre expedient de nous mander une lettre adressee a ce quilz n'eussent a recevoir homme vivant pour prescher sinon ceux qui auront bon tesmoignage de ceux lesquelz sont envoyes. Et nous deffendre estroitement de n'imposer facilement les mains a aucuns que nous les cognoissions de longue main ny mesme les Eglises. Car il y en a qui singerent jncontinent de donner authorite de prescher sans s'estre diligemment enquestes de leur vie et doctrine. Si vous faittes cela il n'y a nulle faute que vous feres un grand service a dieu et empescheres beaucoup de scandales et confussions.

Au reste Monsieur nous avons receu ce 19e. jour de Juin la confession de foy les articles qui ont este approuvez et arrestez a un synode a paris. Nous mettrons la meilleure peine que nouz pourons a les mettre en effet Dieu aydant. Nous ny avons sceu aller par faute d'avoir este avertis de bonne heure comme nous l'avons mande a Mr. *de Colonges* et aux autres. Mais nous y avons envoye homme tout expres. Le Seigneur Dieu vous augmente ses graces et benedictions spirituelles a son honneur et contentement et pour le salut de sa povre Eglise. Saluez en nostre nom s'il vous plaist et au nom de toute nostre Eglise toute vostre noble compaignie. Nous pleurons et gemissons sans cesse la maladie de Mr. nostre pere Mr. *despeville* Et prions avec pleurs et larmes nostre bon dieu et pere que son plaisir soit nous le conserver encor en ces derniers temps si durs et fascheux et quil ne nous punisse pas a la rigur en nous destituant de son secours et ayde. Dieu m'en est tesmoin que je ne mens point. Dieu par sa bonte et misericorde luy donne sante Ainsi quil cognoist estre necessaire pour son honneur et gloire Et quil luy plaise avoir pitie de nous. Ainsi soit il. Escrit ce 25. jour de juin 1559 A S. Foy.

Par vostre humble serviteur obeissant
a jamais
Seelac st.

4195.

DU PARC CALVINO.

Ecclesias in diversis locis provinciae Lemovicensis constitutas tradit et ministros a Genevensibus missos in suas stationes abiisse. Verum et hic edictum regium cursum evangelii impedit.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 115.)

D. Carolo Passelio et suis unice dilectis.
Genevae.

Salutem per Christum Iesum. Si in ratione nostri ministerii vel paululum essemus progressi, longiores scriberemus literas: sed quia in primis adhuc initiis versamur, et periculose admodum, praecipue qui Lemovicibus agimus, non habemus in praesentia quod paucis expedire non possimus. Ex fratribus Thononiensis Brivae praefectus est: et Morgiensis Usarche et Trignac uterque in inferiore parte provinciae Lemoviciae. Gayensis autem ad S. Hyriacum dimissus est. Tandem vero ego et Iverdunensis Lemovicibus designati fuimus, electione ac distributione singulorum coram senioribus omnium ecclesiarum facta.[1]) Die Veneris mane hora quarta primam ad populum habuimus uterque in sua statione concionem, intra moenia. Postridie summo mane foras prodiimus ad septa vinearum. Die vero dominica sub meridiem multi qui non erant de ecclesia accesserunt, ita ut ad numerum circiter quadringentorum hominum assurrexerit coetus qui Dei gratia in urbem laetus se recepit. Quos magis timebamus illos vidimus omnium fere primos pecunias in subsidium pauperum hilariter largientes. Haec quidem nobis animos addunt, sed Satan nobis plurimum adversatur, qui die sabbato consiliarios regios et consules urbis praesides induxit ut regio nomine edictum cum cythara publicaverint, ne quis accederet vel publicas vel privatas ministrorum conciones ad poenam confiscationis corporis et facultatum. Edictum sane habemus prae manibus impressum.[2]) Exspectamus in horas aliquam magnam turbam, nisi Dominus adsit, quod mox a publicatione edicti non noctu sed ad meridiem, quasi illis invitis, convenerimus. Orate Dominum pro me, quoniam solus hic sum, quum collega meus ad duas ecclesias sit destinatus, Emontiers et Hesse: fortasse semel in mense concionari hic poterit. Sed esto. Hoc me male habet quod nullum habemus virum

4195. 1) *Patet hic agi de ministris a. 1559 cum Fareto a Bernensibus dimissis et a Genevensibus sine mora in Galliam missis.*
2) *Edit d'Escouan m. Iunio 1559 promulgatum.*

gravem qui consilio iuvet et negotia ecclesiae ita promoveat ut in his initiis necessarium foret. Suadebam ut ad reginam et ad regem etiam *Navarrae* delegaretur aliquis ut resciremus an serio edictum illud impiissimum exiisset a rege et ipsius consilio, sed nostri sunt nimium frigidi et parci. Finem tamen hisce malis daturum Dominum confidimus, idque brevi, propter gloriam sui nominis. Fratres mei multo maiorem sui ministerii habent libertatem et publice fere omnes concionantur. Sed in hac urbe tanta est bestiarum colluvies ut miremini. Superat numerum octingentorum tam sacrificulorum quam monachorum et canonicorum. Sed quod peius est, iudices, consiliarii et consules etc. etc. omnes verbo Domini adversantur. Quatuor non infimi ordinis rogaverant ut concionibus ministrorum fruerentur, qui propter edictum refrigerunt: Cupimus igitur ut piis vestris precibus apud Deum et patrem Domini nostri Iesu iuvemur, ut liberemur ab improbis et detur ut in apertione oris verbum pure eloquamur sicut oportet ad aedificationem ecclesiae. Audio D. *Bezzam* Lutetiam pervenisse. [3]) Sed heri audivi parvum, [4]) qui tamen supremus est defunctum. Valete, domini ac fratres in Christo plurimum observandi. Dominus vos conservet. 18. Augusti. [5])

N. du parc. Lemovicibus.

4196.

JOLTRIN (A CALVIN?).

Justification d'un ministre qui se dit soupçonné ou accusé à tort.

(Autographe sans adresse. Bibliothèque de Genève MS. 121, fol. 10. Nous n'avons rien trouvé ni sur l'auteur de cette lettre ni sur le personnage dont-il y est parlé. Aussi ne l'insérons-nous ici que pour ne pas omettre une pièce qui pourrait avoir été destinée à Calvin.)

Treshonoré Seigneur et frere. Jay leu voz letres donnees le 16 de decembre esquelles excusies nostre tardiveté a respondre a certaines autres que nous avies envoyees, parce que au mois de Juillet tous deux vous avions escript. Et en mes letres avies trouvé qui vous faisoit souppeconner ou penser que je fusse divise ou me mescoutasse ou accusasse la doctrine de Mr. *de rochart*. Il vous plaira me pardonner, mon jntention n'a pas esté telle et n'en suis ou vous penses. Mais jay bien voulu et vueil tousiours maintenir lhonneur de mon ministere et ma fidelité. Or on nous avoit escript des letres communes a Monsieur mon compagnon et a moy: aux unes on nous condamnoit *nimiae facilitatis, imo negligentiae, imo socordiae:* voila les motz. Aux aultres plus couvertement on nous vouloit faire a croire (je ne scay qui meine ceste practique) que l'eglise estoit en partie dissipee et en grand hazart d'estre totalement ruine, et ce par nostre lascheté. Or de ma part jay bien voulu donner a entendre que combien que devant moy on eut travaillé que je n'estoye si lasche ny despourveu de moyen que comme ung chien muet je voulu laisser perir le troupeau, que je navoye assemblé, faute de pasture ou diligence. Et que comme ceux qui escrivoient aussi en conscience que moy aussi pareillement que s'il y avoit quelque refroidissement que ce n'estoit de ma faute: mais la continuelle jmpression de la croix et des dangers qui se monstroient plus qu'au paravant disant que je les trouvoye nouveaux en ceste endroit, ce que je fais encores de present et n'estoit mon but d'en remettre la coulpe sur M. *de Rochart* aultrement je ne leusse chargé seul mais ensemble monsieur mon compagnon qui nha telle soupecon de moy et avec lequel je suis de bon accord par la grace du seigneur. Que si luy ou autre a jnterprete mon dire autrement que ne lay entendu je n'en scaurois que faire. Au surplus Dieu ne m'a tant delaissé que par methodes ny choses plus grandes je me volu ne diviser ne bouder ne monstrer signes de telles choses singulierement devant les jnfirmes. Et de fait on scait en quel honneur et reverence jay parlé et de luy et de sa doctrine et en publique et en particulier. Et comme je me suis employe ad ce que bon tesmoignage luy fut rendu estant fasché par celuy que vous n'ignores point. Ce que je neusse faict si jeusse tenu sa doctrine telle que je ne luy voulusse soubscrire, non pas que je leusse ouye mais par raport fidele. Or si on estime que je soye si variable que por changer d'opinion si legierement sans scavoir com-

---

3) *Cave hoc rumore te moveri patiaris ut epistolam ad a.* 1561 *referas. Anno* 1559 *m. Iunio Beza cum Farello in Germaniam profectus est, a.* 1560 *Neracum adiit, Lutetiam non invisit.*

4) *Hic aliquis de Francisco* II. *cogitare posset, sed is Nonis Dec. obiit. Imo Henricum* II. *innuit qui m. Iulio mortuus erat. Quem contemptim* parvum supremum *dicit.*

5) *De anno* 1559 *non est quod ambigas, vel ex historia Lemovicensis ecclesiae certiora edoctus.* Limoges, ville episcopale et Viconté appartenant à la Royne de Navarre, avoit Eglise dressée dés l'an 1559, de laquelle fut ministre un nommé Brunet, dit du Parc. Et combien qu'il y eust de la resistence du costé des Chanoines et autres prestres . . . . . toutesfois n'estant l'Evesque criminel et aussi quelques grands seigneurs du pays y tenans la main, ceux de la religion se maintenoient et croissoient surtout depuis la publication de l'Edict de Janvier. (*Hist. eccl.* II. 834.) *Conf. Haag.* III. 48 *qui Nostrum dicit conditorem eccl. Lemovicensis.*

ment on ne me congnoit pas bien. Tant seulement je le prie et autres navoir moindre opinion de moy que jay de luy et d'eux. Ce que je nay rescript de ma part plus tost cest pour le premier pource que je ne suis ce qu'on me faict penser qu'on m'estime et quil n'est n'a esté rien de cesi, et pource que aussi que estant occupé aux affaires et travaux qui troys mois et demye ne mont donné relasche n'avois tant de loisir de speculer si profondement.

Voila Monsieur mes responces desquelles je vous prie bien fort vous vouloir contenter vous advertissant que jay autant de fascheries et afflictions quil m'est possible d'emporter ne devorer et de mont de pars. Quant a lautre point de vos letres et ce galant combien que je nay veux le commencement de la tragedie et aye trouve les choses en lestat quon scait bien, j'en congnois plus que vouldroye. Pour le present on dict quil a cessé et cerche par tout moyen entrer. Dieu congnoit son coeur comme des autres. De ce qu'il accuse lung de nous avoir faict une responce de anabaptiste je n'en daignerois noircir le papier pour me justifier. On congnoit long temps y a ma doctrine. Quant a monsieur mon compagnon je veux maintenir sa doctrine comme la mienne. Je voudroye prier a tous que pourveu qu'on congnoit le monstre decouvert que on ne print point de prejudice de ses monstrueuses calomnies. S'il m'estoit seulement possible de remedier au mal je ne dys point aussi facile quil est a qui il plait d'en penser juger dire et opiner. soies certain quil fut long temps y a suffocquent. Mais puis que ceux qui ont estes plus habiles que moy n'en sont venus a bout je ne vois autre chose sinon que me gouverner par l'adresse de mon seigneur et en poursuivre ma vocation me contentant de son tesmoignage si les hommes ne se veulent contenter. ce que je nay entrepris vous disant a dieu auquel je prie quil vous entretienne longuement avec prosperité en son service. Vous priant faire mes humbles recommandations a tous messieurs noz freres et me recommander a leurs sainctes et bonnes prieres et aux vostres desquelles ayans besoin plus que jamais. Ce 6. de Janvier 1560.

Le vostre humble J. joltrin.

4197.

STURMIUS ET HOTOMANUS CALVINO.

Pertinet ad negotia Gallica.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 125.)

A Monsieur Monsieur Calvin.

A Geneve.

Exspectabamus crebriores literas et nuncios a vobis. Nam si vos scitis res vestras in tuto esse, at nos discruciamur nec habemus quid aut respondere aut significare debeamus iis cum quibus coepimus contrahere. Saepe parsimonia in parva pecuniola regnum perdidit. Annon tantum possumus ut nuncios quotidianos habeamus. Una religio in periculo versatur et unus homo, neque *Ναυαρραῖος* a *ναζωραίῳ* causam disiunctam habet, et hi duo ab una Tiara oppugnantur. Neque Deo neque hominibus confidimus: hinc hi exitus. Vale 3. Augusti.[1])

Te rogo, pater observandissime, ut certum hominem potius ad nos mittas quam tamdiu nos desiderio languere sinas.

Hotomanus tuus totus.

Tuus quem ex manu et argumento nosti.

4198.

BÈZE A CALVIN.

Nouvelles de la cour de Navarre, avec des allusions généralement obscures.

(Autographe de la Bibliothèque de Gotha. Cod. 405, fol. 17 Imprimé dans Liebe p. 70 avec de nombreux changements dans l'orthographe. Simler l'a mise en 1549.)

4197. 1) *Epistola ipsa Sturmium autorem agnoscit, post-scriptum solum, quatenus typis cursivis expressum est, ab Hotomano additum. Subscriptio ultima ἀνώνυμος Sturmii est. Schmidtius hanc ad a. 1559 refert (Sturm. p. 103), verum hoc anno Augusto ineunte Hotomanus Genevae erat (N. 3096). A. 1560 Sturmius de pecunia in commodum protestantium Gallorum colligenda laborabat. (Schmidt p. 108.) Eo tempore Navarrae rex sensim in Guisiana castra transire videbatur. Tiaram dicit Cardinalem Lotharingium. Nobis vero simillimum videtur, ad a. 1560 pertinere hanc epistolam, antequam Sturmius in Hotomanum tam acriter inveheretur (N. 3406).*

A Monsr. d'Espeville.
La part ou il sera.

Monsieur, pource que je fays mon compte de vous veoir bien tost ou pour le moins vous aprocher de bien pres je ne vous feray long discours. Seulement je vous advertiray que les choses vont de bien en mieulx et de mieulx en tresbien, graces a Dieu, lequel nous offre un moyen d'intenter nostre action, sans compáraison meilleur et plus conforme a noz intentions que celuy que nous avions resolu. Toutefoys la conclusion ne s'en peult prendre que dedans Mardy prochain. Voyla pourquoy il fault que toute la production qui s'aprestoit pardela demeure en surseance sans rien s'advancer jusques aux nouvelles que j'envoyeray ou porteray a la plus viste qu'il me sera possible, sachant bien que le tarder n'y vault rien qu'a tout gaster. Quant aux fraiz avancez ils passeront, et s'il est question de frayer pour renvoyer les tesmoins qui se seront mis en chemin, il le fauldra faire mays on desire qu'on retiene le moins qu'on pourra pardela, et qu'en toute diligence le surplus soyt envoyé icy, suyvant ce que par cy devant j'en ay mandé. Ceste retardation pourra fascher quelques uns des plus hastifs, mays je ne doubte nullement que n'en approuverez les raisons avec singulier contentement. Les damoyselles [1]) se recommendent bien fort a vous, comme ils m'ont chargé par exprés de vous escrire. Je n'ecry point a celle [2]) que je vous recommende tousjours pource que bien tost j'espere la veoir. Cependant je me recommende tousjours a vous et a tous les amys, priant nostre seigneur qu'il vous doint sa grace de plus en plus.

De Racney [3]) ce 25. Aoust. [4])

Le tout vostre entierement
Challonay. [5])

4198. 1) *Il s'agit avant tout de la reine de Navarre et peut-être d'elle seule.*

2) *sa femme.*

3) *Anagramme de* Neyrac (*Nérac*).

4) *Nous mettons sans hésiter l'année* 1560. *En* 1561 *Bèse arrivait à Paris le* 22. *Août et le* 25 *il écrivait à Calvin de St. Germain* (*N.* 3490), *en* 1562, *à pareille époque, il était à Strasbourg, avec sa femme. Enfin s'il fallait un argument plus décisif, Calvin répond à la présente le* 10. *Sept.* 1560 (*N.* 3243).

5) *C'est le pseudonyme sous lequel Bèse a écrit pendant ses différents séjours en France. Liebe a lu:* Challovay.

4199.

MOYSE A CALVIN.

Demande de pasteur.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 196, fol. 116.)

A Monsieur Monsieur Calvin
a Geneve.

Grace et paix par Iesus Christ amen.

Monsieur, le present pourteur qui est un de noz freres de l'Eglise de Libourne, qui des le commencement s'est monstre fort affectionne envers la Religion come maintenent ausi le monstre par efaict, s'en va par devers vous et noz autres autres * peres part dela des partz de toute l'Eglise pour vous supplier leur prester la main encore une fois si possible est leur adressant un homme tant pour apposteler plusieurs qui crient jncessamment a la fain qu'ausi pour redresser aucuns qui autrement pour faute de conducteur sont menaces de ruine prochaine ainsi que le puis prevoir (a mon grand regret) tant pour nostre proche voisinage comme pour y avoir este souvent celon ma charge et petites commoditez. Bref je ne scay part deça lieu entre plusieurs ou il y ait si grand besoin de vostre faveur en cest endroict que la. I'espere que bien tost par vostre moyen comme a la necessite urgante y sera proveu. Au reste nostre Eglise et autres part deça s'augmentent de jour en jour et se fortiffient (dieu mercy) contre plusieurs empaischemens qui mieux vous pourront estre declaires si desires les scavoir par le present pourteur de bouche quadverty par moy de lettre laquelle pour vostre respect sera plus briefve que sera fin,

Monsieur, m'estant treshumblement recommande tant a vostre bonne grace que prieres suppliant le Seigneur continuer longuement et augmenter les graces qu'il a mises en vous desquelles tous les jours nous nous resalutons. de Castillon [1]) ce 12. Martz par

Vostre treshumble serviteur
Moyse.

4199. 1) *sur la Dordogne près de Libourne. Nous n'avons point de renseignements ni sur l'auteur de la lettre ni sur les églises qu'elle nomme. Probablement elle appartient à l'année* 1561. *Comp. l'Hist. eccl.* I. 786. 810.

4200.

THELLIGNY A CALVIN.

Il recommande son frère qui va faire ses études à Genève, et son église qui va avoir besoin d'un ministre.

(Autographe de la Bibliothèque Tronchin à Pressinges.)

A Monsieur Monsieur Calvin a Genesve.

Monsieur combien que ie ne scache pour ceste heure chose qui merite de vous estre escrite si nai ie voulu laisser aler mon frere lequel ienvoie à genesve pour estudier sans l'acompagner de ce mot pour tousjours me ramentevoir en vostre bonne grace et vous suplier bien fort, Monsieur, de le l'avoir pour recommande, luy faisant et a moy tant de bien de le reprandre quelques fois l'advertissant par vostre bon conseil de son devoir a ce quil puisse profiter non seulement aus letres mais principalement en la craincte de Dieu. Monsieur ie vous suplie dentendre de son precepteur la necessite quy me contrainct de vous reiterer la requeste que ie vous faisois par ma derniere letre touchant Monsieur *le More*[1]) laquelle ie vous suplie bien humblement derechefz nous vouloir ottroier et me remetant en luy a vous dire combien nous sommes pres destre despourveu de ministre. Pour ne vous divertir daventage de vos bon[*nes occu*]pat[*ions apr*]es[2]) mestre bien humblement recomman[*de a vost*]re [*bonn*]e grace et a vos bonnes prieres ie p[*rie D*]ieu, Monsieur, quil vous doint en parfaicte sancte la grace de demeurer longuement avec son eglise. De Montreal ce 17. jour d'Avril.[3])

Vostre humble et bien affectionne
a vous obeir et faire service
Thelligny.[4])

4200. 1) *ministre du roi de Navarre, victime de la S. Barthélemy* (*Bulletin* IX. 38). *Nous n'avons pas d'autre lettre de l'auteur.*

2) *tache.*

3) 1561.

4) *Le Cte Jules Delaborde dans le Bulletin* XXIII. 440: Charles de Téligny se rendit en Savoie en Février 1561. Sa présence, vers cette époque, à la cour de Philibert-Emmanuel est attestée par une lettre de ce prince au Connétable de Montmorency du 20. Février, et par une autre du cardinal de Châtillon à ce même prince du 3. Mars. — *Monreale est l'ancien nom de Mondovi. La commune pour laquelle il demande un pasteur est Montreuil-Bonnin, dont la mère de Téligny avait hérité de son propre père Raoul Vernon. Téligny devint seigneur de ce lieu. Voyez Le Laboureur, Add. aux Mém. de Castelnau* II. 577. *Du Bouchet, Hist. de la maison de Coligny fol. p.* 577 *ss.*

4201.

NOEL MINISTRIS GENEVENSIBUS.

Valdensibus libera religio concessa est. Quaeritur pius minister Marquisanis.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 47.)

S. Causa nostra diu coram senatu atque consistorio D. a Br. tractata fuit: tandem, gratia Domino Deo, superiore hebdomada decretum fuit ut liberi in nostra religione maneremus. Exspectamus nuncios nostros qui literas de hac re a senatu obsignatas referant. Quod ad vos scribo ut ardentiore animo nobiscum oretis. Marquisani vos obsecrant ut ad se ministrum hominem pium, doctum, in ministerioque (si fieri possit) exercitatum mittatis. Illi in marchionatu Salutiarum siti sunt ac soli. Multi quotidie ad illum undique confluent, non solum ad conciones audiendas, sed etiam ad consilium de religione petendum. Eius loci homines valde pii sunt spectataeque probitatis, qui ante annum papismum prorsus abnegaverunt. Distant autem a nobis ferme 10 miliaribus. De gente illa, moribus ac situ, melius ex tabellario cognoscetis. Mittimus nonnihil ad impensas in itinere faciendas. Valete, optimi fratres, nosque piis precibus vestris perpetuo iuvate.

Deditissimus vester
S. Noel.[1])

4201. 1) En 1555 le ministre Gilles de Gilles amena de Lausanne aux fideles des valees le Sr. Estienne Noël, ministre françois qui fut ordonné pasteur à l'Eglise d'Angrogne, et Gilles à celle du Villar en la valee de Lucerne. (*Pierre Gilles, Hist. des Egl. Vaudoises. Gen.* 1655. 4. *p.* 53.) En 1562 Noël fut pasteur à Grenoble. Déjà en mai 1563 ceux d'Angrogne le redemandèrent, mais il resta à Grenoble jusqu'en 1565 où les Vaudois le demandèrent de nouveau. (*Arnaud, Prot. du Dauphiné* I. 210. II. 415.) Il doit avoir cédé à ces instances et être retourné dans les vallées jusqu'en 1571, où il fut de nouveau prêté à l'église de Grenoble pour un temps, jusqu'à ce que, après avoir de nouveau exercé ses fonctions au val du Lucerne, M. de Lesdiguieres l'obtint pour l'Eglise de Gap. Il vivait encore en 1582, où il fit des démarches en faveur des Vaudois persécutés. (*Gilles l. c.* 267 275). *Cf. N.* 2656. 3846. — *Epistolam ad a.* 1561 *referimus, quo tempore Valdensibus in bello contra Ducem Sabaudiae victoribus, et intercedente ipsa Ducissa quae ipsum Noelum ad aulam accersivit, libera religio concessa fuit, quod factum est Nonis Iuniis.* (*Gilles p.* 168.) *De Salucianis, ad fontes Padi sedentibus, eorumque propensione ad evangelium v. eundem p.* 256 *et Muston, Israël des Alpes* I. 261 *seqq. Post multas vexationes tandem a.* 1565 *eorum ecclesia per aliquot annos quiete floruit.*

4202.

SPINA CALVINO.

Qua de causa professionem publicam evangelii huc usque non fecerit declarat, iam vero ad faciendam propensum se esse affirmat, modo Calvinus ipsi accuratius viam ostendat.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 27.)

A Monsieur Monsieur Maistre Charles despeville. A Villefranche.

Io. Acanthius clarissimo viro Carolo Passelio S.

Paulo serius tibi respondeo, nam sero etiam literas tuas accepi. Quum enim gravissime ex morbo capitis laborarem, qui me octo iam menses et amplius tenuit, non sunt mihi prius redditae quam dolor coepisset mitescere et illas legere utcunque potuissem. Pro quibus tibi immensas et immortales gratias habeo. Quum enim patrem antea egeris docendo et erudiendo, nunc item egisti me paterne castigando, nec est quod horteris ut flagella tua mitissima placate feram. Sunt enim illa meliora et mihi sane multo dulciora aliorum osculis. Et ut vere dicam, ego tibi vitam et si quid esset mihi adhuc carius debere fateor, qui sine ullo meo merito tam studiosus sis salutis et officii mei. Obsecro te tamen ne tarditatem meam astutiae aut malitioso et occulto alicui consilio tribuas: hoc enim tibi coram Deo vere et ex animo dicam, me idcirco tantopere distulisse, partim ne praesentia mea sanctissimos illos coetus dissiparem, partim vero quod nondum certus essem an ecclesiam pontificiorum omnino desererem, et novos coetus instituere liceret. Hoc enim in Iuda olim factum non fuisse video, licet in templo cultus Dei multis modis admodum contaminatus esset. Praeterea scriptis *Martini*, *Philippi* et *Buceri*, cuius ego iudicium et eruditionem semper, ut pii omnes, plurimi feci, deterrebar ut id facerem. Adde quod in commentariis tuis nusquam legi, quod meminerim, ecclesiam apud illos nullam esse. Semper fui in ea sententia ut palam et fortiter omnia improbarentur quae contra verbum Dei in eam stulta hominum religione aut alio consilio introducta essent: sed ita tamen ut quae in illa adhuc superessent ex institutione Christi retineantur. Nunc autem quum videam piis hac moderatione non satisfieri, et ecclesiam cuius ego iudicium, ut debeo, magnopere revereor, me perpetuo accusantem: quum denique postremis tuis literis me tam serio adiuraveris, et coram Deo nisi paream appellaveris, statui omnem semel moram et cunctationem abrumpere, et ea in posterum conari quae ipse suaseris. Te itaque oro ut, si tibi est otium, literis mihi quid faciendum sit per capita praescribas et significes. Certum enim est mihi tibi, tanquam patri et viro spiritu et sapientia Dei summa praedito, morem gerere in rebus omnibus quoad potero. Et sane, si firma essem valetudine, quamprimum ad vos proficiscerer, ut hanc hiemem vobiscum traducerem, et me tibi componendum, aut etiam de integro refingendum committerem. Quod Deo volente faciam ineunte proximo vere. Debeo tibi plurimum quod eorum calumnias reieceris, qui me doctrinam a vestra diversam clanculum spargere dictitant. Quod nefarium et horrendum crimen nemo unquam mihi obiiciet eorum qui me norunt aut loquentem familiariter audierunt. Ego enim omnem vestram doctrinam tanquam doctrinam Dei amplector et recipio, eamque pro mea facultate semper constanter palam et privatim asserui, neque permittet Dominus ut ab ea unquam vel in uno apice deflectam. Sed has calumnias non puto me alia ratione repellere posse quam si vos invisam et fidem meam vobis coram aperiam. Quod, ut dixi, decrevi facere prima quaque occasione. Ne vero hoc inducas animum*, admonitiones tuas a me spretas fuisse. Nam si id facerem, me deploratum esse, et Deum potius quam te me ipsum contemnere iudicares. Sed quum calumniis et maledicentia nonnullorum animum tuum a me alienatum esse suspicarer, haec revera sola causa fuit ut ad te nunquam scribere auderem nisi literis tuis provocatus. Nunc autem nihil mihi optatius quam veterem et intermissam nostram scribendi consuetudinem repetere. Nihil enim domi habeo literis tuis iucundius, quas indies exosculor, ut quae sint amicitiae nostrae, qua nihil prius et antiquius habeo et qua me felicissimum esse duco, pignora et monumenta. Vale, optime parens, et mei quaeso filii tui, quem in Christo genuisti, nunquam obliviscaris. Vale, inquam, et ecclesiae Dei vive diu incolumis. Lutetia idibus Augusti. [1])

Tui studiosissimus
Io. Acanthius.

4202. 1) ***Hanc epistolam scriptam esse ut ad N. 3505 quamvis sero responderet, nulli dubitamus, praesertim quum dicat Calvinum ipsum castigasse et adiurasse, quod aperte ad illam respicit. Omnino ergo ante vernos menses a. 1561 prior illa ponenda. Vide addenda ad N. 3505.***

4203.

CHEVALLIER AUX MINISTRES DE GENÈVE.

Demande de pasteurs pour Bagnols et Nîmes.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 197a, fol. 153.)

A Messieurs et peres
a G.

Salut par nostre Seigneur Iesucrist.

Messieurs et peres, dernierement en l'assamblee des freres a Somieres me fust donne charge vous escrire pour leglize de Baignolz a cause que les freres de Lion fonnt grand jnsistance pour ravoir Maistre *Jacques*[1]) et daultant que dung coste nous scavons quilz onnt provision bonne et que ceste eglize de Baignolz est de grand jmportance (comme premiere entree du languedoc et voisinne davignon) nous vous prions tous ensamble de pourvoir tellement a cest affaire que ledit Baignolz soit pourveu d'homme suffisant et cappable. Si ledit maistre *Jacques* ne pouvoit quitter son premier lieu ou bien que ung de ceulx que Lion a vienne en sa place je laisse a conciderer la necessite que ceste province a de gens suffisans et experimentes aux affaires des eglizes et de meur jugement et deliberation pour tenir la main a ceulx qui sonnt trop hastifs daller, ainsi que lexperience a monstre en deulx colloques pour les choses advenues tant a Uzes que a Saulve[2]) et daultant plus nous vous prions adviser a ceste eglize et aussi a celle de nismes lesquelles onnt besoing dung pillier pour aider aux sirconvoisins ce que nous esperons et que Dieu y donnera addresse pour secourir la necessite, auquel prions,

Messieurs et peres, vous acroistre les graces de son sainct esprit et perseverer en la saincte vocation jusques au bout. Les freres vous saluent desirans estre recommandes a voz sainctes prieres ainsi que de ma part je vous supplie. D'allez ce ii septembre.[3])

Vostre plus que sien
Chevallier[4]) au nom de tous.

4203. 1) *peut-être Jq. Chapel* (*N.* 3455) *à moins qu'on ne préfère supposer que c'était le prénom de Semidde.*
2) *Sur les troubles causés par les iconoclastes dans ces localités voyez N.* 3461.
3) *Alais* 1561. *Voyez la correspondance de Semidde N.* 3367. 3369. 3375. 3439. 3522.
4) *Claude Chevallier était pasteur à Alais et n'est pas à confondre avec Antoine Ch. le professeur d'hébreu V. Bulletin* IX. 296.

4204.

VILLEROCHE A CALVIN.

C'est une espèce de confession mêlée à des excuses, le tout peu clair pour le lecteur placé a distance.[1])

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. MS. 196, fol. 194.)

A Monsieur Monsieur d'Espeville.

Monsieur, si i'eusse voulu donner lieu a la raison plustost qu'a mes passions desordonnees, devant que partir d'avecque vous, ie me fusse efforcé de mettre une bonne fin aux fascheries que moimesme m'avoi pourchassé et croi que me retirant a vostre conseil ie me fusse beaucoup mieux developpé de toutes mes perplexités et angoisses que par les chemins que iay voulu suyvre. Mais ie remercie Dieu qu'au moins despuis mayant donné un sens plus reposé, il m'a faict recognoistre combien ie mesgaroi en me cuydant remettre et en remercie aussi ceux qui par leurs sainctes remonstrances m'y ont grandement servy. Enquoi ie recoi double bien de la bonté du Seigneur dont le premier est que ie suis delivré des maux et miseres ou aultrement ie n'eusse faict que m'empestrer tousiours dadvantage, et laultre que ceste excellente discipline par laquelle le Seigneur m'a voulu humilier (comme i'espere fermement) m'humiliera de vrai et me sera une perpetuelle leçon de sagesse d'integrité et de modestie. Voila ou ie rapporte le tout, pratiquant ce que par cydevant i'ay apprins de la doctrine de la providence par laquelle ce bon pere celeste et tres admirable ouvrier a accoustume de convertir le mal en bien a ses esleus et bienaimes enfans, du nombre desquels ie suis certain quil m'a mis devant la fondation du monde et que iamais il ne m'en ostera. En ceste estime ie vous supplie me vouloir tenir et ensevelissant la memoire de tout ce qui vous pourroit donner opinion contraire, vous assurer que i'ay un ardent desir de glorifier mon Dieu en tout le reste de mes iours et employer fidelement a son service ce qu'aussy a ceste fin il luy a pleu me donner. Cest la cause qui a mon retour de Geneve m'a faict arrester en ceste eglise a la quelle desia auparavant ie m'estoi obligé, et estime que le fruict ordinaire qui en sort a ladvancement du regne de Christ et la benediction merveilleuse qui

4204. 1) *Si tout ne nous trompe le pénom de l'auteur de la lettre a été mal lu, et il s'agit là de Pierre Villeroche dont il a été question N.* 2851. 2955. 3062. *Nous savons que dans la seconde moitié de* 1561 *il eut des démêlés avec un synode des églises de la Guienne* (*N.* 3419, *not.* 4. 3464. [illegible] [illegible] 3620) *mais on n'apprend pas de quoi il s'agissait au fond. D'après la présente lettre il paraît avoir été récemment à Genève.*

y adiouste monstre asses quil approuve mon labeur en cest endroict. Joinct la chrestienne affection et amour que tout ce peuple me porte: ce qui faict qu'en oeuvre si saincte i'employe tres voluntiers tout le travail soin et diligence que ie puis et me dispose a cheminer en telle simplicité qu'il sera facile a voir que les afflictions passees ne m'ont pas esté du tout inutiles. Je vous ay bien voulu escrire toutes ces choses pour la conionction chrestienne que ie desire avoir avecque vous laquelle ie confesse n'avoir pas tousiours entretenue de ma part comme il appartenoit et en ce ie vous supplie uzer de vostre charité et prudence accoustumee mettant en oubly ce qui m'est une fois eschappé par une miserable cholere. Esperant recevoir tel bien de vous ie ferai fin a ma letre par une supplication au Seigneur quil benie tousiours voz sainctz labeurs et a vous qu'il vous plaise avoir souvenance de moi en voz oraisons devant luy.

De Bergerac ce XIX de septambre.

Vostre tres humble frere

P[l] Villeroche.

4205.

ZANCUS CALVINO.

Melanchthonis declarationes de praedestinatione si quae in eius epistolis exstent secum communicari cupit, simul narrat quo pacto academiae Marburgensis et Heidelbergensis ipsius doctrinam nuper approbaverint.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi p. 143.)

S. Raro quidem ad te scribo, optime pater *Calvine*, perpetua tamen observantia te prosequor. Et mei quidem silentii multae sunt causae, sed illa non est postrema quod sciam te tot tantisque negotiis occupari ut paene obruaris: tantum abest ut aequum sit virum tantum molestiis etiam literarum mearum intempestivis affici. Quae tua igitur est prudentia, silentium meum in bonam interpreteris partem, etiam atque etiam rogo. Nunc ut diuturnum silentium abrumpam necessaria quaedam causa facit. Ea vero haec est. Non dubito quin pro tua pietate virum Dei sanctae memoriae D. Phil. *Melanchthonem* aliquando tuis literis amice admonueris de illa sua postrema, tum de praedestinatione, tum de libero arbitrio, longe a priore diversa doctrina. Non dubito etiam quin ille, ut erat humanus et tibi amicissimus atque familiaris, adde et qui (scio) te tuasque admonitiones, idque merito, magni faciebat: non dubito, inquam, quin ille vir Dei literis tuis responderit. Est autem negotium mihi cum hominibus non tantum plus quam Lutheranis in re sacramentaria, sed (quod peius est) fere Pelagianis in articulo de praedestinatione, libero arbitrio et gratia Dei. Quoniam vero urgent postremos *Philippi* locos, et autoritas *Philippi*, ut scis, magna est et semper fuit in Germania: idcirco si possem ex ipsius literis demonstrare, illum non ita impie de articulis sensisse, quemadmodum ipsi adversarii eius locos communes interpretantur, foret bonae causae operae pretium. Si quas igitur habes iis de rebus illius ad te literas, quae ad promovendam bonam causam aliquid valeant, eas ad nos mittas per Christum servatorem rogo. Ego vero sancte promitto, ubi illis usus fuero, me bona fide remissurum: feceris rem causae utilem et amicis gratissimam.

De rebus nostris nihil adhuc scribo quia nondum plene licet. Hoc tantum possum scribere et affirmare, rem esse in eo statu ut Domini non possint doctrinam a me hic ut piam traditam, et a *Marbachio* ut impiam improbatam damnare, quin etiam scientes et volentes tum doctrinam (ut interim de aperto Dei verbo et de Patribus nihil dicam) a M. *Bucero* in hac schola et ecclesia traditam: et praeter Capitulum nostrum duas etiam Germaniae academias, Marpurgensem et Heidelbergensem damnent. Quum enim viderem, mihi ab illis hominibus non solum disputationem sed etiam omne amicum et privatum colloquium denegari, interim tamen perpetuo etiam e pulpitis sanam doctrinam damnari, et me tanquam haereticum apud Dominos et per totam urbem traduci, addere etiam eam, quam ipsi contra me docent doctrinam, doctrinam esse omnium ecclesiarum quae Augustanam confessionem amplexae sunt, ego volui videre an ita se res haberet. Veni itaque Heidelbergam et Marpurgum: contuli cum illis theologis. Utraque academia non solum doctrinam nostram probavit, sed etiam aliis scripturarum testimoniis confirmavit, et amplissimum sanae doctrinae testimonium mihi dederunt. Neque hoc solum, sed etiam rogarunt ut, si Argentinae esse non possim, ad se veniam ibique doceam. *Pistorius* non solum iudicio academiae Marpurgensis subscripsit, sed scripsit etiam graves literas de hac doctrina ad D. *Sturmium*, idque in hunc finem ut eas senatui ostenderet. Scribit enim, se vehementer mirari quid hoc sit quod doctrinam illam Christi, quam antea hic docuerat *Bucerus*, quamque senatus magno plausu

amplexus fuerat, nunc audiat eandem in eadem schola et ecclesia damnari. Vale, et fratres meo nomine saluta. Argentina.[1])

4206.

LA DUCHESSE DE FERRARE A CALVIN.

Elle recommande Fr. Porto et veut bien le prêter à Genève temporairement.

(Original de la Bibliothèque de Gotha Vol. 404 fol. 709 avec souscription autographe. — Liebe p. 40 transcription très-négligée.)

Monsieur Despeville.

Monsieur *Despeville*. Par Francesco *Porto* present porteur jai receu vostre Lettre et veu par icelle les bonnes admonitions que me faictes que je recoy et entens tousiours tresvoluntiers et vous prie de continuer comme[1]) je lay charge vous dire plus particulierement, et quant à son faict jay bien agreable quil soit ou vous estes pour servir a leglise. Mais il me sera aussi tresagreable, se arrestant les affaires de la religion en ce royaume, comme je desire et que ien[2]) prie à Dieu, vous me le rendiez, parce que je trouve icy[3]) plusieurs lieux et endroictz ou il servira à la gloire du Seigneur à ceux de pardeca: où je desire avec eulx que les bonnes lettres[4]) soient semees et le retirer encores aupres de moy, ou il a este avec si bon tesmoignage et exemple de sa bonne doctrine et vie que je veoy quil y pourra encores tresgrandement servir et a toute ma maison, et sachant que vous loirez et croirez de ce quil vous dira de ma part feray fin a la presente, me remectant a luy apres vous avoir prie de lavoir pour bien recommande en toutes ses occurrances et ne luy deffaillir de vostre faveur non plus que vouldriez faire à moy. Qui prie le createur, Monsr. Despeville, vous maintenir et conserver au service et augmentation de son regne avec bonne sante.

De Montargis ce xvii jour Decembre 1551.[5])

La bien vostre
Renee de France.

4207.

BARTA A CALVIN.

Renseignement sur l'église de Lavaur[1]) *nouvellement organisée par lui.*

(Autographe de la Bibliothèque de Genève Vol. 109, fol. 114.)

A Monsieur Monsieur Calvin
a Geneve.

Salut par Jesus Christ.

Monsieur le devoir et obligation qu'ai a vous ne permet que ie souffre que ie ne vous tesmoigne le souvenir que nous fesons de vous en nos prieres, lesquelles come nous persuadons nous secourent envers Dieu pour estre favoris de luy de telle benediction que ie ne pourrois vous representer Car puis trois sepmaines ez villes les plus chaudes de Christ L'antechrist y est malvoleu et s'en va estre banni par le ministere de nos petites vers de terre. Et se gros chiens abayans n'osent sortir de la creche pour nous mesfaire, graces a Dieu. Le present porteur vous dira de l'estat des eglises que florissent, Dieu soit loue! et meuriront aussi comme Dieu nous en asseure. Nous recommandons humblement a vos bonnes prieres vous promettant de fere memoire ez nostres de vous, affin que le Seigneur vous augmente ses dons et graces et vous y conferme

---

4205. 1) *Iam accuratius inspectis documentis quae ad controversiam Zanchii cum Lutheranis Argentoratensibus spectant epistolam hanc ad m. Sept.* 1561 *referri posse coniicimus. Vota Marburgensium et Heidelbergensium m. Augusto data sunt.* (*Zanchi Opp. VIII. p.* 114. 117. *cf. eius hist. relationem ib. P.* II. 208 *ss.* 241 *ss. et Epp. ib. p.* 122. 129. *Schmidt, Zanchi p.* 654. *Mense Octobri ipse Stuttgardiam et in Helvetiam profectus est alias etiam declarationes quaesiturus.*

4206. 1) continuer à vie. Je l'ai *etc. L.*
2) lui *L.*
3) lui *L.*
4) terres *L.*
5) *La date est fausse. Il faut lire* 1561. *D'abord la lettre est datée de Montargis où la duchesse ne s'établit qu'en Sept.* 1560. *Nous savons par les Registres du Conseil que Calvin présenta Porto* (*Crétois de naissance, jadis prof. à Venise et à Ferrare*) *comme successeur de Béraud le* 25. *Sept.* 1561. *Au* 9. *Ianv.* 1562 *on y lit que Calvin fit régler le traitement du nouveau professeur, et rapporta que la duchesse demandait que* pour le cas quo les choses de la religion avancent on le luy reserve. *Il y a ici allusion évidente à la présente lettre. On voit que Porto, après avoir été agréé par le Conseil était retourné à Montargis pour régler ses affaires et qu'il en rapporta le lettre de la duchesse. Porto mourut en* 1581.

4207. 1) *Dépt. du Tarn, ancienne ville épiscopale.*

de plus en plus a son honneur et gloire et de vos freres aussi. Ce 4. d'Aoust. De Lavaur.[2])

Vostre humble serviteur
T. Barta.

4208.

GRENEYUS[1]) MINISTRIS GENEVENSIBUS.

Burdegalensis ecclesia pro tempore dispersa apud Castilioneos versatur, quibus ut misso pastore melius prospiciatur enixe rogat.

(Ex autographo Cod. Genev. 197ᵃ, fol. 7.)

Observandissimis in Christo patribus.

Reverendis in Christo patribus gratia et pax a Deo servatore nostro.

Sebastiani ducis furias evasit Athanasius psallente populo quia misericordia Dei manet in aeternum. Sic nos singulari Dei providentia et misericordia, quum in casses impiorum incidissemus, instar Elysei caecutientibus adversariis nostris et vertiginis spiritu percussis aufugimus, illis ne pedem quidem loco moventibus. Quater iam in vitae discrimine versatus sum, sed me Deus sua bonitate eripuit, unde etiam illi meam in integrum voveo. Porro quum Burdegalae gregem dispersum viderem ex sententia ecclesiae ad 15 dies recessi, donec mitescat hostium rabies. Spero enim, quidquid moliatur Satan, persequutiones irrigationis et seminis instar semper foecundaturas ecclesiam. Nunc inter Castiloneos[2]) dego qui, quum erga synodum iam bis strenue officio suo defuncti sint, ut pastorem obtinerent prae penuria a vobis opem exposcere coguntur. Date ergo famelicis ovibus suppetias, prout Dominus a vobis velut ex altera Sione rivulos suos facit diffluere. Non erit irritus hic optimi pastoris labor, siquidem exuberat seges: cuius et nos indies sumus oculati testes, maiorem sperantes si hic fidus pastor a vobis per hunc, qui est ex senatu illorum ecclesiastico, mittatur. Quod et vos facturos Deo dante speramus. Interim nos etiam atque etiam precibus vestris commendamus, quarum hactenus fructum sane quam maximum experti sumus. Valete, ornatissimi et observandissimi in Christo patres, vosque Dominus in tot ecclesiarum aedificationem quam diutissime servet incolumes.[3])

Obsequentissimus et ad omnia paratissimus
discipulus vester
Philbertus De la fromentee.

4209.

BEZA CALVINO.

Nonnulla tradit ad initia belli civilis pertinentia.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 722. — Liebe p. 94; Bretschneider p. 123; Simler V. 104. Exstat quoque ap. Cyprian, Abgetrungner Unterricht von Vereinigung der Prot. Frankf. 1722 p. 240. Cf. Baum II. 611.)

Carolo Passelio meo.

S. Iam pridem invitus taceo, et nunc pauca scribo, quoniam aliter fieri non potest. Recte adhuc omnia. Copiosum et validum equitatum habemus. Pedites sunt tardiores quoniam procul mittuntur, sed simul atque pars advenerit recta ad hostem pergemus. Nihil aeque nos torquet atque ecclesiae sordes, ne quid asperius dicam. Excurri Andegavos[1]) usque capitis periculo. Vel parum, vel nihil potius profeci. Sed in diruendis aris incredibilis impetus, quem ne hic quidem impedire ulla ratione potuimus.[2]) Denique omnia sunt repente immutata, ut prorsus ad hoc spectaculum obstupescam, quoniam ne centum quidem annis hostes, etiamsi essent victores, ea possent instaurare quae duarum horarum labor vel in hac una urbe diruit, tantum abest ut meliorem suam conditionem effecerint. Utinam utinam possem ad te mittere quae his diebus ultro citroque dicta facta et scripta sunt. Sed non possum in ista viarum obsidione, quoniam

2) *C. Rabaud, Hist. du prot. dans l'Albigeois. P.* 1873 p. 56: L'un des premiers pasteurs qui évangélisa Lavaur, celui même qui organisa l'église en Juin 1561 fut Berthe, venu de Montauban. Le ministre J. Constant lui succéda le 12. Févr. 1562 et y installa Jean Fontaine comme pasteur. *Il nous paraît probable que ce Berthe fut le même que Barta et l'année de la lettre paraît établie par là. Le nom de Barta ne se trouve pas dans la nouvelle édition de la France protestante. Le prénom* T *est douteux, ce pourrait être un* I.

4208. 1) *De hoc viro vide N.* 3286. 3471.
2) *Chastillon sur la Dordogne (Gironde).*

3) *Ex epistolis modo laudatis colliges hanc c. annum* 1561 *scriptam esse.*

4209. 1) *m. Aprili* 1562. (*Baum* II. 607 *ss. Hist. eccl.* II. 22. 547. *Mém. de Condé* II. 359.)
2) *Facta sunt haec ad ulciscendas caedes Rotomagi, Genabi, Turonibus et alibi perpetratas. Cf. Hist. eccl.* II. 66 *s. Baum* II. 603 *ss. Soldan* II. 33.

sine tabellariorum discrimine nihil eiusmodi tentare possum. Arctopolitani tamen tibi suppeditare poterunt omnia, vel Tigurini potius, quoniam heri nostris visum est ad eos legatum mittere, sed cui valde metuo.

Literas tuas accepi datas 21. Aprilis [3]) in quibus de *Veracii* nostri reditu [4]) agebas. Nostri proceres magnam et tibi et illi gratiam habent. Nostra illa [5]) non aliter quam captiva, et quidem suo more, id est ambigue et meticuloso respondit. Nos interea non stertemus, quamvis ista procrastinatio [6]) incredibiliter me torqueat, cui tamen non video quomodo possimus satis tempestive mederi, nisi stupidi isti et sordidi ingenium serio mutent. *Passius* [7]) noster et ego, nos denique omnes strenue Dei gratia laboramus. Utinam is sit nostrorum sudorum exitus quem optamus et sane speramus. Bene vale cum amicis et fratribus omnibus. Dominus te servet, mi pater, et me brevi rebus prospere confectis tibi, id est mihi ipsi, restituat. Amplissimum senatum cupio reverenter meo nomine una cum toto collegarum coetu salutari. Ignosces tempori quod plura non scribam ne ampliore charta sit opus. [8])

Turnonius [9]) tandem ad patrem suum migravit. Obierunt quoque *Avansonius*, *Termensis* et *Lorgaeus*. [10])

4210.

CALVINUS VIRETO.

Acriter expostulat cum eo, nescio qua de causa, epistola ad quam respondet deperdita.

(Ex apographo Cod. Genev. 107a, fol. 272; coll. c. Cod. 108, fol. 156; Epp. Bern VI. 1124 et Simleri Vol. 108.)

Praestantissimo Christi servo D. Petro Vireto fratri et collegae plurimum honorando.

S. Accepi sub coenam tuas literas ab homine mihi ignoto, quem tamen unus ex collegis dixit famulum esse Ludovici *Franci*. Si de meo diuturno silentio quereris facilis excusatio esset, nisi quod suspicari te video offensionem a me exceptam in causa esse. Quid tibi retulerint amici tui nescio, nec valde moror. Non tamen dissimulo quod de literis interceptis scribebas mihi stomachum movisse. Nondum enim oblitus sum quam diligenter me ante complures annos admonueris, quum meas literas apud te furatus esset famulus tuus, ut prudentior essem scribendo. Putasne mihi tuas insultationes videri ita lepidas, ut probris in me coniectis oblecter? Atqui ne isti quidem amici tui, quos erga me proditores existimo, unquam efficient ut mihi caveam. Non placeo mihi in vitiis, sed hoc vix unquam corrigetur.

Interea quid tibi iacturae attulit meum silentium? Multa dicis agitata de quibus nullum ad te verbum. Quid si bonae partis ne conscius quidem fuerim? Quid si a consiliis quae non probabam fuerim alienus? Quid si aliquoties testatus fuerim, quidquid agitabatur mihi fore incognitum quia scire nollem? Et tamen adhuc facetus esse appetis, oblique me insimulas, ubi dicis nihil unquam ad te relatum esse donec omnia essent turbata. Utinam exploratores tui fideliter nunciassent qualiter mecum actum fuerit. Si amarulentus videor, ex tuis literis didici. Quanquam non solus perstringor ubi te contemptum quereris, ac si pastoris locum non teneres nec ad collegium nostrum pertineres. Mihi satis est privatam causam agere. Fratribus erit sua excusatio cur non ad te quotidiana acta perscripserint. Ignosces meae indignationi, quam mihi tamen paulo imperiosior tua expostulatio extorsit, donec ad nos redieris incolumis, quod propediem fore confido et maxime opto: nam tuae et fratrum censurae libenter obtemperabo. Vale, eximie vir et mihi honorande. Dominus tibi adsit, te gubernet et benedicat. Genevae 2. Septembris, [1]) duabus post horis quam tuae mihi fuerunt redditae.

Ioannes Calvinus tuus.

---

3) *Non exstant.*

4) *ex Germania* (*N.* 3757. 3837).

5) *Catharina Medicea.*

6) *Condaeus ludi se patiebatur vanis negotiationibus.* (*Soldan* II. 41.)

7) *Spifame.*

8) *Epistolam m. Maio* 1562 *scriptam fuisse non est quod dubites.*

9) *Quis hic fuerit nescimus, etiam reliquos ignoramus. De Tornacensi* (*de la Tour, Hist. eccl.* II. 589) *qui m. Iulio periit martyr* (*N.* 3858) *non cogitamus quippe cuius mors a Beza aliter indicata fuisset.*

10) *Primum nomen et tertium dubia, Br. et L. habent* Anansonius, *Br. etiam* Terventis *et* Lergaeus.

4210. 1) Suspicor hanc epistolam scriptam fuisse anno 1563 quum Viretus ecclesiae Genevensis tum pastor, in Gallia, versaretur (*Turretin.*). *Certiora nos quoque non habemus quamvis res nobis minime omni dubio soluta videatur. Patet tamen Viretum, quum haec scriberetur in Gallia versatum fuisse quo se contulit demum post Idus Sept.* 1561. *Ergo non nisi de proximo aut sequenti anno cogitari potest. Iam nulla exstat Calvini ad Viretum ab eo inde tempore usque ad Cal. Aug.* 1563 (*N.* 3999) *quae talis est ut nostram hanc vix ad idem tempus referre ausimus, et quas ultimas habuimus Vireti* (*N.* 3809. 3813. 3816) *minime Calvino stomachum movere poterant. Verosimillimum esse tamen forte conieceris, Viretum aegre tulisse quod non citius ipsi responsum sit quum de Lugdunensi statione in Senatu ageretur, sub finem Augusti* 1563.

Scripsit ad me *Carolus*, qui paulo ante minister fuit ecclesiae Tolosanae, sibi non esse in animo ad ecclesiam illam reverti. Miror quod prioribus eius literis responderim eum tacere. Si non acquiescit fratrum sententiae fruatur sane libertate sua: nemo eum coget.

4211.

NIGER CALVINO.

Mittit ei libellum ex Italia allatum contra eius doctrinam de coena scriptum.

(Ex autographo Cod. Genev. 113, fol. 140.)

D. Ioanni Calvino verbi Dei ministro suo plurimum observando.

Genevae.

Franciscus Niger D. Ioanni Calvino suo S. D.

Quum ad me nuper Georgii cuiusdam *Drascovitii* libellus, cui titulum fecit: *Confutatio eorum quae dicta sunt a Ioanne Calvino sacramentario super verbis Domini Hoc est corpus meum*, ex Italia missus esset, quanquam omnino mihi musca visus est quae velit elephantum impetere, nihilominus eundem istuc etiam transmittere libuit, quo tu quoque per te ipsum videre possis quam debilia monstra iam incipiat parere chartisque involvere Antichristus, qui tamen evaginatis alioqui gladiis ubique locorum Christi membra potentissime insectatur. Tu vero, mi doctissime *Calvine*, quanti faciendae tibi sint eiusmodi nugae facile perpendes atque in Domino bene valebis. Clavenae Kal. April. [1])

4212.

BEZA ZANCO.

Martyris obitus ecclesiae Turicensi damnosus. Gribaldi resipiscentia suspecta. Viretus Genevam cum ipso rediit ex Gallia.

(Ex Tomo VIII. Opp. Zanchi p. 169.)

Theodorus Beza Hieronymo Zanchio S. Argentinam.

Accepi literas tuas singularis benevolentiae et humanitatis plenas, vir doctissime et frater optime, ut plane ferreum et inhumanum esse me oporteat nisi te non solum diligam sed etiam amem et omni studio complectar. — — — —

De D. *Martyris* obitu [1]) idem sentis atque ego et boni omnes: nihil isti civitati damnosius, nihil bonis qui istic sunt acerbius accidere potuisse. Sed et privatim vicem tuam doleo, qui tanti viri praesidio tamque fidi amici consuetudine sis privatus. Neque dubito quin tota iam molestiarum moles in tui unius caput incumbat. Sed vide tamen, mi *Zanchi*, ut quod facis fortiter et constanter facere pergas. Multi, acres, potentes sunt adversarii, sed quanto fortior est Domini veritas? Omnia possumus in eo qui nos confirmat. Itaque macte virtute esto, et quem semel cursum ingressus es, vide ut in mediis tempestatibus praesidio Christi cui servimus teneas et serves. — — — —

De iurisconsulto illo [2]) gratum est mihi quod spem aliquam faciat resipiscentiae, nisi forte nostro illi imposuit apud quem te vidisse scripsisti puram confessionem illius manu perscriptam. Certe illa, cuius exemplar ad D. *Martyrem* miseram, hic quoque exstat eiusdem manu scripta et consignata. Utra sit vetustior, dicere non ausim, neque etiam de illa statuere, quam scilicet nunquam legerim. Quod ad me attinet, ego non iam confessionem ab eo ullam requisierim, sed hoc potius ut quae impie scripsisse illum non puduit, et coram Deo et ipsius ecclesia affirmare, ea quoque ipsum contrario scripto vel coram abnegare, detestari et anathemate iugulare non pudeat. Si hoc detrectat non video cur illum fratris loco habeam, etiamsi mille puras in speciem confessiones ederet. Servet Dominus ecclesiam ab istis portentosis et arrogantibus ingeniis, quae, ne videantur hominibus quidquam tribuere, suo iudicio omnia subiiciunt. — —

quo tempore Ludov. Francus Lugduno redierat. Senatus demum pridie Nonas Vireto in eum finem scripsit. Quod si tu potius ad a. 1563 *eam relegandam putaveris, scias nos non habere quo contrarium evincamus.*

4211. 1) *Franc. Negri Bassanensis Italus post a.* 1540 *Clavennam venit. De eo adeas Mainardi ep. ad Bullingerum* d. d. 1548 *in Mus. helv.* 19,481 *et Bock, hist. antitrin.* II. 482. *Porta, passim. Minus firme fidei orthodoxae adhaerebat et Stancaro Camilloque Renato satis facile aures praebebat.* — *Geor. Drascowitsch theologus Hungarus, nobili genere natus a.* 1560 *creatus est episcopus in Fünfkirchen, et biennio post ab Imp. Ferdinando Tridentum missus est legati vicibus functurus. Post reditum* 1563 *occupavit sedem episcopalem in Zagrab, et* 1578 *factus est archiepiscopus in Colocza, cum quo munere anno sequenti cumulavit idem in Raab; simul fuit cancellarius regni et a.* 1585 *cardinalis. Obiit a.* 1587. *Tridenti habuit duas orationes quas cum eius vita et Dudithii orationibus edidit Geo. Schwarts.* — *Epistolam hanc, quae eam ex Italia missum libellum dicat, non temere ad a.* 1563 *referre videbimur, quo concilium dissolutum fuit, ad quod autor demum a.* 1562 *delegatus fuerat.*

4212. 1) *obiit prid. id. Nov.* 1562.
2) Gribaldo.

Bene vale, vir optime et frater in Domino carissime. Dominus Iesus te servet cum tota familia. D. *Viretus* noster te salutat, cum quo veni in hanc urbem paucis abhinc diebus, ut gravissimo malo quod ei videtur imminere, aliqua ratione medeamur. Tu igitur vide ut eius salutem Domino sollicite commendes, quod et ipse et nos omnes a te flagitamus et speramus. Iterum vale. Genevae Calend. Septembris. [3])

4212 bis.

LES MINISTRES DE GENÈVE AU SYNODE DE LYON.

(Aymon, Synodes nationaux T. I. p. 50 suiv. Traduction anglaise dans le Synodicon de Quick. Lond. 1692 I. p. 48 suiv.)

Trois Réponses des Pasteurs et Professeurs de la Ville de Genève et de quelques Ministres qui furent Députés au Synode National tenu à Lion l'an 1563 et qui avoient reçu le pouvoir de faire les Réponses suivantes aux Questions qui leur avoient été faites.

La première Question étoit touchant le Mariage, savoir *si les Parties qui s'étoient promises pouvoient être dégagées par un consentement mutuel des Parties?* Les Frères de Genève répondent:

Article I.

Nous ne pouvons juger autrement sinon que le respect que l'on doit avoir pour le Mariage devroit empêcher les Parties, qui se sont données l'une à l'autre, de rompre cette foi sacrée: car puisque Salomon l'apelle l'alliance de Dieu, elle n'est pas de la même nature que ces autres Conventions et Accords, qui dependent de la volonté des hommes: et nous ne pouvons pas croire autrement, sinon que telle étoit la volonté du Seigneur, lorsqu'il dit, *que l'homme ne separe pas ce que Dieu a conjoint*, quoi qu'ils n'eussent pas encore habité ensemble charnellement. C'est pourquoi la promesse est sacrée et doit être irrevocable: car Dieu aiant puni l'homme qui avoit commis le péché de fornication avec sa Promise, comme si c'eût été le crime même d'adultère, il nous est demontré par là que la fille étoit engagée comme si elle eût été mariée, parce que l'adultère presuposoit le mariage.

II.

Et parce qu'on nous a allegué quelques inconveniens, nous répondons que les mêmes se trouveront a l'égard de ceux qui sont en âge comme de ceux qui sont mineurs: Car il arrive que souvent ils s'accordent très-mal, et cependant il ne leur est pas permis de se séparer, parce que ni l'un ni l'autre n'est pas libre de le faire.

III.

L'opinion des gens de Justice n'a aucune force dans un pareil cas, parce qu'ils aprouvent le divorce entre le mari et la femme: ce qui est cependant directement oposé à la Loi de Dieu.

IV.

Et la Glose qu'on a mise sur ces paroles, *Pour être joints ensemble*, *i. e.* d'avoir accompli le mariage, ne doit pas être admise, et on presse mal à propos le jugement de S. Paul 1. Cor. 6, 16. Car lors que l'Apôtre dit que le Fornicateur n'est qu'un corps avec l'abandonnée, il se sert seulement d'une comparaison de laquelle on ne peut pas tirer une juste definition. Car il est d'ailleurs certain que l'on ne peut pas proprement entendre cette Sentence de la fornication, parce qu'il n'y a que le Mariage que Dieu ait honoré de ce Privilege, de faire que deux personnes, qui sont unis par le Sacrement de Mariage, ne soient plus qu'un en une même chair. Mais, comme nous disons, S. Paul, afin d'agraver le péché de la fornication, alegue ce passage de Moïse, pour conclurre *qu'un homme se separe de Jesus-Christ, toutes les fois qu'il souille son corps en se communiquant à une prostituée.*

V.

Et quoique la fiancée soit en la puissance de ses parens, jusqu'à ce qu'ils l'aient remise à son mari, cependant cela ne déroge en rien aux Droits du fiancé, et n'empêche nullement qu'il ne puisse forcer le pere de la fille à la lui donner s'il en faisoit difficulté.

VI.

Moïse ne fait aucune distinction entre le crime d'une femme mariée et celui de la fiancée lorsqu'elles commettent paillardise, Deut 22, 22. 24 mais il les regarde toutes deux comme adultères.

---

3) *Hic latet error. Dubium iam movet mentio mortis Martyris dudum defuncti quasi nuper obierit. Tum scimus ex Commentariis Senatus Genevensis ad a. d. III. Nonas Maias* 1563 *Bezam ex Gallia rediisse. Ibidem* (*cf. a. d. III. Idus eiusdem mensis*) *legitur Viretum ex Lugduno senatum adiisse* (Viret de Lyon est icy comparu *etc.*). *Quem quum Beza dicat cum ipso paucis abhinc diebus advenisse, omnino pro Septembre Maium adscribendum esse patet.*

VII.

Les Loix ne disent pas aussi positivement que les promesses qui se font mutuellement entre les parties se puissent rompre: car quoi que le pere puisse mettre opposition au mariage, et tâcher de casser les promesses, néanmoins il n'est pas permis aux parties de le faire.

VIII.

De plus, il y a une grande différence entre le consentement des Parties et la connoissance de leur cause: car nous ne nions pas qu'un homme qui a été trompé ne puisse declarer la fourbe qu'on lui a voulu faire, et qu'on n'y doive remédier. Mais nous disons simplement que les Parties, étant reciproquement obligées, ne peuvent pas se dégager, et qu'on ne peut pas leur permettre de se décharger l'une l'autre. Et c'est en ce point seulement que nous regardons les fiancés de la même manière que s'ils étoient mariés.

IX.

Il n'est pas dit qu'à cause que le St. Apôtre ne dit pas precisément qu'un homme ne peut pas donner un Billet de divorce à sa fiancée, il peut néanmoins la décharger et la remettre en sa première liberté. Mais plûtôt nous pouvons dire que la Loi pour le fiancé et pour celui qui est marié est la même, parce qu'il y a autant de raison pour l'un que pour l'autre.

X.

De plus il y a encore une chose à observer, qui est que l'Apôtre ne traite pas cette matière à dessein: il ne fait que l'effleurer et n'en parle que par occasion. D'ailleurs il est certain qu'il souffroit la Polygamie dans les personnes publiques et particulières, parce qu'en ce tems-là il n'étoit pas possible d'y remédier, ce que l'on peut voir par les paroles du même Apôtre St. Paul, *Un Evêque ne doit pas être mari de deux femmes.*

XI.

Quoi que l'Eglise exige une Declaration publique du jour des Noces, on ne peut pas inferer de-là que les Parties puissent retracter leurs promesses. L'Eglise ne le fait que pour prevenir quelques mauvaises suites, et les mariages clandestins: ainsi les Parties ne font que ratifier leurs promesses dont ils prennent le Peuple à témoin.

XII.

Le Passage du 22. du Deuteronome est très-clair, et très-formel, pour prouver que celle qui a donné sa foi à un homme est son Epouse, tellement qu'il n'est plus en sa puissance de quitter son mari. Nous savons aussi que Tamar, aiant été reservée pour femme pour le plus jeune des enfans de Juda, fut condamnée au feu comme une adultere, à cause qu'elle s'étoit prostituée. Et une Veuve en Israël ne pouvoit pas se marier hors de la famille de son mari: si elle n'avoit pas d'enfant de lui, elle étoit reputée femme du frere de son mari. Et lorsque Joseph n'osoit ni ne vouloit pas difamer la Ste Vierge, il déclara que si elle avoit prostitué son corps, c'étoit un crime d'adultère. C'est pourquoi les Parties doivent bien examiner ce qu'elles font lors qu'elles s'engagent, parce que de telles promesses sont des contracts dont on ne peut plus se repentir, à moins qu'ils ne soient informés dans la suite qu'il y auroit eu de l'erreur ou de la tromperie, ou quelque méprise dans les Personnes.

Reponse II.

La Question étoit touchant les Consistoires, savoir *Comment nous devons nous comporter envers les Delinquens qui sont coupables de crimes qui méritent une Punition Corporelle? Parce que si vous les faites venir au Consistoire, le Magistrat qui y assiste sera informé de leurs Crimes.*

Les freres de Genève repondent:

Article I.

Ils est fort difficile de fermer les yeux sur ceux qui se délectent dans le Crime, parce qu'un inconvenient en amène un autre. C'est un malheur que, les Officiers du Roi étant d'une Religion contraire à la nôtre, de pareilles Personnes soient établies par une Puissance absolue pour être présens à nos Consistoires: mais puis qu'il est ainsi on ne peut pas y remedier. Nous souhaiterions que ces Officiers n'eussent pas tant de pouvoir: mais s'ils ont un juste sujet de punir les Delinquens, qu'ils le fassent puis que nous ne pouvons pas l'empêcher.

II.

Si on allègue que cela empêchera les pauvres Pécheurs de confesser librement et de reconnoitre sincerement leurs Offences, et que nous ne pourrons pas les amener à la repentance, et que l'on remarquera beaucoup d'hipocrisie, d'ostentation et de dissimulation dans nos Eglises, on repond qu'il faut tolerer un mal que l'on ne peut guerir, jusqu'à ce que Dieu nous fournisse un meilleur remede. Cependant on peut trouver quelques moiens pour sauver du peril les pauvres malheureux, qui sont cause du scandale. Que deux ou trois Membres

du Consistoire leur fassent connoître leur crime en particulier, et quoiqu'ils pallient et dissimulent le fait, on peut se contenter d'en avoir usé de cette maniere avec eux. Bref, il faut, par toutes sortes de voies, tâcher que les ennemis de notre Eglise n'aient pas occasion de nous montrer leurs mauvaises inclinations, et les empêcher, autant qu'il se pourra, de faire à nos freres tout le mal qu'ils voudroient. Mais si le Crime étoit scandaleux, plûtôt que de le tolerer il faut souffrir que l'on en fasse justice. Dans les endroits où les Magistrats sont des personnes pieuses et qui font une profession de notre Religion, on peut leur communiquer le fait afin qu'ils punissent ceux qui ont mérité d'être punis par les loix: mais qu'ils le fassent toûjours avec la moderation qu'inspire la Religion Chrétienne. Ainsi le Consistoire sera exemt de blâme, et le Coupable ne lui fera pas la Confession de son Crime, mais au Magistrat.

Reponse III.

Touchant le Batême. Voici le Contenu d'une Lettre et les Reponses à la même Lettre, dans la quelle on vouloit prouver que le Batême administré par une personne privée étoit valide.

Les Freres de Genève repondent:

Article I.

Nous Ministres et Docteurs de l'Eglise de Genève, accompagnés de nos Freres venus au Synode de Lion, nous étant assemblés au Nom du Seigneur, après avoir examiné ce cas de Conscience qui nous a été proposé, *si le Batême administré par une Personne privée, c'est à dire, qui n'a aucun office dans l'Eglise de Dieu doit être rêiteré ou non?* Nous déclarons que nôtre jugement unanime est qu'un tel Batême ne s'acordant pas avec l'institution de nôtre Seigneur Jesus-Christ est par consequent de nulle validité ou effet, et que l'Enfant doit être aporté à l'Eglise de Dieu pour y être batisé: parceque séparer l'Administration des Sacremens de l'Office du Pasteur c'est comme si on detachoit un sceau pour vouloir s'en servir sans la commission des Lettres Patentes auxquelles il étoit aposé, et en un pareil cas nous devons nous servir de la maxime de nôtre Seigneur, lorsqu'il dit *que l'homme ne sépare pas ce que Dieu a conjoint.*

II.

Et parceque dans cette Lettre il y avoit des raisons du contraire, nous avons été priés par le Synode d'y faire reponse par écrit: nous le ferons quoique nous aions trouvé ces raisons très-foibles et fort absurdes.

III.

Le premier Argument de ce mechant Ecrivain étoit, *nous devons distinguer entre la vertu du Sacrement, laquelle Dieu seul peut accorder, et le signe exterieur dont l'homme est le Ministre.* Mais cette raison même apuie notre sentiment: parceque Dieu noust a fait savoir par la bouche de son Fils quelles sont les Personnes qui doivent administrer le Batême.

IV.

Sa seconde raison, qui dépend de la precedente, ne fait rien du tout à nôtre sujet: Car quoique Jesus-Christ batise seulement avec son esprit, il ne s'ensuivra nullement qu'il ne veuille pas que le Signe et la Figure soient anexées à sa grace.

V.

Et cette même reponse suffira pour réfuter son troisième Argument: car quand nous reformons une pareille irregularité, nous ne voulons pas restreindre la vertu de Dieu à un Element: Car nous soutenons qu'un tel Batême est faux et une profanation du Sacrement, puis que nous devons nous en tenir precisément à sa premiere institution. D'ailleurs un tel langage est fort impropre, nous ne réiterons pas le Batême car le prétendu Batême est tout-à-fait contre le Precepte et nul: par exemple, si vous donniez de l'eau bourbeuse à boire à un Enfant, il ne seroit pas nécessaire que l'on lui donnât encore à boire immédiatement dessus cette méchante eau: mais si vous lui donnez une bouteille vuide à succer, comme il n'en tirera rien que du vent, il faudra que vous lui donniez à boire pour réparer vôtre méprise. De plus, ses expressions, d'*Aspersion* ou *Immersion*, sont trop affectées, et il semble qu'il s'en serve pour persuader que le Batême est inutile: mais il seroit à la verité fort à souhaiter que l'on fut plus retenu lorsqu'on traite des Misteres si sérieux. Bref, ou le Batême n'est d'aucune utilité, ou bien il doit être regardé toûjours par raport à son institution qui est d'être un sceau de la Rémission de nos Péchés.

VI.

Son quatrième Argument est tout-à-fait ridicule: Graces à Dieu nous savons que nôtre Lavement Spirituel est dans le sang de Jesus-Christ, et non dans l'eau du Batême. Et il pouvoit fort bien s'epargner la peine de citer tant de Passages de l'Ecriture, pour nous prouver ce dont pas un de nous n'a jamais douté: Car l'eau dans le Batême

signifie le sang de Jesus-Christ, et les fruits que nous en retirons, produits en nous par le St. Esprit. Et quoique le Seigneur n'ait pas égard aux Personnes, et que la validité du Batême ne dépende pas de la dignité de celui qui l'administre: cependant il ne s'ensuit pas que nous ne nous en devions pas tenir au precepte par lequel il l'a institué. Et puisque la parole de Dieu est la Regle de nôtre devoir, que Jesus-Christ nous a laissée, pourquoi n'en pas faire de cas à l'égard du Batême?

VII.

Son cinquième Argument supose ce qu'on ne lui accordera jamais, savoir que le Batême, administré même par un hérétique qui n'a nul Office dans l'Eglise, est cependant valide. Car cela étant ainsi, le Batême n'apartiendroit pas seulement à l'Eglise, mais aussi aux Turcs et aux Païens: tellement que de la maniere qu'il raisonne par ses Argumens, il fait passer cette Aspersion d'eau pour un charme.

VIII.

Son Principe dans son sixième Argument est très mal appliqué: car quoique la vertu et la verité du Batême ne soit pas toûjours jointe avec le signe, cependant nous ne pouvons pas dire pour cela que l'on puisse laisser le Batême: nous confessons sincerement qu'un homme, qui n'aura jamais participé à l'eau du Batême, pourra être Participant de la Grace promise dans le Batême: mais conclurrons nous delà que l'on puisse negliger le Batême? Dieu nous en préserve! Ce qu'il ajoute touchant la mauvaise Administration du Batême, et particulierement par raport à la forme et à la maniere de l'administrer selon l'Évangile, contient une double erreur. Car nous n'avons jamais confessé que la pure action de verser de l'eau, par celui qui n'auroit point de vocation dans l'Eglise de Dieu, fût un Batême, ou que la forme Evangelique se recontrât où il n'y avoit pas de Ministre Evangelique.

IX.

Il propose son septième Argument en termes un peu rudes, et qui font voir la malice de son esprit. Mais qu'il en tire les consequences qu'il voudra: nous nions absolûment qu'en rapellant l'homme à l'observation de la premiere institution du Batême, nous voulions insinuer que l'on puisse rebatiser: nous regardons ce Batême pretendu comme un Fantôme, puisque nous soutenons que des personnes privées ne peuvent pas administrer le Sacrement. Et quoique nous n'atachions pas la grace de Dieu aux mains d'un homme, neanmoins le Sacrement administré par un homme doit être anexé à sa qualité, autrement il faut fouler aux pieds l'autorité de Jesus-Christ.

X.

Dans son huitième Argument il corrompt le texte de St. Jean et en falsifie le sens: parceque la question n'est pas touchant le signe externe, mais elle regarde la vertu interne, qui est le vrai lavement spirituel.

XI.

La similitude qu'il presse dans son neuvième raisonnement est nulle: car le Seigneur n'a pas avili ce sacrement, afin qu'il fût dispensé par toutes sortes de Personnes: mais il a commis des Personnes avec ses Ministres, pour en être les Dispensateurs.

XII.

La comparaison de la Circoncision avec le Batême dans son dixième raisonnement pourroit être admise, pourveu que cette Circoncision n'eût été administrée que par les Prêtres: mais lorsque des particuliers versent l'eau, nous nions que ce soit cette forme de Batême laquelle a été instituée de Jesus-Christ. De plus qu'on remarque ceci en passant. Lorsque les Israëlites et Edomites se separerent de l'Eglise, quoiqu'ils retinssent la Circoncision, ils ne firent que la profaner, et ce n'étoit qu'une pure illusion, car Dieu les regarda comme des peuples incirconcis.

XIII.

Il est fort loin du but dans son onzième raisonnement: car quoi que nous confessions que nous ne sommes régenérés qu'une fois, que nous ne renaissons qu'une fois spirituellement, cependant nous sommes obligés de dire que le Batême imaginaire ne signifie ni ne séelle en aucune manière nôtre renaissance.

XIV.

Pour ce qui est de son douzième Argument, nous savons très-bien que telle était l'opinion de St. Augustin dans ce point: mais on ne doit pas l'aprouver en tout, ni suivre son sentiment en cela. Nous avouons nous-mêmes que celui qui a été batisé ne doit pas être rebatisé: et nous ajoutons ceci aussi, que si un particulier, qui n'a pas de vocation de Dieu, usurpoit de son propre mouvement cet Office, la cérémonie qu'il feroit du Batême ne seroit qu'une pure mocquerie, et par con-

séquent ne seroit d'aucune vertu. Et cette réponse peut servir pour le treizième Argument.

XV.

Dans son quatorzième Argument il raporte un Passage de Mr. *Calvin* par où il pretend faire voir qu'il se contredit: mais il corrompt le vrai sens de ses paroles: parce qu'en cet endroit il ne traite pas du Ministère, mais des vertus et des mérites du Ministère: Car c'est comme s'il avoit dit que tous les vices du Ministre le plus débauché, ne pouvoient en rien prejudicier à la vertu du Sacrement du Batême.

XVI.

Nous nions son quinzième Argument, qui est que la main et le signe du Seigneur sera reconnu dans la cérémonie de verser de l'eau, faite par un homme qui n'en auroit pas la Commission.

XVII.

Ce que *Calvin* avoit dit par raport à son seizième Argument, sufisoit pour prouver la nullité d'un tel Batême. Le même *Calvin* declara que tel étoit son sentiment, et que c'étoit une folie d'aller persuader au monde qu'il ne vouloit pas que des Personnes qui avoient la Commission d'administrer les Sacremens, ne réïterassent pas les cérémonies du Batême qui auroient été faites par une femme.

XVIII.

Son dix-septième Argument est un pur Paralogisme, parce qu'il n'y distingue pas entre la remission des péchés accordée par Jesus-Christ, et le signe de cette remission lequel il remit à ses Apôtres.

XIX.

Nous répondons à son dix-huitième Argument: Que le Batême des Papistes est fondé sur l'institution de Christ: car les Prêtres, quoi que depravés comme ils sont, et tout-à-fait corrompus, sont encore les Ministres ordinaires de cette Eglise, dans laquelle ils exercent une tirannie si cruelle.

XX.

Il n'est pas nécessaire de répondre à son dixneuvième Argument, à moins de répéter que ce mot *rebatiser* est mal emploïé: puisque nous avons toûjours dit que l'on ne devoit pas apeler Batême un faux Batême, et qui ne peut être apelé Batême que par raillerie.

XXI.

Son vintième Argument ne prouve rien: c'est pourquoi nous n'y répondrons pas. S'il se plaint de nôtre peu de ménagement en son endroit dans nos réponses: qu'il se souvienne de ce ton décisif avec lequel il a établi ses dogmes, comme s'il avoit pris à tâche de nous oposer des superstitions et des abus: et principalement avec quelle témérité il a condanné St. Ciprien et tout le Concile de Cartage. S'il avoit un peu mieux examiné les choses peut-être auroit-il été plus modéré: mais parce que nous l'aimons et que nous l'estimons, nous souhaiterions qu'il emploïât ses talens à des Questions plus utiles et moins curieuses.

Touchant la Cène.

Sur la Question qui a été faite à nos Freres de Genève: *Si les Pasteurs seulement distribueroient le Pain et le Vin au Peuple, à la Table du Seigneur:* Ils ont répondu, qu'il seroit beaucoup mieux s'ils le faisoient, et qu'ils le pussent faire commodément en tous tems: mais que la chose paroissant impossible à present, et encore plus impraticable pour l'avenir, si Dieu multiplioit le nombre des croïans, les Pasteurs étant si rares: qu'aussi les Diacres et les Anciens étant les bras et les mains des Ministres, il n'y avoit nul inconvenient qu'ils distribuassent les espèces Sacramentelles aux Peuples plus éloignés du Ministre, lorsqu'il les auroit consacrées.

4213.

BOULIERIUS CALVINO.

Laudabundus de Calvino modestissime de semetipso loquitur.

(Ex autographo Cod. 109, fol. 210.)

A Monsieur Monsr. de Speville.
A Bourc.

Magna me laetitia affecerunt tuae literae, vir ornatissime, ex quibus id mihi perspexisse videor de quo nunquam dubitavi, te maximo pietatis desiderio flagrare. Quod quum ubique testentur tua scripta, mores loquantur ipsi, vita denique tota

palam clamitet, mihi profecto supervacaneum fuerit laudibus tuis recensendis diutius hic immorari. Quas etsi iure tibi tribuam tamen (quae tua est modestia) vix possis agnoscere. Quod vero me hortaris ad constantiam, facis tu quidem prudenter, et ut eum decet qui in propaganda Christi doctrina nullum omnino locum sibi praetermittendum esse putet. Video enim te omni cura, studio, labore, cognitione in hoc studium incumbere, ut regni Christi pomoeria quam latissime promoveas. Itaque Deum opt. max. oro atque obtestor ut quod tanto studio facis perpetuo facias. De me dicam quod sentio: quod utinam minus vere dicere possim: adeo me parum strenuum esse militem ut me plurimum pudeat ignaviae. Verum in me dum tento descendere sentio quid possint humeri quid ferre recusent. Erit fortasse, quum Dominus mihi suppeditabit vires, ut par esse queam ferendo oneri. Militiam certe ut in praesentia detrectem, facit tum haec nimia infirmitas, tum plurimorum lapsus, qui mihi visi sunt parum se suo pede metiri. Horum vestigia me non parum terrent. Dominum oro ut me pro sua immensa bonitate respiciat, suo sancto spiritu afflet, ac ita corroboret ut in stadii cursu non postremus esse videar. Interim faciam quod pie mones: in statione subsistam, nec ordinem deseram.

Qui sit hic rerum nostrarum status, partim iam ex D. *Antesignano* fratre nostro cognovisti, partim nunc ex eodem liquidius poteris cognoscere. De tua valetudine hic omnes pii laborant. Quare te etiam atque etiam rogo ut valetudini servias. Magni enim nostra totiusque ecclesiae interest ut te pristinae valetudini restitutum quam diutissime serves incolumem. Vale, pastor vigilantissime. D. *Bezam* totumque sanctorum gregem salutabis.

Tuus ex animo
Iohannes Boulierius. [1])

4214.

ZANCUS BEZAE.

Lugduno praeterito Clavennae sedem fixit ubi vel invito coelo et inter hostiles hominum animos stare mavult quam alibi sua quiete frui.

4213. 1) *Habuimus aliquem Io. Boulier dit La Roche ministrum in Vandoeuvre et Cologny* 1560 (*N.* 3414, *not.* 3). *Iam videtur longius a Geneva abesse, fortassis in Galliam vocatus, et quod de Calvini valetudine dicit et Beza Genevae commorante nos ad a.* 1563 *epistolam referre cogunt.*

(Ex Tom. VIII. Opp. Zanchi p. 171.)

Ne mireris, optime *Beza,* quod sero et breviter respondeam: mirare potius quod vivam et te adhuc salutem. Nam et Dominus e coelo nos mirabiliter castigat, [1]) quanquam misericorditer, et homines nos ita aversantur et fugiunt ut pauci audeant nos invisere, nostra vero vel attingere nemo. Tandem tamen aliquando quidam frater [2]) ausus est quod nemo alius. Per hunc igitur haec ad te paucis.

Quisquis sum, Christi sum, et Christo vivere et mori volo. Ergo vel Clavennae vel Lugduni esse mihi perinde est, modo Christo inserviam. Quam libenter tamen venissem Lugdunum, [3]) quum propter alias causas, tum praesertim propter consortium et consuetudinem piorum et doctorum fratrum, quos non paucos ibi novi, tu ipse potes iudicare. Amicitia etiam mihi intercedit, ut scis, cum innumeris aliis Gallis, ut vere Gallus sim. Annon Bergomum in Gallia est Cisalpina? Sed quid agas, optime frater? Dominus me huc vocavit: qui possum ergo sponte vocationem hanc deserere? Rogandus igitur Dominus ut quod bonum est in oculis suis faciat, neque mecum agendum est sed cum ecclesia.

Tristia audieram aliquot ante diebus de nostro optimo patre *Calvino*: sed quia nihil praeterea aut scriptum aut relatum ad me fuit, aliquid speculae concepi. Dominus illum nobis servet. Nam si ille migret ad Dominum, aliquid irae Dei metuo isti urbi. Proinde rogandus est Dominus ut talem pastorem ne adhuc ad se rapiat in hoc tempore calamitoso. — — — — — [4])

Vale et salutato D. *Calvinum* et alios fratres. [5])

Tuus H. Zanchius.

4214. 1) *Pestis grassabatur Clavennae primis mensibus a.* 1564.
2) *Martinengus fuisse videtur, cuius exstat epistola ad Z. d. d. a. d. VI. Cal. April.* 1564.
3) *quo vocatus fuerat plus semel. Cf. ej. epp. l. l. p.* 173. *Schmidt* 673.
4) *Addit hic nonnulla ad oppidum Clavennam spectantia, ex quo scil. haec epistola scripta est.*
5) *Giamb. Gallizioli, memorie istoriche della vita di G. Z. Berg.* 1785, *p.* 48*:* Giunse felicemente in Chiavenna l'ultimo giorno dell' anno 1563. *Idem affirmat de Porta Hist. ref. eccl. Rhaet.* II. 412. 421. *Epistola nostra scripta fuit, ut videtur, ante N.* 4087.

SERIES SECUNDA

Epistolarum quarum natales omnino non definiri potuerunt.

A.

CALVINI.

4215.

CALVIN A L'ÉGLISE DE CORBIGNY. [1]

Exhortations et encouragements.

(Bibliothèque de Genève Vol. 107, fol. 109 avec additions et corrections de la main de Calvin. Au dos est écrit: *A St. Lienard. Elle pourroit estre imprimee en taisant le nom de St. Leonard.* — Ruchat VII. 367. Bonnet II. 320. Trad. latine dans les éditions de Genève p. 220, Lausanne p. 467, Hanau p. 528, Chouet p. 300, Amsterdam p. 137.)

La charité de Dieu nostre pere et la grace de nostre seigneur Jesuschrist soit de iour en iour augmentee sur vous par la communication du sainct esprit.

Treschers freres, ie rens grace a nostre Seigneur tant de ce qu'il luy plaist daccroistre iournellement le nombre de son peuple entre vous que de ce qu'il vous entretient en la cognoissance de sa verite, apres vous y avoir une foys appellez, non obstant toutes les machinations de sathan, et toutes les resistences quil faict pour destruire ou empescher loeuvre de vostre salut. Or comme ie m'esiouis de ce qui est desia, aussi ay ie bonne esperance pour ladvenir que ce bon Dieu n'a pas commencé d'espandre ainsi sur vous ses richesses pour retirer incontinent sa main. Car il nous fault estimer que c'est le principal et le plus singulier tesmognage qu'il nous puisse donner en ce monde de son amour paternel, que de nous reveler la cognoissance de son evangile, veu que la nous pouvons contempler sa face en Jesuschrist pour estre certains qu'il nous reçoit au nom diceluy et nous a pour aggreables comme ses chers enfans. Et ce

---

4215. 1) *Hist. eccl.* I. 749 (1561): Corbigny, autrement appellé St. Leonard petite ville situee au pays de Nivernois, a eu de long temps la semence de la religion par le moyen d'un nommé Perreau qui en attira quelques autres pour conferer ensemble, visitant souvent l'abbé de St. Martin d'Autun, homme docte et liberal mais ayant plusieurs estranges opinions et comme faisant une theologie à part. Le bruit de cela estant espandu il fallut que quelques uns se retirassent entre lesquels fut Fr. Bourgoin depuis ministre à Geneve, lequel tousiours depuis a entretenu par letres tout ce qu'il y avoit de semence en ceste petite ville. Finalement ayant recouvré un ministre fort homme de bien, nommé Michel Rouillard d'Orleans, ils commencerent de s'assembler publiquement le iour de l'ascension 1561. Soudain d'autre costé Satan leur esmeut des ennemis, le frere Iean du Mex, curé de la ville et apostat qui les feit citer et excommunier par l'official d'Autun, et le lieutenant du lieu nommé Du Bois pareillement apostat, ayant mesmes esté diacre de l'eglise, lequel leur feit faire grandes defenses de s'assembler. A quoy ils s'opposerent iusques à ce que le Roy fust mieux informé. — *Ibid.* I. 64 *On trouve des détails sur l'abbé de S. Martin*, homme de letres, instruit en la religion et prenant plaisir à faire la bonne chere à ceux qui le visitoyent, ausquels il parloit asses ouvertement de la verité, sans se mettre en danger pour cela estant chery et recherché par les plus gros de l'eglise Romaine à cause de sa bonne et friande table . . . . Il ne se formalisoit point pour aucun exercice de la religion. Plusieurs de ceux qu'il avoit instruits tascherent de l'encourager à faire mieux. Mais luy au contraire se faschant d'estre repris s'esgara iusques à que de faire une theologie toute nouvelle, meslant beaucoup de choses des resveries des Libertins et finalement est mort n'estant ny chair ny poisson. Mais s'il ne servit pour soy, si fut il instrument pour en resveiller plusieurs, nommeement à Corbigny, où se dressa depuis une belle Eglise, qui engendra celle de Vezelay et en partie celle de Nevers, non sans grandes traverses dont par l'une d'icelles fut chassé Frç. Bourgoin depuis ministre de Geneve, et mort ministre à Seant en Othe pour l'Eglise de Trois.

par sa bonté infinie, veu qu'il ne trouve en nous que paovreté et misere, qui seroit pour l'induire plus tost a nous reiecter qu'a nous accepter, si non qu'il print occasion de nostre malheureté d'exercer envers nous sa misericorde. Parquoy, mes freres, quil vous souvienne que tout ainsi que du commencement le seigneur Jesus a esté gratuitement promis du pere celeste a noz peres, c'est a dire aux premiers patriarches et a tout le peuple disrael, sans qu'ilz eussent rien de leur costé pour estre dignes de recevoir un tel bien, tout ainsi pareillement qu'il a este expose a la mort par la pure misericorde du pere pour la redemption de ceulx qui estoient ses ennemis, que aussi maintenant il vous a este presente en salut par une mesme grace. Car nous experimentons tous ensemble comme Dieu verifie en nous ce qu'il a dict par son prophete Esaïe, assavoir qu'il s'est monstre a ceulx qui [2]) ne le cherchoient pas et est apparu a ceulx qui ne senqueroient point de luy. Nous estions, dis ie, errans a travers champs, comme paovres brebis esgarees, et ce bon pasteur Jesuschrist par lordonnance de dieu son pere nous est venu chercher pour nous amener en son troppeau. Quil vous souvienne doncq, comme iay dict, de quel abysme vous estes sortis pour entrer au royaulme de Dieu, de quelles tenebres dieu vous a retiré pour vous rendre en sa lumiere [3]) de quelle mort il vous a resussité pour vous appeler à l'esperance de vie. Cognoysses semblablement que c'est de sa pure bonté [4]) que maintenant il vous faict persister en sa saincte parole. Car quelle est nostre fragilité, sinon qu'il nous soustienne par sa vertu. Or ceste remonstrance vous doibt servir a double fin, c'est qu'en crainte et humilité vous aprenies en vous defiant de vous mesmes mettre entierement vostre appuy et confort en luy. Veillez en prieres et oraisons estre [5]) tousiours au guet pour resister au diable, vous armer et munir de la vertu de celuy lequel seul vous peult donner victoire. Secondement qu'elle vous incite et enflambe a aymer ce bon Dieu d'un amour dautant plus ardent que le sien qu'il vous a monstre est non seulement grant, mays inestimable, afin de ne vous rendre indignes de ses benefices par vostre ingratitude. Car c'est bien raison que nous respondions a sa vocation, ou autrement quil nous laisse là et nous reiecte pour se venger du mespris et contemnement de sa grace. Advisez doncq, mes freres, de cheminer en sorte que voz parolles et voz oeuvres rendent tesmoignage que vous estes enfans de Dieu.

Je scay quant à la confession de vostre Chrestienté, en quelle captivité vous estes, Et ne suis pas tant inhumain que en considerant les dangers, ie ne supporte vostre infirmité en ce que vous ne declares pas à bouche ouverte devant tout le monde ce que dieu vous a donné à cognoistre de son evangile. Toutesfois il n'y a dangier qui vous excuse que chascun de vous selon la grace quil a receue ne soit tenu d'edifier son prochain, en tant quil en a le moien et occasion. Ie dis en doctrine. Toutesfoys advisés de faire cela prudemment, en discernant quant il sera mestier de parler et combien, moyennant que vostre prudence ne soit pas charnelle ne mondaine pour vous conseiller de plus tost esteindre la lumiere que de vous exposer en aucun danger pour l'honneur de Dieu et le salut de vos paovres freres errans. Car voyla ce que aulcuns appellent prudence, d'ensepvelir Jesuschrist de paour d'encourir la haine du monde. Mays pource que cest une trop grande perversité de nous tant regarder que nous preferions ou mesmes comparons nostre seureté au devoir que nous avons a nostre pere celeste, pries le, mes freres, qu'il vous donne esprit de discretion pour vous faire droictement iuger le temps de parler et le temps de vous taire. Sur tout que ce ne soit pas par maniere de curiosité [6]) ne par ambition, ne par legerete, mais avec une gravité meure et par une droicte affection de profiter. Et pour tant eslises comme le plus expedient ce qui sera le plus propre a edifier. Que s'il en advenoit quelque facherie ou persecution, advises de bonne heure a vous armer et fortifier, afin que lors vous soyez tant mieulx preparez pour resister a toutes les tentations qu'on vous pourroit faire pour vous rompre le coeur.

Ie [7]) ne scay pas en quel estat vous en estes maintenant, et mesmes nous sommes en grande perplexité et solicitude, attendant nouvelles de lissue que nostre bon Dieu aura donnee a la persecution qui a esté esmeue par delà. Mais comme ce bon Dieu a promis dassister aux siens tousiours, et l'a bien monstré par experience en tous ceux qui l'ont invocqué, ne doubtez point qu'il ne soit pres de vous pour vous ayder et empescher la raige de voz ennemis, a ce qu'ilz ne puissent faire ce quilz vouldroient bien. Neantmoins encor que ce fust sa voulonté de leur permettre la puissance de vous mal traicter pour esprouver vostre patience, si ne fauldroit il pas pourtant fleschir ne reculer, car il nous doibt bien suffire que le seigneur nous console par sa bonté au milieu des tribulations. Advises doncq de vous exercer en tant de belles remonstrances

2) qui ne le cherchoient pas et est apparu à ceulx *om. Bt.*
3) pour vous rendre en sa lumiere *om. Bt.*
4) volonté *Bt.*
5) estans *Bt.*
6) nécessité *Bt.*
7) *Autographe de Calvin jusqu'aux mots:* ne doubtez point qu'il ne, *incl.*

Novum et odiosum istud certamen quod prioribus molestiis accessit valde me, ut par est, habet anxium. Eoque magis quod, dum fidem nostram imploras, quale tibi dem consilium non reperio. Causam bonam esse fateor, sed ad eam sustinendam autoritas, quae inprimis necessaria erat, vobis deest. Atque id partim temporum vitio, partim vestra culpa. Invitus certe facio ut ea nunc commemorem quae speciem exprobrationis habere queant. Verum tibi coram Deo testatum esse velim, nihil me insultandi causa dicere: tantum fideliter et simplici animo indicare quae maxime vobis obsunt impedimenta, ut illis monitus quoad fieri poterit occurras. Neque haec dico expostulandi causa, quia alienum est tempus. Sed putasne adeo stupidos ullos esse ut non agnoscant ecclesiae ordinem et displicinam a vobis, pro vestro arbitratu aut commodo, nunc attolli in coelum, nunc pro nihilo duci? Quare si vobis cordi est disciplina, date operam ut perpetuo tenore invalescat. Si in pretio haberi vultis ab aliis, sit una eius apud vos regula. Quid autem restat, si prorsus succubueritis, quam ut profano more posthac ingerantur ministri? nulla maneat canonica ordinatio? In dies enim serpet licentia, donec effraeni libidine plebs grassetur ad cooptandos identidem ac respuendos ministros. Nec malum haerebit in uno loco. Quo minus sollicitus sum causa vestra, eo magis cogit me zelus domus Dei tale portentum abominari et horrere. Rogabis, quidnam igitur opis aut consilii adferam. Primum non censeo pertinaciter urgendum, ut ex iis quos elegistis unus accipiatur. Fac esse inprimis idoneos (quod negant alii): fac indigne et absque causa repudiari: ferendum id tamen, et sancti patres tulerunt. Scis enim sancitum esse canonibus ne aliter valeat clericorum electio quam si subscriptione senatus et plebis suffragiis approbetur. Nam ut importunis populi vel studiis vel factionibus non est nimis indulgendum, ita ministrorum ordinem in electionibus dominari indignum est. Recusantibus ergo nemo obtrudi debet. Quin etiam ne utile quidem est etiam si liceat. Sed quum sit legibus vetitum supersedere magis convenit. Sed rursus summopere deprecari necesse est primum, ne pro collega vobis adversarius obtrudatur, deinde ne vobis exclusis magistratus ius sibi usurpet eligendi qui placuerit ministri. Id alienum esse a christiano ritu, a vetusto sanctorum more usque ab ipsis apostolis, esse perniciosum, esse indecorum, esse denique inhumanum. Si vos habeat pro suis pastoribus, ne indignos reputet quibuscum de instituendo collega deliberet. Paratos esse vos ad omnem moderationem: modo se ipsi vicissim commodos et tractabiles praebeant. Id impetratu non adeo difficile fore confido, si hominem offeratis tum qui sua dignitate hunc quem recusatis obruat, tum etiam qui non ingratus sit magistratui futurus. Tantum ostendo quid placeat. Imo ad unicum quod mihi apparet remedium confugio. Vale, ornatissime vir et frater colendissime, et cogita meliora esse amici vulnera quam oscula inimici. Symmystae mei vobis plurimam salutem dicunt.

4231.

CALVIN A UN ANONYME.

La personne à qui la lettre est adressée a essayé d'organiser une église dans l'une des îles du canal. Sur sa demande Genève lui envoie un ministre.

(Copie. Bibliothèque de Genève Vol. 107a, fol. 337 v. — Bonnet II. 251.)[1])

A un seigneur de l'isle voisine de Normandie.

Trescher seigneur et frere, nous louons Dieu de la bonne affection qu'il vous a donnee d'essayer s'il se pourra dresser par vostre moyen quelque petite Eglise au lieu où vous estes. Et de faict, selon que les supposts du diable se efforcent en toute violence d'abolir la vraye religion et esteindre la doctrine de salut et exterminer la memoire de Jesus Christ, c'est bien raison que nous travaillions de nostre part à procurer que l'Evangile s'avance et que par ce moyen Dieu soit purement servi et que les povres brebis errantes soient rengees sous la conduite du souverain pasteur auquel tout le monde doibt estre subiect. Et vous sçavez que c'est un sacrifice agreable à Dieu d'avancer le cours de l'Evangile par lequel nous sommes eclairez au chemin de salut pour desdier nostre vie à l'honneur de celuy qui nous a si cherement acquis pour dominer au milieu de nous. Parquoy nous vous prions de prendre couraige comme aussi nous supplions le pere de toute vertu de vous confirmer en ce sainct propos.

Cependant pource que nous avons entendu que vous desirez d'estre secouru de nostre costé et avoir homme qui fust propre à edifflier, nous n'avons voulu faillir à nostre debvoir. Nous vous addressons donc nostre frere le present porteur, lequel a monstré par effect de quel zele il estoit mené, et a tellement conversé avec nous que nous ne doubtons pas que sa vie ne soit en bon exemple. Il est de pure doctrine et d'autant que nous en pouvons juger ceux qui se contenteront d'estre enseignez en simplicité et se rendront dociles pourront profiter en ses predications. Nous ne vous prions point de le recevoir humainement, nous confians de vostre bon vouloir. Seulement il vous plaira luy faire sentir par experience que son labeur n'est pas inutile envers vous.

Surquoy, trescher seigneur et frere, apres nous estre affectueusement recommandez à voz prieres, nous supplierons le pere celeste vous maintenir en sa saincte garde, vous augmenter ses dons spirituelz, vous gouverner tellement par son esprit que son nom soit de plus en plus glorifié en vous.[2])

4231. 1) *M. Bonnet met en tête:* A un seigneur de Jersey. *Le nom de l'île n'est pas indiqué dans le texte et quant à la qualification de Seigneur, ce mot n'avait pas alors, dans le style épistolaire, la valeur qu'il a aujourd'hui exclusivement.*

2) *M. Bonnet y met, par conjecture, l'année* 1558. *Nous ignorons sur quoi cela peut se fonder. De fait il y a eu un commencement de réforme dans les îles du canal, dès le règne d'Edouard VI. L'Histoire des Matyrs fol.* 306 *raconte:* Denis le Vayr, natif de Fontenay au diocese de Bayeux, apres avoir quitté la prestrise papale, vint à Geneve où il aprint la librairie, et de là se mit à porter livres en France. Il fit depuis sa residence aux isles de Gerzé et Guernezé, lesquelles furent reduites à l'evangile du vivant du roi Edouard. Là Denis continuant la librairie quelque temps fit office de ministre en un village de Guernezé. Mais pource que l'an 1554 les abus et superstitions papistiques par le commandement de Marie roine d'Angleterre furent mises esdites isles, le Vayr revint en Normandie deliberant de se retirer à Geneve. Arresté il souffrit le martyre le 9. d'Aout 1554. *L'Hist. eccl.* I. 95. *mentionne le même fait en le plaçant en* 1555.

4232.

CALVINUS INCERTO.

Discrimen docet inter profanam philosophiam interesse et divinitus revelatam, et hanc unice appetendam.

(Exstat in thesauro Bezano Genev. p. 82, Laus. p. 179, Hanov. p. 201, Chouet p. 109, Amst. p. 50.)

Veritatem rem esse pretiosissimam, ut est, omnes fatentur. Atqui quum bonorum omnium fons sit unus Deus, quidquid uspiam veri tibi occurret, nisi bis Deo ingratus esse velis, ab ipso profectum esse ne dubites, nec secus ac vocem e coelo delapsam excipias. Nam et dona Dei contemptim praeterire nefas est: et quod proprium est ipsius adscribere homini, maior etiamnum impietas. Ergo et philosophia praeclarum est Dei donum: et qui omnibus saeculis exstiterunt docti viri, eos Deus ipse excitavit, ut ad veri notitiam mundo praelucerent. Verum inter eorum scripta et eam doctrinam quam Deus suo numini dedicavit, ut generi humano sancrosancta esset, magnum est discrimen: illic enim tenuem quandam veritatis particulam tibi praelibari comperias, unde gustum capias modo quam amoena sit ac suavis cognitu, hic vero plenam tibi copiam affluere quae animum tuum peni-

tus reficiat: illic umbram et imaginem tibi ob oculos subiici, quae te ad amorem eius excitet modo, non eam tibi familiarem reddat, hic solidum corpus tibi sisti ex quo non familiariter tantum cognoscere, sed quodammodo attrectare liceat: illic semen quasi praefocatum, hic frugem habeas, et quidem in sua maturitate. Illic denique exiguas tantum scintillas emicare, quae sic viam demonstrent, ut in medio cursu deficiant, vel potius quae viam demonstrare nequeant, sed tantum retinere, ne longius aberres: hic vero spiritum Dei instar lucidissimae facis, vel potius instar solis ipsius, pleno splendore affulgere, ut et vitae tuae cursum usque ad ultimam metam regat, et in beatam immortalitatem perducat. Hinc collige ubinam peregrinari et ubi velut fixis sedibus acquiescere debeas. [1])

4233.

CATALOGUE DE PERSONNES MAL NOTÉES. [1])

(Autographe de Calvin. MS. de Gotha 404, fol. 622.)

ℬ francois le Clerc detracteur etc.
ℬ a Remy Bellenant trans. [2])
ℬ a francois lengrant inconstant et variable.
ℬ a George Mallebranche.
ℬ a Noe du Fay detracteur et calumniateur.
ℬ a Iehan Barat trans.
ℬ a Iehan Caron trans.
ℬ a Pierre Tibrigen.
ℬ a Simon Iudas trans.
ℬ a Noe du fourne immoderé en ses affections.
ℬ Iehan Magneron detracteur et ennemy.
ℬ a Iehan de Gaure.
ℬ Nicolas Loit.
ℬ francois Carin.

4232. 1) *Patet hoc tantum fragmentum epistolae esse, scilicet iuveni alicui destinatae in studiis rite capessendis et persequendis dirigendo. Sane mireris Bezam inscriptionem fecisse talem quam primo obtutu spuriam esse vel caecutiens agnoscet. Et quidem sibi ipsi non constat. Nam primum* Melanchthoni *inscripsit* (*Genev.*) *postea* Bucero (*Laus.*), *quod utrumque absurdum est. De natalibus non est quod quaeras. Beza ad a.* 1548 *referre videtur.*

4233. 1) *paraît être une note rédigée en vue d'une affaire disciplinaire pendant au consistoire.*

2) transgresseur? transfuge?

4234.

INSTRUCTION

sur la maniere dont les pasteurs doivent se conduire pendant la persecution.

(Minute. Bibl. de Genève Vol. 145, fol. 123.)

Sur ce que les ouvriers ont este contraints de se retirer pour la tempeste nous ne povons leur donner meilleur conseil sinon que durant le mauvais temps ils visitent par tours les champs quilz ont cultivez, a fin sil* ny peuvent travailler comme il seroit requis, pour le moins que le bien quilz y ont semé ne se gaste et que leur labeur ne soit perdu mais quilz taschent dentretenir tant quil sera possible les commencemens iusques a ce que loccasion se presente de reparer les dommages et amender le tout.

Quant a la grange ou les bons laboureurs se pourroyent retirer avec quelque partie des troupeaux, le maistre fera tres bien de le recevoir: de quoy nous le prions et exhortons. Toutesfois que ce soit pour se tenir cois et sans faire nul bruit ni esmeute. Et mesmes quand on les viendroit assaillir il conviendra plustost ceder a la violence que d'y resister. Car combien que la justice ordinaire leur favorise, si ne voyons nous pas quil leur soit licite de tenir bon contre authorité superieure. Mais encore afin de prevenir tels dangers quils se tiennent secrez le plus quilz pourront sans faire monstre ny apparence afin que leurs ennemis nayent matiere de s'irriter: seulement quils ne donnent point acces à ceux qui viendroyent pour les seduire et rompre: et se contentent de suyvre leur train acoustumé.

Quant a ce qu'il n'a point este permis de produire tiltres et droits par les cours subalternes et remonstrer le merite des causes d'un chacun, il sera besoin davoir communication mutuelle ensemble: et que non seulement les personnes privees mais les communautez dressent bonnes procurations tendantes à une mesme fin a savoir de proposer devant la Cour souveraine quilz ont este contraints de venir a tel refuge, pour ce quon ne les a pas voulu ouir.

Or de leur nommer quel audientier ils prendront pour avoir acces, il nest pas en nous de les en resoudre, mais ilz en pourront deviser avec ceux qui ont pareille cause et se trouveront aux grands jours.

Nous disons le semblable du contenu de la Requeste. Car il se faudra bien donner garde de varier, mais que le tout saccorde. Nous ne sommes nomplus dadvis quon change rien en la principale piece qui est la declaration de lheritage. Car il viendroit mal à propos de rien jnnover pour ce que ce seroit autant d'ouverture à partie adverse de

troubler tout. Or selon nostre opinion il ne sera pas fort requis denvoyer grand nombre de procureurs moyennant quils soyent bien authorisez et muniz et que notamment l'article de protestation soit couche, quon les envoye pour ce quil n'a pas este licite ne permis de parler en liberté devant les assises subalternes afin que le tout fust rapporté. Au reste quil soit donné plein pouvoir ausdicts procureurs de dire proposer et remonstrer tout ce qui appartiendra à la cause, poduire declaration du droit commun avec tous ceux qui sen voudront ayder, amener defenses excuses ect. [1])

4234 1) *Nous avons trouvé cette pièce au beau milieu d'une série d'autres qui se rapportent à l'époque de Calvin et qui sont en grande partie de sa main ou du moins son ouvrage. Nous n'oserions affirmer qu'il en est de même de celle-ci. Elle paraît appartenir à une époque postérieure et supposer un état de choses différent de celui qui se dessine dans la correspondance du réformateur.*

B.

ALIORUM.

4235.

ANGLUS CALVINO.

Rogat ut minister aliquis in quandam ecclesiam Gallicam mittatur.

(Ex autographo Cod. Genev. 110, fol. 93.)

Mon seigneur Monsieur despeville.

S. Clarissimi isti nobiles qui huic optimo fratri literas ad nos dederunt, iam dudum nos rogaverant ut unum ex nobis eligendum curaremus, qui tamdiu apud ipsos oves paene dispersas et palantes, ad Christi ovile aggregare conaretur, donec a vobis melius consultum fuisset. Sed quum hic tanta messis ubertas satis negotii nobis suppeditaret, ad ipsissimos fontes recta adire consulimus. Precamur igitur ut ipsorum necessitati perinde ac nostrae vestra succurrat amplitudo, et sitienti populo fidelem operarium mittatis qui venas vitae aquarum aperiat. Valete, observandissimi domini mei, et nos semper, ut soletis, gratia consilio et opera iuvate. Dominus vos suo spiritu regat et sua gratia in sempiternum custodiat. Amen. 16 die Ianuarii.[1]

Vester in omnibus studiis obsequi paratissimus
Iacobus Anglus.

4235. 1) *Anni incerti. Autoris epistolae fata non satis accurate memoriae prodita sunt. Anno* 1555 *apud Pictavos fuisse dictum est ad N.* 2287. *Verum quas habemus eius epistolas N.* 2545 *et* 2560 *nonnisi ex coniectura ad annum sequentem retulimus. Mansisse ibi videtur usque ad a.* 1557. *Inde eum ad Turones deduxit La Bedoire* (*Hist. eccl.* I. 106) *quibus quum minus acceptus esset uterque Genevam petierunt ut legitimam vocationem nactus eo reverteretur.* Mais les ministres de Geneve aians remonstré taut à la Bedoire qu'à l'Anglois la faute quils avoient faite contre l'ordre de l'Eglise renvoierent à vuide la Bedoire aiant voulu l'Anglois s'arrester à Geneve en intention d'y continuer ses estudes iusques à ce quil fust legitimement appellé au ministere. — *A.* 1561 *urgente Lugdunum missus in Petri d'Aireboudouse locum ibi fuit usque ad a.* 1572. *Periit ibi in caede Bartholomaeica. Ubinam antea commoratus sit nescimus.*

4236.

BALDUINUS CALVINO.

Bona verba dat contra Sirenes eum praemunire studenti.

(Ex Calvini editione p. 46.)

S. Literis ad me tuis, mi pater, nunc non respondeo, quia non est otium. Sed non adeo mihi placere scopulos Sirenios ut in iis consenescam, certus esse potes. Dices *οὐ μικρὸν ἀντιχιεῖν*[1]) *τοσαύταις μὲν ἐπιθυμίαις, τοσούτοις δὲ θεάμασι καὶ ἀκούσμασι πάντοθεν ἕχουλσι*[2]) *καὶ ἀντιλαμβανομένοις.* Sed subiiciam quod est apud eundem autorem, *δεῖ τὸν Ὀδυσσέα μιμησάμενον παραπλεῖν αὐτὰ, μὴ δεδεμένον τὼ χεῖρε,*[3]) *δειλὸν γὰρ, μηδὲ τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμενον, ἀλλ' ἀκούοντα καὶ λελυμένον καὶ ἀληθῶς ὑποτρήφανον.*[4]) Sed ea est tamen huius aetatis imbellitas[5]) ut tuo plane divino consilio regenda sit, et cohortatione ad id quod optimum est semper excitanda. Quod ut saepe facis etiam atque etiam te rogo: eoque magis quod tristissimam rerum omnium confusionem *καὶ ἀκαταστασίαν* animo praesagiam et augurer his instare temporibus. *Ἔσται γὰρ τότε φλῆψις*[6]) *μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν*

4236. 1) *sic.*
2) *ἕλκουσι.*
3) *sic.*
4) *sic.*
5) imbecillitas?
6) *θλῖψις.*

ἀπ' ἀρχῆς κόσμου. Ἀλλ' ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος σωθήσεται. Dominus tibi tuisque semper adsit. 7)

Tuus Rochius.

4237.

CAMPANUS CALVINO.

Literae commendatitiae.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 166.)

Monsieur Monsr. de Passel.

S. Qui has tibi reddet vehementer cupit vestrae militiae dare nomen et in numeros referri tirocinium facturus. Ego quum multa ei deberem intelligeretque me apud te aliquid posse, non potui citra ingratitudinem homini valde amico tantillum officii denegare. Pectus praefricabis dignoscere cautus quid solidum crepet. Eum locum putabit summum quo tu eum facta probatione dignum putaveris. Is ea in re quum utramque paginam facere, item posse, sibi persuasit, fac obsecro intelligat te mea causa aliquid velle. Vale, domine mi observande. Ex tuis aedibus 15. Augusti.

Tuus ad pedes
N. Campanus. 1)

4238.

CAPNIUS CALVINO.

Literae commendatitiae.

(Ex authentico Cod. Genev. 110, fol. 77.)

Eximio viro Carolo Passelio.

Qui status rerum mearum fuerit 1) tum quum has literas dedi, scire poteris ex hoc viro bono et optime de republica nostra sentiente, qui (ut audio) sacrarum literarum adeo cupidus est, ut earum libere exercendarum causa domo et fortunis relictis ad vos potissimum profectus sit. Itaque hunc, de quo testimonium optimum habeo, ut fratrem tibi summopere commendo, nec vereor quin adventus ipsius ad te satis eum tibi commendet. Non ignoras, quum primum hic adversi aliquid contigit, omne perfugium bonorum in te maxime esse positum. Nihil hic a Domino habere potes melius quam ut velis, neque maius quam ut possis conservare quam plurimos.

Quotidie literas tuas vehementer desidero, quibus quo in statu res vestrae, quin et nostrae, sint intelligere possimus. Amici quoque tui hic omnes itidem cupide exspectant. Rem certe gratissimam nobis feceris, si quam brevissime poteris de omnibus rebus nos per literas certiores reddideris. Exspecta propediem alias a me literas. Interim vale. Dominus noster totus te una cum sanctissima uxore nobis conservet incolumem. Tuas preces mea causa enixissime imploro.

Tuus Capnius.

4239.

CAPNIUS CALVINO.

Commendat pium aliquem qui exsilio suae saluti prospicere vult.

(Ex authentico, verum non autographo, exemplari Cod. Genev. 110, fol. 73.)

Egregio viro D. Carolo Passellio.

Hic qui ad vos novus colonus proficiscitur est vir bonus et fidelis, mihi caeterisque piis hominibus carissimus, ut qui notam nobis testatamque fecerit

---

7) *De hac vix est quod dicamus nisi ut ad Biturigense tempus pertinere videatur, fortassis post illam ponenda quam sub N.* 4159 *exhibuimus.*

4237. 1) *Campanus aliquis iuvenis minister laudatur a Boisnormandio N.* 2956. *Quod scribit ex tuis aedibus, id istorum mos erat quum locum ubi degebant indicare nolebant et saepius in thesauro nostro occurrit cf. ex. gr.* 3416 3418 *etc.*

4238. 1) *De Capnio haec habent Mém. de Condé* I. 5, *not.* 1 *cf.* 220 *et* 223: Antoine Fumée est venu de gens de sa robe fort estimez en leurs Estats. Son pere grand gouvernoit le Roy Loys 10 [*imo XI*] et mourut son Chancelier. Son pere gouverna le Roy Charles 8 et Loys 12 et estoit Maistre des Requestes, lequel laissa son fils aisné son successeur audit Estat et Office .... Ledit Antoine Fumée a exercé iceluy Estat par le tems et espace de vingt-quatre ans en réputation de bon Iuge et entier pourquoy il s'est exposé à l'envie de plusieurs hommes meschans *etc. Hanc epistolam scriptam fuisse diu antequam autor ipse propter religionem in discrimen venisset quod factum est a.* 1559 *vergente, occasione causae Annae du Bourg. Verum accuratius definire eius natales vel coniectura nequeunt, quod et de sequentibus dicendum.*

vitam probam et christianam. Idem ille, quum querelis nostrorum plerumque interfuerit, ubi vitae nostrae tam miseram conditionem, nostras aerumnas, perpetuas obturbationes, undique imminentia pericula, capitis et bonorum imminentes ruinas, saepe opponi atque lamentari vidit, postremo adeo res rediit, homo pientissimus saepe eadem et graviter audiendo victus est, putavitque sibi hac secessione melius consultum iri. Nisi vos vestraque opera nobis perspecta fuissent, nunquam hoc coepisset, neque nos probassemus. Quum itaque vos, ad quos confugiendum sit, dignos putamus, vos quoque ne indignos putetis esse nostros vestro contubernio. Et hunc rogo in gregem vestrum, qua bonos omnes humanitate soletis, recipite. Non erit hic vobis oneri, sed ut speramus poterit esse usui. Pridie quam abiret amplexati sunt illum multi viri boni, qui de eadem re iam pridem deliberant. Nos quoque adhuc idem saxum volvimus. Plura ad te propediem scripturus sum, quae nondum licuit per otium. Adhuc enim quintum reducem diem ago. Tu interea si quid habes novi rescribe. Vale, et me ut facis ama. Dominus Iesus te tuamque familiam totam augeat.

Scripsit ii. Cal. Novemb. [1])
Tuus Capnius.

4240.

CAPNIUS CALVINO.

Literae commendatitiae.

(Ex authentico, sed non autographo, Cod. Genev. 110, fol. 75.)

Carissimo viro Carolo passelio.

Tanto tempore literis tuis caruisse molestum fuit, tum quod illae mihi iucundae atque utiles erant, tum quod propterea nonnihil veritus sum ne quid me immutatum suspicareris. Atque hoc ultimum maxime ex te scire velim. Tibi enim potius quam mihi ipsi in ea re credam, quod te meae saluti semper melius velle et posse consulere novi, ob idque ego (ut antea semper feci ab eo maxime tempore quo te novi) me tuae commendo et committo fidei, ut ne me valere iubeas, aut sinas diutius torpere. Literis tuis admonitus indies melior ero: quandoquidem id mihi tot temporibus persuasi Dominum tecum esse, spiritumque suum abunde, tanquam huius temporis summo prophetae, infudisse, quo nos omnes longe inferiores a somno excites, et altiora contemplari facias. Hoc itaque saepius ut facias per Christum rogo, modo ne quid hoc publicum otium interturbet.

Sed quando ita Dominus voluit ut ego tibi perpetuo oneri, tu vero mihi usui semper esses, non desinam pro amicis te orare, ut illis quam voles benignitatem adhuc aperias. Quod si cuiquam unquam mea causa (quod saepe sensi) benefactum cupisti et curasti, huius pro quo haec scribo res quam maxime commendatas habere velim. Is autem mihi adeo intimus et propinquus est ut vix quisquam prior esse possit. Is a te hoc per me postulat, ut liceat illi in urbe vestra ampla domo uti et ea quoque quae largae penus sit capax. Amplam enim familiam secum ducit et satis abunde victitare solet. Verum modo illi salubris locus contingat, caetera facile expedientur. Statim ubi de te aliquid super hac re rescivero, praemittet ille certum nuncium qui quae opus erunt curabit. Hoc solum ille postulat ut illi caveas domo. Sub finem Septembris aut ad summum in principio Octobris vester erit. Cuperem interea aliquid ex te audire, si licet per otium. Vale, et mei semper in orationibus tuis memineris. Dominus provehat evangelium suum per te.

Scripsit 5. Cal. Aug.
Tuus Capnius.

4241.

CAPNIUS CALVINO.

Mittit pecuniae summam Gallo cuidam ab ipso pridem commendato reddendam.

(Ex authentico exemplari Cod. Genev. 110, fol. 76.)

Mon Sieur Monsr. Despeville.

Accepi literas tuas, vir mihi in primis colendissime, et eo nomine quod mei adhuc meministi gratias ago quas possum. Verebar enim plurimum ne mea negligentia hoc mihi damni attulisset ut tandem tuis literis mihi carendum esset: quod certe mihi omnium molestissimum foret. Sed quae tua est humanitas et benignitas, non tam meum peccatum, quam virtutem tuam respexisti. Quam et

---

4239. 1) *Fortassis initio regni Henrici II. quum Calvini uxor adhuc viveret. Verum certi nihil constitui potest.*

Deus indies cum caeteris tuis dotibus augeat vehementer desidero, idque Deum opt. max. confecturum spero. Quod superest, mitto ad illum quem ex me nosti quadringentarum librarum summam, quam curabis illi reddi si non est molestum. Si quid habebis novi apud vos, ut sunt semper apud studiosissimos et doctissimos nova quam plurima, huius maxime particeps esse velim. Sed supra omnia hoc a vobis rogo ut in orationibus vestris mei meorumque memineritis. Vale in Christo, mihi omnium amicissime. Idibus Ianuarii.

Tuus Capnius.

4242.

DANBOTOIRE [1]) A CALVIN.

Il exprime le regret de ne pas pouvoir se rendre à Genève comme il l'avait désiré et lui envoie des confitures contre la migraine.

(Autographe de la Bibliothèque Tronchin.)

Monsieur Monsieur Calvin a Genefve.

Monseigneur, lune des principalles causes pour lesquelles jestoye venu visiter les eglises de pardeca estoit pour avoir ce contentement de vous veoir et communiquer avec vous premierement de beaucoup de choses que je ne pourroye facilement rescripre ne aussi en recepveoir assez tost pour le present responce de vous pour le regard dont il est question, combien que icelle, sil vous plaist prandre ceste peine, me proffitera avec la grace de ce bon dieu merveilleusement en brief et en ce deffault lasistance que jay eue de pusieurs * bons serviteurs de Dieu et singullierement de mes bons seigneurs et maistres en nostre Seigneur *Farel Viret* et *Bese* me font porter ceste grande perte avec moindre ennuy, combien quil me soyt si grand que je ne le pourroye assez exprimer, et la cause dont jay este prive dung si grand bien tant desire a este le conseil et advis d'ung mien parent et amy qui de present demeure a Lausanne, lequel ma promis vous veoir bien tost et amplement declairer le tout. Parquoy Monsieur puis que ie suis prive de vostre veue corporelle qui meust este un bien singulier, il vous plaira me recommander en vos sainctes prieres a ce bon Dieu et pere de toute misericorde affin que de sa grace il luy plaise me conduire en la crainte de son sainct nom et ne permetre que ie face chose qui soyt contre sa saincte parolle pendant que ie seray entre les jdolastres et ennemis de sa verite et principalement quil veille * de sa bonte infinie me susiter * et monstrer quelque bon moyen de me pouvoir retirer la ou il a leve lenseigne de son eglise en laquelle sa saincte parolle est vivement preschee et les sacremens quil a ordonnez sont purement administrez. Car iay bon espoir que en la vertu de voz sainctes prieres et des bons autres serviteurs de Dieu ce bon Seigneur et pere me regardera en pitie et delivra * de ceste orible captivite en laquelle jay este si long temps detenu. Et en ceste expectative ie presenteray mes treshumbles recommandations a vostre bonne grace avec tout service la ou ie pourray estre si heureux que de my employer supliant ce grand sauveur Iesus quil vous tienne en toute felicite, Monsieur, en laugmentation des siennes pour longuement servir en son eglise, vous y asistant en toute puissance par son esprit. De Neufchastel ce xxviij. jour de Septembre. [2])

Vostre treshumble serviteur et amy
et plus affectionne a vous obeyr
R. danbotoire.

Monsieur [3]) sil vous pleust me faire tant de bien et dhonneur que de me randre digne dune petite responce dont tres humblement ie vous supplie je lestimeray a lesprit regenere vraye pasture si lesthomac debille . . . . . . [4]) de souvent reiecter la viande fade [?] ne me empesche. Ce porteur ne fauldra, Monsieur, de me faire tenir la lectre en seurete.

Monsieur [5]) il ne mest ayse de me pouvoir garder denquores quelque peu vous ennuyer a vous dire combien ie resenz en mon esprit ce immortel regret que je recois me voyant pour ceste heure frustre de la jouissance de ceste mienne affection,

---

4242. 1) *Nous ne sommes pas sûrs d'avoir bien déchiffré ce nom. Toute la lettre est horriblement mal écrite. Les faits personnels auxquels il y est fait allusion nous sont absolument inconnus, comme l'auteur l'est lui-même.*

2) *Nous ne hasardons aucune conjecture sur la date. La mention de la migraine de Calvin ne prouve pas même que celui-ci en ait récemment souffert. La réunion des noms de Farel, Viret et Bèse, ne nous autorise pas à penser que ces trois hommes aient été au même endroit.*

3) *Ceci est écrit en marge.*

4) *Ici et plus bas plusieurs mots illisibles. En tout cas il ne s'agit pas de l'estomac de Calvin. L'auteur dit qu'une lettre de C. serait une vraie pâture pour son esprit, tandis que son estomac rejette la viande fade qu'il recevrait d'ailleurs.*

5) *Ceci est écrit au verso du feuillet.*

limpuissance de laquelle me fut lautre jour si desagreable quil ne me souvient, quant mes gens partirent de Lausanne pour aller a Genefve, de par eulx vous envoyer quelques confitures que jestime bien propres pour vostre migraine, si estiez encores subiect a icelle pour lhusage de laquelle je prye a Dieu, Monsieur, qui vous face la grace de nen point jamais user, ne daucunes autres choses. le present est petit mais de fort grande obaissance et amour que par meilleur plus vray et entier effect ie desiroys lheur de le vous pouvoir demonstrer et ce selon la grandeur de vostre scavoir vertu merite et obligation mienne en vostre endroict, si les .... faictz et proveuz de plus saiges que moy qui me firent retourner de mon ...... chemyn ne sortoyent nul effect. je regretteroys merveilleusement de les avoir mis en ...... esperant que quelque jour que Dieu, Monsieur, me randera si heureux que de vous les pouvoir declairer, combien que ce ne sera jamais si tost que ie le desire et quil me seroyt plus que necessaire.

4243.

DANIEL CALVINO.

Mutatum et firmatum significat animum et se Genevam proxime sed clam rediturum pollicetur.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 208.)

A Monsr. dispeville.

Non me fugit, quum a vobis decedens spem perbrevis mei reditus relinquerem, quanta asseveratione affirmarem. Ad quem vero meum reditum quoties ipse me pararim, ut ad profectionem penitus restare nihil videretur, vix credas. Dum autem tot meos conatus tum velut excussos ob oculos mihi propono, mihi solet in mentem venire illius (id ipsum animo quam altissime revolvens) quod extremum mihi decedenti tam amantissime dixisti, etiamsi aliter accideret quam pollicerer, rem non aliter casuram quam tu existimares: tibi tamen iucundissimum futurum, si perbrevis meus adventus, te falsum vaticinatorem ostenderet. Quod tum a te dictum sum certior, quum amore mei, quo ne diem unum absentem me desiderares, tum maxime quod percalleres quam nos hic varie versaret Satan, vel primos tentationum fluctus semel appulsos. In quo uqam fueris veridicus vates neque puderet scribere: sed haec melius coram, et etiam liberius. In eo unum saltem restat in quo me consoler: communes caeteris, frequentes mihi Satanae insultus experiendo edocuisse quam sit is mihi reliquo vitae tempore exhorrescendus: et quam propere sit inde migrandum ei, qui se velit eius liberatum vinculis: quando, velut quovis momento in nos impressionem facturus, semper nobis imminet. Sed hoc opus, hic labor est, si ad rem veniendum est sudatur ubique, undique circumferuntur rationes, si qua saltem nedum discessum remoretur, sed et ab ea sententia nos omnino deducat. Quamvis enim quae hic fiunt non probes, cur non intersis tamen? Et alia pleraque huiusmodi quae tuis et aliorum epistolis satis confutantur. Tandem inde fidecula quadam (ut ita appellem) nos explicamus: vincitque melior sententia non esse cunctandum amplius quin discedendum sit. Sed tum ecce (miserum) sic nos (meo ne dicam nomine sed fere omnium) implicitos solent nostra tenere negotia, tanquam non pecuniae solum sed et reliquae vel minutae suppellectilis tenet desiderium, ut dum Deum ante omnia sequi velle profitemur, vix Deum, nihil omnino patrem et alumnum agnoscamus. Quin? num et ita illi diffidimus ut ab eo penitus defecisse videamur, quando profecturi neque nos penitus a fortunis nostris possimus, neque eas a nobis abesse velimus? Sed haec alias satis constat apud me, si esset ea in nobis quae debet esse fides, nihil fore nisi quam expeditu facillimum. Sed ut ad me revertar, quantumvis hucusque commune malum illud nos teneat, eam tamen posuit Deus in nobis fidem, ut nunquam quod tamdiu speravi et toties frustra, sum conatus de profectione, melius quam nunc senserim me consequuturum: id faxit Deus. Nihil est enim mihi aliud in votis, idque ut speres erit tibi haec veluti pignoratitia epistola. Erit interim tibi curae (id rogo) ut eam nostram fidem et constantiam oratione apud Deum adiuves et literis tuis augeas et confirmes, ut eam retineamus ea perseverantia qua conformati ad voluntatem Dei amplius non inflectamur. Me tibi commendo pro tua quae semper fuit in me benevolentia, laetorque et tibi gratulor, quod ea ne in minima quidem parte imminutam esse tum maxime cognovi, quando qui has a me tibi dat literas mihi retulit, inter vestra colloquia etiam mei tibi periucundam fuisse mentionem: iucundissimum tamen fore tibi nuncium, quo intelligeres immutatum esse me, vel potius mutatam vivendi rationem. Fiet vero quam celerrime potero: neque enim, ut spero, Deus deerit incepto. Cuius rationem qui has perfert literas liberius et tutius, quam si literis committatur, iudicabit. Quod vos non visam (fecissem lubens) causa est ut id ipsum, suspicionem meae profectionis, apud nos extinguat. Scio enim quam libere qui sunt apud vos de huiusmodi rebus suis literis quisque renunciet. Qui has

perfert si a te referat, exspectatae venient et erunt mihi perquam iucundae. Velim salutatum meo nomine D. *de Saux*, cui quantum debeam quantumque eius gratia velim, sum ipse mihi testis. Pax Domini et gratia per Iesum Christum vobis omnibus. Bene vale.

Tuus tuique amantissimus
Baptista Daniel. [1])

4244.

DIVIENSIS [1]) CALVINO.

Genevam propediem invisurus interea duce Christo hostes sibi imminentes victum iri sperat.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 158 sine inscriptione.)

S. Frater in Iesu Christo carissime. Vidi per epistolam, quam amico cuidam Noviodunensi scripsisti, te constantiae meae nonnihil diffidere. Nec mirum, quum in mari parum tranquillo navigem nauta admodum imperitus. Verum non est quod imposterum addubites, si modo cogites me operum fiducia illusum nihil viribus meis inniti, sed cymba fidei vectum ab eo solo pendere qui Petrum in medio mari periclitantem liberavit. Scio quam gravissimos hostes habeam a tergo: at duce Christo et gladio verbi sui efficacissimo spero me facile victurum. Habemus hic morbos certe pestiferos quibus non desunt sua remedia, praesertim his qui divorum aut hominum praesidiis diffisi prorsus ad medicum coelestem confugiunt. Urgent nos, fateor, plura quam istic ac maiora tribulationum genera: verum et hic ubique suis adest consolator spiritus. Unum est quod me abunde recreat ac reficit. Qui promisit et mentiri non potest nos ultra quam vires nostrae ferre possint tentari non patietur. Proinde spero futurum ut qui me ad sui nominis cognitionem vocavit in medio semitae suae tanquam ovem erraticam ac perdititiam non destituet. Superest ut ecclesiam vestram invisam propediem, sperans hac una commoditate in gratia mihi proposita confirmari. Quod fiet infra mensem Februarium si permittat Christus. Interim curabo animum hunc cum fratribus qui sunt apud nos in palaestra militiae christianae indies magis magisque exercitari. Bene vale, frater animo meo carissime. Scriptum ultimo die mensis Decembris.

Tuus plus quam suus
Diviensis.

4245.

GRANIANUS CALVINO.

Praesentis stationis adeoque ministerii cuius nullos fructus videt pertaesus querelas suas in sinum praeceptoris effundit.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 161.)

A Monsgr. Monsgr. Despeville
a Geneve.

Observando D. Depevileo Matthias Granjanus S. D.

Scio, imo vero meo magno malo, nisi Dominus sua solita bonitate mei misereatur, iamiam experior quam graviter soleat Deus iudicii sui severitatem in eos exercere qui aut desertis turpiter castris a Christo deficiunt, ut Satanae se potestati dedant et sub vexillis eius perditi militent, aut quibus quum nota fuerit eius voluntas digrediuntur, seque ab eius praesenti gratia subducunt et crassa vitii nube lumen eius in se obscurant. Quod id autem in me dolens agnoscam, parumque serena in me esse fronte Christum praesentiam, iam est in confesso: oblata siquidem quae mihi in ecclesia erat futura ornamento, eruditioni in religione, et spei in salutem, voluerit me frui conditione, quin tum non siverit me videre diem quo liceret verbi sui auditione animum prae sordibus indignum reficere, meque sitibundum sacros illos fontes summis tantum labiis, ut flagrantiori eorum desiderio postea torquerer, vix siverit attingere: quin me ab eis exturbans, sancto suavissimoque consortio fugans, in impuram putidamque omnium hominum cloacam colluviemque, post varia itineris molestissimi periculosissimique discrimina, propulit ac relegavit. Numquid ibidem peccati mei meritas persolvens poenas infeliciter, bone Deus, consenescam? Revoca me, Domine, ad tua tabernacula, ut adorem in templo sancto tuo: periculosum est enim extra ipsa manere.

4243. 1) *Quis hic vir fuerit, an forte Aurelianensium cognatus, nescimus. Nusquam alibi eius mentionem factam meminimus. Si quem laudat* de Saux *Gallasius est, epistolam ante a.* 1560 *scriptam fuisse necesse est quo mense Aprili ille in Angliam se contulit.*
4244 1) *Nomen potius gentilitium videtur quam proprium. Caeterum neque de autore neque de natalibus epistolae quidquam coniicere audemus.*

Spiritus tuus bonus reducat me in terram tuam propter nomen tuum. Arca tua me, Domine, quam brevissime recipiat, ne a diluvio intercipiar et peream. Has voces, observande pater, apud Dominum mea causa suscipe: eas enim a me peccatore tardius excipiet nisi iuves, nec est quod in hoc negotio tuam operam deneges, non minus tuis precibus nomine Iesu Christi fusis me repetens Dominus quam me tuo consilio abegit. Quod vero eiusmodi clamoribus apud te tam familiariter conquerar, non est quod in malam accipias partem. Nisi enim penitus sim stipes et omni vi sentiendi exutus, est quod sentiam qua me in parte calceus urgeat. Mea res agitur: mihi aut in me, quod Deus avertat, seritur et metitur. Furor itaque et animi anxietas, supplere paratus quod mea denegaret dicendi penuria, satis amplum mihi verborum, quibus te compellem et compellam ut mei sis sollicitus, aperit campum. Verum quum te zelo Domini tangi, domus eius et domesticorum negotio sat moveri persuasum habeam, non est quod te gravioribus rebus districtum sermonum profusione remorer. Hoc itaque unum, si placet, abs te impetrabo, ut per Iesum Christum a Domino Deo exores, me hinc quam brevi fieri poterit iuxta bonam suam voluntatem eripiat, et quamdiu me hic detinebit desiderio faciei suae revisendae perpetuo tangat, amorem sui ob oculos a Sirenum istarum illecebris aversos ponat, lectionis sacrae studio pungat, me tanta incrementi limitum regni Christi dominantium Domini rapiat aviditas, ut in omni apertione oris, nullis hominum evanidis minis perterritus, et privatim et publice in eius laudem et proximi aedificationem verbum eius efficax pro ea quam in me conferet sapientia profitear, nomenque eius vel indignus confitear. Quod profecto nunquam praestabo: adeo sum inscius et meticulosus, nisi sua sufficientia et sapientia meam ignorantiam et inopiam sublevet, meamque pusillanimitatem sua virtute et fortitudine in animi magnitudinem impavidam erigat. Quod autem tibi perdocto rudibus literis obstrepere sim ausus, in certam tuae humanitatis affabilisque modestiae, nativae simul erga domesticos fidei afflictos condolentiae et sperati consilii confidentiam errorem reiicies. Bene vale, eruditissime praeceptor, Dominusque sui spiritus donis te magis ac magis illustret, te in pedes erectum sustineat, verbumque suum in ore tuo ponens ea pectoris et laterum firmitudine ipsum intones, ut corda hominum saxea mollescant et carnea fiant: corpusculum praeterea istud tuum, in se quidem contemptibile, verum virtute Domini admirabile, ipsisque adversariis, quantumlibet audacibus et torvis, prae dotibus ingenii, solo etiam nomine terrificum una cum sana mente diu incolume suae ecclesiae per Iesum Christum servet. Non est quod vel elemento me digneris: verum si pro tua clementia una aut altera exhortatione animo cederet me solari et confirmare, quemque nosti iuvenem ad maius pietatis studium ex tuis monitis excitare, magnos inde nos animos accepturos non dubito. Iterum vale, vir optime. Genuae [1]) xvi^a^ Cal. Decemb.

4246.

HOTOMANUS CALVINO.

De loco quodam epistolae Petrinae.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 5.)

Clarissimo viro Domini Ioanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori vigilantissimo.

Genevae.

S. P. *Cognatum* hactenus avidissime exspectavi quem a vobis reversus oravi ut optimam explanationem tuam in Petri locum ad me mitteret: quod tunc mihi quidem libentissime visus est facturum recepisse: ex quo factum est nullas ut a me literas iis de rebus de quibus iudicium tuum postulabam ad hunc diem acceperis, quas ego (etsi pro tua singulari humanitate non omnino iniucundas fore significaris) nunquam tamen ausus essem ad te negotiorum magnitudine occupatum scribere, nisi si tam commodi atque expediti tabellarii resque praeterea hodie in sermone nata verentem me ac timidum ad hoc tibi literarum perscribendum impulissent. *Burgonius* enim hoc ipso de loco Petri epistolae eleganter una cum suis sermonem persequutus est, quem *Plessiacus* sive animi sive alterius rei causa instituerat, in quo ego quoque non invitus sententiam meam protuli, quam quum illi a sensu apostoli non alienam iudicassent, utpote ad Institutionis tuae sententiam proxime accedentem, eique (uti ego urgere volui) servientem, dixi me per literas iudicium tuum petiturum, eamque clausulam ad hunc modum quam rectissime explicari posse: si, qua is cum afflictis hominibus piis ob religionis christianae praedicationem concione utitur, eam nos ad consolationem accommodatam in exhortatione ad patientiam ad finem usque sententiae contineremus, ut sit hic loci sensus: Praestat ut bene agentes malis afficiamini quam male agentes, neque enim maior

4245. 1) *Genuam nullam novimus praeter unam. An eo se recepit vir ignotus Pedemontio elapsus?*

est servus Domino. Christus autem iustus pro iniustis passus est. Caeterum id pro certo habetote (quo sane loco de vindicandis olim hostibus evangelii eo lubentius utitur quod nullam rem certum est ad consolandum magis efficacem adhiberi posse), id, inquam, fore confidite ut, quemadmodum olim qui contumeliosi fuerant in Noah arcam adornantem, et eam portum unicum praedicantem, suscitato Christo, vique regni eius ad inferos pervagata poenas contumaciae suae maximas dederunt, ita nunc qui vos ob simillimam praedicationem malis afficiunt quod scilicet extra baptismum omnes deletos * iri, eumque unicum salutis portum profitemini, non aliter atque arcam suam Noah praedicabat, aliquando rebellionis suae poenas luant multo gravissimas. Ut et acutissime explanationi tuae respondeat, et integrum exhortationis cursum oratio persequatur. Quod tibi ego in hoc praesertim interpretandi genere vehementer probari intelligo. Sed non committam, te ut in explicanda ratione sententiae meae longius detineam: qui si amplitudini tuae molestus ista mea importunitate fuero, quaeso a te ut hoc priorum delictum venia dignum esse memineris. Bene vale, vir clarissime, praestantissime Christi minister, ac pater mihi semper observande. Dominus te spiritu suo gubernare pergat et ecclesiae suae incolumem diutissime conservare. Lausannae. [1])

Tuus ex animo Hotomanus.

4247.

DE LA PLANTE A CALVIN.

Il mentionne une lettre écrite récemment et dans laquelle il paraît avoir demandé des instructions sur la solution à donner à une difficulté relative à son enseignement.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève MS. 109, fol. 200.)

A Monsieur Monsieur Despeville.

La grace de nostre Seigneur Iesus soit sur vous eternellement par la communication du S. Esprit.

Monsieur, combien que jaye baille un mot de lettre pour vous presenter, y a environ cinq ou six jours, toutefois je n'ay voulu faillir a vous escrire par ce present porteur pource que un peu devant pasques on m'avoit faict quelques difficultes ausquelles combien que jeusse satisfaict selon mon pouvoir toutesfois on na laisse de les me refaire depuis ma derniere lettre que je vous ay envoyee. Et a cause quil y a des difficultes que moymesme je nentens sachant que il y avoit homme qui seroit a la Pentecoste pardela je les vous ay bien voulu envoyer afin qu'en ayant este resolu jen peusse resouldre les autres par la responce que vous m'en pouriez faire par les premiers qui viendroient pardeca. Or Monsieur jay couche en haste la difficulte. Sil vous plaisoit prendre la peine de satisfaire a chacun point et amplement oultre la doctrine que jcy pourrois recueillir jl y auroit edification pour un chacun. Cependant Monsieur je ne vous veux faillir a vous certifier que ce que je vous en escrips cest seulement pour apprendre moymesmes et pour recepvoir instruction de ceux desquels je la puys recepvoir. Si j'eusse peu me satisfaire par quelque moien je ne vous eusse donne la peine. Mais estant icy tout seul, naiant aucune communication, je nay faict difficulte de vous escripre sachant que vous ne le trouverez mauvais. Qui sera fin de lettre apres vous avoir presente mes treshumbles recommandations a vostre bonne grace et bonnes prieres. Suppliant le Seigneur vous maintenir longuement en son oeuvre. Escript ce xviii. May.

Le tout vostre humble et obeissant serviteur
Aurele de la Plante.

4248.

DE LA PLANTE CALVINO.

Quaestio ad disciplinam ecclesiasticam pertinens quatenus liceat sacris papisticis communicare. [1])

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 201.)

Qui sacris papistarum communicant factum et exemplum apostolorum et Pauli praetexunt. Apostolorum qui in templum intrarunt ad horam orationis et (ut verisimile est) ut orarent. Nec enim Paulus detrectavit templum ingredi ut adoraret (Act. 24 vers. 11), quamvis iustum divortium Christianis esse debuisset cum Iudaeis qui Christum

4246. 1) *Lausannae degebat Hotomannus ab a.* 1547 *ad* 1555. *Eodem tempore Franc. Bourgoing Genevae ministerio fungebatur. Plessiacensis quoque saepius tunc laudatur.*

4248. 1) *Nisi fallimur haec illa est epistola de qua autor in praecedenti.*

crucifixerant, qui Christianos persequebantur, qui non contenti iustificatione fidei cultus legales et caeremonias necessario observari volebant, quae tamen non liberae et indifferentes sed plane Christo contrariae videbantur, quum illae umbrae sint veritati plane adversae, et ita Christum tanquam non manifestatum sepeliant. Qua ratione videtur non tantum Paulum et caeteros apostolos abstinere debuisse ab ingressu templi, verum prohibere debuisse ne alii ad orandum et adorandum ingrederentur. Quod ad Pauli exemplum pertinet citant quod habetur Actor. 18 v. 18 nempe totundisse* caput in Cenchrea, et cum Nazareis sese in templo Ierosolymitano purificasse Actor. 21. v. 26, quod non sine sacrificio fiebat, ut constat ex 6° Capite Numerorum vers. 11. et 18, quum non minus Christi sacrificio contraria sint legalia sacrificia quam papistica. Nam ut sacrificia legalia umbrae erant sacrificii Christi venturi, quo adveniente umbrae evanescebant, ita sacrificia papistica a papistis umbrae habentur iam manifestati Christi, quum tamen veritate adveniente omnino cessare debeant. Istud tantum discrimen notatur quod sacrificia legis instituta erant a Domino, papistarum ab hominibus inventa et fabricata sunt. Quae diversitas est duntaxat circonstantiae non rei ipsius, quae magis attendenda est.

His ut potui respondi (quamquam mihi ipsi non satisfeci), apostolos adorasse in templo quod oratione, quae species est adorationis, opus sit ad annunciandum verbum Dei quod in templo praedicabatur. Quod mihi non satisfacio ratio est, quod adoratio tunc appendix fuisset concionis habitae. Quum tamen Lucas causae istius non meminerit, quam (ut erat praecipua) non praetermisisset, si propter annunciandum verbum Dei duntaxat orasset. Scio non deesse qui in templo orasse Paulum aiunt ut converterentur Iudaei ad Christum: quo facto amorem suum erga Iudaeos Paulus commonstrasset, et ita se illis conciliasset, ut Iudaei promptiores esse potuerint ad amplectendum Christum per ministerium Pauli. Sed dubito an ita expositio subtilior esse videatur quam ut recipi debeat. Qui asserunt in templo Ierosolymitano Paulum et Apostolos cum Iudaeis orasse* potuisse in coetu Iudaeorum, quia venit tempus quo licet ubique orare, non satisfaciunt, quum eadem ratione in templis et coetu papistico qui verbum Dei norunt orare possint. Nec intelligo quo modo preces post Christum crucifixum in templo Hierosolymitano habitae a Iudaeis Deo acceptae ullo modo esse potuerint, quum verum Messiam, cuius nomine accedere ad Deum debebant, reiecissent, et idoli nomine Deum orarent quum alterius quam Christi crucifixi veri Messiae nomine Deum invocarent. Nam si non in nomine Messiae orabant, non magis licebat apostolis preces communes habere cum Iudaeis. Itaque, utcunque Iudaei orarent, quum semper eorum preces odiosae et mali odoris essent Deo, non video quomodo apostoli cum Iudaeis orare et in coetu Iudaeorum adorare potuerint. Nec vero propter electos aut infirmos ex Iudaeis licebat apostolis communicare precibus Iudaeorum quum nihil mali agendum sit ut aliquid boni eveniat: quum eadem ratione dici possit propter infirmos papistas in templis et coetu papistarum adorare posse. His adiicio ferendas mihi videri potius preces papistarum, qui in nomine Christi crucifixi preces fundunt ad Deum, quam preces Iudaeorum qui Christum penitus negabant. Nam licet papistae vel per divos patere sibi aditum putent ad Christum, et per Christum accedant ad Deum, vel socios mediatores Christo affingant, Iudaeorum tamen impietas, qui penitus Christum respuebant, maior et intolerabilior est. Sed si diceremus praedicationem verbi Dei (nam praedicare verbum Dei est colere Deum) speciem esse adorationis, Paulum ingressum esse ut praedicaret et annunciaret evangelium, an subtiliorem quam par sit expositionem admitteremus?

Venio nunc ad Paulum qui se totundit in Cenchrea et qui se in templo purificavit, et hac ratione omnia omnibus factus est. Quum videam omnes interpretes caeremonias post Christi adventum liberas constituere, respondi, his tanquam indifferentibus licere uti ad aedificationem proximi. Libertatem in caeremoniis probavi, quod quominus essent liberae apud Iudaeos necessitas tantum, qua adstringebantur in lege Domini, in causa erat: qua necessitate sublata per mortem Christi libertas omnimoda consequebatur. Quum caeremoniae in lege institutae sint eo modo post Christi mortem accipiendae tanquam nunquam essent institutae. Verum non satisfieri eorum argumentis qui aiunt, quatenus umbrae veritati sunt contrariae, caeremonias par ratione esse Christo contrarias qua sunt sacrificia scilicet quatenus veritati repugnant. Si respondero caeremonias umbras esse ex decreto Domini, quo cruci affixo sequitur non amplius esse umbras, respondebitur idem dicendum esse de omnibus sacrificiis, quibus tamen non licuisse apostolis sese intermiscere censet *Petrus Martyr* ex August. (pag. 269, fo. 2 in Commentario in Epistol. ad Corinth.) tanquam non liberis: quibus tamen usum Paulum probabile est, quod in purificationibus essent sacrificia pacifica, ut appellantur, ut patet ex 6° Cap. Numer. v. 11 et 18. Item respondebitur, videndum esse quales et cuiusmodi habitae fuerint ab his qui illis abutebantur. Quum enim duplex hominum genus in templum Ierosolymitanum conflueret, unum eorum qui Christum crucifixerant et illi caeremonias tanquam umbras et Christi adventui contrarias amplecterentur, alterum eorum qui ex Iudaismo ad

Christianismum conversi erant, ac illi caeremonias tanquam necessarias et meritorias ad salutem, et hoc modo iustificationi quae est per fidem contrarias (ut apparet ex 15 Actor.) reciperent, constat utrumque genus non accepisse caeremonias tanquam liberas. Apparet autem apostolos sese accommodasse et illorum impietati et horum superstitioni.

Quid ergo causae esset quominus rebus omnibus per se liberis, licet non sint liberae illis qui superstitionem adhibent aut impietatem, utamur ad aedificationem? Et cum illorum sacris, licet impiis aut superstitiosis, communicemus? Et eo modo superstitiosos feramus quo modo apostoli superstitiosos Iudaeos qui ad Christum conversi erant per tot annos tulerunt? Si dicatur, nos rebus per se liberis, in quibus tamen superstitio constituitur uti posse ad aedificationem, cuculla, qua abutuntur monachi, tonsione capitis, quae tamen est intersignum bestiae et character eius, cruce, licet fiduciam in ea ponant papistae, aqua lustrali, pane benedicto, quem vocant, caeremoniis in baptismate a papistis institutis uti licebit: sicuti utimur cibis cum papistis diebus quadragesimae et Veneris, licet illi huiusmodi cibis[2]) abutantur affingentes cultum Dei, itemque meritum. Eoque magis rebus per se bonis uti licebit cum illis, quibus tamen papistae ad suas impietates abutuntur, ut psalmo de profundis eoque cantico: Libera me Domine, quod detorquent ad preces pro mortuis. Itemque quaeretur quae res per se sunt liberae: Non illae quae in libertate nostra per Dominum sitae sunt, licet hominum impietate et superstitione indifferentes non sint, sicut vestes quibus homines ad ambitionem, cibi quibus ad intemperantiam et ingluviem abutuntur. Si ad hoc respondeatur discrimen statuendum esse inter caeremonias divinitus aliquando institutas et modo abolitas, et eas quae ab hominibus inventae sunt, quod plus honoris Deo tribuendum sit quam hominibus: dicetur pari in gradu legis caeremonias constituendas esse post abolitionem atque si unquam[3]) essent institutae a Domino velut papisticae. Quid enim differt quod aliquando a Domino institutum est et modo abrogatum ab eo quod nunquam a Domino traditum est? Nam qualem vim habuit institutio, talem et parem aut similem habet abrogatio. Et abrogatione effectus omnis institutionis tollitur. Et post abrogationem caeremoniae sunt traditiones humanae. Itaque si traditionibus humanis, nempe caeremoniis iudaicis, uti licitum fuit post Christum passum, quomodo modo non licebit? Si respondeant usum caeremoniarum non esse abolitum nisi post evangelii praedicationem et caeremonias sepeliri debuisse cum honore, cur non idem iudicium est de sacrificiis? Item, ubi est verbum Dei quo id statuatur? Non potius contra habetur, Christum affixisse cruci decretum quod erat contra nos? non tantum decretum legis moralis, verum caeremoniarum? Itemque dicetur, usque ad publicationem evangelii ferendas utcunque esse caeremonias papistarum, illisque communicari posse, sicut Paulus communicavit Iudaeorum caeremoniis.

2) *sic quidem Codex. Nobis vero suspecta lectio et coniicimus autorem scribere voluisse:* caeremoniis.
3) *lege:* nunquam.

4249.

LUCERNANUS CALVINO.

Notatur monachus quidam fur et stuprator qui Genevae nunc commoratur.

(Ex autographo Cod. Paris. Dupuy 102, fol. 170. Literaturam scriptoris presse sequimur.)

D. Iohanni Calvino Eclesie Gebennensis ministro et pastori fidelissimo ac vigilantissimo.
Geneve.

D. Iohanni Calvino Nicolaus Lucernanus s. dicit.

Etsi nula michi unquam tecum intercesserit familiaritas, vir dei fidelissime, nec te unquam ex facie noverim, forma tamen et nomine et suavi librorum tuorum lectione, qua non mediocriter recreor ac delector, longe melius michi cognitus es quam si te secundum carnem novissem et tecum totos annos decem versatus fuissem. Atque utinam ego sic tibi notus essem quam tu michi. Visum itaque fuit hanc meam epistolam tue caritati dirigere, que erit affectus erga te mei qualecunque argumentum, tum etiam mutue agnicionis et familiaritatis alliquod inicium. Occasionem vero ut ad te scriberem michi prebet discessus cuiusdam Stephani *Rivopra*, monaci gregis et sodalicii nostri qui, cum ex presbitero monacus benedictinus effectus esset, annum totum et paulo amplius nobiscum conversatus hac proxime fluxa quadragesima nocte reorum more auffugit nosque reliquit. Ex suis literis ad me directis compertum habeo illum esse Geneve. Utinam cum loco mutet et mentem et mores pristinos, renoveturque spiritu mentis sue et induat novum hominem qui secundum deum est. Equidem quod monachatum reliquerit seque ad alliud vite genus converterit non improbo, sed quod vituperose abierit horrendis peccatis malaque vita et fama notatus, hoc ego non laudo. Quia igitur opere pre-

cium est, et sic iubet Salomon ut pastor diligenter agnoscat vultum pecoris sui, ut noveris ciusmodi * hominem sub tuo pastorali officio susceperis, eius vitam moresque tibi graphice depingam. Primo cum apud nos esset mirum in modum videbatur favere evangelice doctrine, videbatur ardere gloria Christi sacrique eius evangelii. Sed quum evangelium requirat vitam evangelicam et mores christiano nomine dignos, hic praeter verba et nomen Christiani vel evangelici pectoris nichil habuit unquam, imo mores et vitam cum evangelio pugnantem. Sapiens quidam interogatus * cuius esset, stoïcus an epicurrus *, ioco respondit: Ego Zenonem laudo at epicurreum vivo. Quod hic ioco dicere visus est, hoc nunc multi serio factitant, verbis tantum et ore evangelici, pauliste ac christiani, vita autem et moribus epicurri. Quorum numerus apud nos permagnus est. Ex horum numero est hic de quo michi sermo. Ex multis refferam alliqua eius praeclariora opera. Cum esset parochus opiduli cuiusdam Astensis diocesis, captus erat amore cuiusdam iuvenculae maritum habentis: hanc puliare * ac solicitare cepit nec deseruit donec ea potitus est. Quid multa? Illam a legitimo marito allienavit et abstraxit, secum duxit huc, prolem ex ea suscepit. Nunc vero auffugiens miseram desolatamque reliquit cum fillio ex ea suscepto admodum aduch * tenello. Audi alliud quod dessignavit egregium facinus. Cum iam animo eius insedisset parentes, patriam, amicos relinquere et Genevam se conferre, ut sibi de viatico prospiceret, partim etiam ut adultere sue, de qua preffatus sum, alliquid elargiretur, dum omnes monaci sacre concioni adessent, latenter in cellam granariam in qua comune frumentum servabatur ingressus est. Inde sacos alliquot frumenti asportavit nemine quidquam sciente. Non post multos dies cum inteligeret furtum suum michi reliquisque monachis esse notum, timens suis malefactis dignas exolvere penas, noctu furis more auffugit. Vendiderat pauperi cuidam servo et coquo nostro optorium cubilis unum aureo uno: et cum Paulus vetet ne quis supergrediatur neque circumveniat in negocio fratrem suum, hic tamen falsus paulista pauperem fratrem et proximum circumvenit: nam abiens et optorium et precium exportavit. Alliud audi simile facinus. Debebat michi ipsi et alliis quibusdam monachis nostri monasterii non aspernandam pecuniarum summam scutorum circiter sex. Et cum non supeteret tunc facultas rogavit monacos creditores ut expectare illum dignarentur usque ad pascha: tunc enim et recepturum se pecunias aiebat et soluturum. Nos bona fide cum eo agentes neque fraudis quidquam suspicantes libenter consensimus. Ille ut fraudulentus ac versutus abscessit fraudatis fratribus et proximis suis. Hic iudicium tuum desidero, vir doctissime: si enim, ut sanciunt iura et ipsa nature lex dictat, fides etiam hosti servanda est, quid hunc mereri iudicas qui fratribus suis in Christo fidem non servarit et fraudem fecerit? Nolim vero, praestantissime *Calvine*, ut existimes me ista conffingere vel ex cordis amaritudine loqui. Veritatem dico in Christo Iesu, testimonium michi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, testimonium michi peribentibus cunctis monachis nostris et ipsa publica fama. Descripsi tibi huius hominis dotes, mores et vitam: tu nunc de homine iudicium facito. Uno circiter mense postquam se ad te contulit ad me scripsit ex Geneva epistolam, in qua ita me conviciis lacerat, ut facile appareat ipsum hominem esse maledicum, vaffrum, impostorem et malorum inventorem. Vocat me apostatam, hipochritam, rebellem et abnegatorem christi, insensatum, qui in veritate cognita non steterim: vocor ab eo absque christo, sine deo, tradit me sathane, accusat me quod persecucionem illi intulerim evangelii causa. Ego, ut tibi verum fatear, si stetisset apud me, decreveram eius flagicia digna castigacione punire, sed Christi eiusque evangelii causa nunquam illi molitus sum insidias. Petrus apostolus non vult ut quisquam paciatur quasi homicida aut fur aut maledicus aut allienorum appetitor, si autem ut christianus, non erubescat in isto nomine: hic vero uti christianus nichil unquam a me passus est, sed uti fur, uti allienorum raptor, uti adulter, prophecto passurus erat ni fugam accelerasset. Mito tibi exemplar ad me destinate epistole, mitto etiam meam ad ipsum responsivam. Et quamvis sciam te in christi negocio et arduis rebus semper occupatissimum, rogo te tamen ut utramque legas et cum legeris postea diiudices. Vale, vir dei. Deus te diu sancte sue Ecclesie servet incolumem. Caburri [1]) ex monasterio nostro Beate marie ordinis benedictini.

Nicolaus Lucernanus [2])
tui in Christo amantissimus.

4250.

MARRAQUIRIUS CALVINO.

Agit de ministro aliquo qui ecclesiam turbavit.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 149.)

4249. 1) *Caburnum* (*Cavour*), *prope Pignerol. Caetera nescimus.*
2) *Nomen gentilitium, fortasse fictitium, a Valle quadam Valdensium derivatum.*

Eximiae doctrinae ac pietatis viro Calvino dentur Hierapoli.

Humanissimo atque amantissimo patri Calvino salus per Christum.

Hasne adeo gravia certamina tenellas sustinere ecclesias! Contribulis effecit testimonio suo et comprobatione ut ignotum admiserim, neque tamen idcirco me extra culpam esse contendo. Verum re a *Fontano* significata et patefacta meis, ignotus meis ad tempus fui. Venimus in colloquium et *Gephyraeum* [1]) tertio accersivimus: ipse se negavit venturum. Ei concionandi facultas a colloquii consessu est adempta, sed delegati duo concesserunt ut ipse hic conciones aliquot ad componendos animos plebeculae haberet. Grex meus eum sequitur: ego ad dies quindecim interim conticesco, ut fratribus est visum. Curandum est in posterum ut eiusmodi homines aut mittantur a vobis, aut admittantur in conventu a nobis, cum approbatione quemadmodum se gesserint. Nec enim committendum est ut perturbetur ordo, quem Satanas eversum omnino cuperet. Scriberem de his plura nisi sperarem te ex tenenti fratre pluribus accepturum quae hic gerantur. Vale. Deus te cum collegis tuis quam diutissime suae incolumem ecclesiae conservet. Saluta quaeso meo nomine *Coladonium* et *Equitem*, [2]) humanos hospites meos. ad V. Idus Iunias Tonino. [3])

Tuus ex animo
Christoph. Marraquirius.

4251.

MERCERUS CALVINO.

Excusat se quod vocationem sibi oblatam recusavit.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 188.)

Eximiae doctrinae viro Carolo Pass.
Lugd.

Viro et doctrina et pietate insigni Car. Pass.
I. M. S.

Ur[illegible] tuae [illegible] meum [illegible] stupida [illegible] salutarib[illegible] haud [illegible] conditio[illegible] animi in [illegible] altera ben[illegible] quod ea in [illegible] quibus me [illegible] armavi, non [illegible] doctrina ausus est toti nostrae ecclesiae ea praesertim quae est de divortio viri uxoris a viro in fornicationis causa. [illegible]iberum esse dimittere at non alteri [illegible]quod deterius est, a te didicisse: ita [illegible]o fretus nonnullos ad opinionem [illegible]imo et a nostris concionibus sub[illegible] erit, priusquam hic morbus re[illegible]m adhibere ac in re tam seria [illegible] patefacere. Scimus enim te [illegible] priscis tum modernis con[illegible] videatur contrariae opinioni non probare [illegible] te volebam accipe. Incimultumque mecum [illegible]troversia inter vestrum me scribis, si quo mod[illegible] pium novimus, et Roditionem meam meliorem [illegible] obnixe rogat, priusintractabilem sciebam, et [illegible]tes audiri. Vide pro intractabilior redderetur [illegible] tribuatur, ut peniduplicandum? Equidem non [illegible]versia bona pietate omnium pessimum et miserrimum [illegible] Gallos et Anglos eam incidissem quae unius [illegible] partim quod tuas Dei conformis non foret. Atque [illegible]re, partim quod spectavi: at me hic interea [illegible] Iesus Christus liberis procreandis operam do, [illegible]em. Ego et quod avertat pro sua bonitate Dominus [illegible] te iubemus dum coniectas. Scias velim, frater [illegible]uos. [1]) Deum immortalem nisi fidem habere [illegible] illius hoc unum in votis habere ut me ex [illegible] tibus extricem. Consentit, imo vero [illegible] et vel me ardentior est uxor. Enim [illegible] plare mihi quanta sint transigenda hinc [illegible] gotia. Cum fratre quidem existimo facile [illegible] transacturum, si modo rem ipsam animumque [illegible] non intelligat. Quem ne se perspectum [illegible] credat, ex iis quae ante ortum inter nos [illegible] cum eo communicaram, vereor. Atqui sic [illegible] illic res meae componendae, quasi huc sedes translaturus, hic rursum, quasi illuc. Clamabis [illegible]rum me vocationem a Domino petere. Ego certe meam conditionem miserrimam existimo et noctes diesque deploro. Sed interea me ipse scripturarum lectione solari, atque animum assiduis ad Dominum precibus reficere ac munire non desino et saepe illud Isaiae [1]) vociferor:

למה התענו ה׳ מדרכיך תקשיח לבנו מיראתך

ac subiungo illud Ieremiae: [2])

השיבנו יהוה אליך ונשובה חדש ימינו כקדם

Interea quod possum me incontaminatum servo. Quae non ideo dico ut me iustificem, aut quod hic mihi placeam, sed ut intelligas quanto sanctorum coetuum desiderio tenear, ad quorum praescripta

---

4250. 1) *du Pont?*
2) *Chevalier.*
3) *Tonneins (Lot. et Garonne). Praeterea non habemus quod ad illustrandam hanc ep. facere possit.*

4251. 1) 63, 17.
2) Thren. 5, 21.

cium est, et sic iubet Salomon ut pastor diligenter agnoscat vultum pecoris sui, ut noveris ciusmodi * hominem sub tuo pastorali officio susceperis, eius vitam moresque tibi graphice depingam. Primo cum apud nos esset mirum in modum videbatur favere evangelice doctrine, videbatur ardere gloria Christi sacrique eius evangelii. Sed quum evangelium requirat vitam evangelicam et mores christiano nomine dignos, hic praeter verba et nomen Christiani vel evangelici pectoris nichil habuit unquam, imo mores et vitam cum evangelio pugnantem. Sapiens quidam interogatus * cuius esset, stoïcus an epicurrus *, ioco respondit: Ego Zenonem laudo at epicurreum vivo. Quod hic ioco dicere visus est, hoc nunc multi serio factitant, verbis tantum et ore evangelici, pauliste ac christiani, vita autem et moribus epicurri. Quorum numerus apud nos permagnus est. Ex horum numero est hic de quo michi sermo. Ex multis refferam alliqua eius praeclariora opera. Cum esset parochus opiduli cuiusdam Astensis diocesis, captus erat amore cuiusdam iuvenculae maritum habentis: hanc puliare * ac solicitare cepit nec deseruit donec ea potitus est. Quid multa? Illam a legitimo marito allienavit et abstraxit, secum duxit huc, prolem ex ea suscepit. Nunc vero auffugiens miseram desolatamque reliquit cum fillio ex ea suscepto admodum aduch * tenello. Audi alliud quod dessignavit egregium facinus. Cum iam animo eius insedisset parentes, patriam, amicos relinquere et Genevam se conferre, ut sibi de viatico prospiceret, partim etiam ut adultere sue, de qua preffatus sum, alliquid elargiretur, dum omnes monaci sacre concioni adessent, latenter in cellam granariam in qua comune frumentum servabatur ingressus est. Inde sacos alliquot frumenti asportavit nemine quidquam sciente. Non post multos dies cum inteligeret furtum suum michi reliquisque monachis esse notum, timens suis malefactis dignas exolvere penas, noctu furis more auffugit. Vendiderat pauperi cuidam servo et coquo nostro optorium cubilis unum aureo uno: et cum Paulus vetet ne quis supergrediatur neque circumveniat in negocio fratrem suum, hic tamen falsus paulista pauperem fratrem et proximum circumvenit: nam abiens et optorium et precium exportavit. Alliud audi simile facinus. Debebat michi ipsi et alliis quibusdam monachis nostri monasterii non aspernandam pecuniarum summam scutorum circiter sex. Et cum non supeteret tunc facultas rogavit monacos creditores ut expectare illum dignarentur usque ad pascha: tunc enim et recepturum se pecunias aiebat et soluturum. Nos bona fide cum eo agentes neque fraudis quidquam suspicantes libenter consensimus. Ille ut fraudulentus ac versutus abscessit fraudatis fratribus et proximis suis. Hic iudicium tuum desidero, vir doctissime: si enim, ut sanciunt iura et ipsa nature lex dictat, fides etiam hosti servanda est, quid hunc mereri iudicas qui fratribus suis in Christo fidem non servarit et fraudem fecerit? Nolim vero, praestantissime *Calvine*, ut existimes me ista conffingere vel ex cordis amaritudine loqui. Veritatem dico in Christo Iesu, testimonium michi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, testimonium michi peribentibus cunctis monachis nostris et ipsa publica fama. Descripsi tibi huius hominis dotes, mores et vitam: tu nunc de homine iudicium facito. Uno circiter mense postquam se ad te contulit ad me scripsit ex Geneva epistolam, in qua ita me conviciis lacerat, ut facile appareat ipsum hominem esse maledicum, vaffrum, impostorem et malorum inventorem. Vocat me apostatam, hipochritam, rebellem et abnegatorem christi, insensatum, qui in veritate cognita non steterim: vocor ab eo absque christo, sine deo, tradit me sathane, accusat me quod persecucionem illi intulerim evangelii causa. Ego, ut tibi verum fatear, si stetisset apud me, decreveram eius flagicia digna castigacione punire, sed Christi eiusque evangelii causa nunquam illi molitus sum insidias. Petrus apostolus non vult ut quisquam paciatur quasi homicida aut fur aut maledicus aut allienorum appetitor, si autem ut christianus, non erubescat in isto nomine: hic vero uti christianus nichil unquam a me passus est, sed uti fur, uti allienorum raptor, uti adulter, prophecto passurus erat ni fugam accelerasset. Mito tibi exemplar ad me destinate epistole, mitto etiam meam ad ipsum responsivam. Et quamvis sciam te in christi negocio et arduis rebus semper occupatissimum, rogo te tamen ut utramque legas et cum legeris postea diiudices. Vale, vir dei. Deus te diu sancte sue Ecclesie servet incolumem. Caburri [1]) ex monasterio nostro Beate marie ordinis benedictini.

Nicolaus Lucernanus [2])
tui in Christo amantissimus.

4250.

MARRAQUIRIUS CALVINO.

Agit de ministro aliquo qui ecclesiam turbavit.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 149.)

4249. 1) *Caburnum (Cavour), prope Pignerol. Caetera nescimus.*
2) *Nomen gentilitium, fortasse fictitium, a Valle quadam Valdensium derivatum.*

Eximiae doctrinae ac pietatis viro Calvino dentur Hierapoli.

Humanissimo atque amantissimo patri Calvino salus per Christum.

Hasne adeo gravia certamina tenellas sustinere ecclesias! Contribulis effecit testimonio suo et comprobatione ut ignotum admiserim, neque tamen idcirco me extra culpam esse contendo. Verum re a *Fontano* significata et patefacta meis, ignotus meis ad tempus fui. Venimus in colloquium et *Gephyraeum* [1]) tertio accersivimus: ipse se negavit venturum. Ei concionandi facultas a colloquii consessu est adempta, sed delegati duo concesserunt ut ipse hic conciones aliquot ad componendos animos plebeculae haberet. Grex meus eum sequitur: ego ad dies quindecim interim conticesco, ut fratribus est visum. Curandum est in posterum ut eiusmodi homines aut mittantur a vobis, aut admittantur in conventu a nobis, cum approbatione quemadmodum se gesserint. Nec enim committendum est ut perturbetur ordo, quem Satanas eversum omnino cuperet. Scriberem de his plura nisi sperarem te ex tenenti fratre pluribus accepturum quae hic gerantur. Vale. Deus te cum collegis tuis quam diutissime suae incolumem ecclesiae conservet. Saluta quaeso meo nomine *Coladonium* et *Equitem*, [2]) humanos hospites meos. ad V. Idus Iunias Tonino. [3])

Tuus ex animo
Christoph. Marraquirius.

4251.

MERCERUS CALVINO.

Excusat se quod vocationem sibi oblatam recusavit.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 138.)

Eximiae doctrinae viro Carolo Pass.
Lugd.

Viro et doctrina et pietate insigni Car. Pass.
I. M. S.

Dici non potest, vir eximie, quantopere me tuae affecerint literae, quamque acriter animum meum pupugerint. Quis enim aut mente sit tam stupida aut adamantino pectore, qui tam sanctis salutaribusque monitis non commoveatur. Et sane haud scio an, si res tum fuisset integra, oblatam conditionem recusassem. Verum quum una ex parte animi in me tui plane evangelicam sinceritatem, ex altera bene mihi consciam mentem et institutum, quod ea in re sum sequutus, precesque considero quibus me ante opus tantum apud Deum meum armavi, non possum, nec poteris (certo scio) ipse, non probare quod a me factum sit. Saepe certe multumque mecum ipse omnia reputavi quae ad me scribis, si quo modo apud fratrem possem conditionem meam meliorem facere. At ita durum et intractabilem sciebam, et precibus meis, sicut solet, intractabilior redderetur. Quid ergo? Malum fuit duplicandum? Equidem non malum, sed malorum omnium pessimum et miserrimum putassem, si in eam incidissem quae unius mecum animi ac spiritui Dei conformis non foret. Atque hic illud praecipue spectavi: at me hic interea retardatum iri, dum liberis procreandis operam do, vel laqueis potius, quod avertat pro sua bonitate Dominus, strangulandum coniectas. Scias velim, frater carissime, et Deum immortalem nisi fidem habes obtestor, me hoc unum in votis habere ut me ex his difficultatibus extricem. Consentit, imo vero urget, instat, et vel me ardentior est uxor. Enimvero contemplare mihi quanta sint transigenda hinc illinc negotia. Cum fratre quidem existimo facile nunc me transacturum, si modo rem ipsam animumque meum non intelligat. Quem ne se perspectum habere credat, ex iis quae ante ortum inter nos dissidium cum eo communicaram, vereor. Atqui sic mihi illic res meae componendae, quasi huc sedes sim translaturus, hic rursum, quasi illuc. Clamabis iterum me vocationem a Domino petere. Ego certe meam conditionem miserrimam existimo et noctes diesque deploro. Sed interea me ipse scripturarum lectione solari, atque animum assiduis ad Dominum precibus reficere ac munire non desino et saepe illud Isaiae [1]) vociferor:

למה תתענו ה׳ מדרכיך תקשיח לבנו מיראתך

ac subiungo illud Ieremiae: [2])

השיבנו יהוה אליך ונשובה חדש ימינו כקדם

Interea quod possum me incontaminatum servo. Quae non ideo dico ut me iustificem, aut quod hic mihi placeam, sed ut intelligas quanto sanctorum coetuum desiderio tenear, ad quorum praescripta

---

4250. 1) *du Pont?*
2) *Chevalier.*
3) *Tonneins* (*Lot. et Garonne*). *Praeterea non habemus quod ad illustrandam hanc ep. facere possit.*

4251. 1) 63, 17.
2) Thren. 5, 21.

coner interea vitam meam conformare. Si quam ergo, o ecclesiae decus, sinistram de me antehac opinionem indueris, exue quaeso, nec alio me esse animo quam nuper eram crede. Quem ut non foveat tantum sed magis ac magis augeat, Dominum una mecum orabitis. Hunc spero brevi effecturum, ut quam nunc vobis est et mihi absentia mea molesta, tam sit adventus utrisque gratus. Amicos omneis meo nomine salutabis, maxime *Robertum*,[3]) quem harum literarum participem facias velim, ad quem si negotia paterentur nunc scripsissem. Vale, pastorum decus. Lutetiae pridie id. februarii.

Tuus I. M.[4])

4252.

PELLETUS CALVINO.

Proponit ei casum matrimonialem plane singularem.

(*Ex apographo Cod. Paris. Dupuy 102, fol. 180.*)

A Monsieur Calvin.

Verebar, vir ornatissime, ne quid offendissent te meae literae, quod nihil omnino responderes, nisi is cui eas ad te dederam mihi nunciasset te boni consuluisse meam audaciam, atque in bonam partem accepisse meam sedulitatem. Quod mihi plus satis fuit. Nollem enim me ei, quem ut unicum aetatis nostrae doctrinae et religionis ornamentum conspicio et veneror, aliquo modo meis literis illiteratis acerbum fuisse. Unde non possum satis laudare hanc tuam humanitatem et vere christianam caritatem, quae erga miseros nos, qui sub sacrilego papatus imperio detinemur, uteris.

Scripseram ad te non nuper admodum aliquorum dubiorum verum et germanum intellectum a te petens: quod et iterum his literis a te volui efflagitare. Cogor enim a rivulis nostris aridis ac torridis ad te fontem uberrimum confugere, et nisi semper in tenebris densissimis delitescere velimus, lux nobis et veritas ab aliis quam a nostris theologis expiscanda est: quos praeterquam quod magna professos in minimis esse versatos videas, longissime semper aberrant et absunt a sincera doctrinae puritate, nulla alia in re magis occupati quam ut superiorum interpretamenta et argumenta omissa lege Dei recenseant, potius tamen ad carpendum si quid male, quam ad laudandum si quid bene ab eis dictum sit: interim vero pugnas excitantes mirificas an potius hominum salutem et fidem subvertant quam quid ad eam fovendam et augendam conferant, ut ex tuis uberrimis et purissimis commentariis quotidie pernoscimus.

Verum ut instituti mei rationem in pauca conferam, et ut intelligas quae dubia nos movent, hoc primum unum est quod re ipsa non nuper quidem accidit. Quum hic apud nos cuidam mulieri viri fastidium obrepsisset, usque adeo ut ab eo discessisset sine causa legitima, quae quantumvis sui officii et mutuae benevolentiae, quam sibi invicem debebant, a viro per trimestre admonita noluisset viro reconciliari ac cum eo in gratiam redire, vir aliam accepit uxorem (clam enim omnibus erat matrimonium quod cum prima in aliena provincia contraxerat, quia filii duorum fratrum essent et per consequens iure canonum prohiberentur). Mulier vero, quae a viro primum discessit, astuta nimis allegat adulterium a viro admissum, et propterea sibi partam libertatem esse alteri nubendi contendit, nequaquam grave ducens quod hic alteram duxerit: quinimo nihil unquam sibi gratius accidisse demonstrans, ut inde internoscere facile sit, eam viro ansam delinquendi praebuisse. Hoc enim res ipsa loquitur. Unde quamvis ex viri aut mulieris fornicatione alterum adipisci libertatem fateri cogamur, graviter tamen urgent facti circumstantiae huiusmodi. Hac enim ratione facile omnia hic dissolverentur matrimonia. Verum quamvis levitatem et temeritatem viri minime probemus, eadem ratione quoque mulieris dolum et fraudem improbare cogimur. Si enim ex Matth. c. 5 (Quisquis repudiaverit uxorem nisi causa stupri facit eam moechari) non potest vacare culpa haec mulier quae primo discessit a viro sine causa legitima. Accedit etiam quod Paulus ad Corinth. c. 7 iubet uxorem a viro non discedere, si vero discesserit, aut viro suo reconciliari aut innuptam manere. Non est absimile quoque, id quod optime animadvertisti in tua Harmonia[1]) luculentissime (Matth. c. 19), adulterii apud Marcum ideo nullam fieri mentionem, quod notare voluerit tantum corruptelam quae tunc passim trita erat, eamque reprehendi a Domino, quo post voluntaria divortia utrinque ad novum coniugium transibant. Atque hoc in loco multi e veteribus lapsi sunt. Quae sane corruptela in his quoque de quibus agimus animadverti potest, praeser-

3) *Stephanum.*

4) *Merceri nomen ex mera coniectura supra scripsimus, ad vocationem Genevensem in hac epistola alludi putantes, de qua v. N. 2832. 2841. 2850. 2890. Etiam quod hebraica scriptor affectat ad eundem nos revocat. Annum* 1558, *aut* 1559 *potius adscribendum esse arbitramur.*

4252. 1) *a.* 1553 *primum edita.*

tim in muliere magis astuta et fraudulenta. Ex quibus omnibus coniicimus quidem aeque mulieri atque viro ademptam esse libertatem: id tamen comprobatum aut certum sine tuo aut ecclesiae (cui vere a Deo praefectus es et merito) iudicio minime habere possumus. Nihil enim certi ex nobis statuere possumus aut debemus, qui non in ecclesia Domini sed in tabernaculis peccatorum degimus. Te itaque rogo et obsecro ut hac in re mihi et plerisque aliis satisfacias, et ut te virum omni laude dignum, omni genere disciplinae ornatissimum, non pudeat mihi adhuc more infantium balbutienti de hac re rescribere. Vale, mihi in Christo venerande *Calvine*, cuius praesidio te commendo. Valreaci Calend. Sept.

Tibi ad omnia paratissimus
Ioannes Pelletus.

4253.

PERRUCELLUS CALVINO.

Controversia exorta est inter ecclesiae membra tum de divortio tum de aliis rebus et Calvini iudicium expetitur.

(Ex autographo Cod. Genev. 114, fol. 134.)

Clarissimo viro D. Iohanni Calvino ecclesiae Genevensis pastori vigilantissimo.

Gratia et pax per Iesum Christum.

Quod iam dudum nullas a me acceperis, vir clarissime, literas, non est quod mihi vitio vertas. Non enim operae pretium putavi tua sacra studia aliaque ardua negotia literis intempestivis passim interturbare, quum subinde occurrant qui abunde quae hic agantur scriptitent. Nolui tamen hanc praetermittere occasionem, quando tam opportunum nuncium sim nactus, ad te scribendi, tum quod mihi ex officio id incumbat, quum a nostra ecclesia hanc susceperim provinciam urgente nonnullorum improbitate, qui nostris excitavere magnas controversias, quibus pacandis te maxime idoneum putamus. Ut autem rem omnem a principio audias: nuper quum pro more hactenus in ecclesiis bene reformatis observato haberetur in nostra congregatione prophetia, ubi liberum sit cuilibet ad ecclesiae aedificationem loqui, contigit ut vir quidam satis provectae aetatis, cuius etiamnum uxor Genevae apud vos (ut inquit) agit, qui in doctrina ausus est toti nostrae ecclesiae resistere, in ea praesertim quae est de divortio viri ab uxore et uxoris a viro in fornicationis causa. Ait quidem liberum esse dimittere at non alteri nubere, idque, quod deterius est, a te didicisse: ita ut tua autoritate fretus nonnullos ad opinionem suam attraxerit, imo et a nostris concionibus subduxit. Tuum ergo erit, priusquam hic morbus recrudescat, antidotum adhibere ac in re tam seria tuum nobis iudicium patefacere. Scimus enim te sanctis doctoribus tum priscis tum modernis consentire, etsi Augustinus videatur contrariae opinioni suffragari.

Aliud praeterea quod te volebam accipe. Incidit ratione aeris alieni controversia inter vestrum Robertum *Stephanum*, quem pium novimus, et Robertum *Herault* nostrum, qui obnixe rogat, priusquam vocetur in ius, suas partes audiri. Vide pro tua humanitate ut utrique ius tribuatur, ut penitus scandalum vitetur et controversia bona pietate dissolvatur. Plura occurrunt inter Gallos et Anglos quae ad te scribere non iudicavi, partim quod tuas pias aures nolim rumoribus obtundere, partim quod ab aliis fusius intelligas. Dominus Iesus Christus te diu suae ecclesiae servet incolumem. Ego et symmysta meus ac tota nostra ecclesia te iubemus salvere plurimum ac omnes symmystas tuos. [1])

Tui amantissimus filius
Franciscus Perrucellus.

4254.

PHAGIUS CALVINO.

Post longum et fastidiosum exordium sententiam eius sibi expetit de loco Paulino, qui quum Rabbinorum artem dialecticam iam per se redoleat hic magis etiam ad mentem scholasticorum discutitur, et quidem intricatiore stilo, cui distinctionibus interpositis, quae in Codice vel falsae vel nullae sunt, vix mederi potuimus.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 189.)

4253. *Epistola haec omnino nihil suppeditat quod ad definiendos eius natales faciat. Perrucellus Londinensis ecclesiae peregrinorum minister fuit ab a.* 1550 *(Aug.) usque ad a.* 1553 *(Iul.). Ex ea urbe nullam aliam habemus. Eandem commendare nobis posset mentio Anglorum et prophetiae a Lasco ibi introductae (Kuyper* II. 102 *seqq.). Verum etiam Vesaliae et Francofurti Angli erant. Stephanus obiit* 1559.

Monsieur Monsieur Maistre Iehan Calvin humblement randes les presentes.

Domino Iohanni Calvino sacratissimi evangelii fidelissimo praeconi Iohannes Phagius S. d. p.

Quum mecum multum diuque cogitarem, praestantissime domine, scribendumne mihi foret ad te, complures me in diversum trahebant causae hunc in modum: Dedignabitur te tuaque scripta, utpote inepta, atque a lectione (si tamen legerit ad calcem) scombris merito sed iure iubebit. Rursus: Quid tu? annon putas te fore illi iniuriosum, qui ab illo requiras ut tibi subinde recantilet ea cuius si diligenter adverteris monumenta, tibi satis superque satisfactum fuerit. Erit igitur tuae imputandum inertiae, adeo impudens, ut hominem alioqui mille curis districtum ad inanem laborem suscipiendum tua importunitate adigas. Ex adverso haec me acrius pungebant, mactoque animo esse monebant: Hic est qui pro ea quam gerit provincia humanitateque quam saepe animadvertisti, sive in scriptis, tua non spectavit sed animum puta simplicem et ab omni dolo longe alienum. Rursus: An pudebit te discere conscientiamque tuam in Christo stabilire.

Haec et similia deterrebant me quominus ad te scriberem, monebantque contra ne vererer tibi meam sententiam exponere. Videbar itaque, quod dicitur, auribus lupum tenere. Verum hac tandem victus ratione proxima non potui non tibi meam exponere mentem (quanquam inepte). Turpe enim, ne dicam impium, quamdiu vivitur, non ambire omnibus modis ut Christus in nobis crescat, iudicavi. Itaque igitur locum Pauli quem existimo sic intelligendum (ni tua nos alio revocet mensura) precor animadvertas, cuius intelligentia me hactenus mirum in modum torsit, ut qui videam multos multa dicere nec mihi per omnia satisfacere.

Dixerat Paulus circumcisionem datam quod divinis credidisset in Dei oraculis: ideo sibi ipsi opponens quaerit an possit hinc effici ut Deus possit mendacii coargui, quod quidam non crediderint? Haec verba sic intelligo: duarum contradictoriarum impossible est alteram veram esse quin altera sit continuo falsa. Si igitur hanc promiserit Deus: Omnis Israel non benedicetur, haec erit continuo falsa. Quidam Israel non benedicetur, et contra. Igitur quoniam hanc videmus veram, sequitur Deum falsi promissi coarguendum qui promiserit omnem Israelitam benedicendum. Paulus universalem in particularem alio in loco contraxit, ut evitet hanc absurditatem, hoc modo. Non enim omnes qui sunt ex Israel hi sunt Israelitae, neque qui semen sunt Abrahae hi sunt filii Abrahae. Itaque negat incredulis promissum fuisse. Num autem altera harum propositionum de futuro fuerit determinate vera an falsa antequam advenerit, in praesentiarum non disputo: tantum quaero quomodo Paulus hoc in loco sibi ipsi satisfecerit. Paulus itaque, ut sentio, respondet Deum veracem, omnem autem hominem mendacem. Deum veracem sic intelligo ut sit, tum in se, tum extra, natura sua verax: mendacem vero hominem, item tum in se, tum extra, ut sit natura sua mendax, ut contraria contrariis opponantur rite: ideoque nihil habere hominem quod movere debeat Deum ad miserescendum eius, et si eius misereatur, id fieri ex sola sui ipsius misericordia, non autem ex aliqua hominis dignitate. Verum quum audit homo se esse mendacem, ut Deus iustificetur in sermonibus suis, quaerit, ut est eius audacia in suo scelere excusando, num possit Deo notam iniustitiae inurere, et quum non potest negare in versiculo Davidis quin sumi debeat Iustificari pro eo quod est iustum declarari, hoc modo argumentatur: Is est habendus iniustus iudex qui condemnat eum qui nil nisi quod cedit in maximam iudicis gloriam admiserit: atqui Deus poena decernit dignum peccatorem qui nil admisit nisi quod in magnam convertitur eius gloriam: ergo iniustus est Deus qui inferat iram peccatori. Hic ego non possum distinguere consequentiam, quod conclusio colligatur necessitate consequentiae, non autem consequentis. Proximum enim concederem: in aliquo sensu Deum posse ostendi iniustum et in aliquo iustum. Deinde concederem et particulam in versiculo Davidis contentam sumi debere consequutive, non autem causative, ut cum ipsis loquar, quod maxime mihi est molestum. Caeterum iniuriam facerem apostolo qui vellem secus respondere atque ille responderit. Nam ipse sic loquitur: Absit! secundum hominem loquor. Quae verba mihi videntur habere hunc intellectum: Nego ullo modo consequi posse, etsi homo excusando suam iniustitiam sic dialectice et demonstrative sibi videatur argumentari. Quo responso videtur nobis significare quod, quamvis peccemus minime quin hominis humana ratio Deum immiscere possit suis peccatis (omnia enim operatur in omnibus) tamen hic debet subticere seque humiliare, non inquirendo cur voluerit sic nostris peccatis gloriam suam illustrare. Videtur mihi praeterea significare voluisse, fide tenendum, vel invita ratione, Deum esse iustum. Eo enim sensu accipio illud: secundum hominem loquor. Quod colligo ex sequentibus argumentis tribus ab absurdo fidei deductis, quibusque intelligo, solvisse praecedentem argumentationem, cuius ratam ratio existimabat conclusionem, sine spiritu fidei iudicans. Haec sunt argumenta. Si ex superioribus efficeretur haec conclusio, mundus esset iudicandus iniuste: sed hoc est maxime fidei absurdum, ergo et adversarii conclusio. Secundum argumentum: Si mea peccata

cederent in gloriam iudicis, certe iudicarer iniuste: sed non cedunt in gloriam iudicis, ergo non iudicor iniuste, non iniuste censet me poena dignum. Hoc antecedens me movet plurimum ex eo quod negat quod superius diximus: iustificare esse iustum declarare. Quod quum non posset negari, miror Paulum nunc illud negasse. Non possum me hinc expedire: tu videbis. Tertium argumentum confutat triplex iudicium: unum eorum qui, quum audirent a Paulo et caeteris iustum declarari Deum nostris delictis, nihilo tamen secius relinqui iustum, dicebant mala esse facienda ex doctrina evangelii. Quod quum esset ridiculum, reiiciebant evangelii doctrinam. Alterum est eorum qui dicebant, ex praedicatione Pauli Deum posse colligi iniustum, quod annunciaret Deum nostris delictis ostendi iustum, quorum proxima erat argumentatio. Verum quum Paulus sentiret, fide id esse consentaneum quod ratione esse potest repugnans, hoc et illud iudicium sic confutat. Si Deus esset iniustus ob id quod punit quod commendat iustitiam suam, iudicium eorum esset longe rectius qui dicunt mala esse facienda ut inde veniant bona, quod nostra iniquitas commendet iustitiam Dei, et nihilominus ipse relinquitur iustus. Sed haec non est habenda rata conclusio, ergo neque illa, quippe ea sunt fide consentanea quae ratione sunt maxime pugnantia, et contra ea sunt fide pugnantia quae ratione sunt consentanea.

Hactenus mentem explicui Pauli ut potui. Si videris me aliud a Paulo sentire, precor te ex animo ut me ad Paulum reducas. Vale. [1])

4255.

SERVETUS CALVINO.

Proposuerat ille tres quaestiones: An homo Iesus crucifixus sit filius Dei? an regnum Christi sit in hominibus? An baptismus debeat in fide fieri? Ad quas Calvinus respondit prima vice Tom. VIII. Opp. p. 482; altera vero post refutationem Serveti sibi oblatam p. 487 seqq. Iam ad hanc secundam responsionem hic iterum rescribit quae quidem Calvinus suo libello contra Servetum edito inserere supervacaneum duxit.

(Ex autographo Cod. Genev. 113, fol. 108.)

De prima quaestione non amplius contendam. Hoc unum te lubens monebo ne illud trium rerum monstrum tantum et tam impossibile in Domino tu admittas nullis bene intellectis scripturis probatum. Hac tamen ratione tu moveris quod Deus ab aeterno dicitur pater. Quasi ego non clare docuerim seclusa in Deo temporum ratione eum semper dici patrem et ab aeterno filium hunc generare, in quo et patres antiqui spem habuerunt. Ad logon tu provocas, quasi Iohannes voluntate humana logon dixerit potius quam filium. Ad obiectionem meam, quod monstrose discerpitur Deus et quod duo filii doceantur, tu nihil respondes, sed quasi ludens de duobus sermonibus obiicis, non animadvertens in dispensatione consistere sermonem, filii autem vocabulum esse magis substantiale, et quod hic filius ab eo sermone dicitur filius et sermo. Imponis mihi quod sermonem ego dicam aliquando coepisse. Oppositum expresse doceo in principio primi dialogi. Hypostasim eius, dispensationem aeternam, futuri hominis personam et substantiam manifeste doceo, ut in ea facie videatur Deus.

In secunda quaestione regnum Christi in nobis non satis agnoscens rogas ubi doceat Iohannes tales nos esse in mundo qualis est Christus. Verba eius cap. 4. prioris epistolae sunt haec: Fiduciam habeamus ad diem iudicii quia sicut ille est et nos sumus in mundo hoc. Talem fiduciam hinc merito sumit Iohannes. Nam si praesentem huius regni Christi gloriam et gustum a nobis excludas non erit in nobis alterius futuri talis et tam certa fiducia. Mihi deinde succenses quod cum Christo dicam, eum qui minimus est in regno hoc esse maiorem ipso Abrahamo, et quod cum Paulo dicam Abrahamum, fuisse carnalem. Ita me Paulus ipse docuit Rom. 4: Quid igitur dicemus invenisse Abrahamum patrem nostrum secundum carnem? Ex iis quae in ipso Abrahamo secundum carnem gesta sunt deducitur ibi spiritualium typus. Sicut alibi in Israel carnali et Aaron carnali ostenditur figura spiritualium. Carnalis dicitur tota illa vetus generatio quia non erant ita ut nos novo spiritu regeniti et ad coelestem hanc novam vitam cum Christo resuscitati. Annon spiritum novum attulit resurrectio Christi? Non nego quin ad eandem futuram haereditatem et ad idem Dei regnum sint patriarchae post resurrectionem assumendi, sed praesentem gratiam et adventus Christi dona coelestia esse nobis potiora. Hoc vellem cogitares: Quomodo mortem Christus veniens abolevit, vitam nobis in lucem produxit et immortalitatem, ut ad Timotheum scribit Paulus? quomodo nos in suum coeleste regnum evexit? Si caro Christi est vere cibus, est vere alimentum. Si est vere alimentum, ille qui ea nutritur efficitur substantialiter unum cum Christo. Substantiali autem hoc carnis Christi cibo non est usus Abraham:

4254. 1) *De autore et scripto tacentes docti videbimur.*

praestantiores igitur sumus nos. Mihi crede, non est cohaeres diabolis qui Christi regnum hoc et gratiam eius nobis factam extollit. Regenerationem a baptismo tu longe separare conaris et tantum dicis baptismum esse signum adoptionis. Ego cum Paulo dico esse lavacrum regenerationis et renovationis spiritus nos salvans. Si baptismus est lavacrum regenerans, ea ipsa lotio ex aqua et spiritu sancto est regeneratio.

In tertia quaestione mire te involvis. Fateris parvulos omnes nasci filios irae, maledictionem tolli per gratiam, gratiam esse per fidem, et in eis non esse fidem. Omnes qui ex progenie sunt Abrahae ais nasci filios Dei, et dicis te non esse tam crassum ut credas esse filios. Ego autem dico etiam praedestinatos in filios Dei nasci cum Paulo filios irae, licet ratione boni propositi Dei dicere possis eos ab utero vocatos filios. Olim quoque in carnali foedere parvuli carnis censebantur filii: nunc illi soli sunt filii qui per fidem fiunt filii Dei. Et ad hos solos filios extenditur promissus spiritus υἱοθεσίας, quem in baptismo dari docet Petrus, qui etiam spiritus ex auditu fidei est teste Paulo. Si Iohannis Baptistae exemplum tibi baptismum probat, baptiza pueros in utero matris. Nec deerunt tibi exempla multorum qui in utero sanctificati sunt. Ad eundem modum ex certis exemplis tua de promissionibus generalia commenta fingis. Ais enim neminem sine promissione posse iustificari. Mirum certe quod ita tibi placeas et verum fidei christianae caput dissimules. Ex solo aspectu Christi miracula facientis mulier Chananaea vel Caesarianus aliquis illi credens poterat tunc iustificari, etiamsi de promissionibus nihil unquam audisset. Nam Christus factis quoque declarabat se esse filium Dei et id credentes salvabat et iustificabat, etiamsi essent Scythae nullam promissionem habentes. Imo ridiculum si quis non sit Deo crediturus nisi aliquid ipse promittat. Possem ad hoc tuum dictum explodendum testimonia et exempla iustificatorum adducere innumera, tam ante tempus legis quam tempore legis et tempore gratiae, etiam in Ninive et in insulis novis.

Sed quia times ne sim tibi Satan, finem facio. Remitte igitur scripta mea et vale. Si vere credis papam esse Antichristum, credes quoque trinitatem et paedobaptismum ex doctrina papatus esse doctrinam daemoniorum. Iterum vale. [1])

4255. 1) *Fortassis hae literae inter Calvinum et Servetum mutuae ad a.* 1545 *referendae sunt, quod nisi fallimur ex N.* 766 *elici posse videtur.*

4256.

STURMIUS CALVINO.

Literae commendatitiae.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 806.)

Clarissimo viro D. Ioanni Calvino suo summo et veteri amico.

S. P. Qui tibi has reddidit diu eo sum usus famulo. Studuit etiam nobiscum tota superiore hyeme et vere, et mansisset nobiscum diutius si rationes eius ob paupertatem ferrent. Vir bonus est et studiosus religionis et evangelii. Istuc venit ea spe ut apud vos aliquam vitae conditionem inveniat. Qua in re ut ei adsis te etiam atque etiam, mi *Calvine,* rogo. Ego pro eius fide et integritate spondere audeo. Existimat se nondum satis esse instructum ad concionandum. Itaque cupit discipulos sibi aliquos dari, aut pueris in scholis praefici, sperans fore ut hoc vitae genere se magis exerceat ad literarum cognitionem et professionem evangelii. Sed haec ex eo ipse cognosces melius. Quantum ad me attinet, rogo ut ei ne desis. Vale. Argentorati 4. Maii.

Uxori tuae rogo, ut pro me, salutem. [1])

I. Sturmius.

4257.

STURMIUS CALVINO.

Respondet ad aliquam Calvini deperditam et agit de quodam cuius nomen Beza suppressit, nescio quo pacto sic lectoribus prospiciens.

(Ex editione Bezae Gen. p. 224, Laus. p. 473, Hanov. p. 530, Chouet p. 305, Amst. p. 139.)

Quid agas? Homines sunt. Atqui falsi sumus. Sed nos non ut de hominibus iudicavimus, verum ut de viris sapientibus speravimus: neque cogitavimus nos de hominibus iudicare qui in remotis ab hominum celebritate atque iudicio montibus habitant, quibus nihil placet nisi patrium. N. omnino fefellit. Usque adeo φιλολούθηρος est, ut vel crepidas eius adorandas putet. Velim N. posse ab illis avocari

---

4256. 1) *Ergo scripta est ante a.* 1549.

et ab omnibus civitatibus conferri, ut honesta conditione Basileae aut apud vos viveret, aut etiam apud nos: quanquam etiam nostri pueri σοφίζονται ἐν τοῖς δείπνοις, ita ut senibus non permittant sapere. Evocatum tamen eum velim ex illis locis quibus nullae terrae sapere videantur. Credo Sibyllam Delphicam migraturam eo: ita omnes in illis locis sagiunt. Ego ita non laudo istam N. μικροψυχίαν: φιλόψυχος mihi in hac aetate affecta atque afflicta esse videtur nimium, in re praesertim tali ac tanta. Te laudo qui laudes, et qui contemnis ea quae si ab aliis spernerentur minus laboraremus. Vale.

4258.

TEXTOR CALVINO.

Remedium illi a se praeparatum ad levandam stomachi imbecillitatem mittit.

(Ex autographo Cod. Genev. 117, fol. 100.)

Carolo Passelio.

Gratum et mihi et amicis fecisti tuis illis literis posterioribus ab hoc amico redditis, quibus certiores facti sumus quatenus tibi licuit iis de rebus quae istic geruntur. Hic nihil est novi nunc de quo ut monearis uterque debeat esse admodum sollicitus, nisi forte quod ex tabellione facile resciveris, quum alioqui prolixiore epistola non opus sit homini tot modis occupatissimo, et mihi quoque minus vacet in praesentia. Si recte valetis, tu praesertim, uxor et *Chlorotes*,[1]) nos recte demum valemus Dei opt. max. beneficio, praeter matronam illam alteram adeo generosam, proximae nostrae peregrinationis comitem, proceriori scilicet corpore, non tamen periculoso morbo laborantem, uxorem inquam illius quicum non procul ab urbe nuper deambulabas. Uterque inprimis vos resalutat, munusculum tibi et *Chloroti* offerens mutuae amicitiae symbolum: nempe duas pyxides nostro artificio instructas, alteram tibi, illi alteram donandam. His quoties opus erit ex ligula utendum paulo ante cibationem ad ventriculi imbecillitatem et cerebri.

Resalutant vos amici, uxor mea praesertim tuam cuius conspectum illa adeo ardenter et restitutam valetudinem omnes cupimus, ego ipse maxime. A Domino id efflagito ut quos suo gregi istic praefectos esse voluit veros ac fidos episcopos indies magis ac magis in opere strenuos quam diutissime tueatur incolumes, breviter omnes suis dotibus auctiores reddat. Vale.

B. T.[2])

4258. 1) *Vireti nomen olim ab Olivetano formatum.*

2) *Benedictus Textor. De quo epistolae autore non est quod dubites, quanquam codex inter Bezanas hanc referat. Eadem est manus atque in N. 598 quam et ipsam idem Codex perperam Bezae tribuit. Patet Textorem, quo tempore ad Passelium scribebat, in Gallia adhuc fuisse. Annum vero aliquatenus ex mentione malae valetudinis uxoris Calvini elicere possumus. Quum et Viretus Genevae adfuisse videatur, fortassis accuratius hanc referre possumus ad tempus inter Calvini (et uxoris) reditum et m. Iulium a. 1542 elapsum. Verum per plures annos postea Textor apud Matiscones commoratus est et pyxidem suam per Calvinum etiam Lausannam mittere poterat.*

4259.

VILLIERIUS CALVINO.

Alludit ad negotium quoddam Stephani et ad adolescentem sibi commendatum. Deinde fuse agit de legatione ad principes protestantes mittenda quae de foedere sanciendo cum iis tractet, ex quo sibi ipse mira promittit.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 43. — Liebe p. 66.)

A Monsieur Monsr. d'Espeville
a Villefranche.

S. D. De Roberti *Stephani* negotio nihil attinebat te ad me scribere, observandissime mihi pater. Quamvis enim antea nullus mihi in illius familiaritatem patuerit aditus, omnia tamen officia ab iis suo iure potest exigere qui sectantur linguarum optimarumque artium studia, quibusve christiana cara est religio. Sed hoc quis neget quod salvo viri boni officio omitti non potest? Est enim non dicam viri boni si praestes, sed improbi si recuses errantem in viam reducere. Multum tamen illius pudori debeo, quo factum est ut suavissimas exspectatissimasque literas ad me dares. Quis sit status adolescentis, quidve sperari possit, scripsi ad patrem: tu ex eo cognosces. Noster non is est quem volumus et cupimus (cui enim inter tot obices, ubi in tanta suspicione multa multos celanda sunt, et patemus ad praedam quaestumque eorum qui religionem iactant, successerunt ex voto omnia) est tamen quod agam Deo meo gratias qui iacturam magna

liberalitate, et ampliori quam sperare auderem, compensavit, et nos ex magna iactatione in certam nec ita, ut spero, longinquam spem revocavit.

Quo vero in loco res christianae sint tu ex aliis satis: quid nos moliamur cognosces ex iis literis quarum exemplar ad te misi. Nostrum si tibi consilium probatur iuva nos, mi pater, cum tuis ad Deum precibus, tum ea qua plurimum vales apud ecclesiam Dei autoritate. Instrue tuos in Christo liberos, hoc est, tua ipsius viscera consilio. Nec enim nobis in aggrediundo perficiendoque negotio voluntas animusque deerit. Hoc si ex Deo profectum ad Dei gloriam ecclesiaeque salutem, dignitatem splendoremque pertinet, inspiret benedictionem coeptis rebus Dominus, conferat vires animique robur tantis conatibus necessarium. Sed tamen certi quidquam necdum constitutum habemus. Communicavi consilium cum gravibus aliquot bonisque viris. Itaque ardent desiderio conficiendae rei, quibus ut probavi facile eundem eventum de caeteris mihi polliceor, ut nec studia hominum nec facultates putem defuturas. Exspecto e Picardia similem nobilium multorum consensum. Nam qui incerta in re certissimum non recusarent periculum, non puto citra ullum periculum certissimos fructus recusaturos. Nam haec ad eos scripta est. Quidquid sit, hoc te scire volui ut, ni tibi probatur consilium, tua nos retineas autoritate: si probes, addas currentibus stimulos. Itaque literas tuas exspectamus brevi, quibus, si ita videtur, ii designentur quos tantis laboribus tantaeque rei pares esse iudices, vel potius ab iis quos in eam rem miseris. Firmo enim corpore praesentique animo opus est, addo et multam in aulis principum consuetudinem. Nos duos habemus quos onus hoc mandatumque sustinere posse confidimus, Andegavensem quendam nobilem, ornatissimum virum magnaque pietate *δουξ*.[1]) Verum procul is hinc abest, sed tamen erit evocandus. Nec enim puto tantae de se existimationi defuturum. Alter est D. de *σεχελ*: is qui fuit apud nos anno superiori totis Pentecostes diebus.[2]) Hunc dico vexilliferum ducis illius. Novit *Villetius* noster[3]) hominem. Sed vereor ut vix ei persuaderi possit, atque longinquam, duram, duro in tempore peregrinationem suscipiat, praesertim haud ita pridem recuperata uxore, eaque non satis constanti. Verum tuae literae confirmabunt hominem, ut pluris Dei gloriam ecclesiaeque salutem faciat quam uxorium amorem, quum sine illis hic ne felix quidem esse possit. Uberrimos copiosissimosque fructus ex hac speramus peregrinatione: obstructum iri os impium Cardinalis istius caeterorumque asseclarum, qui alienant a nobis principum hominumque animos, quod nos dicant demolitos ecclesiam, itaque iacere in ruinis et ruderibus ecclesiae, sibi quemque religionem fingere, tot paene haereses sectasque esse quot sumus homines. Deinde regem necesse est in hanc sententiam descendere, se frustra huic potentiae repugnare quae totum orbem christianum pervaserit et occuparit iam totum fere ipsius regnum, et tantos principes irritare tamque potentes nationes periculosum esse, quas solus de Imperatore metus adiungat modo sibique conciliet. Deinde non despero iactum iri fundamentum foederis inter principes christianos, qui tametsi mente et voluntate coniuncti sunt, quia tamen suis quisque rebus prospicit, nec fit communis foederis a quoquam initium, distracti paene sunt inter se et separati. Sed, quod me valde recreat, probabimus omnibus unicum esse locum ecclesiae Dei etiam magnis locorum intervallis dissitae, instrui nos una doctrina quemadmodum una veritas est, quae res conciliabulum Romanense valde terrebit, qui nos dum singuli profitemur religionem despiciunt, ubi idem sentire omnes intelligent, et quibuscum sibi res sit, ad alias artes confugere necesse fuerit. Hic etiam consensus turbulentorum hominum ambitionem compescet qui novas subinde haereses moliuntur, tuebiturque, ut spero de Dei bonitate, multa saecula integram sanamque doctrinam evangelii.

Praeterea non parvi refert convenire in unum concilium christianos doctores et disciplinam in ecclesia aliquam constituere morum doctrinaeque conservatricem. Atque utinam, quemadmodum unum corpus sumus in Christo Iesu, unis caeremoniis quasi unico amictu sed pretioso vestiamur, in re praesertim sacramentaria. Postremo, quod negligendum non est, infensus Genevae ea potissimum de causa princeps noster est, quod existimet sentinam et cloacam esse haeresium omnium. Nec minae ignotae vobis sunt. Qui, si viderit consensionem doctrinae et conspirationem tot bellicosarum gentium in ea defendenda, formidabit.

Habes, mi pater, quae mihi videtur Dominus Deus noster polliceri nobis: tu singula pro tua prudentia perpendes, et qua ratione attentandum quodque erit edocebis amplissime, sigillatim de Geneva, num velis commendari principibus, ut adversus minas adversariorum universa Dei armatura utamur, ut propugnacula urbis non septis Alpium sed finibus orbis contineantur. Sed celeritatem res desiderat, dum res incertae regem nonnihil coercent, ne desaeviat in nos effundatque quae se non

---

4259. 1) *An Hamilton?*

2) *Sechellius Genevae fuerat m. Maio* 1554 (N. 1954. 1958.) *Verum vide an de Geneva dicat? Iam et vere a.* 1555. (*N.* 2202. 2206. 2223). *Sed ecce Macarius cum aestate* 1558. *Parisiis et alibi in Gallia secum habuit* (*N.* 2941.) *ita ut Noster h. l. minime de Geneva loquutus videatur, et tu de anno* 1559 *cogitare queas.*

3) *Cf. N.* 4164, *not.* 14.

continet iracundiam, et maria navigantur.[4]) Nam si eos quibus id muneris mandatum sit frigora occuparint in Dania et mare (quod solet) congeletur, illic erit hyems transigenda. Interim utemur ad principes Germanos qui sunt in Treviris[5]) gratia et commendatione iuniorum principum qui sunt Parisiis, dum tuae literae veniunt, et si mihi creditur interim excurretur in castra ab iis quibus commissum id fuerit ut, si fieri possit (quod posse puto), enavigetur in Daniam ex Anglia[6]) ad Nonas Novembris. Festinato opus est.

Bene vale in Domino, observande pater. Salutabis omnes nostros, sed D. *Farellum, Viretum Saliumque*[7]) plurimum et officiosissime itemque *Plessiacum* nostrum.

Tuus Cl. Villierius.

Scio molliendа esse in ea confessione, quam probari volumus omnibus Christianis, quae pertinent ad facultates humanas et ad sacramentum εὐχαριστίας. Nos nobis non deerimus et spero aequos fore principes Germanos quorum maxime negotium agitur. Vale.[8])

4260.

VINEANUS[1]) MINISTRIS GENEVENSIBUS.

Laudes canit piorum in vallibus Alpinis qui ab hostibus obsessi ministris sufficientibus carent.

(Ex autographo Cod. Goth. 404, fol. 754.)

Episc. Ecc. Gen.

S. Volui saepe admonere vos, viri patres et fratres in Christo Iesu, de itinere meo quod ego evangelii causa vobis autoribus feci: sed Deus omnes occasiones eiusce rei agendae mihi hactenus intercepit. Nunc vero nactus magnam opportunitatem scribendi, committere nolui quin vos de re tota certiores facerem. Perveni igitur paucis diebus in montes nostros salvus et incolumis: ubi tam humaniter exceptus sum ut nunquam, quod sciam, domi meae humanius. Et hodie quidem homines isti tanto amore me collegasque meos complectuntur, ut me valde fallat opinio nisi pro nobis, si res ferat, ipsum sanguinem libenter profundant. Gens enim ista, ut religione, ita moribus etiam differt a reliquis prope omnibus. Homines sunt simplicitatis et docilitatis rarissimae. Atque adeo, si quis homines in oves versos quaerat, si non hic, certe alibi magno negotio reperiet, ut ego tanquam in alium mundum translatus mihi ipsi viderer, simul atque coepi cum illis esse. Atque utinam conspiceretis quanto studio ardeant audiendi verbi Dei! quantis et quam asperis itineribus concurrant in ea omnia loca in quibus vox Dei circumsonare coepit! Vitam autem sic instituunt ut nihil magis quam fastum et luxum oderint. De Deo pie semper loquuntur cum gratiarum actione. A vocibus sacrilegis, ab omni blasphemia et scandalo tam sunt alieni quam proxime accedunt ad ea omnia antichristiani. Breviter, quum illi omnem felicitatem ponant in cognoscenda voluntate Dei et quaerenda immortalitate quam exspectamus, quotidie aliquid proficiunt in timore Dei. Nunquam putassem patrem illum coelestem tantos thesauros reconditos habere in his montibus. De reliquo, magnis sudoribus homines isti victum sibi et nobis quaerunt: sed Deus ita benedicit nobis ut etiam in praeruptis iugis montium, in ipsis rupibus, seges aliquando luxuriet. Abundamus castaneis, nucibus et lacte. Vultis dicam? Nolimus commutare frugalitatem nostram cum omni opulentia et delitiis quas habet aut Italia, aut Gallia, aut etiam totus terrarum orbis. Interea sumus plane tanquam oves mactationi destinatae: vere ex filo pendet quidquid habemus vitae: vis omnis hostium in nos conversa est: circumvallant nos sanguinarii homines, qui tanquam leones et ursi sanguinem nostrum sitiunt. Pauci sunt qui favent filio Dei. Verum, utut res habeat, nos publice docemus, quo liberum est vel papistis convenire. Evangelium longe lateque propagatur, ita ut maxima seges paucissimos operarios habeat. Quamobrem vos obsecro, fratres, per illum sanguinem quem effudit pro nobis et pro toto genere humano Christus Iesus, ut si unquam afflictam et iacentem ecclesiam Dei erigendam et refovendam putastis, nunc id re ipsa comprobetis. Non scribimus ad vos de nostra aut privati cuiusquam hominis causa, sed hoc unum rogamus vos ut nobis auxilio sitis ad augendum et amplificandum regnum filii Dei. Ad eam rem est nobis opus doctis et piis viris, et iis qui se iam pro Christo devoverint. Vos videte, quaeso, ne hac in re filio Dei desitis.

Scripsissem ad vos pluribus, sed ecclesia Dei longa commendatione non eget, apud eos praesertim

---

4) *Ergo circa mediam aestatem scriptam dixeris.*
5) *Hoc indicium pro tempore nos fugit.*
6) *ubi ipse tunc fuisse videtur.*
7) *Gallasium.*
8) *Omnibus bene perpensis scriptam esse ante obitum Henrici II. credimus.*

4260. 1) *Gaberel Tom.* 1. *App.* 197, *laudat aliquem Io.* Vineannes envoyé en Piedmont 22. Iuin. 1556. *cf. Bulletin* VIII. 76. *Noster praenomen suum* D. *scribit.*

qui in ea principatum obtinere videntur. Ipsa ex se satis loquitur, et vos rem omnem ex literis *Stephani*,[2]) collegae nostri et fidelis Christi ministri, melius cognoscetis. Faciat Deus ut videamus ministerium, quod accepimus in Domino ut illud impleamus. Gratia vobiscum. Ex Alpibus sacris.

Vester ex animo
D. Vineanus.

4261.

VIRETUS CALVINO.

Literae commendatitiae.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 57.)

Eximio Christi servo D. Ioanni Calvino.
Genevae.

S. Rediimus heri a Grueria salvi et incolumes. *Farellus* hodie hinc discessit. Hic bonus vir qui has tibi reddit, cui nomen est Iean *Deigam*, hic vixit plus minus octo mensibus cum bibliopola cuius habet chirographum. Nihil de eo audivimus homine christiano indignum. Quod ut tibi testatum facerem rogavit. Vale. Lausanna. 5. Maii. [1])

Tuus Petrus Viretus.

4262.

VIRETUS CALVINO.

Commendat typographum Germanum qui aliam quaerit conditionem.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 63.)

Insigni Christi servo D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori fidelissimo fratri et symmystae observando.
Genevae.

S. Hic tabellarius mihi a *Musculo* literas attulit ex quibus cognosces quid ad me scribat. Dedit operam typographiae. Quaerit conditionem, sed qua malit a typographiae laboribus liberari, si qua fieri ratione possit, quam illi pistrino rursum alligari. Ego vero non video quam possit aliam apud vos invenire conditionem, si modo hanc invenire possit. Apud nos nulla est. Scribit *Musculus* illum esse ex Germania inferiori, quod ipse fatetur. Posset fortasse usui esse apud Rhaetos, quum probe (ut ipse ait) linguam italicam calleat. Sed coelum illud se ferre posse negat. Narravit Rhaetos magna laborare ministrorum penuria, atque hanc ob causam multis adhuc in locis missam retineri. Queritur etiam de gentis asperitate et barbarie. Tu hominem audies et admonebis de spe conditionis quam istic posse inveniri intelliges. Videtur vir bonus et simplex, quantum ex diuturno colloquio quod cum illo habui potui coniicere. Salutant te uxor et tota familia. Vale. Lausannae 8. Augu. [1])

Tuus Petrus Viretus.

4263.

VIRETUS CALVINO.

De negotio aliquo Holbraci.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 66.)

Eximio Christi servo D. Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae fido pastori fratri et symmystae plurimum observando.
Genevae.

S. Non dubito quin ad te scribat *Hubraquius* ea de re quam abs te cupit me etiam intercessore impetrari. Nihilominus tamen eius ad me literas ad te mitto, ex quibus cognosces melius quid a me postulet. Ego vero, non solum quia ex tuis ad me literis satis intellexi quam hoc ipsum tibi hodie sit difficile quod postulat, sed etiam quia ipse difficultates oculis intueor, non ausim hac de re te interpellare. Scio enim nihil apud te opus esse intercessoribus in causa quam ecclesiae utilem fore nosti, et cui tu potes tuam praestare operam. Tu tantum mone quid putes mihi esse *Hubraquio* respondendum. Vale optime ac diutissime. Lausannae 18. Augusti. [1])

Tuus Petrus Viretus.

2) *Hunc Valdensium ministrum saepius obviam habuisti a.* 1556. *N.* 2427. 2432. 2455.

4261. 1) *anni prorsus incerti, quum de utriusque simultanea profectione Grueriam versus aliunde nihil innotuerit.*

4262. 1) *anni prorsus incerti.*

4263. 1) *anni incerti.*

4264.

VIRETUS CALVINO.

Rogat eum ut Riverio typographo privilegium senatus obtineat pro primo libro Lausannae excudendo.

(Ex autographo Cod. Genev. 115, fol. 68.)

Eximio Christi servo Ioanni Calvino Genevensis ecclesiae pastori vigilantissimo fratri et symmystae plurimum observando.

Genevae.

S. *Plessiacensis* vertit in gallicos rythmos Proverbia et Ecclesiasten Salomonis. *Riverius* typographus illos excudere parat, quia non habet nunc prae manibus aliud opus quod excudat, nec nos censemus a nostris auspicandum esse. Quas habeamus huius consilii causas non es nescius. Veretur autem ne, si typis mandet sine vestri senatus privilegio, vestri typographi protinus sibi quaestum intercipiant. Rogavit me itaque cum *Plessiacensi* ut hac de re ad te scriberem. Tu si aequam iudicas postulationem, non dubito quin eorum vota sis adiuturus tuo patrocinio, quoad expedire censueris et id res tuae patiantur.

De rebus nostris habes iam, ut opinor, totam historiam. Quare non te pluribus a negotiis melioribus non * revocabo. Vale optime ac diutissime. Lausannae 27. Decemb. [1])

Tuus Petrus Viretus.

4265.

INCERTUS CALVINO.

Quis? quid? unde? quando?

(Ex autographo Cod. Genev. 113, fol. 73.)

A Monseigneur Monsr. d'Espeville.

S. P. Non dubito, domine, quin iam literas a fratre tuus symmystes acceperit, quibus renunciatur adventus. Idcirco nunc ero brevior in scribendo. Nunquam in ea fui sententia ut ille evocaretur, imo dissuasi quantum potui. Statuebam ante oculos, et *Groto* et eius uxori, priusquam ad eos accederet *Crellius*, quanta inde pericula imminerent. Urgebam medicum ut in id mecum incumberet, tum aegri suis viribus valde diffidentis animum ad profectionem pro sua parte excitaret atque inflammaret, minima etiam commoditate oblata. Caeterum a Deo Opt. Max. obviam periculis itum est, qui sua benignitate misertus est, qui piorum preces exaudivit. Huic igitur multo melius est ab animo et corpore, adeo ut propediem adiuvante Domino iter ingressurus sit. *Stephanus* cum uxore, ego meaque, frater et *Garinus*, te ac tuum hospitem perofficiose amanterque salutamus. Pergat Deus per Dominum Iesum secundare tuos labores.

Tuus ex animo frater et amicus
I. B.

Ignosce quaeso, domine, infantiae meae. A te provocatus rem tentavi a me omissam (quae mea est negligentia) amplius anni sunt quatuordecim.

4266.

INCERTUS CALVINO.

Ex literatura intricatissima sensum elicere non valuimus.

(Ex autographo Cod. Genev. 113, fol. 114. Fragmentum videtur idque difficillimum lectu.)

Monsieur Monsr. de Passel.

Ea semper fuit facies reipublicae ut nunquam in eodem statu firma staret quasi mutationis secura, sed suo tempore vel caderet vel reformaretur. Gladio et armis quaesita dissipantur, verbo Dei erecta confirmantur, autore et perfectore Deo verbi sui praede assiduo. Humani fastus et externarum virium accessio plerumque impedimento esse solet. Ego, quantum ad me attinet, infirmitatis meae conscius agnosco iuste Deum iratum sagittas suas acuisse, propterea quod rebus aliis confisus totus ab eo, ut decuit, non pependerim. Faciat tandem huic morbo medicinam. Hodie premimur. Praesto est et pervigil hostis ut noceat, non solum facta sed et consilia nostra incredibili diligentia vestigans omnibus insequitur. Suspirantes interdum et in montes

4264. 1) *Riverii fratres a.* 1550 *Lausannam se contulerunt ad artem typographicam exercendam.* (N. 1346. 1357.) *A.* 1554 *iam Genevae Calvini Institutionem prelo subiecerunt.*

levamus oculos, sed tamen trepidi et parum fidentes non erigimur.

Caetera ex nuncio, quem ego idoneum putavi cui tuto crederem. Tam incerta rerum et misera conditio in animum meum induxit ut curarem meum dare nomen magistro artis, ne morte mea cogatur egere vel redire, simulque ut sudore vultus vitam tueatur, suis si res ferat non defuturus. Quaesivit mihi .... praeceptorem Lugduni, qui et factis et verbo fidem suam testatur. Proximis feriis spero institorem ...... ad eos profecturum ut hoc perficiat. Habeo hic qui suo tempore locum eius apud vos repleant in meis malis. Intellige hoc esse unum quod mea non sequatur mea* consilia. Amicum nostrum et fratres quaeso saluta. Vale, et pax Christi sit tecum. Commendo vobis .... ultimum, et ne quis suboleat. Et vos cupio scire apud quem sint, quia sum nonnihil sollicitus.......

4267.

INCERTUS CALVINO.

Post laudes Calvini et miseri piorum status lamentabilem descriptionem aperit suum desiderium Genevae quietum locum obtinendi.

(Ex autographo Cod. Genev. 109, fol. 225.)

A Monsieur Maistre Charles D'eteville
a Lyon.

Nihil unquam mihi fuit optatius, vir eruditissime, quam eam mihi aliquando occasionem dari, qua te non quidem per literas salutarem, sed tecum in colloquium venirem. Verum quando is hactenus fuit status rerum mearum, ut id in quo mihi putabam esse omnia minime potuerim consequi, non putavi mihi committendum esse ut hic *Claudius* noster sine meis literis istuc veniret, quibus tui videndi desiderium aliquo modo tamdiu lenirem, dum mihi coram licebit omnes animi mei cogitationes in sinum tuum effundere. Me vero, quod plerique solent, statim in fronte epistolae non excuso, quod ignotus ad ignotum, tantillus ad tantum scribo: idque humanitate tua fretus quae personam non excipit. Neque te magnificis titulis onerans pluribus exspatiabor in laudes tuas, ne quid auribus tuis dare videar. Quum enim, ut scis, in nemine non turpe est assentationis vitium, tum vero in homine christiano turpissimum. Adde his quod te in tam illustri loco positum esse video ut omnium paene Christianorum oculos ad te convertas, ut mea commemoratione nihil ad laudum tuarum cumulum possit accedere. Tu vero tot tantisque animi dotibus, quibus te Deus ad illustrationem sui nominis cumulavit, adeo non turges, ut te Pauli exemplo non pudeat quotidie repuerascere, nutricisque in morem lac praebere infirmis infantibus, praemansum cibum in os inserere, donec adolescant in Christum: nec tamen interim boni pastoris officium in te desiderant qui solidiorem cibum appetunt. Hoc demum boni et fidelis dispensatoris, sic omnium palata tenere ut sciat quo quodque cibo gaudeat, nimirum ut ubique vitetur fastidium, quod in tanta palatorum varietate difficillimum est, nisi talis sit oeconomus qui verbum veritatis recte novit, ut Pauli verbis utar, ὀρθοτομεῖν. Quare in tanta paucitate bonorum doctorum non sine gemitu Deum assiduis precibus oramus ut vos, quos verae ecclesiae columnas appellare non dubito, propagandae evangelicae doctrinae quam diutissime servet incolumes. Decet enim vos in hac militia nullis frangi laboribus, sed tanquam veteranos milites nunquam cessare in officio, nec imitari nostrorum quorundam ignaviam quorum alii in his locis dum sunt extra teli iactum praesenti sunt animo, alii tamdiu pedem non referunt dum ancipiti marte pugnatur. At crescente cum viribus adversariorum audacia concidunt animis, desperataque victoria turpiter ordinem deserunt. Negari quidem non potest tantam hic esse tyrannidem ut longe olim mitius actum fuerit cum apostolis, quam hodie cum iis qui apostolorum doctrinam sectantur, ut non iniuria dicas, eum altius divino afflari spiritu quem non supplicii gravitas deterreat. Eo enim res rediit, ut non iam sit otium istis in vitam cuiusque inquirendi, sed levis suspicio in discrimen adducit: nec raro extorquet quaestio quae ne per somnium quidem unquam cogitaris. Nec desunt ψευδομάρτυρες, quorum calumniis oppressus subito rapiaris ad supplicium. Quod si quem forte sentiant ita principum favore sublevari ut spes sit aliqua salutis, huic mortem accelerant, ne quis Deus de improviso appareat. Tanta est sitis sanguinis innoxii. Hic quid aliud quam exclamem: O tempora, o mores! Vos si suspiria nostra, si gemitus audiretis (quanquam non dubito quin ad vos usque clamor noster perveniat, sed tamen, ut inquit ille, oculi dolorem augent) profecto vere nostris malis afficeremini, simulque animos vestros subiret admiratio, quibus artibus Satan conetur ecclesiae maceriem diruere. Quid dicam de iis qui semel gustato dono Dei, quum sua autoritate intolerandae tyrannidi sese opponere debeant, contra conscientiam tantam ecclesiae vastitatem dissimulant, quique, dum famae ac fortunis suis consulunt, iniqua iudicia silentio approbant, probro sibi ducentes si vel levissima suspicione aspergantur. Et ne quid impietatis

sibi reliquum faciant, obiiciunt scandala quae tam multa parit doctrina evangelica. Clamitant reipublicae tranquillitatem a novis (sic enim vocant) evangelicis perturbari, eosque lingua mire disertos esse, caeterum parum evangelice vivere. Quod (proh dolor) ut nimium verum est, ita minime cum impiis offendi deberent, quin potius danda erat opera ut ipsi suo exemplo ignaros ad sinceram doctrinam invitarent, malos in viam reducerent. Non enim est dubium quin, si se pietatis duces praeberent, aliquot essent habituri sectatores. Nam dici non potest quam multos a recto abducat malorum exemplum, nec difficile creditu quantum illud, etiam non omnino malis, peccandi fenestram aperiat, praesertim hic in tanta fame atque siti verbi Dei. Breviter hic, quoquo vertas oculos, miseranda rerum facies. Adversarii nullum persequendi bonos finem faciunt. Qui probi haberi volunt non id ostendunt quod dicuntur. Sectarum plena sunt omnia. Nec video posthac in his locis quis locus piis futurus sit, nisi brevi Deus sua ineffabili clementia populum afflictum respexerit. Quid enim agas ubi conscientiae tumultus perpetuo obstrepat? Cicero tamen reipublicae romanae statum ut miserrimum deplorabat, quum civibus de republica libere loqui non liceret: nos hoc tempore quibus lacrymis par est deflere ecclesiae statum, de quo si satis esset pie sentire, ut nonnulli etiam inter eos qui Christianos se iactitant impie affirmant, praeclare nobiscum agi putaremus. Sed quum hic Christi gloria agatur, animarum salus periclitetur, quis non videt oris confessione opus esse. Sed hanc rident *μωρόσοφοι*, qui de singulis censuram sibi sumunt. Plato ad Dionysium scribens dicebat cavendum esse ne in vulgus emanarent quae ipse de prima materia sentiret. Sic enim dicebat: *εὐλαβοῦμέν τοι μήποτε ἐκπεσῇ ταῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους· σχεδὸν γάρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἔστι τούτων πρὸς τοὺς ἄλλους καταγελαστότερα ἀκούσματα, οὐδ' ἂν πρὸς τοὺς εὐφυεῖς θαυμαστότερα καὶ ἐνθουσιαστικώτερα.* Nos vero contra cum Christo dicere possumus, imperitam multitudinem huic doctrinae plausum dare, eandem ab iis explodi quorum partes erant eam quam latissime spargere. Haec quanquam tibi nota esse scio, tamen quia huius rei tot exempla nobis suppeditat hic locus, in quo vel illud in primis *τὸ θεολογεῖν* omnium aures personat, non possum de iis tacere quae non sine magno animi dolore oculis spectamus. Quem enim nisi prorsus *ἀνάλγητον* non moveat tanta calamitas? Quo animo haec cernant alii, quibus est in proclivi solum vertere, nescio: ego hic certe tanto moerore tabesco ut saepe, dissuadente inopia rebusque parum compositis, de migrando ad vos cogitarim. Nec video quo pacto hic cum tanto conscientiae periculo diutius possim versari. Optavi antea non semel per literas tuum in hac re consilium exquirere. Quod quando hactenus tuto non potui, paucis mei consilii rationem accipe. Quum parentes semper initio mihi autores fuissent, ut vel ad iurisprudentiam vel ad medicinam animum adiicerem, nolente me coeperunt aliquot abhinc annis acrius instare: sed eo nulla ratione potui impelli, quod mihi semper arrisisset linguarum studium, cui me totum penitus consecravi, ratus has non parvo mihi fore adiumento ad sacrarum literarum intelligentiam. Id feceram doctorum virorum consilium sequutus, qui norant me omnem studiorum meorum cursum omnesque ingenii mei conatus ad Christi gloriam referre. Neque enim tum spes mediocris habebat animum meum, futurum aliquando ut palam hic praedicaretur Christus. Sed re indies vergente in deterius, quum nulla spes amplius affulgeat, ego ab his malis velut naufragio eiectus portum aliquem aspicio in quem me recipiam. Summam igitur felicitatis meae partem iudicarem, si apud vos huic miserrimo homuncioni locus esset. Quod quidem si tuo beneficio me consequi posse sperarem, te per Musas omnes, vel potius per Christum obtestarer, ut per te mihi felix esse liceret. Venissem iam ad vos, sed nolo gravare ecclesias, quibus honori non oneri esse cupiam. Tu si quid vides me posse prodesse christianae reipublicae, non gravaberis mihi per literas significare. Interim pergam hic *Vatabli* lectionem audire, qui magna diligentia, maiori fructu, frequentissimo auditorio, psalterium hebraice interpretatur. Plura scripsissem quae ex nostro *Claudio* poteris cognoscere. Vale, vir eruditissime idemque humanissime. Lutetiae quarto Augusti. [1])

4268.

INCERTUS CALVINO.

Quaerit an liceat pio uxorem papisticam ducere.

(Ex autographo Cod. Goth. 405, fol. 114. — Edidit Liebe p. 96.)

A Monsieur Monsieur Iohann. Calphurne
a Lion.

Domino I. C. salutem.

Vide quam sim impudens, vir eruditissime simul et optime, ut tunc demum ad te literas dare

---

4267. 1) *Scripta est ante a. 1547 quo Vatablus ex vivis excessit.*

in mentem veniat quum aliquid ex te opto, alias vero nunquam. Nae ego negligentiae abs te merito accusari possim qui annis iam abhinc sex humaniter abs te acceptus ac multis officiis cumulatus ne verbum quidem ad te tamen ex eo tempore. Equidem, ut quod res est ingenue fatear, (quid enim mentiar apud tam pium virum?) non possum ullam meae taciturnitatis excusationem veram adferre. Verum scis quid huius loco reponere constituerim? Multas et percrebras literas quibus te ita posthac obruam ut taciturnitatem priorem sis desideraturus.

Sed ut ad id quod ex te scire tantopere cupio veniam: incidit nuper inter fideles quosdam veraeque religionis amanteis quaestio: Utrum liceret fideli infidelem ducere uxorem? Erat enim inter eos quidam cui se occasio ducendae eiusmodi uxoris obtulerat: quumque caetera omnia illi convenire, et mores et forma et fortunae puellae, viderentur, vera tamen evangelii cognitio deesset, se nihil prius acturum iuravit (ut est pius) quam sciret num id sibi per scripturas sacras liceret. Hic multi licere [1]) adfirmabant. Quid enim? aiebant,[2]) an ii numero infidelium sunt habendi qui Christum venisse fatentur, in interpretatione tantum quorundam locorum dissentiunt? Alii negabant. Ego vero id abs te tractatum quodam loco me putare dixi. Arbitrabar enim te in commentario sexti capitis 2 ad Corinth. fuse, ut locus postulare videbatur, id docuisse. Sed aliter rem habere intellexi ubi commentarium perlegi. Quae res efficit nunc ut abs te miris modis efflagitem ne graveris nobis hunc scrupum eximere. Id quod te effecturum facile ex eo coniicio quod neminem unquam viderim qui se plus aliis natum existimaret quam te unum. Dabis igitur operam, si placet, ut nos per eum qui ad te has adfert, modo per alia negotia commode id possis, quid de hac quaestione sentiendum vere sit doceas. Efficies enim hac via, certo scio, quod tu maxime cupis, ut hac in parte fideles non tantum sibi posthac permittant quam fecerunt plerique hactenus.

Vale, vir optime, et ecclesiam vestram[3]) nostro nomine si placet saluta. Nostra sane, ut se tibi plurimum debere fatetur, ita etiam suum *Calvinum* diu superstitem atque incolumem fore optat et precatur. Lutetiae 4. Kalendas Martias.[4])

Quo in statu sint hic res omnes non gravarer perscribere, nisi et vos iam probe omnes tenere existimarem, et si quid praeterea desiderabitis satis ex eo qui has adfert, intelligere posse arbitrare. Iterum vale.

Tui amantissimus tibique obsequentissimus.[5])
A. S.

Medicinae[6]) quantum possum operam navo ut vivere vobiscum brevi cum aliquo proximi fructu liceat.

4268. 1) licitum *L.*
2) dicebant *L.*
3) veram *L.*
4) *Anni omnino incerti.*
5) obsequiosissimus *L.*
6) Medicis *L.*

4269.

AUBETERRE[1]) A COLLADON.

Il sollicite la Compagnie de procéder sans délai à l'examen d'un candidat réclamé par une église.

(Autographe de la Bibliothèque de Genève. Vol. 197, fol. 106.)

A Monsieur Monsieur Coladon.

Monsieur, Mr. *Calvin* me dist ier que ialasse de vers vous pour vous prier danrole un ecolier duquel ie luy ay parle pour lanvoier ministre en nos cartiers ie fusse ale ier de vers vous mais on me dict que vous esties malade et parce cauiourdhuy ie ne suis point sorti de la chambre a cause que iay este seigne iay bien voulu vous envoie ce petit mot pour vous suplier humblement monsieur quil vous plaise mettre dans vostre papier le non du personnage donc est question afin cau premier iour il puisse proposer de vant vous et messieurs vos compagnons vous suplians derechef monsieur de tout ce que desus et outre que feres une heuvre tres cheritable vous mobligeres a iamais a vous faire service le quel ie vous randray toute ma vie de bonne affection vous presantant en ce lieu mes humbles recommandassions a vostre bonne grasse et suplie le Seigneur Monsieur vous a croitre de plus ses sainctes benedictions.

Monsieur, lecolier don ie vous escris sapelle monsieur de *lestanc*[2]) et loge au pres de vous ches Msr. de *la barsonnee* ie vous prie me mander si

---

4269. 1) *C'est peut-être le gentilhomme dont il a été question à propos du N. 1745. Comp. N. 1496. Voyez aussi le Bull.* XI. 319.
2) *Un Alexandre Gaudion de Lestang, ou de Lestang-Godion est nommé en* 1561 *pasteur à Paris et repart un an après.* (*Coquerel, Egl. de Paris p.* 179.)

vous plaist quil aille demin vers vous pour avoir un teste pour propose[3]) il seroist besoig quil partist bien tost sil est trouve bon pour san aller veu la necessite du lieu dont il est requis.

Vostre humble fraire a vous
vous faire service
Daubeterre.

3) *un texte pour son sermon d'épreuve.*

4270.

COLLADONIUS FARELLO.

Agit de causa fratrum eius ab ipso procurata.

(Ex autographo Bibliothecae pastorum Neocomensium.)

Eximio et strenuo verbi Dei ministro D. Guillelmo Farello.

Neocomi.

Quod attinet ad negotium fratrum tuorum, ad te redeunt omnibus Domini ductu bene transactis et pacatis, idque consilio DD. *Calvini* et *Textoris* medici, quibus ego adstiti et bona fide, prout potui et iussus eram, transacta descripsi. Ea tamen D. *Calvinus* non relegit, quia rus animi relaxandi causa et velut e vinculis evolarat. Bene vale, mi pater in Christo et me excusa quod plura per otium scribere non possum. Genevae 7. id. Septemb.

Tuus Germanus Colladonius.

4271.

LARCHER A CHASTEILLON.

Lettre de recommandation, avec quelques allusions couvertes aux affaires de Genève.

(Autographe de la Bibliothèque de Bâle.)

A mon trescher frere et bon amy Mons. Sebastien Castellion.

S. Trescher frere, le present porteur lequel comme je croy vous cognoissez ma prie de vous escrire de rechief pour son beau filz afin quil vous plaise le recommander a M. Pierre *Toussain*. Pourtant je vous prie vouloir faire cela et le supplier quil luy plaise lemployer a ce quil le verra estre propre soit au ministere ou a lescolle. En quoy faisant me fairez grand plaisir et soulagerez tresfort les deux parties a scavoir le beaupere et le beaufilz et espere que servirez a la gloire de Dieu et edification de son eglise. Je vous recommande toujours celuy que je vous ay envoye que ladmonestiez souvent de profiter come je vois que faictes.

Je vous prie si avez recouvert Palladius de praedestinatione[1]) que je le voye et vous plaise le menvoyer par le present et le vous renvoyeray le plus tost que pourray. Le monsieur que scavez[2]) est maintenant bien peneux. Ilz ont fait depuis je ne vous [*ay escrit*] une grande brassee de laquelle la fin a este leur confusion. Il est a craindre quil leur aviendra en brief encore pis. Ces jours passes ceux de Geneve ont mis en quartiers ung povre personnaige qui avoit mange le lard.[3]) Jay la guerre encore contre mes calomniateurs. Priez Dieu pour moy. Dieu soit toujours avec vous. Amen.[4])

Le tout vostre
I. Arquerius.

4271. 1) *Palladius, episcopus Lundensis in Scania inde ab a.* 1551. *obiit* 1560 (*Joecher*).
2) *Calvin?*
3) *Locution figurée dont nous laissons deviner le sens*
4) *Cette lettre paraît avoir été écrite avant que Larcher s'établît à Héricourt, soit avant* 1562.

DEUX LETTRES APOCRYPHES DE CALVIN.

(Nous en prenons le texte dans l'édition des Lettres françaises de M. Bonnet T. II. p. 588 suiv. Voyez Desmolets, Mém. de litt. et d'histoire P. 1730; d'Artigny Nouv. Mém. X. 428; Long, Hist. de la réf. et des guerres de religion en Dauphiné P. 1856; Chastel, hist. de la vie de C. par Bolsec. Lyon 1875. p. 305; Capefigue, Hist. de la réforme etc. II. 43; Bulletin IV. 7 suiv. — Nous ne croyons pouvoir mieux faire que de transcrire tout simplement la note préliminaire de M. Bonnet, à laquelle nous joindrons quelques petites observations supplémentaires.)

On lit dans les Nouveaux mémoires de l'abbé d'Artigny T. III. p. 313—316: „Un jésuite habile et très-curieux d'anecdotes littéraires m'a communiqué les deux lettres suivantes dont M. le marquis du Poët conserve précieusement les originaux... Ces deux lettres où le patriarche des P. réformés s'est peint au naturel, lui font si peu d'honneur qu'il n'est rien que l'on n'ait mis en oeuvre pour les retirer d'entre les mains de M. du Poët, jusque-là qu'un ministre des Cévennes ayant demandé à les lire, voulut s'en saisir de force, ce qui donna lieu à une scène un peu vive dont on imagine bien que les suites ne furent pas à l'avantage du prédicant."

Telle est la première mention, légèrement ornée, des deux fameuses lettres qui, publiées en 1750 par l'abbé d'Artigny, allaient fournir un sarcasme à Voltaire, et commencer leurs succès de scandale dans un chapitre célèbre de *L'Essai sur les moeurs:* „Le dernier trait au portrait de Calvin peut se tirer d'une lettre de sa main qui se conserve encore au château de la Bastie-Roland près de Montélimart. Elle est adressée au marquis du Poët, grand chambellan de la reine de Navarre, et datée du 30 septembre 1561: „Honneur, gloire et richesses seront la récompense de vos peines. Surtout ne faites faute de défaire le pays de ces zélés faquins qui excitent les peuples à se bander contre nous. Pareils monstres doivent être étouffés comme je fis icy de Michel Servet, Espagnol.[1]" Trop avisé pour reproduire l'indigeste fatras des lettres signalées par l'*habile* jésuite, et accueillies sans examen par l'abbé d'Artigny, mais trop partial pour en discuter la valeur, Voltaire se bornait à une citation, et il jetait en défi à la Réforme une phrase *de la main de Calvin*, contenant un atroce conseil de meurtre enveloppé dans une allusion cruelle à la mort de Servet.

Ce n'était là que le prélude de la fortune réservée aux deux pièces, dont la singulière destinée a été de servir tour à tour les rancunes de l'esprit philosophique du XVIII[e] siècle contre l'esprit religieux du XVI[e], et les haines d'une école qui ne recule pas, on le sait, devant l'apologie de l'Inquisition et de la Saint-Barthélemy, mais qui se voile pieusement la face devant le bûcher de Servet, et les inconséquentes rigueurs de la Réforme à Genève. Les lettres à M. du Poët devaient fournir une ample matière aux déclamations d'un parti, assez peu scrupuleux sur le choix des armes contre l'hérésie; il n'a pas manqué de s'en emparer. Bornons-nous à rappeler qu'on les retrouve invariablement citées dans un grand nombre d'écrits de controverse catholique depuis d'Artigny et Bergier[2]) jusqu'à M. l'abbé Amodru,[3]) qu'elles ont obtenu les honneurs d'une double mention dans Audin,[4]) et d'une insertion littérale dans un des livres les plus prônés de M. Capefigue.[5]) Ajoutons enfin qu'un écrivain du Dauphiné, M. Arbenas, a renouvelé l'accusation,[6]) reproduite par un savant historien, M. Lavallée,[7]) qui n'hésite pas à condamner Calvin sur la foi de Voltaire.

Telle est l'histoire de ces lettres qui, citées avec une imperturbable assurance depuis plus d'un siècle, ont acquis, en passant de bouche en bouche, une autorité mystérieuse, qui semble placée au-dessus des débats et des doutes. Ainsi naissent et se propagent, au gré des passions intéressées à les répandre, ces mensonges consacrés qui ne sauraient soutenir le plus léger examen, et dont les plus éclatantes réfutations peuvent à peine ébranler l'empire. C'est une de ces fraudes pieuses que nous entreprenons de démasquer pour la première fois aujourd'hui.

Parmi les seigneurs qui embrassèrent avec le plus d'ardeur la cause de la Réforme en Dauphiné, dans la seconde moitié du XVI[e] siécle, il faut compter Louis de Marcel, seigneur de Barry, Mornans, Saou, baron du Poët, près de Montélimart. Il unit ses efforts à ceux des principaux gentilhommes du pays, Montbrun, Blacons et Mirabel, pour obtenir la liberté de conscience, et rivalisa de bravoure avec eux dans la défense de Lyon contre l'armée catholique.[8]) Il prit part aux batailles de Jarnac et de Montcontour, et suivit la fortune du roi de Navarre à travers toutes les vicissitudes des guerres civiles. Ses services ne furent pas oubliés, et quand la cause pour laquelle il avait vaillamment combattu devint triomphante, il fut nommé successivement chambellan du roi de Navarre, conseiller d'état, gouverneur de Montélimart, lieutenant-général

---

4272. 1) Essai sur les moeurs, C. 1 34.

2) Dictionnaire théologique, I. 241.

3) La vérité proposée aux catholiques et aux protestants, Valence 1847. in-18.

4) Vie de Calvin II. 179. 434. 435.

5) Histoire de la Réforme II. 34. 35.

6) Notice historique sur la Ville et le Canton de Valreas 156. 157.

7) Histoire des Français II. 362.

8) D'Aubigné, Hist. univ. t. I. p. 247.

au marquisat de Saluces (1593).[9]) On voit déjà par ces détails que l'importance du baron du Poët, comme chef du parti calviniste, est de beaucoup postérieure à la mort de Calvin. Mais il s'était déclaré pour la Réforme avant cette époque, et il dut entretenir avec le réformateur des relations dont nous croyons retrouver la trace dans la lettre adressée *à un baron du Dauphiné* (t. II. p. 522 de ce recueil).[10]) Ces relations sont d'ailleurs attestées par une tradition généralement répandue dans la partie méridionale du Dauphiné, et dont on ne peut méconnaître la valeur. C'est à la faveur de cette tradition qu'ont dû naître et s'accréditer dans le pays les fausses lettres frauduleusement insérées dans les archives de la famille du Poët; — à quelle époque, et par quelles mains? on l'ignore.

Est-il besoin de le dire! La seule lecture de ces lettres dans les Mémoires de l'abbé d'Artigny, nous avait inspiré des doutes invincibles sur leur authenticité. Mais ces doutes, équivalant à une certitude morale, ne pouvaient acquérir une certitude scientifique que par l'examen des pièces incriminées. Rien ne devait nous coûter pour atteindre ce résultat. Les archives de la famille du Poët, longtemps conservées dans le manoir seigneurial du Poët-Ceylar près de Dieulefit, transportées plus tard au château de la Bastie-Roland, sont enfin échues à M. le marquis d'Alissac, de Valréas, dont la bienveillance nous a permis de consulter librement les correspondances que d'illustres successions ont accumulées entre ses mains.[11]) Entre toutes les pièces qui composent cet héritage domestique où brillent les plus beaux noms, Montmorency, Condé, Châtillon, Lesdiguières, Henri IV. etc., deux lettres, on le comprend, devaient attirer presque uniquement notre attention. Leur seule vue a suffi pour confirmer tous nos doutes, et pour faire éclater avec une irrésistible évidence la fausseté de ces lettres.

Les preuves à l'appui sont si nombreuses, que notre unique embarras serait de les examiner toutes: il faut se borner à les résumer.

1° Ces originaux de la main de Calvin (c'est Voltaire qui l'assure!) ne sont rien moins qu'autographes. Ce n'est ni l'écriture de Calvin, ni celle de Charles de Jonvillers son secrétaire, ni celle d'Antoine Calvin qui écrivait quelquefois sous la dictée du réformateur pendant les dernières années de sa vie. [*Le Bulletin donne le fac-simile de la signature.*]

2° Si ces pièces ne sont pas de la main de Calvin, on y retrouve bien moins encore son style admiré de Bossuet lui-même, et l'un des plus beaux de notre langue ce style concis, énergique et fier, cachet d'une individualité forte plus facile à outrer qu'à imiter.

3° De la forme passons-nous au fond, les deux lettres fourmillent de confusions et d'erreurs historiques qui trahissent l'oeuvre d'un maladroit faussaire. La première, datée du 8 mai 1547 *) et adressée *à M. du Poët, général de la religion en Dauphiné*, décerne ce titre à ce seigneur quinze ans avant l'époque où il se déclara pour la Réforme, et lorsque la foi nouvelle n'ayant en Dauphiné ni une église, ni un soldat, y comptait à peine d'obcurs martyrs.**) La seconde, datée du 18. septembre 1561, a pour suscription à M. du Poët, *grand chambellan de Navarre et gouverneur de Montélimart*, dignités dont il ne fut revêtu que vingt ans après, en 1584.***) C'est un des accusateurs de Calvin, M. Aubenas lui-même, qui nous l'apprend, sans remarquer que la notice qu'il consacre à M. du Poët est la meilleure réfutation de l'authenticité des lettres attribuées au réformateur.

Nous aurions trop beau jeu à poursuivre en détail l'analyse de ces lettres. Mais comment aller jusqu'au bout? Comment relever une à une les erreurs, les invraisemblances, les inepties et les énormites de tout genre accumulées à plaisir dans ces pages où l'absurde ne le cède qu'à l'odieux, où les hommes et les choses sont niaisement travestis, où la grande et sainte révolution du XVI° siècle n'est plus, sous une plume effrontée, qu'une farce grossière jouée sur les tréteaux par des histrions sans pudeur! Ici la plume nous tombe des mains! Quand la calomnie anonyme ose attaquer les noms les plus révérés par d'abjectes diffamations, elle ne mérite pas l'honneur d'une réponse; pour la confondre, il suffit de la produire au grand jour. Citer les prétendues lettres de Calvin à M. du Poët, c'est les réfuter!

A Monseigneur, Monseigneur du Poët, général de la religion en Dauphiné.

Monseigneur,

Qui pourrai à l'encontre de vous résisté? L'Eternel vous protége, les peuples vous aiment, les grands vous craingnent, les régions les plus éloygnées ressatendent (*sic*) de vos prouesses. Le ciel vous a sussité pour rétablir dans vos contrées son Eglise. Il ne reste à vous que recueillir la couronne de gloire que vous désiré. Au reste, Monseigneur, avez apparemment su les progrès de la religion en nos pays. L'Evangile est presché en nos vallées, comme en nos villes. Peuples accourent de touttes parts pour recevoir le joug. Dans les missions a esté grandes fruittes (*sic*) et gaignent maintes richesses. Les apostres n'ont onc travaillé avec tant de fruict, et si les papistes disputent la vérité de nostre religion, si elle dure, ne pourront en disputer à la richesse. Vous seul travaillé sans relâche et sans intérêt. Ne négligez nullement l'agrandissemant de vos moyens. Viendra un temps où vous seul n'aurez rien acquis en ces nouveaux changemens. Il faut que chacun songe à son intérêt; moy seul ay négligé le mien, dont ay grand repentance. Ains ceux à qui ay occasionné d'en acquérir, prendront soucy de la mienne vieillesse qui est sans suilte. Vous au contraire, Monseigneur, qui laissez valliantes lignées bien disposée à soutenir le petit troupeau, ne les laissez sans moyens grands et puissants sans lesquels bonne volonté seroit inutille. La royne de Navarre a bien affermy nostre religion en Béarn. Papistes en ont esté chassés entièrement. En Languedoc ont esté tenu maintes assem-

9) D'Aubigné, t. II. p. 455 et 1140. Aubenas, notice déjà citée.

10) *Voyez plutôt notre note sur le N.* 3977.

11) M. d'Alissac n'est plus au moment où nous traçons ces lignes: mais notre gratitude et notre respect demeurent acquis à sa mémoire pour la courtoisie avec laquelle il a facilité nos recherches.

*) *d'autres copies mettent* 1557 *mais cela ne change rien à la nature de la lettre. Le fac-simile donne* 1547.

**) *un pareil titre n'a jamais été donné à qui que ce soit.*

***) *Le* 13 *Septembre il ne pouvait encore avoir aucune nouvelle du colloque de Poissy; et il en concevait d'avance une opinion toute différente de celle qui est exprimée ici* (*N.* 3513).

blées sur nostre croyance. Avec le temps partout seront ouy les louanges de l'Eternel. Je prie le Créateur de vous conserver pour son service, et à moy fournir occasion à vous marquer combien j'affectionne la qualité de

Monseigneur,

Vostre bien humble et affectionné serviteur,
J. Calvin.

A Genève, ce VIIIe 1) may 1547.

A Monseigneur, Monseigneur du Poyet, grand chambellan de Navarre et gouverneur de la ville de Montélimar à Crest.

Monseigneur,

Qu'avét jugé du colloque du Poissy? Nous avons conduit sûrement nostre affaire. L'évesque de Valence aussy bien que les autres ont signé nostre profession de foy. Que le roy fasse des processions tant qu'il voudra, il ne pourra empescher les presches de nostre foy, les arrangues en public, ne faire autre fruict qu'à esmouvoir peuples desjà trop portés à soulèvement. Les braves seigneurs de Montbrun et de Baumont 2) quictent leurs opinions. Vous, n'espargnez ni courses ni soings: travailles, vous et les vostres trouveront tour (*sic*). 3) Un jour honneur, gloire et richesses seront la récompense de tant de peines. Surtout ne faites faute de deffaire le pays de ces zellés faquins qui exortent les peuples par leurs discours à se bander contre nous, noircissent nostre conduitte, et veulent faire passer pour resverie nostre croyance. Pareils monstres doivent estre étouffés, comme fis icy en l'exécution de Michel Servet, Espagnol. A l'avenir ne pensez pas que personne s'avise de faire chose semblable. Au reste, Monseigneur, j'oubliois le sujet pour lequel je m'honorois de vous escrire qui est de vous baiser humblement les mains, vous suppliant d'avoir agréable la qualité que prendrez (*sic*) toulte ma vie de

Monseigneur

Vostre bien humble affectionné serviteur,
J. Calvin.

A Genève, ce XIII. septembre 4) 1561.

1) *M. Chastel met le* 20 (vingᵉ?). *Dans sa réimpression il a corrigé l'orthographe de la lettre.*

2) *Chastel:* et des Baronnies.
3) *Chastel:* tout.
4) *Chastel:* 8. décembre.

SERIES TERTIA.

Addenda et Corrigenda. [1]

1. Not. 15. Conradus Ioham erat senator Argentoratensis saepius legationibus functus fere usque ad a. 1530 (Roehrich I. 287).

2. De familia Danielis v. Doinel in Bulletin 1877. XXVI. pag. 183 ss.

4. De Nic. Duchemin vide eundem l. l.

Not. 8. Idem hunc virum Phil. Loré nominat. Eundem habes N. 15. not. 1.

5. Not. 11. Canonicus iste non Copus sed Cheminus fuit, teste eodem autore l. l. (Chanoine de S. Vrain de Jargeau).

6. Not. 1. 2. Etiam Doinel Hangestium nominat et suburbium Chaillot. Canonicus idem atque in praecedenti.

14. Not. 5. De Regio (Jo. le Roy) vide Doinel l. l. p. 182.

23. Not. 3. Plura de his praebet G. Guiffrey, Chronique inédite du roi François I. v. Bulletin X. 34. XI. 253 ubi inter alia exstat catalogus eorum qui fuga se supplicio subduxerunt. Inter quos recensentur 1. Me Pierre Caroli docteur en théologie. 7. Clément Marot. 10. le Sr. de Roygnac et sa femme. 11. le Sr. de Robertval lieutenant du mareschal de la Marche. 22. Me Mathurin Cordier qui a tenu les escolles à Nantes. 43. Me Thomas Barbarin natif de la Couste en Dauphiné. — L'affaire des placards est racontée d'après la *Chronique* l. c. XI. 255 où l'on trouve aussi la liste des martyrs.

30. Pag. 54. lin. 1. Herminjardus IV. 38 sibi legisse visus est: *quum resucem diutius non istic agere*, quod sic emendat: *quum non recusem diutius istic agere*. Cur vero non potius: *quum recusem diutius non* caett.?

Ibid. not. 6. *Graci*. Sic quoque Ruchat. Herminjardus legit *Giaci* quod vult esse nomen oppidi Gex, et Iacobum ministrum Hugues.

34. Not. 3. Louis d'Artois occurrit etiam infra N. 90. not. 25 et N. 99. not. 59.

35. Not. 4. Malingrius ministerio tunc fungebatur non Neocomi sed Iverduni. Vide N. 4134.

36. La minute originale se trouve aux Archives de Berne (Herm. sub N. 576. Tom. IV. p. 44).

37. Hanc Herminjardus IV. 119 praeterita Bezae autoritate ad Cal. Dec. refert eodemque die scriptam perhibet quo et N. 42.

38. Versionem gallicam edit Herm. IV. 96.

40. Textum mendosum passim tacite emendare conatus est Herm. IV. 105, neque abs re erat hoc institutum, quum Farelli literatura lectu difficillima fuerit eaque ipse etiam boni viri stilus intricatior, ut mirari non debeas librarium, cui soli hoc documentum debemus, multifariam errasse.

Pag. 71. l. 8 lege: *Sit* pro *Sic*. — l. 12 lege: *quarum unae*. — l. ult. *respirant*. — pag. 72.

---

1) In tam ampla et locuplete epistolarum familiarium collectione, qualem in hoc opere edidimus, multa attinguntur quae vel solis scriptoribus eorumque amicis cognita fuerunt, vel saltem nobis sequioris saeculi hominibus haudquaquam a limine innotescere potuerunt, neque nisi resumptis subinde studiis ex parte intelligi. Tum etiam qui totam suam vitam his explorandis impendit, facile de iis doctiora et certiora tradere potest quam qui sero tantum, quod nobis contigit, et multis aliis intentus ad ea accessit. Candide iam fatemur nos passim, maxime in prioribus huius Thesauri voluminibus, rarius in sequentibus, quum in nominibus et rebus, tum in lectione codicum et temporum definitione haesisse, vel adeo errasse. Et quemadmodum nonnunquam praedecessorum nostrorum lapsus emendare potuimus, sic nostros errores non semel a viris doctis corrigi libenter sumus passi, imo eorum animadversiones grato animo acceptas testamur. Inter quos infra suis locis laudandos prae caeteris Clar. Herminjardum commendamus, cuius eruditio saepissime nobis usui fuit. Qui utinam celerius ad metam properasset ut diutius et uberius licuisset eius frui laboribus. Eum sane quicunque in posterum in hac parte rei literariae et historicae operam volet navare ducem sibi certissimum eliget et tutissime sequetur.

l. 10: *disquirite.* — l. 15. *reiicite.* — l. 30 *erecturi.* — l. 31. *liceat, ne.* — l. 4 a fine: *omnes dicuntur.* (?) — pag. 73. l. 4 a fine *simus.*

43. Hic Farelli manu decepti *Heniclium* aliquem detexisse nobis visi sumus qui Herminjardo *Henricus* est, nempe de la Mare. (IV. 123).

Paulo antea bis pro *Lilla* (quae nulla est) idem legendum censet *bellum.* Verum quem huius vocabuli sensum suppeditat nobis satis contortus videtur.

44. Not. 7. Loquitur de Io. de Tournay postea saepissime laudato. Et sic quoque emendandum N. 56 not 3. Mense Octobre 1536 factus est minister Viviaci.

50. Herm. IV. 187 hanc ipsi Megandro inscriptam credit.

53. Sinapii uxorem male h. l. *Balerynam* scripsimus quum *Bucyronia* esse deberet (N. 181). Verum non nobis sed Grynaeo hoc vitio vertatur. Herminjardus legit *Buceryna*, quod in margine emendat. Plura habes apud eundem.

Quam paulo post (not. 2) reliquimus lacunam idem explet inserto vocabulo *aliquam.* Sic vero evidenter Donatus vapulat (IV. 205).

Not. 4. bene idem supplet: *nactus.*

59. Not. 2. Claudius Savoye non antitrinarius ille sed syndicus. Alter proprio suo nomine Aliod vocabatur, de quo vide Herm. III. 173. IV. 235 V. 152. Herminjardus hanc non recepit.

Textum iteratis curis passim emendare potuimus: Pag. 98. l. 11 lege: *doceant.* — l. 30 Calumniam *nostri* manifestissimam. — l. 13 a fine *motus* pro *metus.* — p. 99. l. 9: *Dum* colloquimur. — l. 2 a fine: *curabant* pro: *evocabant.* — pag. 101 not. 4: *recte servari.* — 102 l. 3: cum *aliis* fratribus. — l. 4. *aiunt* pro *timent.* — l. 17: *clara* ingenia. — l. 29: *nos* temere. — l. 31. *Baalim* pro *Balaam.* — pag. 103. l. 5 a fine: *Quem* precamur.

62. Not. 1. Herm. de Mauro Musaeo nullus dubitat.

69. Verba ultima: *Rerum omnium ignaro et stulto viro* perperam h. l. addita sunt. Pertinent ad sequentia quae neglеximus.

70. in fine pro *Cognentio* Herm. IV. 261 ponit *Cognetium*, quem perhibet eundem fuisse ac cel. Matth. Coignet consiliarium regium qui saepissime in thesauro nostro occurrit legati officio apud Helvetios fungens.

86. Herm. V. 275 ad m. Martium 1539 vergentem refert. Pessimam Grynaei literaturam et oculis fere letiferam et hic et alibi extricare vix potuimus. Ecce lectiones viri doctissimi modo laudati: pag. 135 lin. ult. pro: *irritam* habet *veritus.* — ibid. pro *videtur* l. *iudicat.* — pag. 136 l. 1: pro *certissima* l. *rectissima.* — l. 4. supplet: *vellem enim omnem.* — l. 7: *sicuti.* — l. 4 a fine: *meretur. Ut dures in amore.* — l. 2. *per illius magnum nomen.*

87. Not. 28. scribe: *Camerlo.* Et sic quoque pag. 145 l. 9.

88. Not. 1. Herm. non Negelinum sed Nic. de Diesbach fuisse praefectum Tononiensem docet.

Pag. 146. l. 2 lege: *Armenciis* (Hermance, vicus ad lacum situs).

De Colineo haec habe: Proprio suo nomine vocabatur Io. Janin dit le Colognier ou Cologny. Genevae degebat a 1537 et *estoit souspeconne Katabaptiste* (Reg. du Conseil 20. Iul.) Herm. III. 29. 175. 177. 389. IV. 258. 271. 296. 351. Qui ibidem voc. Bacchus insignitur secundum eundem (IV. 44. 350) fuit Dion. Lambert, qui etiam occurrit N. 83.

De Gastio adeas eundem IV. 351. V. 133. 235. 245. Anabaptismi quidem suspectus, nihilominus a Bernensibus commendatus minister fuit in praefectura Gaiensi vel Terniacensi.

90. Herminjardus hanc ex mendosa Crotteti editione descripsit, ut et N. 99.

Not. 2. Ioannem hunc Ludovici du Tillet fratrem fuisse dubitat idem. Vide maxime Tom. V. p. 108.

94. Lacunas laceri codicis sic explet Herminjardus l. 5: *ne* (nae) *si peccatum fuit.* — l. 12: constituta *antea.* — l. 17: repu[*gnantes*].

95. Franc. Pontanus (du Pont) minister in Moinga. (Herm. IV. 363). In hoc nomine si incerti haeremus, tu si forte erraverimus hoc non solum ignorantiae nostrae tribuere velis, sed etiam istorum negligentiae in efferendis nominibus. Fuit ille Agedincus et m. Februario 1538 ministerium illud ap Genevenses auspicatus est. An vero N. 1261 de eodem cogitandum sit ambigimus. Ea vero quae ad N. 3005 annotavimus omnino dubia vel potius erronea putamus. D. de Corguilleray nomine suo christiano Philippus vocabatur. Qui N. 3470 laudatur vix cum Francisco vel Claudio confundendus videtur, sed Pontanum N. 3527 nostrum Franciscum credimus. Verum haec omnia ex mera coniectura.

96. Donna Granta: Perrini mater, Pernette Grant.

97. Etiam in hac Grynaei epistola Herminjardi editio haud raro a nostra discrepat. Saepius iam illi adstipulamur, in aliis nostram lectionem tuemur. Ecce potiora:

Pag. 159. l. 21: pro *primum* l. *Tum*, praecedente maiori interpunctione. — l. 36: *disiungunt*, quia . . . . . *vobiscum.* — l. 40. delet alterum *nos.* — pag. 160 l. 7. pro *mores* l. *oratores.* — l. 9. bene emendat *fustuario*, sed mendosum *fustuarii* Grynaei non nostrum est.

— l. 13: si non *naturam* mutaret. — l. 14 vitio operarum scriptum est *ingenuo* pro *ingenio*: et ibidem *Ipse* pro *Ipsi*. Caetera h. l. intacta maneant. — l. 31. *Conversis animis* (?) — l. 40. l. *reprehendas*. — l. 41. *qui* enim. — l. ult. vitiose expressum est: *Hos* pro *Nos*. — pag. 161 l. 7. sic effert: ut ne *letum* Satanae *regnum* (?) — l. 19. Herm. proponit: *ea* fac ut ne dividamur, officiorum *studiorum* morum *doctrinae*. Etiam sic sensum loci desperati non assequimur. — l. 22. *stolidus* (?) — l. 24. *donator*. — l. 25. Cur *autem*. — ibid. *cur* debet ipse *supra* sua (!) — l. 32. supplet: *imitere* ac instituas.

98. Lacunas lacerae chartae sic idem explet: l. 5. quam *nunquam* suspicati. — l. 14: *cunctandum*. — l. 18: *erecta*.

104. Hoc documentum Herm. (V. 135) ad initium Oct. 1538. refert, et ministros qui hic Bernensium suffragia sollicitant et obtinent minime Calvinum et Farellum, sed eorum successores fuisse demonstrat, tam ex actis senatus Bernensis quam ex ipsorum circa caeremonias consuetudine.

105. Not. 1. Herm. coniicit legendum esse: *linquendum*, quod minus placet. Librum cuius mentio fit initio epistolae putat esse Catechismum eo anno latine editum Basileae.

111. Hoc documentum reperies ap. Herminjardum Tom. V. p. 3 seqq. doctis annotationibus illustratum, qui etiam de eodem te adire iubet Hottingeri Helv. KG. III. 732. Ruchat V. 71 ss. et Pestalozzi, Bulling. p. 207. 244. Articuli isti Calvinum autorem agnoscere videntur, scil. in eum finem conscripti ut a Bucero et Capitone synodo proponerentur. Synodales tamen tecte tantum causam sibi hoc modo commendatam amplexi videntur, quum dicerent scribendum esse senatui Genevensi: *ouch vff gemein besserung jrer kilchen zethrachten*, et Bernensibus suadendum ut legatos Genevam mitterent qui conarentur *die Predicanten vnd ire fäler zum besten zu vertädigen:* denique se cum Calvino et Farello iam egisse ut ii *sich etlicher vngeschickter scherpffe ze maassen* inducerentur. Caeterum quum affirment: *wir wüssind wol das jr gemüt zu fürderung cristenlicher Erbarer sachen gneigt sy*, patet ipsorum decretum (*Abschied*) non nisi lectis his articulis factum esse.

114. Not. 1. Herm. V. 9 legit: *inquam*, quod et nos suspicati eramus.

116. Descripsimus ex ed. Bezae. Sunt tamen nonnullae lectiones ex Cod. Genevensi notandae. Pag. 197 l. 5: Non dolor *ex* contempt*u* iustus. — l. 12: *duce* Deo. — l. 15: tota. — Herm. pro Maio in subscriptione Martium exhibet.

119. Not. 1. Herm. p. 17 legit *Hic*, i. e. emendat. Nam Codex aliter. Et versus finem: *Quia* festinant comites, cogor etc.

120. Not. 3. Aliter rem explicat Herminjardus. p. 19 Non de munere aliquo capessendo sed de domicilio quaerendo loquuntur secundum virum doctissimum. Grynaeus enim suum ipsius munus Oporino concesserat in collegio, ideoque in suam domum pro tempore neminem recipere poterat.

121. Pag. 207. Pro *Nidonii* (Nyon) Herm. p. 27 autor est legendum esse *Nidovii* (Nidau) quod est oppidulum Bernensis ditionis ad lacum Bielensem situm.

122. Not. 6. Herm. (V. 31) de Conrado Gesnero cogitat.

123. Not. 1. De Claudio Salomonis plura praebet Herm. T. V. p. 34.

125. Not. 4. Herm. coniicit: qui id cum *detrimento* pietatis *admittant* (vel potius: *admitterent*?) Tum pergit: Sed ista longa disputatio est. Iugis etc. Emendationes has nostras facimus.

126. Hanc epistolam paulo serius, i. e. mense Iulio vergente scriptam esse Herm. p. 62 pluribus demonstrare conatur.

127. Not. 11. Il y a ici une erreur quant au personnage nommé *Firmius*. Ce doit avoir été un Français que du Tillet lui-même (N. 139) nomme du Ferme. C'est M. Bonnet qui nous avait suggéré notre note, mais l'opinion de M. Herminjard p. 45 est certainement préférable.

128. Not. 1. Bene Herminjardus observavit Palatinum comitem non Fridericum fuisse sed Ludovicum. Is autem Ludovicus sui nominis quintus erat, non tertius.

132. Not. 5. Herm. p. 70 legit: *se* esse rusticum. Codicem quidem hodie ante oculos non habemus, sed de proposita lectione a viro doctissimo aegre nos persuaderi confitemur. Sensus nobis esse videtur: Grynaeus dixerat Farellum rusticum esse, ideoque lentius equitasse. Calvinus contra: id factum esse propter pluviam. Grynaeus ipse non potuit dicere *se* esse rusticum.

Not. 13. Imo prior ea videtur esse quam sub. N. 126 exhibuimus.

Not. 16. Stagneus iterum occurrit N. 154 in Addendis.

134. Quum Farelli literatura intricatissima sit et lectu difficillima, haud mirum variantes exsistere in apographis hodiernis. Sic Herm. habet p. n. 233. l. 9: per *eam*. — l. 11. verissima. — l. 13. sperare. — l. 26: adiu*torem*. — l. 29: su*a*que. — l. 33: *ut* Lausannam *veniremus*. — pag. 234 l. 5: *loco*.

135. Not. 2. Herminjardus non solum dubia a nobis olim proposita confirmat sed coniecturam addit de Simone Moreau aut Simone Brossier, qui postea inter ministros saepius occurrunt. Verum Simones plures esse potuerunt et res diiudicari nequit.

136. Not. 5. Petrum Viretum? Deperdita Farelli epistola de nomine ambigi potest.

Not. 6. Vide supra in Addit. ad N. 127.

137. Textum mutilum Herm. ita reficit: l. 15: *qui te mox adibunt.* — l. 17: *excipiantur.* — l. 18: *Oro itaque ut.* — l. 20: etiam *initio plurimis.* — l. 21: *penetralibus vel*ut. — l. 23: in *eo* ipso. — l. 24: *concordia.* — l. 26: ad *veram caritatem.* — l. 27: gauder*em rescire.* Nostra. — l. 28: *nec* quidquam. — l. 29: *audeo nisi.* — l. 30: multi *sunt.* — l. 31: *alii* auditores. — l. 33: *vere dictum.* — l. 34: *Talis est plebs.* — l. 36: *qui* manu.

139. Not. 3. Le calcul, qui porte à quinze ans le temps pendant lequel Calvin aurait joui d'un bénéfice ecclésiastique, n'est pas tout à fait exact, si tant est qu'il faille ainsi comprendre ce passage. Voyez Herm. V. 104 et nos Annales aux années 1521 et 1534.

140. Not. 1. Herminjardus suspicatur Conzenum innui, infra vero litera S. Sulzerum designari.

141. l. 8. Pro *commodaturus* Herm. habet: *ornamento futurus*, ne sic quidem sensum commodum textui minus sano inferens. — l. 4 a fine pro nostro: ut *id sarciatur*, idem legit: *amor servetur.* In inscriptione pro *fratri*, idem scribit: *maiori.* Quum authenticum iam nequeamus conferre, haec simpliciter hic commemoramus. Bucerum non quivis sine lapsu legit. Si quis postea supervenerit penes hunc iudicium esto.

142. Not. 1. Certissimum est hic mentionem fieri Enardi Pichon et Casparis Carmel qui saepissime in nostro thesauro occurrunt.

In textu ipso l. 14 a fine lege: *qui se pascunt, non oves,* quin omnia subvertant. *Scribat* etc. — l. 8 a fine: *Te hac parte felicem puto.*

144. De Pignaeo (Pignet, du Pinet) adeas Herm. V. 126. Minister erat in Ville-la-Grand, in Sabaudia Bernensi.

Quae not. 20 dubia movimus, ea nulla sunt. Loquitur de ed. II. Institutionis. Iam N. 156 not. 4 et 186 not. 3 rectius indicavimus. Cf. quoque N. 158 not. 1 in Addendis.

145. In hac epistola haudquaquam prospera fortuna usi sumus. Autographon ipsi non inspexeramus et quae ad nos scheda pervenit plurimis vitiis scatebat quae nostro marte omnia extirpare non potuimus. Accipe quae iam ex Herminjardo ad textum emendandum conferre licet. (p. 149.)

Pag. 262 l 13: con*iecturae.* — l. 14. pro *monachus* quod nobis suspectum erat Herm. legit: *moechus.* — l. ult. Massili*aci*, i. e. Maxilly prope Evian. — pag. 263. l. 3. mendose scriptum est: *privatus* pro *Pariatus* — l. 10. *componerem* (?) — l. 20 *Sabaudi hoc dixisse*, deleta distinctione. — l. 21. pro: *uberrime* lege: *ultionem.* — pag. 264. l. 26: pro *Cogitur* etc. l. *Erigatur* ac tandem constitu*ar.* — l. 28: *addecet.* — l. 31. *audivi enim hoc.* — l. 33: *fuerint* profligati, res etc. deleta distinctione. — l. 3 a fine: Verum *timeo ne.* — l. ult. *dissidiorum.* — pag. 265. l. 8. Quod nobis oblatum fuit *Capunculus,* ut omnino damnandum uncis inclusimus. Nec sine causa. Herminjardus coniicit: *Carpinulos*, i. e. Cardinales. — l. 12. *plebem* movent. — pag. 266. l. 8: *excipietur.* — l. 12: *pios* omnes.

Praeterea haec addimus: Not. 3 delenda: agit de Syndico. Hospes ursi (hôte de l'Ours) erat Io. Lullin, syndicus et caupo. — Not. 9. Lacunam Herm. sic explet: *liston ton evangelii (graece reddas)*, nempe latinis literis scribebat *λῃστῶν τῶν*, quae viri docti sententia est. Sed quidni *tou* (τοῦ)? — Not. 14. Herm. p. 142 Farellum non Bernae sed Columbariae fuisse ait, non m. Iulio sed Septembri cum Wattevillio colloquutum.

De Capunculo nuper Parisiis prodiit libellus *Notice sur Iehan Chaponneau docteur de l'église réformée, metteur en scène du mistère des Actes des Apôtres, joué à Bourges en* 1536, *par Em. Picot.* 1879.

Iam quod ad schedam attinet quae ad Morandum scripta est et quam nos epistolae Farelli subiunximus, quanquam de eius natalibus non omnino certi, hanc Herm. V. 78 ad initium Augusti refert. Cuius argumenta satis luculenta apud ipsum videas.

In textu l. 9 lege: *quum* aures . . . . possent, iubebatur caett. deleta distinctione. — l. 11: pro: *adiuvem* l. *adirem.* — not. 19 pro Aprili Herm. ponit: pridie Nonas Maias. — Quae not. 21. legere non potuit librarius Herm. sic effert: non cogere *se aiunt*, *se lubens* (sic!) perferre ut in ipsorum agat ditione.

146. Pag. 268 med. Bene in schedis nostris legitur: neque *ructare* neque literas novit. Sic quoque Herm. Simlerus, latinam formulam sequutus scripsit *natare* quod perperam recepimus nobis ipsis diffidentes.

148. Humbertus videtur fuisse studiosus Neocomensis tunc Argentorati degens, et sic eundem crediderimus atque illum qui postea ministerio apud Valdenses functus est. Cf. Indicem.

Quae not. 9 laudatur Confessio a Valdensibus exhibenda erat.

Qui in fine laudantur. Franciscus et Iacobus sunt Martoret Mildensis minister et Le Coq (Gallus) Morgiensis.

149. Not. 4. Imo pastores Argentoratenses.

150. M. Herminjard constate que la copie aux Archives est très-mal faite et à chaque instant obscurcie par une ponctuation absurde et une orthographe fort négligée. Nous devons notre texte à l'obligeance de feu M. l'archiviste Heyer.

154. Not. 4. Vitiose scriptum est *Fortas* pro *Tortas*, quod nomen alibi sonat Turtaz.

Qui versus finem occurrit Ludovicus fuit aliquis Gallus (Loys) qui a. 1536 literas ministrorum Genevensium secum portans in vico Cherens s. Chirens prope Gratianopolin in vincula coniectus est (Herm. IV. 128. V. 207).

In fine pro *Macharto* et *Staynero*, pone Michaelem (Mulot) et Stagneum (de l'Estang).

157. Pag. 311 med. pro: et *rursus qui* id genus, l. et *nescio quae* caett. — Pag. 312 l. 12 a fine pro *solentia* l. *sententia*. — pag. 313 not. 5. Herm. p. 221 nobiscum facit.

158. Not. 1. Robertus Winter, typographus Basileensis. Caeterum v. supra ad N. 144.

Not. 2. Herm. V. 228. Olivetanum demum m. Augusto et probabiliter Romae fato functum esse docet.

Pag. 315. l. 7 *exiret* est emendatio Simleri. Codex distincte: *exiget*.

159. Not. 1. Etiam Herm. de Olivetano cogitat. — pag. 317. l. 14 a fine lege: ideo *haec* amant. — pag. 318 l. 1 pro *vobis* l. *urbis* — l. 2: *quid enim*. Vel sic textus sano sanus non fit.

Not. 10. Herminjardus. V. 235 suam coniecturam deprecatur et pastorem quendam ditionis Genevensis designari putat. Num illum qui N. 2157 Lussiacensis dicitur?

Pag. 319 l. 5: lege: quum pii fratres Val-[*denses*] non habeant . . . . . forment. — l. 24: *necessaria* videtur concio . . . . . Verum *saevae* etc.

Not. 17. Herm. hunc locum de bonis ecclesiasticis civibus divenditis intelligit. — not. 18. Idem nobiscum facit. — not. 19. Idem coniicit legendum esse: *insultat, si feriatur devitat*. Ipse tamen ambigit. — Pag. 320 l. 10 pro *socium* l. *secum*.

162. Not. 5. Capunculo Herm. — Not. 8. Idem Comitem Beatum commendat, in Genano vitium olfacit. — Not. 13. Barbarinum Herm.

163. Ad Epistolam Sadoleti Herm. V. 262 ss. variantes ex ed. Lugdunensi margini adscribit quae ut plurimum nullius momenti sunt.

Exstat eiusdem Cardinalis epistola ad Senatum Genevensem quam illi alteri comitem addidit. Eam primus Herminjardus edidit a quo illam mutuamur. Authentico deperdito exemplar a secretario P. Ruffi descriptum in Archivis asservatur:

Spectabilibus viris tanquam fratribus carissimis, magistratui consilio et civibus Gebenn.

Spectabiles domini tanquam fratres.

Recordatus illorum sanctissimorum patrum qui in primitiva Dei ecclesia floruerunt, suaque studia omnia posuerunt ut gloriam summi Dei et salutem christianorum populorum procurarent, scripsi ad Spectabilitates vestras epistolam testem vel religionis meae erga Deum vel optimae certe erga vos voluntatis. In qua id ago et meditor ut omnes in unum et eundem quem ecclesia catholica tenet sensum rursus conveniamus. Hacque de causa misi ad vos dilectum mihi et probatum civem meum Carpentoratensem Ioannem Durandum, et bonitate et literis insignem, qui libellum meum ad vos deferret, eique mandavi ut, nisi vobis volentibus et grato animo accipientibus, illum non redderet (non enim ego vobis rem molestam facere intendo) sed si mea epistola, quae vobis certe et nomini vestrae civitatis aliquam laudem et celebritatem allatura est, vobis non placuerit, eam ad me referat. Si vero eam libenter acceperitis, animum quoque is erga vos meum plenum amoris et christianae caritatis suis verbis prosequatur. Ego vos valde rogo ut, etiam si meum factum minus probabitis, cor meum tamen et studium, quo in omnem benivolentiam vestri propensus sum, in bonam partem accipere velitis. Valeant Spectabilitates vestrae quos Deus dirigat et conservet. Carpentoracti xviij[a] *die mensis marci a. M. V*[c] XXXIX.

Vester tanquam frater Ia. Sadoletus
Cardinalis Carpentoratensis.

165. Not. 3. Herm. *parum esse gratum me iis*. — Not. 4. De Arenario et Ioanna v. coniecturam Herminjardi V. 278. Sistit aliquem Bertrandum Gravier ministrum in Lullin. Si viro doctissimo fides habenda quoad hunc Arenarium, tum ille qui saepissime sub nomine Arenaei occurrit in nostro T. IV. Epp. alius fuisse videtur, nam hic a Bertrando distinguitur N. 1242. 1272. Caeterum apud nos aliquis Graverius occurrit N. 1704. (praeter Hugonem martyrem) quem neque ut ministrum neque ut Calvini familiarem agnoscere possumus.

Lin. 8 a fine lege: *ita* in ministerio — Not. 6. Neque ipse Herm. legere potuit et de Elaeiario haeret.

169. Not. 7. lege: Chanissi*en* coll. Herm. V. 292. — Not. 9. Herm. potius de Bullingero cogitat, quum Zebedaeus dudum e vivis excessisset quo tempore Beza epistolas primus edidit.

170. Hic Io. Papillon minister erat in Sabaudia Bernensi.

174. Not. 1. De hoc libro Herm. plura praebet sub N. 785. Tom. V. 295 ss.

176. Not. 1. lege *Montoy*. — Not. 3. De psalmorum gallicorum primis editionibus v. Herm. tam ad h. l. V. 345, quam p. 452. Bovet, Hist. du psautier des égl. réf. 1872. p. 5. 322. Douen, Cl. Marot et le psautier huguenot T. I. 1878. Ch. 10 suiv. — Pag. 356 l. 9. lege: tempus *in totum* destituti.

177. P. de Lieresse: Dans un acte officiel du 19. Mai 1539 il est appelé P. de Ligresse. C'est la forme ancienne du nom de Gleresse (en allemand Ligerz) village situé près du lac de Bienne, à une lieue et demie de la Neuveville. (Herm. V. 355). — Au lieu de Thurenclare (en un mot) le même lit Thuren Clare c. à d. Thurin Clerc.

182. Qui versus finem occurrit *Io.* fortasse Ioannes Garnerius est ecclesiastes gallicus.

185. Not. 7. Potius cogitandum de Petro a Fonte (N. 170). — Quem in fine commemorat Michaelem is M. du Bois est de quo N. 186. not. 5.

188. Not. 16. D. de Rognac in castello suo Linchant commorari solebat quod situm erat non procul a Mosa.

193. Not. 21. Filium Roberti de la Marck, mareschalli de Fleuranges, eundem esse crediderimus atque illum Io. de Iametz de quo N. 159 not. 3. Verum ap. Herm. V. 233 legimus Ioannem fratrem Roberti fuisse.

194. Textus ad not. 11. diverso modo interpungi potest. Nos inter Antonium (Sonerium?) et Pignaeum distinximus. Distinctione sublata verbum *moretur* suo nomine caret. Neque consuetudo nostri est duo nomina unius viri coniungere.

197. Anna filia Ioannis Pacifici ducis Cliviae nata 1515 nupsit postridie Non. Ian. 1540 Henrico VIII. sed iam anno sequente repudiata obiit postridie Id. Iul. 1557.

200. Nos Bezam sequuti hanc ad 19. Dec. 1539 retulimus. Herminjardus vero pluribus demonstravit editorem errasse qui 29. Dec. legere debuerat, qui dies, secundum nostrum computum, ad a. 1538 pertinet.

202. Herminjardus hoc documentum gallice edidit V. 347 ex nostro textu conversum, notisque illustravit.

206. in fine. Tho. Cunerus minister in comitatu Neocomensi Herm. V. 113. Nicolaus citra dubium ibidem quaerendus fortasse Tinctor (Teinturier) olim in Sabaudia, de quo id. IV. 177. 257. 299. V. 370.

208 *bis*. Not. 2. Ex coniectura nomen Fresconii addubitavimus. Fortassis immerito. Quidquid sit Io. Frellon, olim Conrado Reschio Basiliensi ab officiis, postea cum fratre Francisco Lugduni et Lutetiae bibliopolium condiderat. Ioannes N. 766 occurrit et, nisi fallimur, etiam N. 307. 517 et 817 de eodem agitur. Herm. V. p. 7. aliter sentire videtur.

210. Armentianus nomen est derivatum a loco ubi ille minister erat (supra N. 88). Vocabatur Antonius. Caetera ignoramus. Vide N. 234.

212. Epistola Calvini quae a Leone Iudae germanice versa Basileae impressa est, ea est quae inscribitur: *De christiani hominis officio in sacerdotiis papalis ecclesiae administrandis* etc. Altera quam Zwickio missam dicit (*de fugiendis impiorum illicitis sacris*) an unquam typis excusa fuerit Schelhornius (Samml. f. d. Gesch. Noerdl. 1779. I. 95) se ignorare fatetur.

215. Quem Farellus praeceptorem suum dicit Rufum is est cel. ille Gerardus Roussel de quo saepius alibi.

230. Ad not. 3: C. Varrentrapp, Herm. v. Wied und seine Reform. Versuche in Koeln. L. 1878. Not. 2. lege: *Jo.* Pistorius superintendens Niddanus.

234. Not. 1. M. Jules Bonnet avait publié antérieurement sa notice sur Idelette de Bure dans le Bulletin IV. 636. Quant à la patrie présumée d'Idelette voyez Bull. IX. 26. 213.

255. De Nic. Paronte audi Castellionem in Defens. p. 361: *Testor eos qui tum* (1540 seq.) *erant Argentinae, Nic. Parentem et En. Pichonum, qui nunc concionatores sunt in comitatu Neocomensi. Quorum ille paulo post etiam mecum vixit, et ante Claudii* (Ferasi) *convictoris tui Galli peste mortui domi tuae absente te* (N. 290) *mortem Argentina discessit.*

270. Falso haec epistola ad a. 1541 relata est. Pertinet ad 1545. Cf. quae annotavimus ad N. 4141.

338. Not. 2. De Petro Brully iam legendi sunt duo recentissimi libelli: Rod. Reuss, Pierre Brully ancien dominicain de Metz, ministre de l'église fr. de Strasbourg. 1878. Ch. Paillard, le procès de P. Brully. P. 1878.

In nomine Raymundi haeremus. Passim occurrit aliquis (N. 530. 624) quem cum R. Chauvet componi posse vix nobis persuademus.

339. Not. 1. lege: W*e*rtheim.

383. Clar. Herminjard hoc documentum refert ad a. d. IV. Id. Mart. 1539. (V. 243.) Miramur

ipsi quod olim de die et consule incerti haeserimus quum in excerptis nostris ex Commentariis senatus ad Nonas Martias illius anni conventus Morgiensis paucos post dies celebrandi mentio fiat. Quod V. D. addit, Calvinum exemplar Concordiae sibi eo ipso tempore Argentoratum missum subsriptione sua ornasse, hoc vero simile videri potest, maxime quia post integrum biennium vix operae pretium facturus fuisset ea postliminio addita: attamen hoc sola nititur Perroti fide.

Locum qui incipit a verbis: *Quia non paucas* caett., in nostra editione satis inconcinnum, Herminjardus emendat, verum ita ut vix meliorem sensum praebeat. (p. 244.)

393. Fuit aliquis Petrus Gabrielis minister in Gleresse. (Herm. V. 225.)

400. Bernhartus ille est B. Meyer senator Basileensis frater Iacobi consulis. cf. N. 902 et 953.

404. Not. 10. Franciscus Viviacensis est Sampaulinus.

416. Not. 5. M. Roget (Hist. du peuple de G. II. 46) nomme ce ministre Nic. Vandert.

418. 426. Qui hic simpliciter Erasmus vocatur Ritterus Bernensis est, teste Hundeshagen p. 169.

427. Not. 12. Sine causa in nomine Brunonis haesitavimus. Idem civis Metensis iam occurrit N. 338. et postea occurret N. 635. Alibi N. 858. 1497 rem in medio relinquemus.

458. In fine Beza edidit: Saluta *mihi* Ribittum. Codex vero praebet: Saluta *Coelium*, Ribittum caett. Tantaene animis coelestibus irae!

459. Not. 2. Cortesius a. 1543 gener Capunculi eo tantum nomine dici poterat si hunc viduam aliquam duxisse praesumpseris, iam filiae nubilis matrem. Nam ipse anno demum 1540 caelibatui valedixisse videtur. Alioqui extra matrimonium et olim genuisse dicendus esset.

505. Not. 4. De Pollani patria disserit C. Schroeder in Bulletin VII. 228, qui eum revera Insulanum dicit. Anonymus scriptor ibid. 370 contendit patrem Burgundionem a. 1527 in Insula Flandrica pedem fixisse, ita ut filius eius natu maximus Valerandus iam in Burgundia natus videatur. Ipse tamen ibid. VIII. 131. dubius haeret. Cf. etiam XIII. 280.

513. Qui hic et infra (N. 535. 540. 550. 729 et fortassis etiam 773) laudatur Baptista omnino idem est atque ille qui suo nomine Bacinetus vocatur N. 577. 604. Gallus erat pro tempore Argentorati degens. Alium tamen existimamus illum qui N. 17 occurrit et Picardum N. 1592.

520. Not. 7. De Castalione v. praeter caeteros passim a nobis landatos I. Bonnet in Bulletin XVI. XVII. et Nouveaux Récits p. 53.

533. Not. 2. Fortasse Brunetus idem est ac ille qui sub nomine du Parc postea in Gallia ministerio functus est. N. 3747. 4195.

577. Not. 6. Io. de Saint-André a. 1546 minister fuit in Moings, 1548 in Jussy, 1552 Genevae, civis receptus 1556.

593. Qui cum aliis epistolae subscripsit Petrus Seluzanus (Selucianus) suo nomine Pierre de l'Ecluse appellabatur. Cf. Indicem nominum.

610. Hanc epistolam Capnio inscriptam fuisse pluribus demonstravit Ed. Boehmer, collega noster coniunctissimus, in *Spanish reformers* I. 204. Respondet ad N. 600.

616. Not. 2. Si rumor de morte Thomassini verus erat, hunc virum alium fuisse oportet atque ministrum in Corneaux qui etiam postea saepius inter vivos laudatur (N. 2469. 2577. 3591.)

621. 623. Au sujet du poëte Hector, que nous disions ne pas connaître, Mr. H. Bordier a eu l'obligeance de nous traensmettre, par lettre du 24. Sept. 1874, la note suivante que nous nous empressons d'insérer ici textuellement:

„Cet Hector n'est pas inconnu et ces pourparlers entre Calvin et Viret, en tiers avec l'imprimeur Girard de Genève, en 1545, sont pleins de saveur. Car c'est en 1546, le 12 d'aoust, que parut, sous le titre de *Chrestienne Resjouyssance*, un petit volume de vers qui doit bien être ces *cantilenae plures* dont parle Calvin. L'auteur est Eustorg de Beaulieu, ancien prêtre et organiste d'église dans le Limousin, sa patrie, qui, ayant passé à la réforme, avait probablement un grand dégoût de tous les saints en général et plus particulièrement de ce S. Eustorge dont on lui avait infligé le nom un peu trop coloré, en sorte qu'il avait trouvé bon de le remplacer par l'homophone d'Hector, mieux adapté d'ailleurs à la savante atmosphère de la Renaissance. Il n'y a pas de doute à cet égard, par plusieurs raisons, dont une seule suffira. C'est qu'on a de lui un livret de 1547 ou 1548 intitulé: *Le souverain Blason d'honneur composé par Eustorg aultrement dit Hector de Beaulieu* etc. Voyez l'article Beaulieu dans la France protestante." (2ᵉ éd. II. 31.)

L'année passée (1878) Mr. Tamizier de Larroque a publié la vie d'E. de Beaulieu par Guill. Colletet. Nous y voyons qu'Eustorg „était né à Beaulieu dans le Bas-Limousin, et que, ruiné par un tuteur malhonnête ou maladroit, il vécut d'abord de ses fonctions d'organiste à Lectoure et de leçons de musique. Puis, pour sortir d'une misère à la-

quelle ses habitudes pantagruéliques n'étaient pas étrangères, il entra dans les ordres. Mais il ne put obtenir de cure et, poussé par le dépit, il quitta son pays et sa religion pour embrasser le Calvinisme à Genève. Écrivain de troisième ou de quatrième ordre il a laissé des poésies religieuses et profanes, quelques unes très-profanes même, d'un style facile et faible."

652. Qui hic vocatur *ab Allein*, N. 805 scribitur *Dallein*, N. 764. *Alinius*. Haec nomina sine dubio ad eundem virum pertinent Argentorati pro tempore degentem. An vero *Allenius* qui laudatur N. 1066. 1069. 1071. 2800 idem sit tu videas.

711. Serius animadvertimus Codicem nonnulla praebere quae Beza omisit. Pag. 188 post medium: Quanquam a fratribus iam timere desii. *Ne quid mero imperio agatur timeo.* Queritur etc. Tum in fine: *Has literas biduo ante missurus eram nisi fefellisset is qui se mihi obtulerat.*

731. Hic et infra N. 941. 1735 *Pagnetum* scripsimus, literatura minus certa forte decepti, quum *Paguetum* dicere debuissemus teste A. Roget. Verum an ubique (N. 426. 436) de eodem sermo fiat, hoc affirmare non ausimus.

752. Hanc Beza autore ad a. 1546 retulimus et Claudium qui initio ad Farellum missus dicitur huius fratrem fuisse credidimus. Iam Clar. Boehmerus (Spanish Ref. I. 205) monet Bezam in anno definiendo errasse et epistolam ad a. 1545 pertinere. Claudium illum esse Senarcleum et missionem eius ad Saxones intelligi debere. Cui non adstipulari omnino non possumus. Rem conficit quod de ep. ad Melanchthonem scripta Noster dicit, in qua hunc de Langeo monuerit: quae epistola nulla alia est nisi N. 606 (not. 29).

782. Vandelinum dicit Rihelium typographum Argentoratensem.

791. Not. 17. De Diazio eiusque libro posthumo s. t. *Christianae religionis summa ad Ill. Principem Ottonem Henricum Palatinum Rheni Neuburgi Danubii conscripta 3. Kal. Mart.* 1546, vide Veesenmeyer in ZS. für hist. Theol. VII. 3. 1837.

842. Epistola haec ad 20. Octobris referri nequit. Quae enim hic narrantur mense demum Novembri et Decembri evenerunt. Dinkelsbülium Imperator d. 25. Nov., Rotenburgum d. 2. Dec. occupavit. Palatinus eundem d. 21. Dec. Halae veniam petens adiit. Ergo pro Octobre Decembrem reponendum coniicimus.

In fine vitiose scriptum est Buc*ero* pro Buc*eri*.

857. Not. 16. Quam olim proposuimus coniecturam, Salignium hunc eundem esse perhibentes ac Saligniacum Parisiensem, haec nobis iam reiicienda videtur. Potius de Gallasio cogitaverimus (Sr. de Saules) qui alias Salicetus nominatur.

892. Not 2. Etiam Benrath (Ochino L. 1875 p. 212) de Bucero cogitat. Nos vero collata ep. N. 4146 iam Sanctandreanum innui credimus.

Not. 4. Fortasse de Claudio Farello hic loquitur qui teste Vireto (N. 4146) tunc temporis Genevae commorabatur.

939. Not. 2. De Fc. Hotomano v. Dareste: *Fr. Hotman d'après sa correspondance inédite* in Revue hist. de Monod et Fagniez 1876. II. Juillet suiv.

940. François Favre avait quatre filles parmi lesquelles Françoise femme d'Ami Perrin mariée en 1538 (Penthesilea). Louise était femme de Pierre Tissot conseiller. Les deux autres étaient mariées a P. Bonna et L. Bernard.

980. Not. 2. Hunc Montanum iam potius Lausannae quaerendum crediderimus atque adeo cum illo componendum qui laudatur N. 1048 et 1250, non vero, si quid videmus, cum altero qui N. 2908 occurrit.

1066. De Allenio vide quae modo annotavimus ad N. 652.

1075. Textum quidem ex autographo descriptum in adversaria nostra retulimus, verum casu factum est ut Bezanum truncatum prelo subiiciendum typographo tradiderimus. Hoc loco iam authenticum restituimus.

Inscriptio: *Eximio Domini nostri Iesu Christi servo Guillelmo Farello Neocomensis ecclesiae fido pastori fratri et amico integerrimo S.*

l. 9: Mecum *hic* ita bellum geritur caett. pag. 51. l. 1: Hoc pessimum quod *in senatu* caett. — l. 16: Interea *improbe mentiuntur* nos caett. — l. 18: devoranda. *Quantum licet suspicari, ubi praefectum et syndicos suo arbitratu creaverint, quod se facturos sperant, erumpet in apertum conflictum.* Hoc etc.

In fine pro *Fatono* Bezae editio: *Satono*. Postscriptum: *Nostri omnes plurimam tibi salutem dicunt, praesertim D. Fallesius cuius negotium Christophoro nostro commendarem si opus esset. Quanquam de illa domo emenda consilii adhuc incertus pendet. Sed nihil oberit tentare vestri animum, ac de pretio sciscitari, quia alii sunt qui ement.*

1089. Ad ea quae supra ad N. 165 annotavimus etiam haec addemus. Hic legisse nobis visi sumus *Granerius*, non *Graverius*, et ipse Herminjardus, quanquam nomen ipse in Are-

narium (Gravier) convertit, utramque formam nobis permittit.

1137. Not. 1. Gafirolus fortassis idem est ac ille qui N. 708 Gafriel appellatur.

1250. Not. 7. Stephanus de Longueville Turonensis teste Bulletin XIII. 128 minister erat in Prevesin et Ornay praefecturae Gaiensis.

1261. De Pontano vide ad N. 95 in Addendis.

1269. Not. 2. Quae de Frumento ad Santones profecturo diximus erronea esse facile nobis persuasit V. D. Amad. Roget et alioqui de nobis optime meritus. Calesium idem esse demonstravit atque le Chablais ubi Frumentus pastor fuerat in Massongier. Eo tempore (1549) ministerio valedixerat et Bonivardo ad latus fuit in concinnandis Chronicis.

1313. Carolus de la Pommeraye minister erat in Nanteuil a. 1567 teste Bulletin IX. 297, ubi tamen in nomine erratum est. Cf. Galiffe III. 146. An vero alibi, ubi similia occurrunt nomina, idem significetur nescimus. In plerisque locis potius alium s. alios nobis deprehendisse videmur. (N. 1349. 1374. 1387. 2386. 2466. 3816.)

1326. Tho. Matthew nomen fictitium erat Ioannis Rogers cuius Biblia a. 1537 prodierunt. Cf. Reuss, Gesch. d. N. T. §. 475. J. Beard, the english Bible revised. p. 62.

1368. Not. 1. Pro *Scoto* fortasse legendum *Scoro* i. e. Schoro, de quo v. N. 1410.

1398. Not. 15. Jaques de Savoye, duc de Nemours, général des armées du Roy en Lyonnois et Dauphiné, époux de la veuve du duc de Guise.

1413. Not. 6. deleatur.

1415. Qui in fronte epistolae laudatur Hugo fuisse videtur Jac. Hugues minister in praefectura Gaiensi.

1446. De Caracciolo v. Bonnet in Bulletin XVIII. 173. Nouv. Récits p. 171.

1520. Theobaldus Herlach idem fortassis est ac ille ab Erlach de quo N. 3776.

1526. In nominibus Franc. Maurice, Maurisii, Mauritii si quis haeserit minime mirum videtur. Certe qui N. 867 et 874 laudatur non confundendus erit cum Maurisio ministro in ditione Bernensi gallica, qui Calvini adversarius fuit, N. 1519. 1525 sq. 1529. 1532. 1535 et nisi fallimur etiam 3023. Iam vero N. 2548 Calvinus aliquem Mauricium (sic) Bernensem (non Vadensem) comiter salutat, quem ergo alium fuisse credimus atque illum Maurisium. Idem Mauritius audit N. 2048. 2306. 2852.

1531. Not. 2. Qui hic minister Augustanus laudatur Jac. Dachserus (alias Tachser, Daxer) idem fuisse videtur ac ille qui olim (N. 1916 not. 3) in eadem urbe in vincula coniectus fuit ut Anabaptista. Quem a. 1531 Musculus ad meliorem frugem convertit. Cf. Medicus, Gesch. d. ev. Kirche in Bayern. Erl. 1863. p. 69. 84. 91.

1627. Not. 3. Iam re accuratius expensa hunc Clementem cum illo alio qui N. 1058 et 1088 occurrit componendum fortasse negabis. Idem ille vero laudatur N. 3570 not. 3 ubi tamen notandum Hist. eccl. I. 851. 865. ss. de eo quaedam tradere quae minus bene cum iis conveniunt quae ex alio autore l. l. attulimus.

1674. Exstat huius epistolae autoschediasma Calvini in Cod. Genev. 107[a], fol. 307 sine inscriptione. Incipit a verbis: *Quoniam Theodorum Bezam fratrem* caett. et desinit in illis: *Dominus colligat*. Caeterum lectionis varietas nulla est nisi in uno loco ubi hic legitur: *Dominus scilicet vult nos hominum ope destitui ut suum unius praesidium clarius eniteat.* Ergo hoc quoque fragmentum est sine die et consule et sine subscriptione.

1690. Qui inter autores epistolae huius et N. 1709 venit Lud. Corbelius idem fuisse videtur ac ille diaconus Morgiensis qui olim cum Vireto rem habuerat. Constat Lugduni quinque tantum combustos esse. Corbelius, utpote civis Bernensis, supplicio non fuit affectus et sic postea etiam saepius eius mentio fit. Cf. Hottinger, helv. KG. III. 798. Neque in Hist. Martyrum neque in Hist. eccl. laudatur quia Calvino male audiebat.

1700. M. Bonnet nous a fait l'honneur de nous écrire au sujet de la note mise en tête de cette lettre et dans laquelle nous disons qu'elle manque dans son édition des Lettres françaises. Il nous indique la page 382 du Tome premier comme la reproduisant. Il y a là une petite confusion. La lettre qu'il indique se trouve dans notre *Thesaurus* sous le N. 1746 et n'est pas la même que celle N. 1700.

1706 etc. Les lettres relatives aux antécédents du procès de Servet se lisent aussi en grande partie dans le quatrième volume de l'Histoire du peuple de Genève de M. Roget.

1763. Gadium hunc cave confundas cum Gastio. (cf. Roget l. l. IV. 39.)

1810. Baionensis episcopus proprio nomine vocabatur Io. de Moutiers Sr. de Fraisse (Fresse).

1837. Not. 3. Nulli dubitamus hunc Laurentium a Farello rebaptizatum fuisse quum de Lactantio Ragnonio dicere vellet. Cf. 1691. not. 17.

1862. M. Roget (IV. 146) donne le texte français

de cette lettre, mais il ne dit pas d'où il l'a pris.)

1875. Not. 3. Vitio operarum scriptum est *Mehardus* pro *Mekardus*.

1897. Sur Jean Léonard on trouve dans l'ouvrage cité de M. Roget (IV. 158) plusieurs détails extraits des Registres du Conseil de Genève. Le 12. Janvier 1554, y est-il dit, il offrit de discuter avec les ministres et proposa de prendre deux aveugles-nés dont on lui remettrait l'un et donnerait l'autre aux ministres, pour voir lequel des deux serait guéri plus tôt. Le 15 il reparut devant le conseil et donna lecture d'un écrit par lequel il prétendait justifier sa mission divine. Le Conseil décréta que, puisqu'on voyait bien qu'il *avait fantaisie en teste*, il devra vider la ville.

1927. In Postscripto legendum: *Tho. Cualterius.*

1929. Not. 3. Voyez la dernière note du N. 4169.

1963. Not. 2. pro *filium* l. *filum*.

1964. Qui hic et infra 2378. 2381. laudatur Maturinus idem videtur esse atque ille qui alibi Brossaeus appellatur.

2024. Arcuarium eundem esse ac Arquerium (Larcher) nulli dubitamus. Is tunc minister erat in comitatu Neocomensi (2027.)

2048. De Mauricio vide quae adnotavimus ad N. 1526.

2095. L'original se trouve aux Archives de Gen. Pièces historiques. Liasse 1565.

2128. Jac. Geteus (Gette), oriundus ex oppido Boulogne sur mer, alibi minister dicitur in Bavans (ditionis Mombelgardensis) inde ab a. 1552 usque ad obitum 1565. Scripsit poema *de Hericuriae bello ad Christophorum ducem* (ap. Sattler IV. Beil. 58.)

2136. De cette pièce il se trouve une minute avec additions marginales de Calvin dans les Copies des Lettres de la Seigneurie, Mars 1555. Les additions sont comprises dans la rédaction définitive imprimée.

2137. Cette pièce est aussi aux Archives de Genève. Pièces historiques, Liasse 1565, avec une traduction allemande.

2184. Not. 14. Imo de Io. Mecardo Augustano cogitandum videtur, de quo N. 1875.

2201. On trouve cette pièce, écrite de la main de Calvin, parmi les Copies des Lettres de la Seigneurie, année 1555. Elle y est absolument conforme à notre texte, sauf quelques rares et légers changements d'orthographe. Ainsi (p. 609) on y lit *Boslet* au lieu de *Bolsec*. — P. 611 la phrase mise entre crochets y manque.

2259. Insularius non est nomen proprium.

